Digitized by Google

B. 1.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO

826

Cavaglià-Cossato

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANALECTA LITTERARIA

DE

LIBRIS RARIORIBVS

EDITA

A

FRIDER. GOTTHILF. FREYTAG. I. C.



LIPSIAE

IN OFFICINA WEIDEMANNIANA.

1750.

BIBLIOTECA
CAVAGLIA'-COSSATO

Digitized by Google

10.47

Digitized by Google

PERILLVSTR. ATQVE. EXCELLENTISSI

MO. DOMINO

CAROLO. SIGISMVNDO
A. NIMPTSCH

DYNASTAE. CLIENTÉLARVM

HARRASII. PESTERWIZII. ROSS-

THALII. RELIQV

POLONIAR. REGIS. ET. SAXON. ELE

CTORIS. PR. SACRI. CVBICVLI. CO

MITI

IN. CVRIA. SANCTIORE. RERVM. CAME

RALIVM. ET. METALLICARVM

CONSILIARIO

DOMINO. ET. PATRONO

SVO

BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO

Digitized by Google

VITAM. LONGAEVAM
PROSPERAM. VALETVDINEM
FORTVNATOS. CONSILIORVM
SVCCESSVS
FELICITATEM. PERENNEM

SVMMA. ANIMI. RELIGIONE. PRE-
CATVR

EIDEMQVE
PIETATIS. ET. OBSERVANTIAE
CAVSSA

EA. QVA. FIERI. POTEST
REVERENTIA
HVNC. LIBELLVM
D. D. D.

SIMVLQVE

IN. PATRONI. MVLTIS. MAXIMISQVE
MERITIS. SPECTATISSIMI
CLIENTELAM. SE

DEMISSE
COMMENDAT

FRIDER. GOTTHILF. FREYTAG

Digitized by Google

LECTORI

S.

Inter libros, in prouinciali ſchola Portenſi, quaſi natus educatusque, ab adoleſcentulo, libris tractandis adſuefactus fueram, & in hiſtoriam litterariam animo propenſus, plurima conquirere coeperam, quae ad neceſſariam librorum cognitionem facere videbantur.

Excuſſeram bibliothecae Portenſis publicae loculos, & librorum ſupellectilem quam domi pater inſtruxerat, mihi cognitam reddideram, cum, e ſchola, in academiam progreſſus, ſatis & abunde inuenirem, quae, in hoc ſtudiorum genere, deſiderivm mihi explere poterant. Illo tempore accidit, vt virorum celeberrimorum IOANNIS VOGTII & DANIELIS GERDESII, theologorum de hiſtoria litteraria praeclare meritorum, catalogi, libros complexi rariores, in lucem prodirent, e quibus, ſimul-

Digitized by Google

atque ii in manus meas inciderant, eximiam vtilitatem mihi pollicebar. Neque vero me mea feſellit expectatio. Ita enim iſtos catalogos, vſibus meis adcommodatos eſſe intellexi, & horis, quas a grauiſſimo iuris ſtudio, cui me addictum profiteor, vacuas nactus eram, cum ſtilo & pugillaribus, in promtu ſemper habui, vt, ſi qua, de rarioribus libris, ab aliis dicta, oculis occurrerent, ea diligenter ac ſtudioſe adnotarem, omiſſa ſupplerem, & breuiter recenſita vberius exponerem. Iam vero B. L. Analectorum, quae vides, originem atque incrementa habes. Parum autem abfuit, quin, ab iis edendis, me deterreret moroſus, ſi ita dicere fas eſt, praeſentis ſeculi genius, qui exacte & ad vnguem fieri omnia poſtulat, & illico indignatur, ſiquid imperfectum, neque omnibus, vt aiunt, numeris abſolutum, ſibi obuenerit. At enim, in conſilio, quod de edendis hiſce Analectis, ceperam, me admodum confirmauit eorum beneuolentia, quos conatibus meis iuuenilibus patronos fautoreſque extitiſſe noueram. Ab iis ſaltem condonabitur, quidquid erroris, praeter opinionem, mihi obrepſit. Quis enim tam ſuffenus ſibi vnquam fuerit, vt in patentiſſimo hiſtoriae litterariae campo, ſine caſu aut prolapſione, ſe progredi poſſe, crederet. Nemini ſane tam felici eſſe licet, vt ſuis oculis cernere & perſpicere

poſſit

poſſit libros, quorum cognitionem ſibi parare ſtudet. Itaque aliorum opera vtimur: aliorum innitimur auctoritate: alienos quaſi in conſilium adhibemus oculos. Siquis igitur, in Analectis meis, nonnihil inuenerit imprudenter dictum: ſi in errore me verſari intellexerit; is non illico me reprehendet, ſed teſtes examinabit, quorum fide & auctoritate, in eam, quam expoſui, ſententiam, inductus ſum. Ceterum adhuc eſt, de quo Te L. B. admonitum cupio. Id autem ad nonnulla ſpectat παροράματα, quae cum aliquot plagulae e prelo exiiſſent, ego deprehendi ipſe, & propterea, in emendandis & addendis, corrigere adgreſſus ſum. Illius rei cauſſa fuit, quod vnus alterque liber, ab amicis, quibus me obſtrictum profiteor, ſerius quam optaueram, mecum communicatus fuit, quare etiam euenit, vt iam ſub auctorum, & eorum praeſertim, qui media aetate floruerunt, praenomine, iam ſub cognomine, in ſerie alphabetica, quidam libri collocati fuerint. Sic, v. c. Thomae Aquinatis ſcripta, quae rariora ſunt, inter libros inueniuntur, quorum auctores, primam nominis litterare T. habent. Nicolai autem Gorrani poſtilla, inter eos libros locum obtinuerunt, quorum cognomen, a littera G. initium ducit, etiamſi ille a patria Gorranus dictus eſt. Similiter quidam libri, quorum auctores plane incogniti

gniti, in titulo ſaltem librorum non nominati fuerunt, ſecundum titulos, quos acceperunt ab auctoribus, ſub eo alphabeti elemento, quo titulus inchoatur, locum invenerunt. Nulla autem ratione excuſare potero errorem, quo accidit, vt Iulio Roſcio, Hortini cognomen tribuerem, quod a patria, non a familia, ille acceperat. Sed qua ratione typothetarum errores, excuſabo? Equidem ſperaueram, fore, vt liber paullo emaculatior in lucem conſpectumque prodiret, quam ob cauſſam, ſemel iterumque & ſaepius bibliopolam rogitaueram, vt, quoniam, ego ab vrbe, in qua liber typis exſcribi debebat, remotus, plagulis relegendis, adeſſe non poteram, homini in eiusmodi rebus verſatiſſimo, emendandi negotium committeret. Sed quam irrita ſpes fuerit, e typographicorum errorum indice patet, quem libro ſubiectum reperies. Potiora tantummodo errata, quae offendiculo eſſe poterunt legentibus, ſuſtuli, leuiora, v. c. vbi pro Italorum è & Gallorum à minus adcurate e & a & vice verſa poſitum fuit, cum aliis, quae primo adſpectu ſe prodere ſolent, intacta reliqui. Ita vero L. B. vale, & faue ſtudiis meis.

Digitized by Google

A.

R. ISHAAK ABARBANEL Majene Hajeſchuah. ſ. Commentarius ſuper Danielem prophetam, continens XII fontes, & LXX Palmas, ante annos XCVI. primum editus, & nunc demum, idque longe emendatius recuſus 1647. in4. pl, 92.

Commentarium illum ABARBANELIS inter reliqua eius ſcripta, haud adeo obuium eſſe, ex eo adparet, quod J. Muller in praefat. *des Judenthums* p. 26. ſe illum in variis Germaniae & Belgii locis fruſtra quaeſiuiſſe memorat. Prima editio prodiit, 1551. etſi Wolfius *in Bibliothec. Hebraic.* Tom. I. p. 633. antiquioris Neapolitanae an 1497. mentionem faciat. Conſentit cum Wolfio Jacobus le Long *in Bibliotheca Sacra* P. II. p. 803. & Maittaire *in Annal. Typograph.* Tom. I. p. 645. Contradicit vero Wolfio Vir Summe Reuerendus Sigiſmundus Jacob Baumgarten, *in der Halliſchen Bibliothec* Tom. II. p. 21. qui de iſto libro, paullo copioſius expoſuit. Conf. Bartolocci *Bibliothec. Rabbinica* p. 123. qui ex Abarbanelis libris, ante eius mortem 1508. nihil

Digitized by Google

excuſum fuiſſe ſcribit, praeter prophetas priores, qui anno 255, Chriſti autem 149;. fuerint impreſſi.

IAQVES ABBADIE hiſtoire des conſpirations contre le Roi, & le Roiaume d' Angleterre.

Hic liber, ab autore documentis, ex Anglia, cum illo communicatis, Guilielmi Regis Angliae iuſſu, conſcriptus fuit. Etſi quidem in Anglicum ſermonem conuerſus fuit, eruditorum tamen oculis iſte liber adeo ſe ſubduxit, vt teſte Niceron. Tom. XXXIII *des Memoires pour ſervir a l'hiſtoire des Hommes illuſtres, dans la Republique des lettres*, p. 387. pauci ſint, quibus de rariſſimo iſto libro aliquid innotuerit.

ABREGE des mathematiques in vſum Majeſtatis imperialis vniuerſae Ruſſiae adornatum. Tomis II. *Petropoli typis Academiae Imperialis ſcientiarum* 1728. in 8. chart. Auguſt.

Jure ac merito coniicit vir Clariſſimus Johannes Vogt *in Catalogo Hiſtorico-Critico librorum rariorum* p. 2. plura quam viginti quinque exempla fuiſſe typis excuſa. Nos ſane non ſolum vnum alterumue libri iſtius exemplum oculis conſpeximus noſtris, ſed bibliopola etiam haud incelebris, qui eo tempore, quo liber edebatur, in vrbe Petropolitana vixerat, nobis pro certo, adfirmauit, tercentum exempla, typis, minimum fuiſſe exſcripta. Librum vero, eodem titulo, in Germania, recuſum eſſe, vix ac ne vix quidem nobis perſuaſerimus.

ACADEMIARVM Europae catalogus. *Londini* 1590. in 4.

Eximiae raritatis liber, Chriſtophoro Auguſto Heumanno, qui *bibliothecam hiſtoricam Academicam*, ſumma cura, miraque induſtria contextam, Conringii *Antiquitatibus Academicis*, ſubiunxit, nunquam

quam

quam viſus, p. tamen 6. citatus. In Auctione Bibliothecae Sellianae 8. thaler 4. groſſ. venditus fuit.

Verginia Commedia di M. BERNARDO ACCOLTI *Aretino*, con un capitolo della madonna. *In Vineggia per Nicolo di Ariſtotele detto Zoppino* 1535. in 8.

In *Bibliothecae Sellianae Catalogo* in Append. p. 64. rarioribus libris haec accenſetur editio. Nicolao Franciſco Haym Autori *della Notizia de libri rari nella lingua Italiana*, illa incognita fuit.

Les Bigarrures & Touches du *Seigneur* DES ACCORDS. Avec les Apophtegmes du Sieur Gaulard. Et les Eſcraignes Dijonnoiſes. Derniere edition. Revuë & de beaucoup augmentée. *A Rouen chez Iean Berthelin, tenant ſa boutique dans la Cour du Palais* 1620. in 12.

Noſtra haec editio, quinque partibus abſoluitur. I. continet *les bigarrures*. II. conſtituit *le quatrieſme des bigarrures*. In praefatione autor rationem exponit, cur librum ſecundum, vocauerit le quatrieſme. Sequitur III. pars, hoc titulo inſignita: *les Touches du Seigneur* DES ACCORDS. Huic titulo ſequentes verſiculi ſubiecti ſunt;

Je voudroy bien pouuoir tant faire.
De plaire à tous à nul des plaire
Mais il n'eſt pas per mis aux Dieux
Pourquoy voudroy-ie faire mieux.

A. Rouen chez Dauid Geuffroy, ruë des Cordeliers, joignant S. Pierre 1621. IV. Pars ponit ob oculos: *Les Eſcraignes Dijonnoiſes. a Rouen chez Berthelin* 1620. Gallorum autem *Eſcraignes*, apud nos ſunt *Spinn-oder Rocken-Stuben*, in quibus mulierculae conueniunt, fila trahunt, tempusque variis ſermonibus, iisque plerumque nugatoriis, & fabulis

Digitized by Google

anilibus terere ſolent. Vid. de origine vocis & de conſuetudine illa, apud Gallos, diſſertatio ludicra, quae legitur in *Nouveautés critiques litteraires & poetiques* p. 107. ſqq. quae prodierunt *a Liege* 1745. in 8. Autorem Pironium Gallum, qui per Oden in Priapum, qua nihil obſcoenius, deteſtabiliusque fingi poteſt, indelebilem contraxit maculam, catalogi nonnulli produnt. In Parte V. inueniuntur: *les Contes facecieux du Sieur* GAVLARD, (in noſtra editione nunquam GOVLARD vocatur) *gentilhomme de la Franchecomté Bourguignotte.* Quod editio 1582. prodierit, id quidem e prooemio intelligimus, quod noſtrae editioni praemiſſum, & ab autore 1584 conſcriptum eſt. Conqueritur in illo, de variis mutationibus, & adiectionibus, quae ipſo inuito, in editione anni 1582. aliisque, factae fuerint. In noſtra editione, imago Auctoris an. 158 , cum annum aetatis ageret 35. ligno inciſum, nec non imago GAVLARDI in P. V. conſpicitur. Sub illo leguntur: *A Tous Accords:*

Quiconque voidicy le Seigneur des ACCORDS
Encor qu'il ne ſoit pas nayfuement pourtraict,
Qu'il iuge ſeulement à voir le ſimple traict
Qu'il eſt entier & rond: de dans comme de hors

Huic vero, ea adpoſita leguntur: *Sur le Portraict du ſieur* GAVLARD, *faict par Nicolas Hoey Peintre Flamant.*

Vn nez plein de rubis, vne face large
Vn beau gros oeil de boeuf, le corps vn peu vouté,
N'ayant iamais eſté qu'en portraicture armé.
C'eſt de Monſieur Gaulard la veritable image.

Jac. Friderici Reimmanni ſententia, de eo libro, vt noſtra quidem fert opinio, iuſto ſeuerior eſt. Multa enim, inter ludicra, occurrunt, inprimis in parte I. libri, quae nonnihil vtilitatis prae ſe ferre videntur. Eo referimus, quae, de variis carminum, ingenioſe compoſitorum, generibus, de ver-

verſibus leoninis, acroſtichis, rebus, vt vocantur, de Picardię, &c. in illa inueniuntur.

VALENTIS ACIDALII, diſſertatio quod mulieres non ſint homines. *Lipſiae* 1595. in 4.

Haec prima diſſertationis editio eſt, cuius ſe autorem eſſe ACIDALIVS negauit. In epiſtola apologetica ad Jacobum Monauium, quae in *Centuria epiſtolarum Hanouiae* 1606. in 8. extat, hiſtoriam illius paullo fuſius exponit. Nimirum bibliopola quidam Lipſienſis, Curtium notis ACIDALII illuſtratum, ſuo ſumtu ediderat, & cum emtores non inueniret, & ſpem lucri euaneſcere animaduerteret, grauiſſimas, ad ACIDALIVM, querelas detulerat, quibus ille permotus, damni leuandi cauſſa, diſſertationem, typis nondum exſcriptam, cum bibliopola communicauerat. Diuulgata typis diſſertatione, in carcerem abductus fuit bibliopola, id quod aegre tulit ACIDALIVS, & in ea, quam diximus, epiſtola, intempeſtiuas hominum iras miratus eſt, quibus eiusmodi luſus ingenii, ſtomachum mouerit? Quid? precibus rogauit Monauium, vt bibliopolae cauſſam defenderet, & apud magiſtratum, & Profeſſores Lipſienſes, pro eo, intercederet. Ipſa diſſertatio ſaepius edita fuit. *Italica verſio* inuenitur in *indice librorum prohibitor.* Alexandri VII. num. 55. p. 255. hoc titulo: *Che le donne non ſiano della ſpecie, degl' huomini: Diſcorſo piacevole da* Orazio Plato *Romano.* ACIDALIVM refellere adgreſſi ſunt Simon Gediccus *D. Theolog. Magdeburgenſis, in Defenſione Sexus muliebris* Lipſ. 1595. in 4. quae poſtea *Pariſiis*, vt editionis titulus habet cum ACIDALII *diſſertat.* 1693. in 12. pp. 192. nec non *Lipſiae*, cum ACIDALII *diſſertatione* 1707. in 4. de nouo edita eſt. P. Baile in *Dictionaire* Tom. II. p. 1246. edit. *Roterd.* 1720. Gediccum, ACIDALII ſcopum, non ſatis perſpexiſſe, & illius contra mu-

Digitized by Google

lieres diſſertationem, ſatyram, in Socinianos ſcriptam, eſſe exiſtimat. Conf. P. Baile *Nouvelles de la republique de lettr.* 1685. menſ. Jul. p. 790. *Nou-Antiqua* ann. 1730. p. 21. ſqq. vbi Andreas Schoppius, *Paſtor Primarius Wernigerodenſis*, *Clypeum gloriae, conſcientiaeque foemininae, quo oſtenditur foeminas reuera eſſe homines*, contra ACIDALIVM confeciſſe memoratur. Extat praeterea, Anonymi *larua detracta Veriburgi* 1670. in 12. vbi num. 8. de ACIDALII libro agitur. Conf. quoque Niceron. *Memoir.* Tom. XXXIIII. p. 195. ſqq.

EMANVELIS ACOSTAE rerum a ſocietate Ieſu, in Oriente geſtarum ad annum 1586. commentarius. *Dilingae* 1571. in 8.

Illam EM. ACOSTAE hiſtoriam Indiae orientalis *Paris.* quoque 1572. in 8. in lucem prodiiſſe, diſcimus e *Catalogo Bibliothecae Hulſianae* P. III. p. 378. Editio *Antverp.* 1605. in 8. memoratur in Thom. Hyde *Catalogo Biblioth. Bodleianae* P. I. p. 183. Librum vero ex Hiſpanico, in latinum ſermonem translatum eſſe, integer hic editionis Dilingenſis docet titulus, EMANVEL ACOSTAE *Luſitani, Commentarius rerum a Societate Jeſu in Oriente geſtarum ad annum vsque a Deipara virgine* 1568. *recognitus, & latinitate donatus. Acceſſere de Japonicis rebus epiſtolarum libri quatuor recogniti, & in latinum ex Hiſpanico ſermone conuerſi Diling.* 1571. in 8. Interpretem latinum fuiſſe Jo. Petrum Maffeium teſtem habemus Petr. Ribadeneira in *Catalogo Scriptorum Religionis Societatis Jeſu.* p. 50. edit. *Antverpienſis* 1613. in 8.

ACTA Apoſtolorum, graeco-latine, litteris maiuſculis vncialibus, ex editione Thom. Hearne. *Oxon.* 1715. 8.

En

Digitized by Google

En integram libri titulum! ACTA *Apoſtolorum graeco-latine, litteris maiuſculis. E codice Laudiano, characteribus vncialibus exarato, & in Bibliotheca Bodleiana adſeruato, deſcripſit, edi ditque* THOMAS HEARNE, *A. M. Oxonienſis, qui & Symbolum Apoſtolicum, ex eodem codice ſubiunxit. Oxon.* 1715. in 8. NICERON. *Memoir.* Tom. XLI. p. 117. Centum & viginti tantum, huius libri exempla excuſa eſſe confirmat. Conf. Jacobi le Long *Bibliotheca Sacra* Tom. I. Cap. III. p. 226. edit. *Pariſiens.* 1723. in fol.

AEGIDII *Columnae Romani* de regimine principum Libr. III. *Venet.* 1598. in fol.

Num haec editio in conſpectum vnquam prodierit, Cl. Vogtius dubitat. Sed praeter Caueum in hiſtor. litter. p. 522. illam adfert *Bibliothecae Bodleianae Catalogus* Tom. I. p. 7. Recentior editio, hoc titulo conſpicitur ornata: AEGIDII *Columnae Romani Archiepiſcopi Bituricenſis Libri III. de Regimine Principum, per Hieron. Samaritanum recogniti. Rom. ex typographia Zanetti* 1607. in 8. Vid. *Bibliotheca Telleriana* p. 362. Manuſcripti huius libri codices reperiuntur in Bibliotheca Vaticana, Florentina, & in bibliotheca Fratrum Minorum Ceſenae. Vid *Bernardi Monfaucon Bibliotheca Bibliothecarum Manuſcriptorum noua* T. I. p. 87. 424. 433. Conf. de AEGIDIO *Columna Romano* Anton. Poſſeuini *Apparatus Sacer* Tom. I. p. 19. qui illum Aegidium Columnium vocat, Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infimae Latinitat.* S. I. p. 51. ſqq.

PAVLLI AEGINETAE Opera graece. *Venet. apud Aldum* 1528. in fol.

Operum AEGINETAE, haec prima & rariſſima editio eſt, quae nonniſi magno pretio comparari ſolet.

Conf. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca Graeca.* Tom. XII. p. 577.

AENEAE SYLVII Epiſtolae in fol.

Haec epiſtolarum editio, quae nulla loci, anni, & typographi mentione facta, prodiit, in Auctione librorum Sellii *Lipſiae* 1737. facta, nouem thalerorum pretio emta fuit. Editio vero *Colonienſis*, quae anno 1478. *ex officina Koelhof. de Lubec* in folio prodiit ſeptem thaler. & 4. groſſis veniit.

AENEAE SYLVII PICCOLOMINEI *Senenſis*, Commentariorum de concilio Baſileae celebrato Libri duo, olim quidem ſcripti, nunc vero primum impreſſi. In quibus ſic ſynodum illam depingit, ſic quidquid illic actum eſt, bona fide refert, vt qui legerit, intereſſe, & infulatos illos heroas diſputantes, colloquentes, concionantesque, coram videre ſe putet. Nec ſolum jucunda eſt hiſtoria, verum etiam vtilis. Vixque aliud concilium extat, pari fide & diligentia deſcriptum. Lege felix. Cum multis aliis, antehac nunquam impreſſis quorum cognoſcendorum gratia ne te pigeat, ſequentem indicem aut epiſtolam percurrere. *Sine loci & anni, nec typographi indicio.* in fol. pp. 349.

Collectionis huius raritatem, teſtatur, ſilentium, quo Lenglet du Freſnoy *dans Catalogue des princip. Hiſtoriens*, & alii, qui Conciliorum collectores, & Scriptores commemorant, illam taciti tranſierunt. Complectitur illa XX opuſcula, quae a S. R. Baumgartenio *in den Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothec*

thec T. II. p. 402. ſqq. recenſentur. Vir Summe reuerendus, collectionem illam ante annum 1535. impreſſam eſſe cenſet, quoniam Orthuinus Gratius in *Faſciculo rerum expetendarum, & fugiendarum, Coloniae* 1535. edito; praefationem huic collectioni praemiſſam, inſeruit. Inde enim Vir S. R. colligit, Orthuinum Gratium, vel huius collectionis eſſe editorem, vel plagium quoddam admiſiſſe. Conf. *die Merckwürdigkeiten, der Koeniglichen Bibliothec zu Dreszden.* T. III. p. 514. ſqq. vbi de variis, huius collectionis editionibus, earumque editoribus, multa lectu digniſſima adferuntur.

AENEAE SYLVII libellus, aulicorum miſerias explicans, *ex officina Ioannis Schoefferi, Moguntini* in 4.

Iſta editio praeſertim, ob teſtimonium, de typographiae inuentae patria memorabilis eſt. Legitur enim in libri fine: *Per Joannem Schoeffer, Typographum, ſane quam accuratum, Moguntiaci, vbi Diuinum inuentum ſtanneis typis excudendi Libros primo natum. Prid. Nonas Iulias M. D. XVII.*

AESOPI fabulatoris lepidisſimi, traductio, materno ſermone, fidelisſima Franciſci Tuppi Parthenopei I. V. Doctoris, cum figuris. *Neapol. d. XIII. menſ. Februar.* 1485. in fol.

Haec & iterata editio, *vita* AESOPI *& Allegoriis aucta, Aquilae* 1493. in fol. in lucem emiſſa, inter rariſſimas AESOPI verſiones, facile primum obtinet locum. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Graec.* L. II. c. IX. p. 404. Michael Maittaire *Annales Typographic.* Tom. I. p. 471. edit. recentiſſ. Scipion. Maffei *Traduttori Italiani o ſia Notizia de' Volga-*

rizzamenti d' Antichi Scrittori Latini, e Greci, che ſono in luce p. 50.

HENRICI CORNELII AGRIPPAE de occulta philoſophia liber 1533. in fol.

Editio prima, quae *Antverp.* 1531. in 8. adprobantibus Theologiae Doctoribus, & ſuffragantibus Conſiliariis, quos Imperator ad librum examinandum deſignauerat, nec non cum priuilegio Imperatoris prodiit, multo rarior eſt illa, quam Cl. Vogtius recenſet. Illam, eodem anno ſequebatur editio *Pariſienſis* in 8. quae ſimiliter infrequens eſt. Illae editiones, librum tantummodo primum, philoſophiae occultae continent. Cum illae breui temporis ſpatio venditae, non amplius comparerent, in tabernis librariis, AGRIPPA tertiam, quam Cl. Vogtius adfert, procurauit. Conradus quidem Colin de Vlma, Ordinis Praedicatorii monachus, & fidei catholicae inquiſitor, omnem mouebat lapidem, vt impediret, ne liber denuo typis exſcriberetur: ſed AGRIPPA per litteras ſupplices, a magiſtratu Colonienſi, eo rem perduxit, vt liber inuito etiam & reſiſtente monacho *Coloniae* 1533 in fol. excuderetur. Rem omnem narrat ipſe AGRIPPA *in Epiſtola Apologetica*, quae a Cl. Vogtio p. 17. memoratur. Conf. Niceron. *Memoires* Tom. XVII. p. 22. In hac vltima philoſophiae occultae editione, tres libri occurrunt. Liber quartus, qui in nonnullis editionibus recentioribus, quae mortuo AGRIPPA, in lucem prodiere, alium habet autorem, & AGRIPPAE nomen mentitur.

HENRICI CORNELII AGRIPPAE *ab Nettesheym*, de incertitudine & vanitate ſcientiarum declamatio inuectiua.

Editio

Editio anni 1532, minime *quartum*, in ſerie editionum, ſed *quintum* obtinet locum. Illam enim alia *Pariſienſis* anno 1531. euulgata, quam Niceron l. cit. adfert, praecedit. Diſſidium quod propter hunc librum, inter AGRIPPAM & Doctores Louanienſes, exortum fuit, vberius exponit Niceron. l. cit.

HENRICI CORNELII AGRIPPAE *ab Nettesheym*, de nobilitate, & praecellentia, feminei ſexus declamatio. 1532. in 8.

Rariſſima iſta editio, a paucis viſa & Niceronio, aliisque, qui de AGRIPPAE libris commentati ſunt, ignota fuit. Inuenitur iſta declamatio quoque in *Operibus* AGRIPPAE. In gallicam linguam conuerſa prodiit *Paris.* 1578. in 16. *Paris.* 1713. in 12. *Lion.* 1726. III. Tom. in 12.

IOHANN GEORGE AHLENS Vnſtruhtinne, oder Muſikaliſche Gartenluſt, welcher beygefügt ſind allerhand ergetz- und nützliche Anmerkungen *Muhlhauſen in Verlegung des Verfaſſers* 1687. in 8. pp. 80.

Cum anno 1689, in ciuitate Mulhuſina magnum oriretur incendium, plerumque huius libri exempla igne perierunt, quare euenit, vt in pauciſſimorum hominum, qui Muſices periti ſunt, manibus verſetur.

HENR. AINSWORTHS Annotations upon the five Bookes of Moſes, the Booke of the Pſalmes, and the Song of Songs, or Canticles. Wherein the Hebreu words end ſentences are compared with and explaind by the ancient Greeke and Chal-

Digitized by Google

Chaldee verſions, and other Records and Monuments of the Hebreus. *London, printed by M. Parſons for Iohn Bellamie* 1639. in fol.

Teſte Jacobo le Long in *Bibliotheca Sacra* Tom. II. p. 599 huius operis editio quoque extat *Londin.* 1627 in fol. Separatim vero prodierunt *Annotationes in Pentateuchum Londin.* 1621. in 4. *Annotationes in Pſalmos Londin.* 1612. & 1617. in 4.

LIEVWE VAN AITZEMA Saken van Staat en Orlogh in en Omtrent de verenigde Nederlanden. *Haag.* 1659-1672. VI. Tomis in fol.

In errore verſatur Cl. Vogtius, cum is Struuio in *Biblioth. Hiſtorica* p. 374. & Bunamanno in *Catalogo libror. rar.* p. 104. & forte aliis adſentitur, qui primam huius libri editionem, a Belgis ſuppreſſam, hanc ſecundam vero, in quibusdam licet auctam, & continuatam, iuſſu tamen reipublicae Batauae, caſtratam atque interpolatam tradunt. Sed falli eos, ſibique imponi paſſos eſſe, Auctore Euchario Gottlieb Rinckio, teſtatur Adam Fridericus Glafey, in *Catalogo Bibliothec. Rinckianae* p. 492. Vbi *Rinckium ſedulam exemplarium collationem inſtituiſſe, remque & ideo non credibilem eſſe*, ſcribit, *quoniam vana fuiſſet Reipublicae cura, ſi poſt viginti annos, quibus aliquot tomi, primae editionis, iam ſaepius editi erant, totque exemplaria vniuerſi operis diſtracta, notitiam rerum longe lateque vulgatarum, extinguere voluiſſent.*

La Avarchide del S. LVIGI ALAMANNI. *In Firenze nella Stamperia di Filippo Giunti.* 1570. in 4.

LVDOVICI ALAMANNI, opuſcula omnia hodie rara ſunt, hoc vero vnum e rariſſimis eſt, id quod etiam *Catalogus Bibliothecae Dalmannianae* p. 288. & Nicol. Franceſco Haym *Notizia de' libri rari nella lingua Ita-*

Digitized by Google

Italiana p. 116. teſtatur. Deſcribitur in illo poemate obſidio oppidi Biturigum, *Auarici*, cuius Caeſar in ſuis de *bello gallico Commentariis* plus vice ſimplici, nimirum L. VII. c. 13. 31. 32. 47. facit mentionem. Illud oppidum hodie, a Gallis, *Bourges*, adpellari credunt. Propoſuit autem LVDOVICVS ALAMANNVS, ad imitandum ſibi Homerum, atque illius praeſertim Iliada. Non vero ipſe carmen in lucem prodire iuſſit, ſed filius eius Baptiſta. Franciſcus Bochius in *Elogiis virorum clariſſimorum, qui Florentiae, nati ſunt*, hoc carmen, titulo *Varchides*, & Michael Poccianti, in *Catalogo Scriptorum Florentinorum tit. La Varchide* minus recte adducunt. Vita LVDOVICI ALAMANNI, a variis deſcripta, paullo vero vberius expoſita fuit, in *Giornale de' litterati d' Italia Venet.* Tom. XXXII. p. 230. Conf. Niceron. *Memoires* Tom. XIII. p. 53. ſqq.

IOANNIS DE ALBA, Sacrarum Semioſeon, Animaduerſionum & electorum, ex vtriusque Teſtamenti lectione, commentarius, & centuriae. *Valent.* 1610. in 4.

Haec prima libri editio eſt, qui poſtea titulo: *Selectarum Annotationum, in varia, vtriusque Teſtamenti loca difficiliora* prodiit, & a Gerdeſio p. 6. *Florileg. Hiſtorico-Critici Librorum rariorum* propter raritatem commendatur. Extat quoque editio *Veneta* 1616. Obiit IOANNES DE ALBA *Hiſpanus Carthuſianus* an. 1591. Vid. Jacobi le Long *Bibliothec. Sac.* T. II. p. 600.

ALBERTVS MAGNVS de Secretis mulierum.

Plurimas iſtius libelli habemus editiones, eiusque verſiones. Sed illae rariſſimae ſunt, quae nomen veri

Digitized by Google

veri autoris in fronte gerunt. Neque enim ab ALBERTO MAGNO, ſed a diſcipulo illius HENRICO DE SAXONIA liber eſt conſcriptus. Duae nobis innotuerunt editiones, quae Autoris nomen, diſertis verbis, ante oculos poſitum, habent. Alteram inuenimus in Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. I. p. 679. qui illam hoc titulo adfert: *Henrici de Saxonia Alberti M. diſcipuli, liber, de Secretis mulierum. Aug. Vind. per Anthon. Sorg.* 1498. Conf. Jos. Simleri *Bibliothec. Gesner.* p. 281. Alteram reperimus in *Bibliotheca Thuana* p. 156. *Henrici de Saxonia de Secretis mulierum, de virtutibus herbarum, lapidum, quorundam animalium, aliorumque Francof.* 1615. in 12. Conf. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. not. k. p. 130. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. lat.* L. I. p. 121. qui hunc librum ALBERTO quidem ſuppoſitum eſſe ſcribit; veri autem autoris nullam prorſus facit mentionem. Simili ratione Petrus de Pruſſia *in vita Alberti M.* c. XVIII. alium autorem libelli, qui ſub ALBERTI M. nomine *de rerum natura* circumfertur, deſignat, eumque a Thoma de Cantopre ſeu Cantimpratenſi, ALBERTI diſcipulo conſcriptum eſſe perhibet. Conf. Chriſtiani Schoettgenii *Continuat. Bibliothecae J. A. Fabricii med. & infim. latinit.* L. XIX. p. 696. Jos. Simleri *Bibliothec. Gesneriana.* p. 660.

ALBOHALI *Arabis Aſtrologi antiquiſſimi, ac clariſſimi*, de iudiciis natiuitatum liber vnus, antehac non editus. cum priuilegio D. Ioanni Schonero conceſſo. *Noribergae in officina Ioannis Montani & Vlrici Neuber* 1546. in 4. fol. 64.

Hunc, ALBOHALI, qui rectius ABVALI ſcribitur, librum, Joachimo Hellero, Leucopetraeo, Matheſeos in gymnaſio Aegidiano, apud Norimbergenſes Profeſſori, ſtrenuo Aſtrologiae iudiciariae defenſori,

ſori, & indefeſſo eiusmodi librorum, inueſtigatori, acceptum referimus. Vixit ille Seculo XVI. & ob Flacianismum, & alia, quae ipſi impingebantur vitia, munus relinquere publicum & carceri incluſus, tandem 1563 menſe Junio, cum vxore & liberis e ciuitate Norimbergenſi exire iuſſus eſt. Vid. Freheri *theatrum virorum eruditione clarorum* p. 1460. Ceterum, ille librum, ex archetypo, qui olim in Bibliotheca Matthiae Regis Hungariae, fuerat repoſitus, edidit, & Philippo Melanchthoni, quem ſuum vocat praeceptorem, dedicauit. Recuſus fuit liber *Norimbergae* 1549. in 4. teſte *Bibliotheca Bodleiana* Tom. I. p. 15.

De ALCHEMIA volumen. *Norimb. apud Io. Petreium* 1541. in 4. pp. 373. praeter praefationem & indicem. Cum figuris ligno inciſis.

Omnia quae in hoc rariſſimo volumine continentur, titulus paullo vberius exponit. Nempe: *In hoc volumine de Alchemia continentur haec, Gebri Arabis, philoſophi ſolertiſſimi, rerumque naturalium, praecipue metallicarum peritiſſimi, de inueſtigatione perfectionis metallorum L. I. Summae perfectionis metallorum ſiue perfecti magiſterii L. II. Quae ſequuntur omnium nunc primum excuſa ſunt. Eiusdem de inuentione veritatis ſeu perfectionis metallorum L. I. De fornacibus conſtruendis L. I. Item ſpeculum Alchemiae doctiſſimi viri Rogerii Bachonis. Correctorium Alchemiae, doctiſſimi viri Richardi Anglici. Roſarius minor, de Alchemia; Incerti Autoris. Liber Secretorum Alchemiae Calidis filii Jazichi Judaei. Tabula Smaragdina de Alchemia Hermetis Triſmegiſti, Hortulani philoſophi ſuper tabulam Smaragdinam Hermetis commentarius. Omnia collatis exemplaribus, emendatiſſima, nouoque modo ad mentem Authorum diſtincta, & argumentis, atque picturis neceſſariis, illuſtrata, ita vt merito, iam renata videri queant.* In prae-

Digitized by Google

praefatione Chryſogoni Polydori dictionis impuritas, horum librorum excuſatur, & de eorum vtilitate, multa dicuntur. In fine libelli inuenitur epiſtola typographi, qui lectores rogat, vt ſi quis aliquid eiusmodi librorum, ſiue latine, ſiue germanice conſcriptum habeat, illi liberaliter id impertiri velit, quo collatis multis exemplaribus, emendatiora in ſtudioſorum manus perueniant, quae iam penes illum ſint, huius generis opuſcula, partim vetuſtate, & ſitu corrupta, partim librariorum inſcitia, deprauata eſſe, ſcribit, vt ſine multorum exemplarium collatione, corrigi & emendari non poſſint. Exhibet denique indicem 35. tractatuum, vt nominat, de Alchemia, qui iam penes illum ſint, quorum autem plura deſiderat exemplaria. Scripta, quae omnium optima, & caeteris maxime praeferenda exiſtimauit, Aſteriſco notata inuenies.

ALCORANVS Franciſcanorum.

De variis huius libri editionibus, multa lectu digna adtulit Cl. Vogtius in *Catalogo libror. rar.* p. 21. ſqq. Recentiſſimae tamen, & ſplendidiſſimae editionis, nullam prorſus, id quod miramur, fecit mentionem. Eſt illa apud nos hoc titulo inſignita: *L' Alcoran des Cordeliers tant en Latin, qu'en François c' eſt a dire, Recueil des plus notables bourdes & blasphemes de ceux, qui ont oſé comparer Sain & François a Jeſus Chriſt: tiré du grand livre des Conformitez, jadis composé par frere Barthelemi de Piſe, Cordelier en ſon vivant. Nouvelle edition ornée de figures desſinées par B. Picart. Tome I. a Amſterd. aux depens de la Compagnie* 1734. in 8. pp. 396. excepta praefatione. Tom. II. pp. 419. Hic liber controuerſiae, quae inter Goetzium, & S. R. Baumgartenium coorta eſt, occaſionem praebuit, de qua vid. illius *Merckwürdigkeiten*

keiten der Königlichen Bibliothec zu Dreszden Tom. III. p. 267 - 272. Huius autem *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothec* Tom. I. p. 286. ſqq. vbi nos docet, quod editio, anni 1560. in 8. cuius titulum gallicum tantummodo Cl. Vogtius exhibet, etiam textum contineat latinum, & quod editioni Geneuenſi an. 1578. in 8. quam latinam Cl. Vogtius exiſtimat, gallica etiam verſio, ſit adiecta. Plures editiones, a Vogtio, aliisque, qui hanc recenſuere, omiſſae, in libris citatis reperiuntur.

L'ALCORANO di Macometto, nel quale ſi contiene, la dottrina, la vita, i coſtumi, e'le leggi ſue. Tradotto nuovamente, dall' Arabo, in lingua Italiana. *Venet.* 1547. in 4. fol. 150.

Cl. Vogtius p. 20. *Catalogi libror. rar.* quidem hanc verſionem ab Andrea Arriuabenio, adornatam eſſe credidit, ſed contrarium nos docet ipſe Arriuabenius, qui bibliopola Venetus fuit, in dedicatione, ad Gallorum, in aula Turcica legatum, vbi diſerte ſcribit, ſe alii commiſiſſe negotium, vt ex lingua Arabica in Italicum ſermonem Alcoranum conuerteret. Sed deceptus fuit Arriuabenius, cum illa verſio, non ex Arabico ſermone, ſed e latina Roberti Retenenſis Angli verſione facta fuit, id quod interpres ipſe, ſine dubio hiſce ſignificare voluit verbis, quae in fine libri leguntur: *Et auenga che nel teſto Arabo ciſiano anchora alcuni pochi verſi, come ornamento del fine dell' opera, nondimeno, non eſſendo di ſoſtanza, ne appreſſo il latino interprete, li habbiamo voluto laſciare.* Verba illa in latina Roberti Retenenſis, verſione, & quidem in editione Bibliandri ita leguntur: *Subiiciuntur in Arabica ſcriptura verſus aliquot vice coronidis. Qua de cauſa latinus interpres omiſerit non poſſum ſatis intelligere.* Vid. *die Merckwürdigkeiten der Koenigl. Bibliotb. zu Dreszden.* T. III. p. 526. ſqq. Conf. Tom. I. p. 546. Nicol.

 Fran-

Franceſc. Haym *nella Notizia de'libri rari* p. 86. qui illum, *libro aſſai raro* nominat. De Roberti Retenenſis verſione vid. Huetius *de claris interpretibus* p. 141.

VLYSSIS ALDROVANDI Muſeum metallicum. *Bonon. ap. Io. Baptiſt. Ferronium* 1648. in fol. cum fig.

Titulum libri Cl. Vogtius p. 22. mutilum exhibuit, qui talis eſt. *Vlyſſis Aldrouandi Muſaeum metallicum, in libros IIII. diſtributum, a Bartholomaeo Ambroſino compoſitum, editore Marco Antonio Bernia Bonon.* 1648. in fol. Liber poſtea in compendium redactus, & editus fuit cum titulo: *Synopſis muſaei Metallici, Vlyſſis Aldrouandi, omnium Metallorum materiam, proprietates, differentias, generandi & praeparandi rationem, & vſum ſuccincte tradens, innexis variis curioſitatibus ſcitu lectuque dignis. Edita a Dauide Kellero, Medic. Doctore Practico Lipſ.* 1701. in 12. Vid. Niceron. *Memoires* T. XXXIII. p. 357.

THEOPHILI ALETHAEI Diſcurſus politicus de Polygamia. Salomo: Eme veritatem, nec vende illam. Iohannes: Si male locutus ſum, proba; ſi vero bene, quare verberas me? *Friburgi apud Henricum Cunrath* 1674. in 12. pp. 96, iterumque ibidem 1676. in 8. pl. 11.

Joannes Lyſerus, nunquam Rector vt Jacobus Fridericus Reimmannus quidem in *Catalogo Bibliothecae Theologicae* p. 696. & cum eo Cl. Vogtius p. 23. exiſtimat, ſed Scholae prouincialis Portenſis fuit Inſpector eccleſiaſticus. Multa quidem de variis iſtius libri editionibus, & verſionibus, nec non de fatis Lyſeri tragicis hic adferre poſſemus. Sed ablegamus lectores, qui plura ſcire cupiunt, ne cram-

ben

Digitized by Google

ben bis coctam adponere videamur, ad Viri Summe Reuerendi Joannis Joachim. Am Ende pereruditam *diſquiſitionem, qua memoriam Inſpectorum Portenſium reſtaurauit* Viteb. 1748. in 4. excuſam; nec non ad Chriſtiani Gottlieb Clugii Theologiae Doctoris apud Vitebergenſes celeberrimi *epiſtolam, de vita ac fatis Ioannis Lyſeri ad Jo. Joach. Am Ende perſcriptam, cum munus Superintendentis, apud Friburgenſes ſuſciperet* Viteb. 1748. in 4. Illi enim Viri doctiſſimi, ſummo ſtudio congeſſerunt, quae, de Jo. Lyſero, eiusque ſcriptis dici poterant.

Hiſtoria ALEXANDRI MAGNI *Regis Macedoniae*, de proeliis, in fol.

Iterata editio *Argentinenſis* ſcilicet ann. 1494. in fol. extat in *catalogo exquiſitiſſimae bibliothecae Sellianae*, vbi etiam p. 122. editio perantiqua *ſine loco & anno* in 4. adfertur. Conf. Mich. Maittaire *Annal.* Tom. I. p. 584.

Philomati ſeu ALEXANDRI VII. *Papae*, muſae iuueniles. *Lutet. Paris.* 1656. in fol. e typograph. Reg.

Splendidisſimum ac rariſſimum illud opus, quod e typographia Regia, in charta maxima impreſſum prodiit, a pauciſſimis doctis viris conſpectum fuisſe, admodum veriſimile eſt. Neſcimus quid compilatorem *Catalogi Bibliothecae Hulſianae*, commouerit vt P. I. p. 276. has muſas iuueniles, ſub Philomati nomine in lucem emiſſas Guilelmo a Fürſtenberg adſcripſerit. Non minore quidem ſplendore Poemata Ferdinandi, Epiſcopi Monaſteri & Paderbornenſis, Liberi Baronis de Fürſtenberg *Pariſiis* 1684. *e typographia Regia* in fol. euulgata fuerunt, Conf. de Alexandro Chigio VII. P. Baile *Dictionair.* in voce *Chigi* Tom. I. p. 869.

LEONIS ALLATII Dramaturgia diuiſa in VII. indices. Romae 1666. in 12.

Nunquam liber iſte, latina ciuitate donatus, prodiit, vt quidem hic titulus, quam Cl. Vogtius p. 25. exhibet, prae ſe ferre videtur; ſed italice conſcriptus inuenitur: *Drammaturgia diuiſa in Setti indici.* Liber complectitur ea, quae ludos Scenicos, & eorum Autores, reſpiciunt. Conf. Niceron. *Memoires* Tom. IIX. p. 113.

R. MOYSES ALMOSNINO, *Hebreo*, Extremos, y grandezas de Conſtantinopla. Traducido par Iacob Canſino Vaſſallo de Sv Mageſtad Catolica, Interprete Suyo, y Lengua en las plaças de Oran. *En Madrid, en la Imprenta de Franciſco Martinez.* 1638. in 4. pp. 195.

R. MOYSES ALMOSNINO Theſſalonicenſis, filius Rabbi Baruch, vixit circa annum 1538, & reipublicae Theſſalonicenſis commiſſarius anno 1567. in aula Turcica fuit. Vid. Jo. Chriſt. Wolfii *Biblioth. Hebr.* Tom. I. p. 805. ſqq. T. IV. n. 1521. De Interprete Iacob. Canſino Tom. III. num. 1101. p. 524. *Die Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dreszden* Tom. III. p. 446. ſqq.

FRANCOIS DE L'ALOVETTE Traité des Nobles, & des vertus dont ils ſe ſont formés, avec une hiſtoire genealogique de la maiſon de Couci & Vervin. *Paris*, 1577. in 4.

Librum hunc, inuentu & emtu, difficillimum eſſe, teſtatur *Catalogus Bibliothecae Joannis Petri de Ludewig* p. 1164. Autor praeſes Sedanenſis fuit, qui plura ſcripſit, quorum catalogum Antoine du Verdier & François de la Croix du maine *in Bibliothecis*

ex-

Digitized by Google

exhibent. In hoc libro, multa quidem vulgaria reperiuntur, diplomata autem, quae ad hiſtoriam genealogicam domus de Couci, adfert, multum lucis, feudis medii aeui accendunt.

ANDR. ALTHAMERI Commentarius in Tacitum de moribus Germanorum. *Norimb.* 1538. in 4.

Haec non prima iſtius libelli, ſaepius recuſi, editio eſt, antiquior & rarior extitit in *Bibliotheca Hulſiana* P. II. p. 419. cuius titulus eſt. ANDREAE ALTHAMERI *Brentii Scholia in Cornelium Tacitum Romanum hiſtoricum de ſitu, moribus, populisque Germaniae, Norimberg.* 1529. in 4. Conf. Joſiae Simleri *Bibliotheca Geſnerian.* p. 35.

ALVREDI *Beuerlacenſis* Annales, ſiue hiſtoria de geſtis regum Britanniae libris IX. E codice peruetuſto, calamo exarato, deſcripſit, editque Thomas Hearne, qui & praefatione, notis, atque indice illuſtrauit. *Oxon.* 1716. in 8.

Quoniam teſte Niceron. Tom. XLI. *Memoir.* p. 118. CXLIIX. tantum exempla, huius libri, typis exſcripta fuerunt, vnusquisque facile, raritatis cauſſam coniicere poterit. Conf. de ALVREDO iſto, Academiae Oxonienſis conditore, Ioannis Lelandi *Commentar. de Scriptoribus Britannicis* Tom. I. Cap. CXV. p. m. 144. ſqq. Vid. etiam infra Thomas Hearne.

SIXTINI AMAMA *Friſii, Litterarum Hebraicarum Profeſſoris Franekerani* Antibarbarus biblicus, ſeu Cenſura verſionis vulgatae latinae Pentateuchi librorum hiſtoricorum, libri Iob,

Digitized by Google

Pſalmorum, Prouerbiorum, & Eccleſiaſtae, libro IV. auctus. *Franeker*. 1656. in 4.

Recuſa illa editio fuit *Hamburgi* 1707. in 4. Liber quartus qui hiſce editionibus acceſſit, complectitur Iſaiae, & Hieremiae Cenſuram. Libri tres priores iam anno 1628. *Franekerae* in 4. prodierant. Vid. Niceron. *Memoires* Tom. XXXIIII. p 242. ſqq. vbi ſatis adcurata libri reperitur recenſio. Conferendi autem ſunt cum hoc Antibarbaro biblico, eiusdem Autoris *Cenſura vulgatae verſionis latinae Pentateuchi cum Prolegomenis. Franeker*. 1620. in 4. *Francof. ad Moen.* 1633. *in* 4. *Cenſura in libros Joſuae, Judicum, Samuelis, Regum, Paralipomenon, Pſalmos, Prouerbia, Eccleſiaſten*, quae in *Criticis Sacris* reperitur, Conf. de SIXTINO AMAMA P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 172. Anton. Wood *Athenae Oxonienſes* Tom. I. p. 527.

DIVI AMEDAEI *Epiſcopi Lauſaniae*, de Maria virginea matre homiliae octo, plenae myſticis eius laudibus, quae miris modis languidam in Deum mentem, ſimul excitant, quibuslibet chriſtianis inprimis vtiles & amoenae. *Colon.* 1618.

Melchior Hurterus, quidem apud Gerdeſium in florileg. p. 15. huic libro, inter rariores, locum adſignat, quem nos vero, non adeo infrequentem in bibliothecis eſſe, crediderimus, cum nonſolum ſaepius ſeorſum editus fuerit, ſed etiam in variis collectionibus inueniatur. A Fabricio in *Bibliotheca med. & inf. lat.* L. I p. 205. praeter *Baſileenſem* 1517. primam, & illam quam hic adduximus, etiam editio *Antuerpienſis ex recognitione Richardi Gibbon* S. I. 1613. in 12. *Duacenſis* 1625. in 4. adferuntur; ſed ille etiam quinque collectiones, eiusmodi Scriptorum nominat,

nat, quibus ille liber inſertus inuenitur. Conf. Anton. Poſſeuin. in *Appar. Sacr.* Tom. I. p. 75, qui de prima editione ſcribit: *eam Baſilcae prodiiſſe, cum nondum haereſeos veneno, contaminata prorſus fuiſſet illa ciuitas.*

SCIPIONE AMMIRATO delle famiglie nobili Fiorentine. *In Firenze preſſo i Giunti.* 1615. in fol.

Tomus tantum primus, operis iſtius in lucem prodiit. Vid. Nicol. Franceſc. Haym *notizia de' libri rari* p. 105. Secundus quidem teſte Niceron. Tom. IIII. *Memoir.* p. 109. ab AMMIRATO elaboratus, & ad finem perductus, typis tamen nondum exſcriptus fuit. In nonnullis exemplaribus inuenitur dedicatio SCIPIONIS AMMIRATI ad Franciſcum magnum Hetruriae ducem, ſed rariſsime. Illam enim autor praemiſit, cum viueret, poſtquam vero illo viuente, pauca libri exemplaria vendita erant, Scipio Ammiratus iunior illum librum, veluti denuo editum produxit an 1615, nouumque illi titulum, & nouam epiſtolam dedicatoriam, ad Coſmum II. praefixit, veteremque reiecit. Vid. *Giornale de' letterati d' Italia* Venet. Tom. XXXIII. P. I. p. 306.

Les AMOVRS paſtorales de Daphnis & de Chloë, ecrites en grec par Longus ancien auteur, & traduites en françois par Amiot, *a Paris* 1718. in 8. cum fig.

Plurimae quidem, huius verſionis, extant editiones, illa tamen, ſi *Catalogo librorum bibliopolii Caroli Levier*, quod 1735. Hag. Comit. diuenditum fuit, fides habenda eſt, ex eorum librorum eſt numero, qui inter rariſsimos, non vltimum, obtinet locum.

Ita vero Catalogus iſte p. 314. *Les Amours paſtorales de Daphnis & de Chloë, edition originale* 1718. *avec* 29. *tres belles figures inventées par Monſeigneur le Duc d'Orleans, & gravées par Audran; Cet Ouvrage eſt tres rare, on n'en a tiré qu'un tres-petit nombre d'exemplaires, aux depens du Duc Regent, & celui-ci eſt d'autant plus conſiderable, a cauſe, qu'on n'a pas ſeulement marqué en marge d'une ecriture parfaitement belle les diverſes leçons de la traduction, mais principalement, qu'il ſe trouve a la fin un deſſein original de la main de Monſeigneur le Duc d'Orleans, qui repreſente la concluſion du Roman: Cette piece n'a pas été gravée parceque le Sujet en eſt trop libre.* &c. Conf. Niceron. *Memoir.* Tom. IIII p. 52.

MOYSE AMYRAVT, Traité du gouvernement de l'egliſe *a Saumur* 1653. in 8. pl. 34.

Collectores *Nou-Antiquorum* ad an. 1727. p. 23. hoc ſcriptum rarum & doctum vocant. MOSES AMYRALDVS, Profeſſor theologiae Salmurienſis, qui inter Galliae polygraphos, non infimum obtinet locum, in hoc libro, neceſſitatem, & autoritatem Synodorum eccleſiaſticarum, contra independentes, vt vocantur, defendit: In praefatione ſcribit, quod eorum dogmata, a ſynodo Charentonenſi, inter ea, e quibus multum detrimenti, & eccleſia & regnum caperet, relata fuerint, quam ob rem etiam ſuperiorum iuſſu, librorum conſcripſerit. Vberiorem recenſionem *Nou-Antiqua* loco citat. exhibent. Inter rariores libros MOSIS AMYRALDI omni etiam iure referri meretur, *La vie de François Seigneur de la Noue, dit Bras-de-fer. a Leide* 166 . in 4 Conf. P. Baile *Dictionair.* Tom. I. p. 18 , qui inter alia Iulii Bartoloccii de Celleno, ignorantiam reprehendit, qui in *Bibliothec. Rabbinica* P. IIII. p. 66. MOSEM AMYRALDVM, Iudaeum conuerſum ad fidem, nominauerat.

ANA-

ANACREONTE tradotto dal teſto greco, in rime Toſcane di diverſe maniere, per Aleſſandro Marchetti. *In Lucca* 1707. in 4.

Vir ALEXANDER MARCHETTVS, in Academia Piſana Matheſeos Profeſſor, & Academiae de la Cruſca ſocius adſcriptus, hanc verſionem in lucem emiſerat, cum inquiſitionis iuſſu illa ſupprimeretur quam ob cauſſam, illa, nunc inter rariores libros, locum obtinuit. Conf. *Giornale de'letterati d'Italia Venet.* Tom. XXI. p. 213. Scipion. Maffei *I traduttori Italiani* p. 34. Nicol. Franceſc. Haym *Notizia de' libri rari* p. 145.

AVGVSTINI DE ANCONA Summa de eccleſiaſtica poteſtate, *edita ac finita, per me Arnoldum Therhurnem die VII. Kalend. Februar. Colon. Agrippin.* 1475. in fol.

In *Catalogo Bibliothecae Dalmannianae* quae Hag. Comit. 1723. diuendita fuit, de libro iſto, leguntur haec verba: *Ce livre eſt tres rare, par ſa matiere, & c'eſt ici la premiere edition.* Prius quidem facile largimur, admodum enim infrequens eſt, quamuis *Venet.* 1487. in 4. nec non *Romae* 1582. recuſus fuit Falſum autem eſt, quod haec libri, editio, prima ſit, quia iam anno 1473. editio, *Auguſtae Vindelicorum* in lucem prodiit. Vid. Jo. Sauberti *Hiſtoria bibliothecae Reip. Noribergenſis* p. 123 Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 330 In nonnullis exemplaribus, *Romanae editionis an.* 1582. annus conſpicitur 1584. in aliis 1585. ſed collatis exemplaribus, vnam eſſe eandemque editionem, quilibet fatebitur. AVGVSTINVS TRIVMPHVS ANCONITANVS, Ordinis Auguſtiniani monachus, qui concilio Lugdunenſi anno 1274. iuuenis interfuit, obiit Archiepiſcopus Nazarenus, Neapoli 1328. anno aetatis 85.

Vid. Cornelius Curtius in in *Elogiis Auguſtinianorum* p. 129. ſqq. De reliquis eius ſcriptis Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med & infim. Lat.* L. I. p 404. cui editio a nobis adlata, minus cognita fuit. Conf. quoque Antonii Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 148. ſqq.

IACOBI PAYVAE ANDRADII Orthodoxarum explicationum L. X. *Venetiis* 1564. in 4. *Coloniae per Cholinum* 1564. in 8.

Illo libro, Martinum Chemnitium adductum fuiſſe, ſcribit Cl. Vogtius in *Catalog. libr. rar.* p. 31. vt concilii Tridentini Examen inſtitueret. Id quidem cum veritate prorſus congruit; Sed IACOBVM A PAYVA ANDRADIVM, priusquam examen concilii Tridentini, conſcriberetur, a Chemnitio, hoc libro impugnaſſe Martin. Chemnitium, titulus prodit, quem integrum adponimus: *Jacobi a Payua Andradii, Orthodoxarum explicationum, omnium fere de religione capitum, quae ab haereticis controuertuntur Libri X: in quibus, praeſertim Martini Chemnitii calumniae refutantur.* Vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* T. II. p. 83 Jo. Franciſci Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologica* P. II. p. 497. Scripſit idem IACOBVS DE PAYVA D' ANDRADA, alium, contra Martinum Chemnitium, libellum, cuius iam titulum Cl. Vogtius l. cit. adduxit, quem vero *Olyſſipon.* 1570. prodiiſſe inuenimus in *Bibliotheca Telleriana* p. 65.

VALERII ANDREAE DESSELII Faſti academici, ſtudii generalis Louanienſis, id eſt, origo, & inſtitutio, Rectores, Cancellarius, Conſeruatores, & Doctores, Profeſſores, Fundatores, & Benefactores, resque aliquot memorabi-

rabi-

Digitized by Google

rabiles eiuſdem vniuerſitatis. Editio iterata, accuratior, & altera parte auctior. *Louanii* 1650. in 4. pp. 407.

De controuerſia, propter editionem inter Jo. Chriſtophorum Colerum, & Chriſtoph. Auguſtum Heumannum, exorta, inprimis legi merentur, quae poſterior Tom. II. *Poeciles* p. 391. ſqq. & Tom. III. p. 41. ſqq. ad Colerum perſcripſit. Conf. etiam Niceron. *Memoir*. Tom. XLI. p. 195.

FRANCESCO ANGELONI Iſtoria Auguſta da Giulio Ceſare, a Coſtantino il Magno, illuſtrata con la verità delle antiche medaglie. Con l'emendazioni poſtume, e col ſupplimento de roveſci di Gio. Pier. Bellori. *In Roma per Felice Ceſeretti* 1685. in fol.

Hic, inter libros ANGELONI, rariores, etiam in ipſa Italia, omni iure referendus eſt. Conſtituit *Gioia XIX. della Collana*, vt apud Italos vocatur, *Latina*. Prior eius editio prodierat *Romae* 1641. in fol. Conf. Nicol. Franceſco Haym *notizia de' libri rari* p. 31.

ANDREAE ANGELI breuiarium ſeu compendium rerum Marchicarum. Das iſt: Kurze und doch wahrhaftige Beſchreibung der vornehmſten Geſchichten und Hiſtorien, ſo ſich vor und nach Chriſti Gebuhrt, als über 200 Jahren, im Chur - und Fürſtenthume der Marck Brandenburg, von Jahr zu Iahre, bis auf gegenwärtiges 1593ſtes Jahr begeben und zugetragen haben. Am Ende iſt hinzugeſetzet ein kurzer Bericht vom Marggrafthum Brandenburg. *Wittenberg* 1593. in 4.

Librum

Librum nos compendium, aut prodromum, maioris operis eſſe putamus, quod idem ANDREAS ANGELVS *Struthiomontanus*, edidit cum titulo. *Annales Marchiae Brandenburgicae. Das iſt, Verzeichnüs der fürnembſten Geſchichten, ſo ſich im Churfürſtenthumb Brandenburg vnnd andern einverleibten Landen vor und nach Chriſti Geburth zugetragen haben. &c. Frankf. an der Oder* 1598. in fol. In bibliotheca Portenſi publica adſeruatur eiusdem ANGELI *Hollſteiniſche Chronica Leipzig* 1597. II. Tom. in fol. quorum, hiſtoriam, alter vero vrbium memorabilia exponit.

BONAVENTVRA ANGELI. Vid. infra BONAVENTVRA.

Vindiciae ANHALTINAE, ſeu Celſisſimorum, & illuſtrisſimorum Principum Anhaltinorum, Comitum Aſcaniae, Dynaſtorum Serueſtanorum, Bernburgenſium &c. Iura liquidisſima, in & circa antiquisſimum Comitatum Aſcaniae, repraeſentata in Manifeſto Aſcanienſi, & ab eclipſi cuiusdam Anonymi liberata. Acceſſerunt ſolennes proteſtationes, pro conſeruandis Anhaltinorum Principum iuribus, inter vniuerſalis pacis tractatus publice exhibitae An. 1648. in 4. pp. 127.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 33. ſqq. Omnia vero, Martini Milagii a Milagsheim, qui nonſolum Principibus Anhaltinis, a Conſiliis fuit, ſed etiam Cancellarii dignitate gauiſus eſt, ſcripta publica, & deductiones, rarisſime inueniuntur. Huc ſpectant, quae mihi innotuerunt, *Manifeſtum Aſcanienſe, ſeu Relatio quomodo principes Anhaltini poſſeſſione comitatus Aſcaniae, ab epiſcopis & capitulo Halberſtadienſi, per vim deſtituti ſint.* 1646. in 4. it. *Canzler*

Mi-

Milagii a Milagsheim Deduction wegen Lauenburg pro Anhalt. ſine loco & anno in 4.

ANTHOLOGIA graecorum poetarum graece. *Florent. 1494.* in 4.

Omnium prima, & rariſſima haec eſt editio, litteris capitalibus graecis, per *Laurentium Franciſci de Alopa, Venetum impreſſa.* Confutat Jo. Alb. Fabricius in *Bibliotheca graeca* L. III. c. XXIIX. p. 698. Leonem Allatium, qui, in *Animaduerſionibus in Etruſcarum Antiquitatum fragmenta, ab Inghiramio èdita,* p. 61. hanc editionem 1484. prodiiſſe ſcripſerat, ſed non anno 1497. vti loco citato legitur, illa euulgata fuit. Habemus autem heic epigrammata graeca, prout illa, a Maximo Planude, collecta, & a Jano Laſcare Rindaceno, typis ſubiecta ſunt. Epiſtola eius, nec non epigramma graecum, ad Petrum Medicem, in paucisſimis exemplaribus reperitur. Vid. Mich. Maittaire *Annal. Typograph.* T. I. p. 575. *Die Merckwürdigkeit. der Koenigl. Biblioth. zu Dreszden* Tom. I. p. 29.

Der Gemein Gottes in ANTORF Kirchenordnung. *Eisleben 1567.* in 8.

De duabus aliis editionibus, eodem anno euulgatis, Vid. Cl. Vogtii *Catalog. Libr. rar.* p. 38. Hanc inuenimus, in *Collectione in vnum corpus omnium librorum Hebraeorum, Graecorum, Latinorum, nec non Germanice, Italice, Gallice, & Hiſpanice ſcriptorum, qui in nundinis Francofurtenſibus ab anno 1564. vsque ad nundinas Autumnales anni 1592. partim noui, partim noua forma, & diuerſis in locis editi, venales extiterunt. &c.* quae prod. *Francof. ex officina Typograph. Nicolai Baſſaei* 1592. III. Part. in 4. Extat libri, a nobis adducti, titulus P. II. p. 114.

PETRI

PETRI APIANI *von Leyſnick der Aſtronomei zu Ingolſtadt Ordinar.* Newe vnnd wolgegründte vnderweyſung aller Kauffmanns-Rechnung in dreyen Büchern mit ſchönen Regeln vnd fragſtücken begriffen. Sunderlich was fortt vnnd behendigkait in der welſchen Practica vnd Tolletn gebraucht wirdt, desgleychen fürmals wider in Teutzſcher noch in welſcher ſprach nie gedrükt. in 8.

Hic liber, inter rariores PETRI APIANI libros referri meretur. In fine leguntur haec verba: *Gedrükt vnd volendt zu Ingolſtadt durch Georgium Apianum, jm Iar nach der geburt Chriſti* 1527. *am* 9. *Tag Auguſti.* Ex quo adparet, quod typographiae priuatae, quae in aedibus Apiani fuit, Georgius, PETRI APIANI frater praefectus fuerit.

APOLOGIAE Reuerendiſſ. & illuſtrisſimorum S. R. Imp. Principum, pro Imper. Henrico IIII. aduerſus Gregorii VII. Papae, Cogn. Hildebrandi, & aliorum criminationes; nunc recenſitae, de integro emendatae, & Auctoribus ſuis reſtitutae, opera Melch. Goldaſti Haiminsfeldii. *Hanouiae* 1611. in 4. pp. 266.

Titulum libri, paullo mutatum, adfert Niceron. Tom. XXIX. *Memoir.* p. 396. *Reuerendiſſ. & illuſtriſſimorum S. R. I. Principum apologiae, pro Domino noſtro Imperatore Henrico IIII. aduerſus Gregorii VII. & aliorum patriae hoſtium, impias ac malignas criminationes, nunc recenſitae, de integro emendatae, auctoribus ſuis reſcriptae, & natalibus reſtitutae. Studio Melchioris Goldaſti Haiminsfeldii. Hanou.* 1611. in 4. Inueniuntur in libro illo, XV. tractatus pro Henrico IIII. tres vero in fauorem Gregorii VII. conſcripti, qui

qui vberius recenſentur in *Bibliotheca Hamburgens. hiſtorica Centur.* IIX. p. 297. ſqq. Hanc vero collectionem partem conſtituere ſecundam libri, cui titulus: *Replicatio pro Sac. Caeſarea, & Regia Francorum maieſtate, illuſtriſſimisque imperii ordinibus, aduerſus Jacobi Gretſeri Jeſuitae e Societate Loyolitarum, crimina laeſae maieſtatis, rebellionis & falſi; extemporaliter & populariter inſtituta, a Melchiore Goldaſto Haiminsfeldio. Hanou.* 1611. in 4. pp. 440, nos docent *die Merckwürdigkeiten der Koenigl. Bibl. zu Dr.* T. III. p. 565. Conf. *Bibliotb. Hamb. Hiſtoric.* l. cit. p. 295. ſqq.

LEVINI APOLLONII, de Peruuiae regionis, inter noui orbis prouincias, celeberrimae, inuentione, & rebus, in eadem geſtis. Libri V. ad Iacob Clarontium, Maldeghemmae, ac Pittemiae Dominum. *Antuerp.* 1567. in 8.

In ſermonem liber translatus vernaculum extat in collectione Scriptorum de nouo orbe & rebus in eodem geſtis, quam edidit Nicolaus Honiger *Baſil.* 1583. in fol.

APOLLONII PERGAEI Conicorum Libri.

Editionem *Londinenſem* huius libri, curante Halleio, rariſſimam eſſe, quum vltra 400. exemplaria impreſſa, non ſint, teſtatur Cl. Vogtius in *Catalog. Libr. rar.* p. 41. Titulus vero huic editioni praefixus conſpicitur: *Apollonii Pergaei Conicorum Libri IIX. & Sereni Antiſſenſis, de Sectione Cylindri & Coni L. II. gr. & lat.* (ex recenſione Edm. Halleii) *Oxon.* 1710. *e theatr. Sheldoniano* in fol. mai. Raro hodie etiam conſpiciuntur *Apollonii Pergaei de Sectione rationis Libri duo, ex Arabico latine verſi, & de Sectione Spatii L. II. Gr. & Lat. cum Pappi Alexandrini* Prae-

Praefat. ex editione Edmund. Halleii Oxon. e theatr. Sheldon. 1706. in 8. mai.

PETRI APONENSIS ſiue de APANO vel d' ABANO liber de magia. *Patau. 1509.*

In librorum indice, a PETRO D' APONO, conſcriptorum, apud Niceron. Tom. XXVI. *Memoir.* p. 313. ſqq. librum de magia fruſtra quaeſiuimus, quapropter illum ſeorſum editum eſſe vix crediderimus. Gabriel Naudé *dans l'Apologie pour tous les grands perſonnages, qui ont été fauſſement ſoupçonnez de Magie* p. 389. ſqq. edit. *Paris.* 1625. in 8. tres libros de magia, ſub illius circumferri nomine, ipſum vero PETRVM D' APONO, nullum, hoc titulo, inſignem, ſcripſiſſe confirmat. Scripſit praeterea PETRVS D' APONO *de Venenis, quaeſtiones de febribus, ad Joann. Meſuae de morbis internis curandis librum,* προσθήκην, *Aſtrolabium planum, Deciſiones phyſionomicas, Geomantiam, & Heptaemeron,* qui libri omnes, rarioribus accenſentur. Editiones illorum diuerſas Niceron. l cit. longa ſerie adtulit. *Problematum Ariſtotelis editio Patauina* an. 1482. illi fuit incognita. Conf. Jos. Simleri *Bibliotheca Gesner.* p. 552. Freheri *theatrum virorum eruditione clarorum* p. 1209. qui in vna portarum Praetorii, Patauini, ſtatuae eius lapideae, haec legi ſubſcripta verba ſcribit: *Petrus Aponus Patauinus, Philoſophiae Medicinaeque ſcientiſſimus, ob idque Conciliatoris cognomen adeptus: Aſtrologiae vero adeo peritus, vt in Magiae ſuſpicionem inciderit, falſoque de haereſi poſtulatus, abſolutus fuit.*

Iſtoria delle guerre eſterne de' Romani di APPIANO *Aleſſandrino* tradotta da Aleſſandro Braccio. *In Venezia per Baldaſſar. Coſtantini.* 1545. in 8. Tom. II.

Omnes

Digitized by Google

Omnes editiones, verſionis iſtius, quarum prima 1538. *Venet.* in 8. prodiit, inter rariores libros numerantur; haec vero inter rariſſimos referri debet, cum nonſolum Jo. Alb. Fabricio, ſed etiam librorum italicorum rariſſimorum indici Nicol. Franciſco Haymio, nec non Scipioni Maffei incognita fuerit. Extitit haec editio in bibliotheca Selliana. Vid. *Catalogi Append.* p. 68. Optimam verſionis huius editionem eſſe cenſet Haymius *nella notizia de' libri rari* p. 9. quae *riveduta e corretta da Lodovico Dolce, In Venez. per il Giolito* 1559. III. Vol. in 12. prodiit.

APVLEII liber de Deo Socratis. ex recenſione Ioſiae Merceri. *Lutet. apud Robert. Stephanum. 1625* in 12.

Extremae raritatis dicitur liber, in *Catalogo Bibliothec. Sellianae* P. I. in Append. p. 166. & quatuor thaleris venditus fuit.

CAESAR AQVILINIVS, de tribus hiſtoricis Concilii Tridentini, *Amſtelod, apud Elizeum Weyenſtraten. 1662.* in 8. pp. 96.

Hunc annum prae ſe fert libri exemplum, quod nobis in manibus eſt. Cl. Vogtius tamen in *Catalogo libr. rar.* p. 43. & Gerdeſius in *florileg.* p. 25. librum 1560. prodiiſſe ſcribunt. Conf. Chriſtian. Auguſt. Salig. *hiſtor. litterar. Concilii Tridentini* §. 106. 204. ſqq. in *Continuat.* §. 5. p. 250. ſqq. qui non ſine cauſſa Scipionem Henrici, libri autorem eſſe, exiſtimat. *Nou - Antiqua anni* 1712. p. 52. ſqq. idem confirmare videntur.

ARCHIMEDIS Opera nonnulla, a Federico Commandino Vrbinate, nuper in latinum conuerſa, & commentariis illuſtrata. *Venetiis, apud*

Digitized by Google

Paullum Manutium, *Aldi F.* 1558. in fol. P. I. fol. 55. P. II. fol. 63. ſi dedicationes exceperimus.

Librum, ſi litterarum ſpectaueris characterem, vix inuenies nitidiorem. Dedicauit Partem illius primam F. Commandinus Rainutio Farneſio Cardinali ampliſſimo, & optimo. Continentur autem I. parte, *Archimedis opera*, *de Circuli dimenſione*, *de lineis Spiralibus*, *de quadratura paraboles*, *de Conoidibus*, & *Sphaeroidibus*, *de Arenae numero*, *e graeco*, *in latinum ſermonem conuerſa*, & figuris elegantiſſime ligno inciſis, illuſtrata. II. partem, quae *Eutocii Aſcalonitae commentarium, in librum de Circuli dimenſione a F. Commandino in latinam linguam conuerſum*, necnon eiusdem *F. Commandini*, *Commentarios*, *in libros*, *ſupra memoratos*, complectitur, inſcripſit Octauii Farneſii, Parmenſium & Placentinorum Ducis nomine: Quod vero ad verſiones F. Commandini ipſas adtinet, illas longe meliores eſſe iis, quas a Jacobo Cremonenſe, & Dauide Riualto a Flurantia Cenomano, Ludouici, XIII. Conſiliario, habemus, tametſi codice, haud ſatis emendato, vſus fuerit Commandinus, teſtatur J. A. Fabricius in *Bibliotb. Gr.* L. III. c. XXII. p. 547. Conf. *die Merckwürdigkeiten der Koeniglichen Bibliotb. zu Dreszden* T. II. p. 246. Vita Federici Commandini, qui & de aliis, Veterum mathematicorum, Claudii Ptolemaei, Apollonii Pergaei, Pappi Alexandrini, Sereni Antiſſenſis, Euclidis, Ariſtarchi, Heronis Alexandrini, & aliorum, Scriptis, praeclare meritus eſt, a Bernardino Baldi Vrbinate, monaſterii Guardiſtallenſis Abbate expoſita, reperitur Tom. XIX. *Giornal. de'letterati d'Italia Venet.* p. 140. ſqq. nec non apud Niceron. Tom. VI. *Memoires* p. 364. ſqq.

PETRI ARCVDII liber de Purgatorio igne, aduerſus Barlaam. gr. & lat. *Rom.* 1637. in 4.

Digitized by Google

P. ARCVDII, qui Corcyrae ortus, incredibili ingenii doctrinaeque laude circa finem Seculi XVI. floruit, ſcripta pleraque, e rariſſimis ſunt. Inprimis illius *concordia eccleſiae Occidentalis & Orientalis in VII. Sacramentorum adminiſtratione. Paris.* 1619. edita, magni aeſtimatur. In illo, quem adduximus, libro, contra Barlaamum, monachum Graecum, diſputationem inſtituit, de purgatorio, & vtrum detur, & an ſit per ignem, disquirit. Vitam PETRI ARCVDII vberius exponit Janus Nicius Erythraeus in *Pinacotheca* I. p. m. 225. Conf. Jo. Franciſc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologica* P. II. p. 1407.

ANTONII ARENA Scripta.

Pleraque oppido rara & pauciſſimis viſa eſſe ſcribit Cl. Vogtius in *Catalog. libr. rar.* p. 45. Inuenimus in *Biblioth. Sellianae Catalogo*, & quidem in Append. p. 57. *Anton. Arena Prouincialis de bragartiſſima villa & aſiniſſima Compagnia de Soleuer a Lyon.* 1612. in 8. Num idem ille ſit liber, quem Cl. Vogtius l. cit. adfert, ignoramus. Praeterea quatuor diuerſae nobis innotuerunt editiones *Lyon.* 1531. in 8. *ib.* 1572. in 8. *Sine loco Stampatus in Stampatura Stampatorum* 1670. in 8. it. *ſine loci indicio* 1651. in 12. In Jos. Simleri *Bibliotheca Gesner.* p. 47. legimus: Librum eſſe ſcriptum ab *Autore Studioſo iuris Auinione an.* 1519. *verſibus elegiatis, dictionibus latinis & gallicis, ridicule permixtis.* Eundem opus *de bello Maſſilienſi* edidiſſe, memoratur, ab eodem Simlero l. cit.

CAROLI ARETINI Philodoxios. *Lucae* 1580. in 8.

Haec CAROLI ARETINI comoedia, ob lepidum Aldi Manutii iunioris, errorem, in ſeriem librorum rariorum venit. Inuenerat illam Manutius

manuſcriptam, ſub nomine Lepidi comici. Putauerat reliquias comici cuiusdam, ſe inueniſſe veteris, easque hoc ornauerat titulo: *Lepidi Comici veteris, Philodoxios, fabula ex antiquitate eruta, ab Aldo Manutio, Lucae* 1580 in 8. Alii hanc comoediam Leoni Baptiſt. Alberti tribuunt. Fuit CAROLVS MARSVPPINVS ARETINVS Eloquentiae Profeſſor, & mortuo Leonhardo Bruno Aretino, Cancellarius ſiue Secretarius Florentinus. Vid. *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. X. p. 479. ſqq. Tom. XI. p. 295. ſqq. Iulius Niger de *Scriptoribus Florentinis* p. 119. Niceron. *Memoires* Tom. XXV. p. 197.

IOANNIS TORTELLII ARETINI, Commentariorum de Orthographia dictionum, e graecis, tractarum opus. *Venet.* 1471. in fol.

Hic liber in *Catalogo Bibliothecae Sellianae* rariſſimis adnumeratur. Quod paucis viſus fuerit, teſtantur variae tituli immutationes, quae in doctiſſimorum virorum ſcriptis, paſſim inueniuntur. Paull. Jouius *librum* ARETINI *de poteſtate litterarum*, Trithemius *Commentarium grammaticum*, Volaterranus *Orthographiam*, Gesnerus *commentarios linguae latinae*, Simlerus *commentarios grammaticae*. Hieronym. Magius *Lexicon*, nominant. Vid. Pier. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 300. Supra adductam editionem, tres aliae: *Rom. per Vlricum Gallum, Teutonicum, & Simon. Nicolai Lucernſem* 1471. in fol. *Vicent. per Stephan. Koblinger* in fol. *Cum lima Georg. Vallae Venet. per Jo. de Tridino* 1495. in fol. ſecutae ſunt. Vid. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 304. 308. 398. 591. IOANNES TORTELLIVS ARETINVS, litterarum graecarum addiſcendarum cauſſa, iter in Graeciam ſuſceperat, ex quo redux factus, munus Archipresbyteri Aretini obtinuit, quo relicto anno 1445. in aulam Eugenii IV. Romam ſe contulit & in eadem vrbe ſub Nicolao V. 1466. diem obiit.

Digitized by Google

obiit, Vid. P. Baile *Diction.* l. cit. Joſ. Simleri *Lexicon Geſner.* p. 421. Niceron. *Memoir.* Tom. XXV. p. 301. *Giornale de' letterati d'Italia* T. XI. p. 305, vbi Voſſii & Tomaſini notatur error, qui illum, Caroli Aretini, fuiſſe fratrem, ſcripſerant.

Libro intitolato Aquila volante di LEONARDO ARETINO ſcritta in latino, & da lui poi tradotta in Italiano Libri IIII. *In Napol. 1492.* in fol.

Nondum extra omnem dubitationem, poſitum eſt, LEONARDVN BRVNVM ARETINVM, libri eſſe autorem. Dubitant certe Laurentius Metius, in praefatione, recentiſſimae *epiſtolarum Aretini* editionis p. 87. nec non autor *der Merckwürdigkeiten der Koeniglich. Biblioth. zu Dreszd.* T. III. p. 354. Niceron. Tom. XXV. *Memoir.* p. 290. hanc, quam adtulimus, primam editionem nominat. Impreſſa eſt *per Ayolfum de Canthono.* Vid. Maittaire *Annal. Typograph.* Tom. I. p. 555. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari.* p. 34. Niceron. l. cit. tres alias editiones adducit, *Venet.* 1497. in fol. 1506. in fol. *ibid.* 1543. in 8. & poſteriorem libro quinto auctam eſſe ſcribit. In *Catalogo Biblioth. Sellianae* in Append. p. 67. editio *Venet.* 1539. in 8. & in *Merckwürdigk. der Koeniglich. Bibliothec zu Dreszden* T. III. p. 353. edit. *Venet.* 1517. in fol. quae librum etiam quintum complectitur, Niceronio & Haymio ignota, occurrit. Vid. de LEONARDO BRVNO ARETINO Joſ. Simler. *Biblioth. Geſner.* p. 449. J. A. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* p. 797. *Giornale de' letterati d'Italia* Tom. IX. p. 201. ſqq. T. XI. p. 368.

LEONARDI BRVNI ARETINI de bello Italico, aduerſus Gothos geſto, hiſtoria.

Magnum quidem, hac hiſtoria cuius editio, quae *Fulginei* 1470. in fol. & ea, quae *Venet. apud Nicol. Jenſon.* 1471. in fol. prodiit, inter rariſſimos libros, praecipuum quendam obtinet locum, & bibliothecarum ornamentum eſt. ARETINVS, nominis, ſibi comparauerat gloriam. Cum vero fraudulenter egiſſe ARETINVM, & Procopii hiſtoriam graecam, latine a ſe conuerſam, tanquam ingenii ſui monumentum, venditaſſe, inter omnes conſtaret, ARETINVS inter plagiarios relatus eſt. Teſte P. Baile in *Dictionaire* Tom I. p. 301. Chriſtophorus Perſona primus fuit, qui hanc fraudem detexit, ſed Niceron. l. cit. illam laudem Poggio tribuit. Hic enim in *oratione funebri in* LEONARDVM ARETINVM, quae inuenitur, in Baluzii *Miſcellan.* Tom. III. p. 252. in *Theſauro Scriptorum Italiae Burmanniano* Tom. VIII. nec non LEONARDI ARETINI *epiſtolis*, a Jo. Alb. Fabricio. *Hamb.* 1724. in 8. editis, praemiſſa, dicit: *Ex Procopio, hiſtoriam Gothorum, quatuor libris complexus eſt.* Defendit vero aliqua ex parte LEON. ARETINVM Apoſtolo Zeno in *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. IX. p. 207. In fine editionis *Fulginenſis* legitur: *Hunc libellum Emilianus de Orſinis Fulginas, & Jo. Numeiſter theutunicus: eiusque ſotii feliciter impreſſerunt Fulginei in domo eiusdem Emiliani Fulginei* 1470. In fine, vero editionis *Jenſonianae* vt catalogus bibliothecae Sellianae, p. 50. teſtatur, haec leguntur verba:

Gallicus hunc librum impreſſit Nicolaus Jenſon
Artifici grates, optime lector habe!

De reliquis editionibus conſule Niceron. *Memoires* l. cit.

Vita di Dante, e del Petrarca, ſcritte da LIONARDO ARETINO. *In Firenze all' inſegna della ſtella 1672.* in 12.

Hic liber ab Autore *della notizia de' libri rari, nella lingua italiana*, memoratur p. 99.

La

La prima parte de Ragionamenti di M. PIETRO ARETINO, cognominato *il flagello de Prencipe, il Veritiero, e'l Divino.* Diviſa in tre giornate. La contenenza de le quali ſi porra ne la facciata ſeguente. *Veritas odium parit.* 1584. pp. 198.

La Seconda parte de Ragionamenti di M. PIETRO ARETINO, cognominato *il flagello de Prencipi, il Veritiero, e'l Divino.* Diviſa in tre giornate. La contenenza de le quali ſi porra ne la facciata ſeguente. Doppo le quali habbiamo aggiunto il piacevol ragionamento del Zoppino, compoſto da queſto medeſimo autore, per ſuo piacere. *Veritas odium parit.* in 8. pp. 339. *In fine legitur:* Stampata con buona licenza (toltami) nella nobil Città di *Bengodi*, ne l' Italia altre volte più felice, il viggeſimo primo d' Oſtobre 1584.

Integrum libri titulum e noſtro exemplari ideo adſcripſimus, quoniam in illo, quem Cl. Vogtius p. 46. exhibet: nonnulla, minus adcurate ſcripta, comparent. Editionem vero, illa antiquiorem, anni nempe 1580. in 8. inuenimus in *Biblioth. Hulſianae Catalogo* P. IIII. p. 577. Conf. Menagiana T. IIII. p. 238 ſeqq. Inuenitur quoque editio, cui titulus praefixus: *Capricioſi & Piacevoli Ragionamenti di M.* PIETRO ARETINO; *con certe Poſtille che ſpianano, e dichiarano evidentemente, i luoghi & le parole più obſcure & più difficili dell' Opera. Amſtelod.* 1660. in 8. in *Bibliotheca Dalmanniana* p. 380. Adiecta illi dicitur *La puttana errante del medeſimo.* Sine dubio igitur eadem eſt, quae a Nicol. Franc. Haym. *nella notizia de' libri rari* p. 178. *Coſmopoli* prodiiſſe dicitur,

 cuius-

Digitized by Google

cuiusque contenta hiſce exponit verbis: *In queſta editione ſi contengono le ſequenti opere, cioè: La prima è ſeconda parte de i Ragionamenti, con quello del Zoppino; e poi il Commento di Ser Agreſto da Ficaruolo (cioè il Caro) ſopra la prima ficata del Padre Siceo, con la diceria de' Naſi; ed in fine la Puttana errante, (racconto molto indecente del medeſimo Aretino.*

Dialogo di Meſſer PIETRO ARETINO, nel quale, la Nanna il primo Giorno inſegna a la Pippa ſua figliuola ad eſſer Puttana. Nel ſecondo la Nanna racconta a la Pippa i tradimenti, che fanno gli huomini a le meſchine, che gli credono. Nel terzo e vltimo, la Nanna, e la Pippa, ſedendo ne l' horto, aſcoltano la Comare, e la Balia, le quali ragionano de la Ruffiania. *In Turino* 1536. in 8.

Ignorare nos fatemur, an Ferdinandus Xuareſius Hiſpanus, hos dialogos, qui dialogorum, quos Itali Ragionamenti, vocare ſolent, noſtrae editionis an. 1584. ſecundam conſtituunt partem, in linguam, vt Cl. Vogtius, quidem p. 48. prodit, converterit hiſpanicam: vnicum tantummodo, quod nos quidem ſciamus colloquium, tertium ſcilicet, e prima parte, cuius ab initio, in noſtra editione p. 128. haec verba leguntur: *Comincia la Terza & vltima giornata de capricioſi Ragionamenti de l' Aretino. Ne la quale la Nanna racconta a l' Antonia la vita de le Puttane*, Xuareſius, in linguam hiſpanicam tranſtulit, ea, quae paullo obſcoeniora illi videbantur, vel omiſit, vel verbis honeſtioribus expoſuit, & nomen Nannae, quod, in Italico idiomate inuenitur, in Lucretiam mutauit. In *Catalogo Biblioth. Hulſianae* P. IIII. p. 577. reperitur *Dialogo del D.* PIETRO ARETINO *che ſopra la falſità, rubarie, tradimenti, e fattucchiarie, ch' uſano le cortegiano, per* ingan-

Digitized by Google

ingannare li ſimplici buomini, che di loro ſ' innamorano, intitulato la Nanna e *Antonia* in 8. ſine loci & anni indicio, quem eundem dialogum, niſi fallimur, mutato tantum titulo, eſſe cenſemus. Ferdinandi Xuareſii poſtea verſionem, Caſpar Barthius latina ciuitate donauit, eique titulum præfixit: *Pornodidaſcalus, ſeu colloquium muliebre: de aſtu nefario, horrendisque dolis, quibus impudicae mulieres, iuuentuti incautae inſidiantur. Dialogus ex italico in biſpanicum ſermonem verſus, a Ferdinando Xuareſio Senilienſi, de biſpanico in latinum traducebat Caſpar Barthius, Francof.* (potius Hanouiae) 1623. in 8. *litteris Wechelianis*, pp. 124. Cum vero illa editio, multis ſcateret mendis, paulloque rarior fieri inciperet, alia *Cygneae* 1660. in 8. pp. 155. prodiit. Multi hunc Barthii Pornodidaſcalum, cum eiusdem Pornoboscodidaſcalo, id quod & Cl. Vogtio accidit, confundere ſolent. Rodriguez Cota Tragicomoediam titulo: *La Celeſtine* hiſpanice conſcripſerat; ea ſtatim Barthio adriſit, & adeo placuit, vt illam in latinum conuerteret ſermonem, ſequentique titulo ederet: *Pornoboscodidaſcalus latinus, de lenonum, lenarum, conciliatricum ſeruitiorum dolis, veneficiis, & machinis, plus quam diabolicis, ex lingua biſpanica, in latinam transſcriptus. Francof.* 1624. in 8. Barthius illum librum vocat, omnibus numeris abſolutum, & plane diuinum. Audiamus vero Niceron. *Memoir.* Tom. VII. p. 21. alia prorſus ratione ſentientem: *la paſſion, ait ille, que Barthius avoit, pour la langue Eſpagnole, lui a fait trouver excellente cette Tragicomedie. Il en fait l'eloge comme d'un ouvrage accompli, & va iusqu' à lui donner le titre de livre tout à fait divin. Il s' étend même fort au long, ſur les avantages, que ſa lecture peut procurer, à ceux, qui veulent mener une vie reglée. Mais tous ces eloges n'ont aucun fondement. Il n'y a ni ordre, ni intrigues, ni unité, dans la piece les vingt un actes, qui la compoſent, doivent renferme un eſpace de tems très conſiderable. On n'y trouve que des maximes plus dignes de*

Digitized by Google

gens perdus de debauche, que de perſonnes raiſonnables. La religion d'ailleurs n'y eſt gueres menagée. Qui pourra par exemple entendre ſans indignation, faire cette priere à Calixte, qui envoie Sempronio, ſon valet, chercher une vieille femme, pour corrompre celle, dont il a fait ſa maitreſſe. Dieu éternel, & tout puiſſant, qui étés le conducteur des égarés, qui avés conduit à Betlehem trois Rois d'Orient, par le moien d'une étoile, & qui les avés ramené dans leur pais. Ie Vous prie de ſervir de guide, à mon Sempronio, a fin, que ma peine, & ma triſteſſe, ſoit changée en joie, & de donner, encore que j'en ſois indigne, une bonne iſſue à mes deſirs. Quod ad gallicam verſionem, dialogi, cuius cl. Vogtius l. cit mentionem facit, adtinet, illa etiam vnicum tantummodo colloquium, & illud quidem, cuius iam mentionem fecimus, complectitur, cumque, vt ex noſtra quidem editione patet, prae ſe fert titulum: *Dialogue de l'* ARETIN, *ou les vies & faits de Lais, & Lamia Courtiſanes de Rome ſont deduites. Traduict d'Italien en françois* ſine loci & anni indicio in 12. pp. 102. Sine dubio eadem verſio eſt, quae mutato prodiit titulo: *Le miroir des Courtiſans, ou ſont introduites deux Courtiſanes, par l'une deſquelles ſe deſcouvrent pluſieurs tours, fraudes & trahiſons, qui iournellement ſe commettent. Fait en dialogue par* PIERRE ARETIN. *A Lyon* 1580. in 8.

Commento di Ser Agreſto da Ficaruolo, ſopra la prima ficata, del padre Siceo, con la diceria de Naſi. 1538. in 8.

Haec editio, quae in Appendice *Bibliothecae Sellianae* p. 67. memoratur, Auctori *della notizia de' libri rari nella lingua Italiana*, incognita fuit. Aliam an. 1540. in 8. inuenimus in P. IIII. *Catalog. Bibliothecae Hulſianae* p. 578.

Digitized by Google

La terza & vltima parte de Ragionamenti, del diuino PIETRO ARETINO, nel a quale ſi contengono due Ragionamenti cioè de le curti, è de giuoco, coſa morale è bella. *appreſſo Giouanni Andrea del Melagaon.* 1589. in 4.

Vid. Nicolai Baſſaei *Collectio, omnium in vnum corpus, librorum, qui in nundinis Francofurtenſibus, ab anno* 1564. *ad annum vsque* 1592. *venales extiterunt.* P. III. p. 61. vbi etiam editio eiusdem anni in 8. a Cl. Vogtio p. 48. adducta, memoratur.

La Puttana errante, overo dialogo di Madalena è Giulia di M. P. ARETINO, cognominato il flagello de Principi, il Veritiro el Diivno. *In Venezia* in 12. p. 48.

Illi editioni, Aloyſiae Sigeae, quae cum titulo: *Joannis Meurſii elegantiae latini Sermonis*, ſine omni loci & anni indicio in 12. prodiit, iſte ARETINI dialogus, hoc titulo adiectus eſt. Gallica verſio, quae titulum praefert *la Putain errante, par* PIERRE ARETINO, inuenitur *dans la Bibliothèque* D'ARETIN de qua, mox plura.

Dialogo di Meſſer PIETRO ARETINO del Giuoca. *Venez.* 1545. in 8.

Hanc dialogi de ludo qui poſtea III. parti *de' Ragionamenti* 1589. in 4 & in 8. adiectus fuit, editionem inuenimus, in Menagianis Tom. III. p. 382.

Capitoli di PIETRO ARETINO, Lodouico Dolce, Franceſco Sanſouino, é d' altri acutisſimi ingegni; diretti a gran Signori ſopra diuerſe materie diletteuole. 1541. in 8.

Haec

Digitized by Google

Haec editio in indice operum Franciſci Sanſouini apud Niceron. Tom. XXII. *Memoir.* p. 80. primum occupat locum.

La cortigiana Comedia da P. ARETINO. *in Milano* 1553. in 8.

Vid. *Catalog. Bibliothec. Hulſian.* P. IIII. p. 578. Hanc vero comoediam, cum Vergerio, qui adſcito nomine *Athanaſii*, *Catalogum Haereticorum* conſcripſit, Bernardo Cardinali Bibiena, ſed perperam tribuit. Jo. Daniel Ianozki in *der Nachricht von raren Polniſchen Büchern, in der Zaluskiſchen Bibliothec.* P. II. p. 74.

Quattro comedie del diuino PIETEO ARETINO cioè il Marescalco, la Talanta, la Cortegiana, l' Ipocrito, nouellamente ritornate per mezzo, della ſtampa a luce, a requeſta de conoſcitori del lor valore. 1589. in 4.

Vid. Nicolai Baſlaei *Collectio omnium in vnum corpus librorum* &c. P. III. p. 44.

Dubbi Amoroſi di Meſſer PIETRO ARETINO.

In *Catalogo Bibliothecae Hulſianae* P. III. p. 628. extat liber *de cento dubbi Amoroſi di Hieronymo Vida. Padoua* 1621. in 4. Forte is liber, qui Vidae adſcribitur, idem eſt, quem teſte Cl. Vogtio p. 52. Io. Maria Mazzuchelli, ARETINI nomen mentiri docet. Conf. Niceron. *Memoir.* Tom. XXVIIII. p. 409.

Del primo libro, delle lettere di PIETRO ARETINO. *in Venezia per Franciſc. Marcolini,* da Forli 1537. in fol.

Haec

Digitized by Google

Haec non ſolum prima, & rara epiſtolarum P. ARETINI, P. I. editio, ſed prima quoque eſt collectio, epiſtolarum italicarum, quae vnquam in Italia prodiit. Adparet illud e litteris P. ARETINI ad Nicol. Martelli Tom. III. fol. 19. edit. *Pariſiens.* vbi, *Le prime lettere*, inquit, *che in lingua noſtra ſiano ſtate impreſſe, naſcon da me.* Vid. Menagiana Tom. III. p. 376.

La Bibliotheque d'ARETIN.

Sine dubio, errauit amicus iſte, qui Cl. Vogtio retulit, hunc librum Aloyſiae Sigeae eſſe verſionem. En libri, quem manibus vertare licuit, titulum! *La Bibliotheque d'* ARETIN, *contenant les pieçes marquées a la table ſuivante, a Cologne chez Pierre Marteau* in 12. pp. 404. Continet vero ſequentes libros ſotadicos, & valde obſcoenos. 1. *l'Ecole des filles.* 2. *la Putain errante par* PIERRE ARETINO. 3. *Marthe le Hayer ou Mademoiſelle de Scay petite Comedie en vers* 4. *Comedie galante de Madame d'Olone par Mſr. de Buſſy en vers.* In collectione libellorum, impiorum, & Sotadicorum quae nuper cum titulo *Lettre philoſophique par Mſr. de V***, avec pluſieurs piéçes galantes & nouvelles de différens auteurs. a Paris au depens de la Compagnie* 1717. in 8. prodiit, p. 189. inuenitur *La Comteſſe d'Olonne, Comedie de Mſr. de Buſſy Rabutin*, quae quidem ſi obſcoenitatem ſpectaueris illi admodum ſimilis eſt, in reliquis vero ab illa plane differt. 5. *Nouvelles Leçons du Commerce amoureux par la ſavante T***.* 6. *Filon reduit a mettre cinq contre un, Amuſement pour la Ieuneſſe par Pierre Corneille Bleſſebois* 7. *Rondeaux, vers gaillards, epigrammes, Sonnets, epitaphes &c.* vsque ad finem. *La Comoedie de la Comteſſe de Luze*, cuius Cl. Vogtius meminit; in hac editione, non reperitur.

In

In cenſum librorum, a PETRO ARETINO conſcriptorum, atque omiſſorum ab aliis, veniunt.

Fetnali di M. PIETRO ARETINO. *in Lione 1551.* in 8.

Dialoghi doi di Geneua è Roſana da M. PIETRO ARETINO. *Bengodi 1584.* in 8.

Iſti libri in Parte IIII. *Catalogi Biblioth. Hulſianae* p. 577. ſqq. memorantur.

Lettere Scritte à PIETRO ARETINO da molti Signori, Donne, Poeti, & altri excellenti Spiriti. *In Venezia 1552.* in 8. Tom. II.

Eam collectionem epiſtolarum, Principum, aliorumque hominum in dignitate conſtitutorum, ad PETR. ARETINVM perſcriptarum, inuenimus apud Niceron. Tom. XXII. p. 81. nec non in *Bibliothecae Hulſianae* P. IIII. p. 578.

BENEDICTI ARETII *Bernenſis*, Commentarii abſolutisſimi, in Pindari Olympica, Pythia, Nemea, Iſthmia. *Excudit. Io. le Preux 1587.* in 4. form. mai.

Liber ſine autoris nomine prodiit. Illud ex exemplari, quod Bibliotheca Portenſis publica, adſeruat, intelleximus. *Librum* vero *titulo tenus tantummodo cognitum fuiſſe J. A. Fabricio* vt Gerdeſius *in florileg.* p. 27. ſibi perſuadet, ex verbis eius, quae L. II. *Biblioth. Graec.* c. XV. p. 557. (Gerdeſius l. cit. ſcribit Biblioth. Gr. XII. c. XV.) reperiuntur, nulla prorſus ratione coniicere poſſumus.

BENEDICTI ARETII *Bernenſis* Commentarii in omnes N. T. libros. in 8.

Digitized by Google

Iſti commentarii, qui partim *Morgiis* partim *Lauſannae*, *ex officin. Joannis & Franciſci le Preux* ab anno 1577. vsque ad ann. niſi fallimur 1584. multis Tomis in 8. prodierunt, integri in bibliothecis rariſſime comparent. Seriem eorum inuenies, in Nicolai Baſſaei *Collectione*, *omnium in vnum Corpus librorum* &c. P. I. p. 17. Conf. P. II. *Bibliothec. Selectiſſ. Weidmannianae* p. 113. ſqq. In vnum tandem corpus redacti II. Tom. in fol. *ex officina Joan. & Franc. le Preux* plus vice ſimplici prodierunt, quae editiones paullo frequentiores ſunt.

BENEDICTI ARETII *Bernenſis*, Hiſtoria Valentini Gentilis, iuſto capitis ſupplicio Bernae affecti: & contra eiusdem blasphemias, orthodoxa defenſio, articuli de ſancta Trinitate. Cenſura item propoſitionum, quibus nituntur Catabaptiſtae in Polonia, probare baptismum non ſuccesſiſſe Circumciſioni. *Bernae 1604.*

Haec editio libri rarioris, incognita Daniel. Gerdeſio, inuenitur in Thom. Hyde *Catalog. Bibliothecae Bodleianae* Tom. I. p. 41. Vid. de BENED. ARETIO, eiusque Scriptis Jos. Simleri *Biblioth. Gesner.* p. 93. ſqq. Freheri *theatrum virorum eruditione clarorum.* p. 234.

Orlando furioſo di LOD. ARIOSTO. *In Ferrara 1515. per il Mazzocco.* in 4.

Vid. *Catalog. Biblioth. Sellianae* in Append. p. 21. Nicol. Franceſc. Haym, *nella notizia de libri rari* p. 112. de hac editione ita ſcribit: *La queſta prima edizione è rariſſima, e vi ſi trovano, moltiſſime Variazioni e cangiamenti, che poi nelle altre fece l' Arioſto, e perciò ſi rende molto iſtruttiva e curioſa.*

Orlan-

Digitized by Google

Orlando furioſo di LOD. ARIOSTO. *In Venezia per il Giolito di Ferrara 1546.* con fig. in 4.

Il medeſimo *in Venez. per Vincenz. Valgriſi 1562.* in 4. form. mai. con ſig.

Il medeſimo *in Venez. per Giov. Variſco 1566.* in 4. form. mai. con fig.

Habes editiones, quae raritate, priorem aequant. De prima Nic. Fr. Haym l. cit. p. 113. ſcripſit: *Ve ne ſono ancora molte edizioni del. Giolito* 1542. 1546, & 1555. *in 4to, ove ſono i 5. Canti che in alcune edizioni non ſono, e le ſtanze in lode dell' Ariſto ed amoroſe di Luigi Gonzaga detto Rodamonte che ſono belliſſime.* Duae vero poſteriores, etſi omnes editiones ſtudioſe conquiſiuit, ignotae illi fuerunt. Vid. *Catalog. Bibliotb. Sellianae* in App. p. 22.

ARISTOFANE, le Commedie, tradotte di Greco, nella lingua commune d'Italia da Bartolomeo e Pietro Roſitini, da Prato Alboino. *In Venezia per Vincenz. Valgriſi 1545.* in 8.

Etſi quidem haec verſio I. A. Fabricio haud fuit incognita, illam tamen rariorem eſſe patet, e *Catalog. Bibliotb. Sellian.* in Append. p. 69. & e Nicol. Fr. Haym *notizia de' libri rari* p. 152. Conf. Scip. Maffei *Traduttori Italiani* p. 35.

ARISTOPHANIS Comoediae nouem, Plutus, Ranae, Acharnes, Aues, Contionantes, Nebulae, Equites, Veſpae, Pax. *Impreſſ. Florentiae opera & ſumptu Philippi Iuntae*, anno a natiuitate 515. ſupra mille menſe Sept. Leone Decimo pontifice, in 8. fol. 246.

In

In hoc paruo libro hæc inſunt:

ARISTOPHANIS Cereris ſacra celebrantes. Eiusdem Lyſiſtrate. His ſumma manus impoſita eſt quinto Kl. Februar. 1515. Leonis Papae noſtri anno tertio, in 8. fol. 54.

Poſſidemus rariſſimam editionem graecam Scholiis & Adnotationibus Mſtis Chaspar. Crucigeri illuſtratam. Nouem Comoedias priores, Bernardus Iunta, Franciſco Accolto, Nobili Patricio, electo Epiſcopo Anconitano dicauit. In dedicatione inter alia ſcribit: *Ariſtophanis Comici poetae, nouem quas hactenus habere licuit comoedias, quam potui diligentius caſtigatas, ſuo nomine cudendas, Tibique emendandas, his hodie dare viſum eſt, qui nouis ac ſane pulcherrimis typis noua quotidie apud nos graecorum pariter ac latinorum volumina cudunt. Putabam vir doctiſſime duas quoque notioribus his addere poſſe nondum ab aliis impreſſas, quae cito forſan abs te noſtra ope his nouem comitatae legi poterunt, ni forſan Euphroſyni Bonini praeceptoris tui & aliorum tuorum, pariterque noſtrorum amicorum promiſſa irrita quod credere nequeo, in leues abibunt auras.* Lyſiſtratem & Thesmophoriazuſas, idem Bernardus Iunta, dedicauit eidem Accolto, ſeque ex Vrbinate bibliotheca, antiquiſſimum Ariſtophanis codicem, nactum eſſe indicat, vbi inter alias, Lyſiſtratem & Thesmophoriazuſas, antea a nemine viſas, comoedias inuenerit. Sed adeo truncatas, & mutilatas illas fuiſſe ſcribit, vt emendandis iis, etiam lynceis, vt aiunt oculis, opus fuerit. In fine libelli haec leguntur: *Bernardus Iunta lectori S. Habes candide lector nuſquam hactenus impreſſas binas Ariſtophanis comoedias. Sacrificantes feminas, atticamque Lyſiſtraten. quas ex codice adeo vetuſto excerpſimus, vt altera interdum dictionis pars ibi deſideretur. ſiquid igitur in illis quod tibi moleſtum ſit, inuenies, quia ἀπαρασαλεύτως cudere voluimus,*

mus, *id eueniſſe ſcias. Vale.* Conf. I. A. Fabricii *Biblioth. Graec.* L. II. c. XXI. p. 719.

ARISTOTELIS Opera graece. *Venet. apud Aldum Manutium, 1498.* in fol.

Editio, omnium princeps & elegantiſſima, quae iam tempore Eraſmi Rotterodami, perrara fuit, & caro ſtetit pretio. In Auctione Gudiana quinquaginta marcis Lubecenſibus vendita fuit. Conſtat quatuor Tomis, & charactere admodum luculento exſcripta eſt. *Scripta Theophraſti*, *Philonis liber de mundo*, *& hiſtoria philoſophica*, *Galeno adſcripta*, illi adiecta ſunt. Vid. Fabricii *Biblioth. Graeca* L. III. C. VI. p. 168. Eraſmi Rotterod. *ad Morum epiſtola* an. 1531. ſcripta p. 1358. edit. 1706. Oudinus in *Commentar. de Scriptor. Eccleſ.* Tom. III. Col. 2610. adducit editionem Ethicorum ARISTOTELIS hoc titulo: ARISTOTELIS *Ethicorum L. X. Graece, cum verſione latina Johannis Argyropyli Byzantini*, *Leonardi Aretini*, *& aliorum, Venet.* 1498. in fol. Nulla autem an. 1498. Ethicorum ARISTOTELIS editio graeca prodiit, praeter Aldinam, eaque graeca tantum ſine vlla latina verſione, comparuit.

ARISTOTELIS Pepli fragmentum, ſeu heroum Homericorum epitaphia, notis illuſtrata, per Gulielm. Canterum, adiecta ſunt Auſonii epitaphia heroum, qui bello Troiano interfuerunt. *Baſil. per Guarin. 1566.* in 4.

Illud Pepli fragmentum, ſ. epitaphia, diſtichis elegiacis compoſita, primum graece, ſine auctoris nomine, e Codice Medicaeo, euulgauerat Henricus Stephanus, & ſubiecerat *Anthologiae Epigrammatum Graecorum Paris.* 1566. in 4. p. 497. ſqq. Guil. Canterus vero primus fuit, qui, ea, heic Ariſtoteli vindicauit. Recuſa iſta Canteri editio eſt *Antuerp.*

Digitized by Google

uerp. 1571. in 8. Sed prior editio multo rarior eſt. Vid. *Catalog. Bibliotb. Sillianae* in Append p. 15. I. A. Fabricii *Bibliotb. Gr.* L. III. C VI. p. 160. Ioſ. Simlero, qui reliqua Canteri Scripta p. 213. recenſet, hic liber incognitus fuit. Conf. Freheri *theatr. virorum eruditione claror.* p. 1470.

ARISTOTELIS theologia, ſeu myſticae Aegyptiorum philoſophiae Libri XIIII. *Rom. 1519.* in 4.

Librum illum, de quo diu multumque, inter eruditos diſceptatum fuit, extare, extra omnem iam dubitationem poſitum eſt. Illum non 1518 ſed potius 1519. *Romae* in lucem prodiiſſe crediderimus. Id enim nonſolum exemplar, quod in Regia Bibliotheca Dresdenſi adſeruatur, ſed illud quoque, quod in Bibliotheca Hulſiana extitit, ante oculos ponit. Vid. *Catalog. Bibliotb. Hulſian.* P. II. p. 275. Poſterior Jac. Carpentarii editio, cuius in *den Merckwürdigkeiten der Königl. Bibliotb. zu Dresd.* l. a Cl. Vogtio cit. nec non in *Catalogo Bibliotb. Hulſianae* l. cit. p. 274. & in *Bibliotb. ſelliana* p. 108. fit mentio, talem prae ſe fert titulum: *Libri XIIII. qui* ARISTOTELIS *eſſe dicuntur, de ſecretiore parte diuinae Sapientiae ſecundum Aegyptios. Opus ante annos quinquaginta, ex lingua Arabica in latinam, male conuerſum, nunc vero de integro recognitum, & illuſtratum ſcholiis per Jacobum Carpentarium. Paris. apud du Puys.* 1572. cum lineis rubris in 4. Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotbec. Gesner.* p. 313.

ARISTOTELIS Opera varia, latine. *Venetiis 1521.* in fol.

Petrus Alcyonius, non Florentia, vt Struuius in *bibliotbeca librorum rarior.* prodidit, ſed Venetiis oriundus, rariſſimae huius verſionis autor eſt. Innenium-

niuntur heic, quatuor tantum ARISTOTELIS libri I. *de generatione & interitu libri II.* In epiſtola dedicatoria ad Leonem X. dicit, quod animus illi fuerit, opera Ariſtotelis, quae, e graeco, in latinum, transtulerit ſermonem, illi offerre, cum Bononiae Franciſcum primum, Galliae regem ſalutaret, ſed morbo grauiore impeditus, id differre paululum coactus fuerit: II. *Meteororum Libri IIII.* His, epiſtola ad Antonium du Prat, Galliae Cancellarium, praemiſſa eſt, vbi narrat, quod hortatu Ioannis du Pin Toloſani, Regis Galliae ad Venetos legati, viri linguae graecae peritiſſimi, hunc ſuſceperit laborem. III. *De mundo,* quem Frederico Gonzagae, Mantuae Duci dedicauit. Incertus in epiſtola dedicatoria eſt, vtrum Theophraſtus, an ARISTOTELIS libri ſit autor. IIII. *De animalibus Libri X. poſteriores,* vulgo dicti, *parua naturalia.* Octauii Fregozae, Genuenſium Principis, nomini, liber conſecratus eſt. Hiſce omnibus Vita Ariſtotelis per Io. Philoponum, & epiſtola Alcyonii, ad Hieronymum Negri Venetum, Canonicum Patauinum, ſubiuncta conſpicitur. Plures quidem verſionum Alcyonii extant editiones, haec vero omnium rariſſima eſt, & I. A. Fabricio, aliisque qui de ARISTOTELE, & Alcyonio, commentati ſunt, quid? quod ipſi Maittairio incognita fuit. Petrus Alcyonius vero, multorum hac verſione, eruditorum, ſibi contraxerat inuidiam. Eminet inter illos, Ioannes Geneſius Sepulueda, Cordubenſis Hiſpanus, qui nonſolum eosdem ARISTOTELIS libros latine edidit, in quibus Alcyonium, dedita quaſi opera exagitat; ſed librum quoque in lucem emiſit, hoc titulo: *Errata Petri Alcyonii, in interpretatione* ARISTOTELIS, *a Io. Geneſio Sepulueda collecta.* de quo infra, plura. Vid. *Giornale de' letterati d' Italia,* an. 1710. Tom. III. p. 73. Conf. quoque P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 142. Niceron *Memoires* Tom. VI. p. 150. ſqq. Tom. XXIII. p. 346. ſqq. Ioſ. Simleri *Biblioth. Geſner.* p. 371. 550.

La

La Poetica d'ARISTOTELE, vulgarizata, eſpoſta, per Lodovico Caſtelvetro. *In Vienna d' Auſtria per Gaſparo Stainofer 1570.* in 4.

Secunda editio verſionis Ludouici Caſteluetro, *reuiſa & indice aucta*, *Baſil.* 1576. in 4. prodiit, ſed noſtra editio, omnino illa rarior eſt. Vid. Nicol. Fr. Haym *notizia de' libri rari nella lingua Italiana* p. 242. In Auctione Bibliothecae du Fay, illa, teſte Niceron. Tom. VIIII. *Memoir.* p. 238. pro 85 libris gallicis, vendita fuit. Etſi quidem illa verſio, inter opera Ludouici Caſteluetro praecipuum obtinet locum, & tam magni ab ipſo autore fuit aeſtimata, vt cum incendio correptas ſenſiſſet aedes ſuas, illico exclamaret: *Al poetica! al poetica!* vt hoc potiſſimum, ingenii ſui praeſtantiſſimum monumentum flammis eriperent, non adeo tamen magni eam eſſe momenti, Andreas Dacier docuit, qui *dans la poetique d' Ariſtote*, in praefat. p. 25. ſqq. hanc de ea tulit ſententiam: *Qu'on aſſemble toutes les qualitez d'un bon interprete, on aura une juſte idée de Caſtelvetro, en prenant le contrepied. Il ne connoit ni le theatre, ni les paſſions, ni les caracteres; il n'entend ni les raiſons, ni la methode d'* ARISTOTE, *& il cherche bien plus à le contredire, qu'à l'expliquer. Il eſt d'ailleurs ſi entêté des Auteurs de ſon païs, qu'il ne ſauroit être bon Critique, comme le Therſite d' Homere il parle ſans meſure, & déclare la guerre à tout ce qui eſt beau. Il ne laiſſe pas de dire quelquefois de bonnes choſes, mais elles ne valent pas le tems, qu'on perd à les chercher.* Conf. Scipion Maffei *Traduttori Italiani* p. 36. inprimis vero Lodovico Anton. Muratori *Vita di Lodovico Caſtelvetro & ſue opere critiche, Milan.* 17.7. in 4.

ARISTOTELIS de poetica liber graece, & latine. Analytica methodo illuſtratus, authore Theodoro Goulſton. *Lond. 1623.* in 4.

In *Bibliotheca Dalmanniana* p. 271. haec Ariſtotelis poetica, rariſſimis libris accenſetur.

ARNVLFI *Epiſcopi Lexouienſis* epiſtolae, primum editae e bibliotheca Odonis Turnebi. *Paris, apud Io. Richerium, 1585.* in 8.

Nonſolum epiſtolae, ſed etiam conciones, & epigrammata quaedam in hoc libro inueniuntur. Vno haec omnia faſce collecta, nunquam fuerunt recuſa, exſtant vero in *bibliotheca Patrum Colonienſi* Tom. XII. & in *Lugdunenſi* Tom. XXII. p. 1305. ſqq. Guilielm. Caueo haec Pariſienſis editio incognita fuit. Secutus fuerat ARNVLFVS an. 1147. Ludouicum VII. Regem Galliae in Palaeſtinam, & inde redux, magni momenti negotiis tractandis, tum in Gallia, tum in Anglia, Pontificis legatus, adhibitus fuit. Vid. Fratrum Sammarthan. Tom. II. *Galliae Chriſtianae* p. 648. ſqq. *Apologie d' Arnoul Eveque de Lizieux par Mſr. de Brancas dans les Memoires de Trevoux* 1725. p. 1619.

ARRIANO *di Nicomedia, chiamato nuovo Senofonte*, dei fatti del Magno Aleſſandro Re di Macedonia, nuovamente di greco tradotto in Italiano da Pietro Lauro Modoneſe. *In Venez. per Michel Tramezzino 1544.* in 8. pp. 358.

Io. Albert. Fabricius quidem L. IIII. *Biblioth. Gr.* c. VIII. p. 275. ſcripſit: *Italicam verſionem librorum* ARRIANI *de expeditione Alexandri M. vidi in* 8. qualem vero viderit, ex illius verbis non liquet. Iſtam Petri Lauri Peruſini verſionem, quae in *Collana*, vt ab Italis vocari ſolet *Greca*, occupat locum, Nicol. Franceſc. Haym *nella notizia de' libri rari* p. 10. inter libros rariores refert. Auguſtino Oldoino illa incognita fuit. Nam in *Athenaeo Auguſto* p. 277. *Artemi-*

Digitized by Google

temidori tantum, a Petro Lauro in ſermonem Etruſcum conuerſi, *Venet.* 1547. in 8. editi meminit. Conf. Scip. Maffei *Traduttori Italiani* p. 37.

IVSTI ASTERII *ICti*, deploratio pacis germanicae, ſiue diſſertatio de pace Pragenſi, tam infauſte, quam iniuſte inita Pragae Bohemorum 1635. in qua artes & technae Auſtriacorum, vaecordia Saxonum, pericula proteſtantium, & aequitas belli, a Francis, & Suecis, iure prolati, euidentisſime oſtenditur. *Lutet. Pariſior. Sumtibus Sebaſtiani Cramoiſy* 1636. in fol.

Prima haec & perrara Opuſculi eſt editio. Germanice etiam, ſed aliqua ex parte mutilum prodiit 1669. in 8. Conf. Vincent. Placcii *theatr. Pſeudonymor.* p. 82. ſqq. vbi Scripta huic ASTERII libello oppoſita recenſentur. In eo vero errat Placcius, quod librum 1639. prodiiſſe, & pacem Pragenſem 1637. compoſitam eſſe ſcribit. Eiusdem ASTERII *examen Comitiorum Ratisbonenſium*, *Hanouiae* 1637. prima vice in folio prodiit.

ATENAGORA *Ateniеſe Filoſofo Criſtiano*, della reſurrezione de morti, con un Orazione della Natività di Criſto, tradotto da Girolamo Faletti. *In Venezia per Aldo Manuzio* 1556. in 4.

Hieronymus Falettus, ſeu Phalettus Trignani comes, Patria Sauonenſis, in toga pariter & ſago inclaruit. Louanium vrbem, cum litterarum ſtudioſus eſſet, contra Gallorum impetum, inter alios, fortiter defendit, & poſtea Herculis IIII. Ferrariae Principis legatus, nonnullas Principum aulas adiit. Filia eius Lauinia Faletti, in catalogis feminarum eruditarum, locum tenet. De raritate ATHENAGORAE, in vulgarem linguam, ab il-

lo, conuerſi, vid. Nicol. Fr. Haym *notizia de' libri rari* p. 296. *Catalogus Bibliothecae Sellianae* in Append. p. 31. In Io. Alb. Fabricii *Biblioth. Gr.* L. V. C. I. p. 86. liber typothetae forte vitio an. 1557. prodiiſſe dicitur, ſed neque Haym. neque Oldoinus in *Athenaeo Liguſtico* p. 243 alius editionis, quam an. 1556. mentionem faciunt. Conf. Scipionis Maffei *Traduttori Italiani* p. 37. Ios. Simleri *Bibliothec. Gesner.* p. 293.

L'Hiſtoire univerſelle, du Sr. AGRIPPE D'AVBIGNE, qui s'etend de la paix, entre tous les Princes chretiens, & de l'an 1550. jusqu' à la fin du Siecle belliqueux & la mort de Henry le grand. *Maille 1616. 1618. 1620.* III. Tom. in Fol.

Niceron. Tom. XXII. *Memoir.* p. 220. illam editionem, alteri, quae à *Geneve* 1626, minime vero *Amſtelod.* vt titulus prodit, in lucem emiſſa fuit, longe praeferendam eſſe docet, quoniam multa, in poſteriore omiſſa ſunt, quae in priore repeπiuntur, quamuis poſterior, nonnullis in locis, acceſſione quadam aucta fuerit. Priorem *Pariſiis* d. 2. Ianuar. 1620. manu carnificis, *dans la place de Cambray*, eſſe combuſtam, idem Niceron. loco cit. docet, quoniam multa habuerit, quae maieſtatem, & honorem Caroli VIIII. Henrici III. & IIII. laedere videbantur. Parum huic libro tribuit Niceron. vbi de illo, ſententiam ſuam, ita exponit: *l'Auteur eſt fort ſatyrique, & parle fort mal, de tous ces Princes, dont il revéle, ſans aucun menagement, les defauts vrais ou faux, qu'on leur a attribué. Son ſtile eſt plus mauvais, il ne ſ'exprime point; toujours guindé, il donne, à tout ce qu'il dit, un tour qui n'eſt point naturel. Son hiſtoire eſt moins une narration ſuivie exacte, & arrangée, qu'un diſcours libre ou un entretien; Au reſte il y a bien des choſes curieuſes, qu'on ne trouve point ailleurs*

Digitized by Google

leurs. Prima editio *Des Tragiques ci devant donnez au public par le Larein de Promethée*, &c. quorum Cl. Vogtius p. 59. meminit, prodiit an. 1616. in 4. ſine autoris nomine. Quod vero hic liber combuſtus fuerit, apud Niceron. l. cit. non inuenimus. Irrito etiam labore in Catalogo Operum AGRIPPAE D' AVBIGNE, quem Niceron exhibet, quaeſiuimus *Les petites Oeuvres melées du St.* AVBIGNE *en Proſe & en Vers.* à Geneve 1630. in 8. Αὐτοβιόγραφος fuit AGRIPPA D' AVBIGNE, id quod libellus teſtatur, cuius titulus eſt: *Hiſtoire Secrette de* THEODORE AGRIPPE D' AVBIGNE, *ecrite par lui meme.* Illius plures exſtant editiones.

IOANNIS AVENTINI vita Henrici IIII. Imperatoris, cum eiusdem Imperatoris epiſtolis. *Aug. Vind.* 1518. in 4.

Librum illum ſeorſum excuſum fuiſſe, nos vix putauerimus. Mouet nos, quod Ianus Gregorius Betulius, quo nomine, Ioan. Georgium Burchardum, occultum eſſe nouimus, in *epiſtola ad Chriſt. Henr. Ernoll, Archiatrum Electoralem Saxonicum*, perſcripta an. 1710. p. 7. dixerit: quod an. 1518. Aug. Vind. in lucem in 4. prodierint AVENTINI *carmina, ad illuſtriſſimum atque clariſ. Principem, Fridericum, Electorem Saxoniae, quibus praeter alia adiectae eſſent, Friderici huius, ad* AVENTINVM *epiſtolae binae, germanico ſermone conſcriptae, & autores quidam, quos* AVENTINVS *inuenit, & qui nondum impreſſi ſunt; nec non Imperatoris Henrici IIII. Ducis Boiorum VII. vita: eiusdem epiſtolae, inuentae ab* AVENTINO, *editae vero a ſodalitate litteraria Boiorum.* In Catalogo librorum ab AVENTINO editorum, ap. Niceron. Tom XXXIIX. de iſta carminum collectione, altum eſt ſilentium. Integrum vero huius collectionis titulum inuenimus in I. G. Schellhorn. Tom. VI. *Amoenitat. litterar.* p.

 596.

596. Conf. Iacob. Bruckeri vita AVENTINI, in *Ehrentempel Deutſcher Gelehrten* Decur. III. p. 88. not. X.

ANTONII AVGVSTINI Commentarius de nominibus propriis τȣ̃ πανδέκτȣ Florentini. *Tarracon. ap. Phil. Mey 1579.* in fol.

Vid. Niceron. Tom. VIIII. *Memoir.* qui p. 69. de illo Commentario ſcribit: *Ce Livre, qui eſt eſtimé, eſt extrêmement rare. Il fut pouſſé à la vente de la Bibliotheque de Mſr. Colbert jusqu' à 120. livres.* Recuſus liber fuit *Barcinone* an. 1592. Andreas autem Schottus ſine dubio errat, cum L. V. *Obſeruationum humanarum* Cap. XXXIII. p. 251. *edit. Wechel.* 1615. in 4. mai. ſcribit: ANTONIVS AVGVSTINVS. *Pandectas Florentinos* (*ſic enim maſc. non ſequiore genere appellandos Indice nominum propriorum Ilerdae edito pridem docuit*) *diligenter cum Laelio Taurello, &c. contulit.*

ANTONII AVGVSTINI Dialogos de Medallas, inſcriciones y otras antiguedades. In *Tarragona ap. Felipp. Mey 1575.* in 4. iterum *ibid. apud eund. 1587.* in 4.

Poſterior editio, non in 8. vt apud Cl. Vogtium legimus, ſed in forma quarta in lucem emiſſa fuit. Altera verſionum italicarum, cuius Cl. Vogtius l. meminit citato, teſte Niceron. l. cit. p. 72. hoc inſignis eſt titulo: *I Diſcorſi de S. Don* ANTONIO AGOSTINI *ſopra le medaglie & altre anticaglie con molti ritratti di belle e rare medaglie. In Venez.* in 4. Conf. *Catalog. Bibliotb. Hulſian.* P. II. p. 413.

ANTON. AVGVSTINI Dialogorum XL. de emendatione Gratiani libri duo. *Tarracon.* 1586. in 4.

Hanc

Hanc editionem Niceron. l. cit. inter rariores ANT. AVGVSTINI libros refert. Adponemus ipſa illius verba: *Cet Ouvrage eſt le plus conſiderable de ceux qu'* AVGVSTIN *a faits, ſur le Droit canon, il eſt d'un travail prodigieux, d'une exactitude merveilleuſe, & d'une tres grande utilité. Il etoit extremement rare, c'eſt ce qui a engagé Mſr. Baluze à en donner une nouvelle edition Paris* 1672. *in* 8. *beaucoup plus belle, & plus correcte, que les deux precedentes avec des ſavantes notes.* Gerardus van Maſtricht edidit hunc librum *Duisburg.* 1677. in 8.

IAQVES D' AVTVN l' incredulité ſavante, & la Credulité ignorante: au ſujet des magiciens, & des ſorciers. Avecque la reponſe à un livre intitulé Apologie pour tous les grands Perſonnages, qui ont été fauſſement ſoupçonnés de Magie, *à Lyon, chez Iean Certe, ruë Merciere, à l'image de la Trinité 1674.* in 4.

Hunc librum vir celeb. Eberhard Dauid Hauber. Tom. I. *Bibliothecae Magicae* p. 637. inter libros rariores refert. Autor Ordini Capucinorum adſcriptus, in prima parte libri demonſtrat, quod magi & venefici omnino inueniantur. In ſecunda exponit, qua ratione ii cognoſcantur. In tertia parte, haud iniuria, eos puniri confirmat. Vberiorem recenſionem vid. ap. Hauberum l. cit.

Popularia epigrammata medica, ad reuerenderiſſimum ac illuſtriſſimum Cardinalem Granuellanum, *Authore* GABRIEL AYALA, *Doctore Medico. Antuerp. ex officina Guil. Syluii, typographi Regii,* 1562. in 4. fol. 41.

Liber, quod nos quidem ſciamus, nunquam denuo editus fuit, quae cauſſa eſt, quam ob rem, inter

ter rariores libros, hoc loco adducatur. Autor Antuerpienſis, & Doctor Louanienſis medicus fuit. Epigrammata XXCVIIII. ſaepenumero, menſuram Epigrammatis excedunt. Illius autem rei rationem, in epigrammate reddit, quo lectorem autor ſic compellat:

Qui nos eſſe minus breues queretur:
Nec ſatis pro epigrammatis facetus
Attendat, medica eſſe, quae hic canuntur
Et Galenica, non Catulliana.

E dedicatione ad Antonium Perenottum, Cardinalem Granuellanum, adparet, quod AYALA etiam *carmen, pro vera arte medica*, & *de morbo* & *lue peſtilenti, elegiarum librum vnum* exarauerit. In *lexico* Menckeniano, & Ioecheriano *eruditorum*, mendum irrepſiſſe videtur, vbi e duobus AYALAE libris, vnus factus eſt; cum Autor *popularia epigrammata de lue peſtilenti* ſcripſiſſe perhibetur.

B.

IOANNIS BAAZII *Senioris* Inuentarium eccleſiae Sueo-Gothorum continens integram hiſtoriam Eccleſiae Suecicae libris VIII. deſcriptam, incipiendo a vetuſtate, & religione huius gentis, in Scandia primo reſidentis: quando & qua occaſione ſit facta illius conuerſio ab Ethnicismo ad chriſtianam fidem, & perducendo ſeriem huius eccleſiae, per quamlibet illius fortunam, vſque ad praeſentem annum Chriſti 1642. Opus elaboratum Mandato & ſpec priuilegio S. R. M. Suec. *Lincopiae excudebat Chriſtoph. Günther. 1642.* in 4. pp. 842.

Autor initio Paſtor, & Praepoſitus Ioncopiae (Joencoeping) in Gothia Auſtrali, & deinde epiſcopus We-

Digitized by Google

Wexionienſis (Wexiö) fuit. A Chriſtianiſmi origine in Suecia, ad tempora vsque Guſtaui I. Libro I. hiſtoriam diducit. L. II. Originem reformationis, tempore Guſtaui I. in Suecia, exponit. L. III. Eccleſiae ſtatum ſub Erico XIIII. & Ioanne fratre deſcribit. L. IIII. V. VI. Res eccleſiaſticas, regnante Sigismundo, Carolo VIIII. & Guſtauo Adolpho, ad annum vsque 1624. complectitur. L. VII. Res eccleſiae ad obitum vsque Guſtaui Adolphi: & IIX. tandem, Liber, illa, quae ſub regimine Chriſtinae ad annum vsque 1642. in rebus eccleſiaſticis geſta fuerunt, commemorat. Vid. *die Merckwürdigk. der Kœnigl. Biblioth. zu Dr.* T. III. p. 71. ſqq. De reliquis BAAZII *Senioris* ſcriptis Jo. Scheffer *Suecia litterata* p. 72. & 378. Conf. quoque Viti Ludouici de Seckendorf *Hiſtor. Lutheraniſmi* L. I. Sect. LVII. §. 149. Addit. II. p. 266. edit. *Francof. & Lipſ.* 1692. in fol.

BENEDICTI BACCHINI de Siſtrorum figuris ac differentia, ad illuſtriſſ. D. Leonem Strozza, ob Siſtri Romani effigiem communicatam, diſſertatio. *Bonon. 1691.* in 4.

BENEDICTVS BACCHINVS in ducatu Parmenſi d. XXXI. Aug. 1651. natus, initio nomen Bernardi acceperat, illud vero Benedicti nomine commutauit, cum Benedictinorum ordini ſe adiungeret. Multis muneribus eccleſiaſticis perfunctus, & an. 1721. in Bononienſi Academia, Profeſſor S. S. creatus, diem obiit anno eodem, menſe Decemb. aetatis anno LXX. Haec nos ipſe docet, in vita, ab ipſo latine conſcripta, quae cum Additionibus reperitur in *Giornale de' letterati d' Italia, Venet.* Tom. XXXV. p. 340. ſqq. Liber vero neque Parmae, vt Cl. Vogtius p. 64. prodit, in lucem emiſſus, neque a Tollio, ex Italico, in latinum ſermonem translatus, vt I. A. Fabricius in *Bibliographia antiquaria* p. 373. neque anno

anno 1680, vt idem Fabricius in *Conſpectu theſauri litterarii Italiae* p. 177. ſcribit, ſed *Bononiae* 1691. a BACCHINO, latino ſermone conſcriptus, euulgatus fuit. Acceperat illum in itinere ſuo Italico, Iacobus Tollius a Gaudentio Roberto, eiusque nouam, adiectis adnotationibus, & diſſertatione de Siſtrorum figuris, dedit editionem *Traiect. ad Rhen.* 1696. in 4. Inſerta haec omnia, nunc inueniuntur Io. Georg. Graeuii Tom. VI. *Theſaur. Antiquitat. Romanar.* p. 409. ſqq.

ANDREAE BACCII, *Elpidiani, Medici, atque philoſophi, Ciuis Romani*, de naturali vinorum hiſtoria, de vinis Italiae, & de conuiuiis antiquorum libri VII. Acceſſit de factitiis, ac cereuiſiis, deque Rheni, Galliae, Hiſpaniae, & de totius Europae vinis, & de omni vinorum vſu, compendiaria tractatio. *Romae 1597.* in fol. cum fig. aeneis.

Secunda haec eſt editio libri, qui cum adplauſu acceptus fuit, iis temporibus; id quod, tres editiones teſtantur, quae intra trium annorum ſpatium, in lucem prodierunt. Cl. Vogtio, & forte etiam Autori *der Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliothec zu Dr.* incognita. Haec fuit editio, cum vterque trium tantummodo editionum mentionem faciunt, quibus recentior *Francofurtana* 1607. a Cl. Vogtio memorata, addi debet. Vtrum illa editione, cuius vberior recenſio in allegatis *Merckwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* inuenitur, de vinis Hiſpaninicis mentionem fecerit, an haec acceſſio, primum in noſtra editione facta ſit, nos quidem ignoramus. Librum huius operis quartum, de Veterum conuiuiis, quo inter alia, conuiuii Didonis Virgilianam explicat deſcriptionem L. I. Aen. & Homerum, etiam a Virgilio, in deſcriptione conuiuii ſuperatum eſſe, contendit, auctiorem poſtea, & in libros V. diſtinctum,

ctum, edidit ANDR. BACCIVS, qui etiam nunc inſertus conſpicitur Tom. IX. *Theſauri Antiquitatum Graecar.* Gronouii p. 21. ſqq. Mulierem, quam BACCIVS vsque ad delirium deperibat, Ianus Nicius Erythraeus in *Pinacotheca* I. p. m. 40. *Baccillam*, quod fictum, ſine dubio nomen eſt, famoſam nominat, quae poſt ANDREAE BACCII mortem, Romae corporis fecerit quaeſtum. Cognitus nobis eſt alius ANDR. BACCII liber, qui raritate non inferior eſt libro, quem attulimus; Inſcribitur: *Del Tevere, di* ANDREA BACCI *libri III. ne quali ſi tratta della natura e bontà delle acque, e ſpecialmente del Tevere, del Nilo, del Pò &c. dell'uſo dell' aque, e dell bevere in freſco con nevi, con Ghiaccio, e con Sal nitro; delle inondazioni e de' remedi che gli Antichi Romani fecero, e che oggidì ſi poſſon fare. In Venez. per Aldo* 1576. in 4. Prior editio prodierat *Romae* 1558. in 8. ſed haec multo auctior eſt. Vita ANDR. BACCII inuenitur in Proſp. Mandoſii *Theatro, in quo Maximorum chriſtiani orbis Pontificum Archiatros ſpectandos exhibuit.* Qui liber, hodie rarior, *Rom.* 1696. in 4. prodiit.

NICOLO BALBANI Iſtoria della vita di Galeazzo Caracciolo, chiamato il Signore Marcheze, nella quale ſi contiene un raro, e ſingolare eſſempio di coſtanza, e di perſeveranza, nella pietà, e nella vera religione. *Geneva* 1587. in 16.

Hic liber omni tempore, adeo rarus fuit, vt Leſtanus, (Sieur de Leſtan) cum illum in gallicum ſermonem conuertere vellet, nullum inuenire poſſet exemplum, quo vteretur. Neceſſitate igitur coactus, librum ex latina verſione, cuius nobis innotuit editio 1596. tit. *Galeacii Caraccioli Vici Marchionis vita,* in 8. tranſtulit. Prodiit haec verſio cum titulo: *La vie de Galeas Caraciol, Marquis de Vico; & l'hiſtoire de la fin tragique de François Spire: Miſes en François par le Sieur de Leſtan.* Ex Italico vero BALBANI

NI

NI. librum poſtea tranſtulit Mſr. Minutoli, & edidit: *La Vie de Galeace Caracciolo, Marquis de Vico, au Royaume de Naples, qui après avoir embraſſé la Religion Reformée mourut à Geneve l'an 1586. Traduite de l'Italien de* NICOL. BALBANI, *Geneve* 1681. in 12. Vid. *la Remarque de Mſr. Des Maizeaux, dans les Lettres de Mſr. Bayle* Tom. I. p. 181.

BALDERICI *Nouiomenſis & Tornacenſis Epiſcopi* Chronicon Cameracenſe & Atrebatenſe, ſiue hiſtoria vtriusque eccleſiae, a Clodoueo, vsque ad ann. 1030. L. III. edita, cum notis Georgii Coluenerii. *Duaci, ſumt. Io. Bogardi,* 1615. in 8.

In Bibliotheca Atrebatenſi, Chronici codex adſeruatur Manuſcriptus, qui forte Autoris Autographus eſt. Colligimus illud e *Voiage litteraire de deux Religieux Benedictins* T. II. p. 74. vbi: *Mſr. l'Abbé Blondin Docteur de la faculté de Paris, habile Predicateur & tres verſé dans les Antiquités de ſon egliſe, nous fit voir la bibliotheque, dont les principeaux Manuſcrits ſont les Actes, ou l'hiſtoire de la Reſtauration de l'Evechè, la Chronique de* BALDERIC, *ecrite de ſon tems (ce pourroit bien être l'original).*

R. S. GVGLIELM BALDESANO Sacra Iſtoria di St. Mauricio Arciduca, della legione Thebea, & de ſuoi valoroſi camponi. *In Torino,* 1604. in 4.

Latet ſub hoc GVLIELMI BALDESANI nomine, *Bernardinus Roſſignolius* e ſocietate Ieſu, natione Italus, patria Vlmetanus, qui anno 1547. natus fuit. Variis fuit collegiis praefectus, ac demum Prouinciae Romanae, Venetae, & Mediolanenſi, Prouincialis praepoſitus eccleſiaeque metropolitanae Tau-

Taurinenſis canonicus & theologus, obiit diem Auguſtae Taurinor. 1613. Varia edidit ſcripta, quae ad theologiam ſpectant moralem, inter quae hic, quem adtulimus, liber, inuentu eſt rariſſimus. Plura de eo videſis in Petri Ribadeneira *Catalogo Scriptorum Religion. Societatis Ieſu* p. 33. ſqq. & in Philip. Alegambe *Bibliotheca Ieſuit.* p. 63. Nathanael Sotwell *Biblioth. Scriptor. Societ. Ieſu* p. 116. Theophil. Rainaldi in *Erotematibus de malis ac bonis libris* p. 141. Anton. Poſſeuin. in *Apparat. Sacr.* Tom. I. p. 223. Vincent. Placcii *theatr. Pſeudon.* p. 105.

IOANNIS LVDOVICI GVEZII BALZACII Carminum libri tres. Eiuſdem Epiſtolae ſelectae, editore Aegidio Menagio *Pariſ. ſumt. Auguſtini Courbé, 1650.* in 4. pp. 475. praeter epiſtolam dedicator. & indicem.

Ipſi nos, libri huius, ſatis quidem ſplendidi, ſed admodum rari, poſſidemus exemplum. Aegidius Menagius illum Chriſtinae Suecorum reginae dedicauit. Tres libros carminum, vna cum libro adoptiuo, prima pars libri complectitur. Secunda epiſtolas ſelectas continet, quae poſtea 1651. in 12. recuſae fuerunt & a Daniel. Georg. Morhofio rarae vocantur. Vid. *Polybiſt.* I. L. c. XXIIII. p. m. 293. Adiecit illas etiam Celeber. *Kappius* Profeſſor Lipſienſ. editioni Franc. Vauaſſoris *de dictione ludicra Lipſ.* 1722. in 8. Inueniuntur etiam, vna cum Carminibus, & reliquis BALZACII opusculis, in ſplendida operum collectione, quae *Paris.* cum praefat. Abbatis de Caſſagnes 1665. II. Tom. in fol. prodiit. Vid. de BALZACIO, *Dictionaire* de Mſr. Baile Tom. I. p. 429. ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XXIII. p. 315. ſqq.

Canto XI. compoſti dal BANDELLO, delle Lodi della Signora Lucrezia Gonzaga, di Gazuolo, e del vero amore, col tempio di Pudicizia, e con altre coſe per dentro Poeticamente deſcritte, in 8. *ſine loci & anni indicio.*

Le tre Parche da eſſo BANDELLO Cantate nella natività del Sigr. Giano Primogenito del Signor Ceſare Fregoſo, e della Signora Goſtanza Rangona ſua conſorte, in 8. *ſine loci & anni indicio.*

De rariſſimis MATTHAEI BANDELLI libris, qui in *Catalogo Bibliothec. L. B. de Hohendorf* P. III. p. 159. n. 2134. *Guiennae* 1545. in 8. prodiiſſe dicuntur, & inprimis de poſteriore, apud Nicol. Franc. Haym *nella notizia de' libri rari* p. 121. haec leguntur. *Queſto rariſſimo libro tutto in Ottava Rima, contiene ambi due queſti Poemi, e nella dedica vien' chiamato* MATTEO BANDELLO; *che egli non foſſe l'iſteſſo che l'autore delle Novelle, ſi veda nell' Articolo delle Proſe dove ſi parla delle Novelle, del* BANDELLO. Lucretia Gonzaga, MATTHAEI BANDELLI diſcipula fuit. Vid. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 435. & Tom. II. p. 1281. vbi ſcribit, quod BANDELLVS Nouellam XXI. Partis I. illi dedicauerit. In *Catalogo Bibliothecae Heinſianae*, P. II. p. 200, vt Baile Tom. I. p. 435. teſtatur, editio *de' XI. Canto* &c. *dal* BANDELLO impreſſ. *Agen.* 1545. in 8. extat.

MAPHAEI *Cardinalis* BARBERINI, poſtea Vrbani VIII. Papae Poemata. *Paris. e typogr. Regia,* 1642. in fol. chart. max.

Splendidiſſimum hoc opus, in Germaniae bibliothecis rariſſime inuenitur.

Digitized by Google

HIERONYMI BARDI Medicus Politico-Catholicus, ſeu medicinae ſacrae tum cognoſcendae, tum faciendae idea. *Genua*, *1634*. in 8.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 72. HIERON. BARDI Ligur. e Rapallo, Genua tamen oriundus, 1603. die VII. Mart. natus. Doctor Theologiae & Sacerdos, adnuente Pontifice Romano, medicinam in vrbe Piſana exercuit. Teſte Auguſtin. Oldoino in *Athenaeo Liguſtico* p. 238. liber Genuae 1643. prodiit. In Thom. Hyde *Catalogo Bibliothecae Bodleianae*, p. 64. id an. 1644. accidiſſe inuenimus. Omnia ſcripta HIERONYMI BARDI, hodie admodum rara ſunt. Recenſet ea Auguſtin. Oldoinus l. cit. Inprimis illius *Theatrum Naturae Iatrochymicae Naturalis*, quod ſub ficto, *Iatrophili Euchimici* nomine, *Romae* 1644. edidit, inter libros paullo rariores, referri meretur. Non vero confundendus eſt, hic HIERONYM. BARDVS, cum alio, eiusdem nominis, Florentino, qui varia reliquit Scripta hiſtorica, inter quae liber *delle Coſe notabili della Citta di Venetia*, *Venet.* 1587. in 8. nec non *Martirologio Romano In Venez.* 1585. in 4. eminent.

CASPAR. BARLAEI Bogermannus ἐλεγχόμενος, ſeu diſſertatio, in qua theologorum male ſana conſilia, reprehenduntur. Diluuntur etiam crimina impacta, a M. Slado, Eraſmo Rotterodamo. *Lugd. Bat.* *1615*. in 4.

Scripſerat Hugo Grotius, Ordinum Hollandiae & Weſtfriſiae iuſſu, librum contra Gomariſtas, inprimis contra Sibrandum Lubbertum Franckeranum, theologum, titulo: *Ordinum Hollandiae & Weſtfriſiae pietas, ab improbiſſimis multorum calumniis, praeſertim vero a Sibrandi Lubberti epiſtola, quam epiſcopo Cantuarienſi ſcripſit, vindicata*, *Lugd. Bat.* 1613.

1613. in 4. Ad huius libri duas priores partes, in lucem emittebat, Io. Bogermannus, Eccleſiaſtes Leouardienſis, *Adnotationes, vbi cauſſa Vorſtii & Remonſtrantium tractatur, Francker.* 1614. Hoc aegre ferens CASPAR BARLAEVS, illum quem nominauimus libellum, edidit, in quo epiſtolam dedicatoriam, quam ſuis Adnotationibus, praefixit Io. Bogermannus, ſub examen vocauit. Vid. Hugonis Grotii *manes ab iniquis Obtrectationibus vindicati* P. I. p. 42. ſqq.

De vita, moribus, ac rebus, praecipue aduerſus Turcas, geſtis, Georg. Caſtrioti, clariſſimi Epirotarum Principis, qui propter celeberrima facinora, Scanderbegus, h. e. Alexander M. cognominatus fuit, libri XIII. per MARINVM BARLETIVM Scodrenſem conſcripti, ac nunc primum in Germania caſtigatisſimi editi. *Argentorati, apud Craton. Mylium,* 1537. in fol. pp. 371. except. epiſtola dedicator. praefat. & indice.

Librum rarum eſſe, nos docuit Gerdeſii *floarileg. libror. rar.* p. 28. edit. recentiſſ. MARINVS BARLETIVS Sacerdos Scodrenſis in Albania fuit. Illam, quam nos poſſidemus, editionem, Caſpar Hedio, Alberto Marchioni in Baden ac Hochberg dedicauit. Inſertus poſtea liber, variisque figuris, & imaginibus ligno inciſis, ornatus, fuit Philip. Loniceri *Chronico Turcico*, cuius cum BARLETII *hiſtoria de Scodrae expugnatione* tertium conſtituit Tomum. In varias etiam linguas translatus fuit. In vernaculam illum conuertit Ioannes Pinicianus, & edidit cum titulo: *Georgii Caſtriot, genannt Scanderbeg, ritterliche Schlachten und Thathen wider beyde Türckiſche Keyſer Amurath und Mahomet, auch andere ſeine Feinde, manlich und glücklich bey ſeinem Leben gethan, und erhalten. Erſtlich*

Digitized by Google

lich von MARINO BARLETIO *von Scodra, in Latein beſchrieben, darnach durch Joan. Pinicianum verteutſchet, Frankf.* 1577. in fol. *Magdeb.* 1604. in 4. Praeter illam, etiam verſionem germanicam habemus, a Gabriel. Zſchimmer, *Dresd.* 1664. in 8. Italice illum dedit Pietro Roccha cum tit. *Iſtoria di Giorgio Caſtriotto Scanderbego, tradotta dal Latino, in Venez.* 1568. in 8. Forte idem liber eſt, quem adfert Nicol. Franceſc. Haym *nella notizia de' libri rari.* p. 95. *Gli illuſtri e glorioſi geſti e vittorioſe Impreſe fatte contra Turchi da Giorgio Caſtriotto detto Scanderbeg. Prencipe d' Epiro, In Venezia preſſo Altobello Salicato* 1584. in 4. Luſitanice illum edidit Franciſcus d' Andrada *Lisb.* 1567. in fol. Vid. *Catalog Bibliothec. Bodleian.* P. I. p. 65. In compendium librum redegit, & orationes ex illo excerpſit, Georgius Bartholdus Pontanus a Braitenberg Metropolitanae eccleſiae Pragenſis Praepoſitus, Olomucenſis & Budiſſinenſis Canonicus, Protonotarius Camerae Apoſtolicae, Imperatorisque Maximiliani Conſiliarius. *Hanou.* 1609. in 8. pp. 293. Plura vide in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centuria II. p. 155. ſqq. Conf. I. Alb. Fabricii *Bibliothec. med. & inf. lat.* L. II. p. 467.

GABRIEL BARLETTE Sermones. *Venet.* 1577. in 8. II. Tom.

Etſi Sermones ſaepius, & teſte Iacob. Quetif Tom. I. *Bibliotb. Dominic.* p. 844. ab anno, Seculi XVI. quinto, ad annum vsque 85. eiusdem Seculi, tredecies editi fuerint, tamen in bibliothecis rarius inueniuntur. Primam omnium editionem *Lugduni* 1505. euulgatam eſſe ſcribit Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. VII. p. 1. id quod forte de omnibus GABRIELIS BARLETTE ſermonibus, in vnum collectis faſciculum, intelligi debet. *Sermones* enim illius *quadrageſimales* iam anno 1497. *Brixiae* in lucem eſſe productos, teſtatur Maittaire in *Annal. Typographic.* Tom. I. p. 647. & nullum eſt dubium, quin

Digitized by Google

& plures Sermonum, quos diuerſis titulis, pro temporum, quibus recitati fuerunt, ratione, inſignivit, extent editiones, anno 1505. antiquiores, in primis cum GABRIEL BARLETTE, ob inſignem eloquentiam, veluti orator diſertiſſimus, ſeculi ſui haberetur decus, ita, vt etiam tunc temporis, hoc de illo peruulgatum eſſet prouerbium: *Neſcit praedicare, qui neſcit Barlettare.* Ea editio, quam adduximus, omnium optima & perfectiſſima cenſetur. Tomus illius primus, *Sermones quadrageſimales* complectitur: Secundus vero *Sermones de tempore Aduentus, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & de nonnullis Sanctis* continet. In Henry Etienne *Apologie pour Herodote*, multa eloquentiae illius, paſſim occurrunt ſpecimina, & in Niceron. *Memoir.* T. III. p. 2. ſeqq. vnum quoque alterumue adlatum conſpicitur. Inueniuntur, qui cum Leandro Alberti in *Deſcriptione Italiae*, p. 370. ſtatuunt, Sermones GABRIEL BARLETTE, vt hodie leguntur, ab eo non fuiſſe peroratos, ſed ab aliis ſi non plane confictos, tamen mutatos, interpolatos & corruptos eſſe. Sed repugnare videtur, huic ſententiae, temporum, quibus BARLETTE vixit, ratio, quandoquidem in Oliuerii Maillardi, & Michael. Menoti Sermonibus, de quibus infra dicendi locus erit, ſimilis eloquentia occurrit ludicra. Illum Gabrielem, non vero Michaelem, vt apud Henricum Stephanum, in dicta, pro Herodoto Apologia Tom. I. p. 40. edit. de Mſr. le Duchat, legitur, adpellatum fuiſſe, omnes, qui, de illo commentati ſunt, confirmant. Cognomen ab vrbe *Barulo*, (Barletta) in Regno Neapolitano, adeptus eſt. Vid. Scriptores a nobis citat. Conf. quoque Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 521. Ioſ Simleri *Biblioth. Geſner*. p. 212. Petri a Valle Clauſa S. Theologiae Doctoris, ſub quo nomine latet Theophil. Rainaldus, *Diatribe de immunitate Autorum Cyriacorum a cenſura Lugd.* in 8. & in Operibus, Tom. XX. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 449.

ROBERTI

Digitized by Google

ROBERTI BARNESII *Nordouicenſis*, Liber de vitis Pontificum Rom. *Viteb. apud Ioſeph. Klug, 1536.* in 8.

Hunc libellum teſte Gerdeſio in *florileg.* p. 29. rariſſime inueniri, ſcribit Ill. Seckendorfius in Indice III. ad Comm. de *Hiſtor. Lutheraniſmi* ad A. 1536. adeo vt pro deperdito haberi poſſit. Sed recuſus fuit cum Io. Balei *vitis Pontificum*, & I. M. Lydii *continuatione*, quae ad Paullum vsque V. perducta fuit, *Lugd. Bat.* 1615. in 8. cum tit. *Scriptores duo Anglici coaetanei de Vitis Romanorum Pontificum, videlicet* ROBERT. BARNS & *Ioan. Baleus, quos e tenebris vindicauit & continuauit ad Paullum V. Ioan. Martini Lydius.* Vixit ROBERTVS BARNES Profeſſor Theologiae, & Henrici IIX. Angliae Regis, Capellanus, Seculo XVI. & admodum miſera morte periit. Cum enim Lutheranorum Sacris faueret, & contra Epiſcopum Gardinerium ſcriberet, curiae Anglicanae iuſſu combuſtus fuit. Vid. Ioſ. Simleri *Biblioth. Gesner.* p. 604. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 453. ſqq.

CAESARIS BARONII Martyrologium Romanum, *Rom. 1586.* in fol. *Venet. 1587.* in 4. *Venet. 1597.* in 4. *Antverp. 1589.* in fol.

De editionum, quas heic adduximus, raritate vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 73. Primus vero lepidum in his editionibus errorem de Sancta Xynoride obſeruauerat amicus BARONII, Nicol. le Fevre, Ludouici XIII. Praeceptor, qui multa documenta, ad editionem Annal. Eccles. ſpectantia, cum illo communicauerat. Vid. Niceron. Tom. XXVII. *Memoir.* p. 302. qui & alios errores, in his editionibus occurrere ſcribit. De rariſſima verſione Arabica, epitomes Annalium Baronii, a Franciſco Brietio Rhedonenſe Capucino, in partibus Orientis, Syriae, & Palaeſtinae, Miſſionario Apoſtolico, *Rom.* ab anno

 1653.

1653. ad ann. vsque 1671. IIII. Tomis in 4. edita vid. *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 296. I. A. Fabricii *bibliotb. Gr.* L. VI. Cap. 4. p. 168. cui tamen tres tantummodo Tomi cogniti fuerunt.

CAESARIS *Cardinalis* BARONII tractatus de Monarchia Siciliae. Acceſſit Aſcanii Cardinalis Columnae de eodem tractatu iudicium. Cum eiusdem Cardinalis Baronii reſponſione apologetica aduerſus Cardinalem Columnam, & epiſtola ad Philippum III. Regem Hiſpaniae. *Pariſiis, ap. Hadrian. Beys, 1609.* in 8. mai. pp. 239.

Cum CAESAR BARONIVS iuſſu Clementis IIX. Pontificis, de Monarchia Sicula, qua Pontificis iura, in hoc regnum defendebat, conſcriberet tractationem, illamque Tom. XI. Annalium insereret, tanta in Hiſpania, & Sicilia, animorum exorta eſt exacerbatio, vt integer Tomus Annalium XI. prohiberetur. Quare euenit, vt haec tractationis iſtius, prodiret editio, illique tria alia, ad hanc controuerſiam, ſcripta ſpectantia, quorum in libri titulo, iam mentio facta eſt, adiicerentur. Recenſetur liber prolixius in *den Nachrichten von einer Hälliſchen Bibliothec* Tom. III. p. 503. ſqq. vbi etiam a raritate commendatur. Inueniuntur etiam nonnulla de de hac controuerſia, in Hieronymi Barnabei *Purpura Sancta, ſeu vita Purpurati S. R. E. Principis,* CAESARIS BARONII p. 115. ſqq. 184. ſqq. edit. quam Gregorius Friz *Viennae Auſtriae* 1718. in 8. in lucem emiſit. Epiſtolam CAESARIS BARONII Cardinal. ad Philippum III. Hiſpaniae regem, Schellhornius nuper inſeruit *Miſcellaneis Lipſienſibus Nouis* Tom. IIII. P. IIII. p. 670. ſqq. vbi illam primum luci expoſitam eſſe, a Ioachimo Morſio, Hamburgenſi, *Lugdun. Batav.* 1619. in 4. ſcribit, id quod annus, quo

illa,

Digitized by Google

illa, quam adduximus, collectio, edita fuit, oppido refellit. Conf. Sagittarii *introduct. in hiſtor. Eccleſ.* Tom. I. p. 300. vbi ſine dubio per typothetarum errorem, annus editionis Morſianae 1691. legitur: Integra haec collectio, inſerta eſt *Theſauro Scriptorum Antiquitatum Siciliae*, ſiue *Theſauri Italiae* Tom. X. P. III. Pertinet etiam ad hanc controuerſiam, paullo adcuratius cognoſcendam Louis Ellies du Pin *Defenſe de la Monarchie de Sicile contre les Entrepriſes de la Cour de Rome, Amſterd.* 1716. in 8. de quo libro Vid. Niceron *Memoires* Tom. II. p. 46.

Aſia de IVAN de BARROS dos fectos, que os Portugueſes fizeramne deſcobrimento y conquiſta dos mares y terras do Oriente &c. Decadas III. *Lisboa, 1628.* III. Tom. cum Continuationibus, a Cl. Vogtio p. 74. memorat. Decad. XII. in fol.

IOAN. de BARROS, neque Bragae, neque Vlyſſipone, vt nonnulli putant, ſed Viſei, an. 1496. natus, & vt Emanuel Seuerinus de Faria, in vita illius, teſtatur, e nobiliſſima familia *Lupo* de *Barros*, genus deriuauit. Theſaurarius Indiarum factus, Emanuelis regis iuſſu, Hiſtoriam Indicam ſ. Aſiae conſcripſit, eiusque *Decada* I. *Lisboa* 1552. *Decad.* II. 1553. *Decad.* III. 1563. in fol. edidit. Editio Decadum quam Cl. Vogtius l. cit. adfert, ſecunda eſt. Decas prima & ſecunda, poſtea in linguam Italicam ab Alfonſo Vlloa translata, & edita fuit cum titulo: *L' Aſia di* GIOVANNI BARROS. *De' fatti de' Porthogheſi nello ſcoprimento e conquiſte de' Mari e terre di Oriente, tradotta del Portogheſe. In Venez preſſo Vincenzio Valgriſio* 1562. in 4. Conſcripſerat etiam IO. BARROS *Decadem quartam*, ſed morte an. 1570. praeuentus illam ad finem perducere, & in lucem ipſe emittere non potuit. Accepit illam, data pecunia Phi-

lippus IIII. Hiſpaniae rex, a Louis a Suarez, vidua Hieronymi de Barros, filii natu maioris IOANNIS de BARROS, & Io. Baptiſtae Lauanha edendam commiſit. Prodiit illa 1615. *Madrit.* in fol. vt titulus prodit *reformada ed illuſtrada com notas.* Interea Diego de Couto, neutiquam de Conto, vt Cl. Vogtius, & Anonymus qui *Melanges de litterature tirez des lettres manuſcrittes de Mſr. Chapelain*, edidit, p. 24. ſcribit, Vlyſſiponenſis, Regis Luſitaniae hiſtoriographus, ad continuandam hiſtoriam Indicam IO. de BARROS ſe adcinxit, & *Decadem quartam Lisb.* 1602. in fol. *Decad. quintam Lisb.* 1612. in fol. *Decad. ſextam Lisb.* 1614. in fol. *Dec. ſeptimam Lisb.* 1616. in fol. *Decad. octauam & nonam Lisb.* 1673. in fol. *Decad. decimam & vndecimam* Lisb. 1673. in fol. *Cinquo libros da Decada XII.* neſcio quo fato *Par.* 1645. in fol. in lucem emiſit. Continuatoris Diego de Couto labor, variis, iis demum aduerſis fatis obnoxius fuit. Maxima enim pars exemplarium *Decadis VI.* incendio, in bibliopolae aedibus, exorto, flammis abſumta fuit, quare euenit, vt haec decas, libri per ſe rariſſimi, reliquis decadibus multo ſit rarior. Cum *Decadem IIX. & VIIII.* edere vellet Diego de Couto, Manuſcriptum illi furto ablatum fuit, laborem igitur iterare, & decades duas in vnum referre volumen cogebatur. Vid. Niceron Tom. XII. p. 89-96. De verſione operis gallica, iuſſu Colberti a Msr. Fremond adornanda, conſilium Cappellani vid. in *Melanges de litterature* ſupr. cit. p. 25. ſqq.

BARTHOLOMAEI *Anglici* de proprietatibus rerum Libri XVIIII. *Colon.* 1481. in fol.

Rariſſimum eſſe librum ſcribit Gerdeſius in *florileg.* p. 29. BARTHOLOMAEVS *Anglicus* ſeu vt alio nomine vocatur, BARTHOL. *Glanouillanus*, familiae addictus fuit monachorum Franciſcanorum, & hoc opus in XVIIII. libros diſtributum, teſte Io. Leland

in

in *Comment. de Scriptoribus Britannicis* p. 336. *Ariſtotelis, Platonis, & Plinii fultus autoritate, concinnauit & edidit: quod illa aſſidua terebat aetas manu, vnde & eius in iuſtam excreuit fama magnitudinem.* Hanc editionem in quarto quidem prodiiſſe, ſcribit Gerdeſius l. cit. ſed illam in fol. adfert Michael Maittaire in *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 417. Plures editiones, & reliqua BARTHOLOMAEI ſcripta, recenſet I. A. Fabricius in *Bibliotb. med. & inf. lat.* Tom. I. p. 479. ſqq. In Anglicam linguam translatus, & cum commentario liber editus fuit *Lond.* 1582. Io. Leland. l. cit. *Carolum V. Regem Galliae, delectatum huius operis vtilitate, iuſſiſſe Joan. Corbichonem, Auguſtinianum, opus tam eruditum, in linguam transferre gallicam, illumque id eleganter praeſtitiſſe,* ſcribit. Viderat verſionis codicem, in bibliotheca, quae ad Iſidis Vadum, ab Hunfredo duce Claudiano, poſita fuerat. Illam cum titulo: *Traité des proprietés de chaque Subſtance, traduit de latin en françois, par frere Jean Corbichon, à Lion par Matthieu Huts, maitre en l' art d' impreſſion* 1491. in fol. prodiiſſe teſtatur Maittaire in *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 531. Conf. de BARTHOLOM. *Anglico* Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* p. 182. Tom. I. qui illum BARTHOLOM. *Anglicum cognomento Granuuyſe* nominat. Ioſ. Simler. *Bibliotb. Gesner.* p. 87.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ libri LX. in VII. Tomos diuiſi, cum perpetua verſione latina editi, cura Caroli Annibal. Fabrotti. *Paris.* 1647. in fol. Tom. VII. ch. max.

Admodum infrequens, praeſtantiſſimum illud opus eſt, quod nonniſi in inſtructiſſimis bibliothecis inuenitur. Adiecta ſplendidae iſti editioni conſpicitur, Ioſephi Mariae Suareſii *notitia Baſilicorum*, quae illam maxime commendabilem reddit. Plura vid. in *Bibliotb. iuridica Budero-Struuiana* p. 55. Conf. Niceron. *Memoir.* Tom. XXVIIII. p. 355.

355. ſqq. I. A. Fabricii *Bibliotb. Graec.* L. VI. Cap. 6. p. 426.

SEBASTIANI BASSONIS *Doctoris Medici*, Philoſophiae naturalis, aduerſus Ariſtotelem Libri XII. in quibus abſtruſa veterum Phyſiologia reſtauratur, & Ariſtotelis errores ſolidis rationibus refelluntur. Amicus Plato, amicus Socrates, ſed magis amica veritas. *Geneuae, 1621.* in 8.

Gottlieb Stollio in *Anmerckungen über Heumanns Conſpectum reip. litterar.* p. 975. & *Catalogo Bibliotb. Sellianae* P. I. p. 167. teſtibus, hic liber etiam *Aureliae apud Petrum de la Roviere* 1621. in 8. prodiit. Conf. *das erſte Stück des Verzeichn. einiger raren Bücher* p. 52. ſqq. vbi quoque huius editionis mentio facta fuit. In *Lexico eruditor.* Ioecheriano de BASSONE inuenimus, quod grauis extiterit philoſophiae Ariſtotelicae inimicus, & *Romae* 1574. *diſſertat. in philoſophiam naturalem aduerſus Ariſtotelem* in 4. ediderit. Opinione autem deceptus fuit Cl. Vogtius cum p. 75. SEBASTIANVM BASSONEM, cum ſcriptis, ab ipſo editis, ignotum fuiſſe Morhofio ſcribit: Ille enim L. II. *Polyhiſt. Philoſoph.* P. II. c. XX. §. 2. p. 364. diſertis, eius, verbis facit mentionem. Conf. etiam *Catalog. Bibliotb. Reimmannianae* P. II. p. 708. vbi & alius Morhofii adducitur locus, quo SEBASTIANI BASSONIS, mentio facta fuerit, quem nos vero, diligentiſſime licet quaeſitum, nulla prorſus ratione inuenire potuimus. Editio libri aduerſus Ariſtotelem *Elzeuiriana*, quam cl. Vogtius, adfert, prodiit 1649. in 8.

BATAVIA ſacra, ſiue res geſtae Apoſtolicorum virorum, qui fidem Batauiae primi intulerunt. *Bruxell. 1714.* II. Tom. in fol. cum figuris aere inciſis.

Liber

Liber iſte, cuius autor p. 512. ſub hiſce litteris, T. S. X. H. L. H. S. T. L. P. V. T. nomen ſuum occultavit, in *Nou-Antiquis* anni 1727. p. 716. dicitur: *ein rar und koſtbares Buch.*

Les Saintes metamorphoſes, ou les changemens miraculeux de quelques grands Saints, tirés de leurs vies, par J. BAVDOIN, *Paris.* 1644. in 4. cum fig.

Rariſſimus hic liber IOANNIS BALDVINI eſt, qui duodecim ſermones, de totidem Sanctis Romanae eccleſiae complectitur. Liber eiusmodi typis exſcriptus eſt, quos Galli *la financiere* vocant.

MARCI BAVRIAE defenſio poteſtatis Apoſtolicae. *Ferrar. 1521.* in 4.

De raritate libri, Collectores *Nov-Antiquorum* ann. 1702. p. 401. ita ſcribunt: *Die Schriften ſo bey dem Anfang der Reformation, wider Lutherum geſchrieben worden, ſind ſehr rar; dieſe iſt aber eine der ſeltſamſten.* Autor fuit monachus Ordinis S. Auguſtini, & Theologiae doctor. Libri eius ob doctrinae nouitatem ſuſpecti curiae Romanae, & in indicem librorum prohibitorum, relati fuerant, quo factum, vt hanc defenſionem de poteſtate Pontificis, contra Lutherum, conſcriberet, vt cum pontifice in gratiam rediret.

HENRICI BEBELII triumphus Veneris.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 77. I. A. Fabricius L. II. *Biblioth. med. & inf. lat.* p. 492. librum illum *Tubingae* excuſum fuiſſe ſcribit, id quod confirmat Ioſias Simlerus in *Bibliotheca Gesnerian.* p. 272. qui Triumphum Veneris, vna cum eiusdem Bebelii inſtitutione puerorum *Tubingae* impreſſum eſſe memorat.

Digitized by Google

rat. Inuenitur etiam in Tom. II. *Operum Bebelianorum*, qui *Phorcae in aedibus Thomae Anſhelmi Badenſis* 1509. in 4. prodiit & pp. 219. conſtat.

NATALIS BEDAE *Doctoris Theologiae Pariſienſis*, Annotationes in Iacobum Fabrum Stapulenſem libri duo; & in Deſiderium Eraſmum liber vnus. Scilicet in commentarios Fabri ſuper epiſtolas B. Paulli, & in eiusdem commentarios, ſuper quatuor euangelia, & in paraphraſes Eraſmi, ſuper eadem quatuor euangelia, & in omnes epiſtolas apoſtolicas. *Paris.* 1526. in fol.

Libri perrari, hic eſt titulus, quem ideo adſcripſimus, quoniam ex illo quem Cl. Vogtius p. 77. adduxit mutilatum, coniecturam aliquis facere poſſet, Fabri commentarium in Euangeliſtas, Paullique epiſtolas libro eſſe adiectum. NATALIS BEDA fuit Normannus Abrincenſis, de Monte S. Michaelis, Theologiae Doctor Pariſienſis, & gymnaſii Montacutii primarius, qui an. 1537. diem obiit. Infenſiſſimus Iacobi Fabri, & Deſiderii Eraſmi fuit hoſtis, & praeter hunc a nobis adductum librum, alios contra illos euulgauit, v. c. *Cenſuras* quas anno 1524. & 1525. *Pariſiis* edidit, & in vna earum mentem ſuam ita expoſuit: *Confecto Luthero, non poteſt res eſſe eccleſiaſtica incolumis, niſi conficiantur & graeciſſantes theologi.* Eraſmus illi reſponſionem obuertit an. 1529. quae Operum Tom. VIIII. p. 366. ſqq. reperitur: Lectu inprimis digna ſunt, quae Eraſmus p. 426. adfert; In NATALIS enim BEDAE ſcriptis, mendacia 181. calumnias 310. & blaſphemias 47. ſe inuenire profitetur. Plura de NATALI BEDA, & eius ſcriptis vid. in Antonii Poſſeuini *Apparat. Sacr.* Tom. II. p. 465. Pierre Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 491. Louis Ellies du Pin *Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques* Tom. XIIII. p. 157. ſqq. Richard Simon *Hiſtoria Critica*

Digitized by Google

tica Noui Teſtamenti L. III. p. 489. 498. 524. Io. Franc. Buddeus in *Iſagoge hiſtorico-theologica* T. II. p. 1716.

LAVRENTII BEGERI, Hercules ethnicorum, ex variis antiquitatum monumentis, delineatus, additis in fine modernis, quibusdam, eiuſdem argumenti picturis. 1705. in fol. ch. max.

Hic liber, qui rariſſime inuenitur, XXXIIX. folia, figuris aere inciſis ornata, complectitur, & Herculis ſtatuas, labores, numiſmata, & alias antiquitatis reliquias, in quibus Hercules conſpicitur, refert. Niceronio, qui Tom. IIII. *Memoir.* p. 172. ex Ancillonii *Memoires ſur les Vies, & les Ouvrages de pluſieurs Modernes celebres*, Operum BEGERI catalogum, exhibet, liber hic incognitus fuit.

BALTASAR BEKKER Vaſte Spyſe. *Leuwarden, 1670.* in 8.

Hic Catechismus, ſeu potius Commentarius in Catechismum Heidelbergenſem, BALTHAS. BEKKERI, ab Altingio adprobatus, inſtinctu vero Mareſii ob odium erga Altingium a Synodo Bolswardienſi an. 1671. aliisque ſubſequentibus, damnatus inter libros raros hodie numerari debet. Vid. BALTHAS. BEKKERI Apologia, pro Catechismo ſuo, quam titulo *Relationis perſecutionum, quas autor libelli, Vaſte Spyſe, pertulit*, lingua Belgica conſcripſit. Conf. Niceron. *Memoires* Tom. XXXI. p. 161. ſqq.

FRANCISCI BELCARII rerum Gallicarum commentarii, ab Anno Chr. 1462. ad annum 1566. *Lugd. 1625.* in fol.

P. Baile in *Dictionaire* Tom. I. p. 482. nos docet e Spondano, chronicon FRANCISCI BEAVCAIRE de

Digitized by Google

de PEGVILON, res Gallorum, non ab anno 1461. ad annum vsque 1580 continere, vt Moreri, Hyde in *Catalog. Bibl. Bodleian.* & ex illis Serpilius, Cl. Vogtius & alii commemorauerunt: promiſiſſe quidem BELCARIVM chronici continuationem, ſed morte abreptum ad annum tantummodo 1566. illud perduxiſſe ſcribit. Magna libertate in ſcribendis hisce commentariis, vſus eſt auctor, qui characteres perſonarum, illius aetatis plurimos repraeſentat. Et hanc ob cauſſam BELCARIVS ipſe, eos in lucem edere haud ſuſtinuit. Adparet illud, ex praefatione, in qua ſcribit: *Hos commentarios me editurum non profiteor, lateant in Chriſtiana (de la Chrete) noſtra bibliotheca, donec tuto exire poſſint: vere nec in cuiusquam gratiam, aut odium ſcripſiſſe confirmo.* Et in fine praefationis, *maturo*, inquit, *iudicio, ne in multorum odia incurreremus, veritas enim odium parit, vt inquit poeta comicus, non ſtatim edendos iudicauimus.* Illi vero anno circiter quadrageſimo, poſt mortem BELCARII, a Philippo Dineto domino de St. Romain, qui illos in bibliotheca BELCARII inuenerat, an. 1625. *Lugd.* in lucem emiſſi fuerunt.

FRANC. de BELLEFOREST l'hiſtoire des neufs Rois, Charles de France: contenant la fortune, & vertu des Rois, qui ſous ce nom de Charles ont mis. *à Paris. 1568.* in fol.

FRANCISC. BELLEFOREST, natione Gallus, & Scriptor Polygraphus, natus 1530, quem res anguſta domi, ad libros ſcribendos adegit, vt haberet, quo ſuam, ſuorumque vitam ſuſtentaret. Quare euenit, vt operibus ſuis, admodum feſtinatis, haud adeo magnam, nominis, conſecutus ſit, famam. Mortuus eſt an. 1583. Paris. aetatis anno LIII. Titulum libri, cuius etiam editionem *Lugduni* 1583. habemus in fol. Cl. Vogtius mutilum adfert. Integrum ſic habeas. *Hiſtoire de neuf Rois Char-*

Charles de France, contenant la fortune, vertu, & hauts faits des Rois, qui ſous ce nom de Charles ont mis à fin des choſes merveilleuſes, le tout compris en XIX. hores, *Paris*. 1568. in fol. Conf. Niceron. *Memoir.* Tom. XI. p. 93 ſqq. vbi LVIII. Opera, ab illo edita, recenſet.

GVILIELM. BELLENDENI, *Scoti*, *Magiſtri ſupplicum libellorum*, *Auguſti Regis M. Britanniae*, de tribus Luminibus Romanorum Libri XVI. *Paris*. *1634.* in fol.

Cl. Vogtius p. 78. libri Autorem *Belendinum* ſcribit, in Georg. Matth. Koenigii *Bibliotheca vetere & noua*, in Ioecheri *lexico eruditorum*, item in *Bibliotheca Hulſiana* P. I. p. 176. BELLENDENVS nominatur. Conf. *Bibliothec. Menkenian.* p. 301. Langleti du Fresnoy *Tablettes chronologiques* P. I. p. CXCV. vbi haec legimus: *Livre très-rare. C'eſt une hiſtoire Romaine tirée des ſeuls Ouvrages de Ciceron.* In I. A. Fabricii *Bibliographia Antiquaria* inuenitur p. 490: *Ciceronis Conſul, Senator, Senatusque Romanus Autore* BELLENDENO, *Paris*. 1612. in 8.

MARCI MANTVAE BENAVIDII dialogus de Concilio. *Venet.* *1541.* in 4.

Hunc librum collectores *Nou-Antiquorum* an. 1702. p. 436. *rariſſimum* vocant. Recuſus fuit *Venetiis* 1584. in 4. Inſertus conſpicitur T. XIII. P. I. fol. 172. ſqq. *Auctorum & tractatuum vniuerſi iuris Duce & Auſpice Gregorio XIII. in vnum congeſtorum.* Inſigne vero odium Auctor ſibi apud Pontifices, hoc libro conflaſſe dicitur, quoniam in exponendis, Cardinalium, Epiſcoporum & Abbatum vitis, quandam animi acerbitatem prodiderit. Vid. de MARCO MANTVA BENAVIDIO, Icto ſui ſeculi celeberrimo Anton. Poſſeuini *apparat. S.* P. II. p. 384. Ioſ Simleri

F *Bibli-*

Digitized by Google

Bibliotheca Geſner. p. 471. ſqq. Guidus Panzirolus *de Claris legum interpretibus* L. II. Cap. CLXVIII. p. 278. ſqq.

MARCI MANTVAE BENAVIDII Imagines illuſtrium Iℂtorum, quae inueniri potuerunt, ad viuam imaginem expreſſae. *Venetiis*, 1567. in fol.

Editio Cl. Vogtio, & aliis incognita. Edidit idem M. MANTVA BENAVIDIVS *Epitome Virorum illuſtrium qui vel ſcripſerunt vel iurisprudentiam docuerunt in ſcholis, ex quo tempore etiam floruerunt, ordine alphabetico conſtitutum, quo ſtudioſi facilius alliciantur ad legendum, nunc primum in gratiam ipſorum editum. Patau.* 1565. in 4. *Venet.* 1584. Adiectum quoque fuit a Chriſtian. Godofred. Hofmanno Guidi Panziroli *de Claris legum Interpretibus* libro Lipſ. 1721. in 4. p. 435. ſqq.

ANTONII BENBELLONAE de GODENTIIS *Ic.* ad pragmaticam conſtitutionem de pace religionis in comitiis Auguſtanis an. 1555. ab vniuerſis S. R. I. ordinibus, promulgatam, commentatio iuridico-politico-hiſtorica, pro defenſione, Autonomiae & conſcientiarum libertate, imperiique Romani dignitate, ad normam edicti Imper. Diocletiani de malef. & manich. in Cod. Hermog. in Chriſtianos editi, conſcripta, in gratiam eorum, qui iniquiſſimo odio & perſequutioni S. Fidei ergo, ſunt obnoxii. *Francof. apud Anton. Hummium, 1612.* in 8. Pars I. pp. 302. non computat. Praefat. typogr. & indicibus. P. II. pp. 209. ſine indic.

Prior

Digitized by Google

Prior editio huius rariſſimi libri prodierat, tit. ANTONII BENBELLONAE de GODENTIIS *Reſveille matin, ſeu tempeſtiuum ſuſcitabulum pro Principibus, h. e. ad edictum Imperatoris Diocletiani de Maleſ. & Manich. in Cod. Hermog. Commentarius, vitam D. Diocletiani Auguſti & res ſub eodem geſtas complectens. Serueſtae* 1602. in 4. Vid. *Catalog. Biblioth. Bodleian.* P. I. p. 78. *Biblioth. Rinckiana* p. 93. Liber contra Franciſci Burghardi *beyder Rechten Doctors Churfürſtl. Cöllniſchen geheimen Raht und Cantzlern, drey Tractat, de Autonomia, das iſt von Freyſtellung mehrerley Religion und Glauben, was and wie mancherley die ſey, was derhalben biſz daher im Reich Teutſcher Nation fürgangen, vnnd ob dieſelb von der chriſtlichen Oberkeit möge bewilliget und geſtattet werden, mit Fleiſz zuſammen getragen. München.* 1586. in 4. Recus. *Münch.* 1593. & 1601. conſcriptus fuit, Adam Rechenbergius in *diſſert. de quaeſtione, an eius ſit religio, cuius regio eſt*, quae inuenitur in Vol. II. Collect. *diſſertation. Hiſtorico-politicarum*, §. 51. p. 653. Eberhardum a Weihe, ICtum eximium ſub BENBELLONAE de GODENTIIS nomine latere putat. Rinckius autem Barthol. Chaericum, ſ. Gericke verum autorem eſſe conteſtatur. Vincent. Placcius in *theatr. Pſeudonym.* p. 11 . & Thom. Crenius in *Animaduerſionibus Philolog. & Hiſtoricis* P. V. p. 180. illum Barthol. Goeriz vocant. In Meyfart. de *Academ. euangel.* p. 81. inuenimus Barthol. Goericium inſignem Doctorem, qui floruit in fine Seculi XVI. D. Hoe ab Hoenegg in *Concion. III. in epiſtol. ad Galatas* p. m. 40. inter alia de hoc Autore ſcribit: *Der Epicurer Meinung dass ein ieder in ſeiner Religion ſelig werde &c. auf welchen Schlag auch gehet das Buch dass ohngefehr vor 2. Iahren unter einen falſchen Nahmen eines Calviniſchen Zungendreſchers* ANTONII BENBELLONAE *de* GODENTIIS *I. C. ausgeſprenget worden.*

NICOLAI BERGIER *de Rheims*, hiſtoire

de grands chemins de l'empire Romaine, contenant l'origine, le progrès, & l'etenduë des chemins militaires, pavez depuis la ville de Rome, jusqu'aux extremités de ſon empire. *Paris*, *1622.* in 4.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 79. Ex quo vero tempore, recentior, eaque ſplendidior, huius operis editio prodiit cum tit. *Hiſtoire des grands Chemins de l'empire Romain, contenant l'Origine, progrès & etenduë quaſi incroyable des Chemins militaires, pavez depuis la ville de Rome, jusques aux extremitez de ſon empire. Où ſe voit la grandeur & la puiſſance incroyable des Romains; enſemble l'eclairciſſement de l'itineraire d'Antonin, & de la carte de Peutinger par* N. BERGIER. *à Bruxelles*, 1728. nec non ibidem 1736. II. Tom. in 4. Plurimorum manibus verſari coepit liber, qui olim rarioribus accenſebatur. Praeter latinam Henric. Chriſt. Henninii, non Henningii, vt Cl. Vogtius l. cit. ſcribit, huius operis verſionem, italica quoque, vt Niceron nos docet T. VI. p. 398. extat translatio P. Bacchini Benedictini, de Congregat. Montis Caſſinenſis. Adnotationes Ioann. Baptiſt. du Bos, quae verſioni latinae adiectae conſpiciuntur, errata BERGERII manifeſtant, & corrigunt. Conf. Niceron. *Memoir.* T. VI. p. 398. Adriani Stegeri, *de viis Militaribus Romanorum in Veteri Germania Lib.* ſingular. paſſim, inprimis vero praefatio de *qualitate viarum in itinerario Antonini & tabula Peutingeriana deſignatarum.*

CLAVDII BERIGARDI Circulus Piſanus de veteri & peripatetica philoſophia, in ſecunda editione auctior & retractatior. *Patau. 1661.* in 4.

Qui librum de tribus impoſtoribus, BERIGARDO cognitum fuiſſe, e P. III. C. III. p. 230. colligunt, ii ma-

maxime refelluntur in *Menagianis* T. IIII. p. 385. ſqq.

De plurimis claris, ſelectisque mulieribus opus prope diuinum, nouisſime congeſtum a IACOB. PHILIPPO BERGOMENSE. *Ferrariae apud Laur. de Rubeis de Valentia, 1497.* cum fig. ligno inciſis, in fol.

Idem liber cum Additamentis. *Paris. ex aedibus Simonis Colinaei, 1521.* in fol. 219. fol.

Inter rariſſimos libros, hoc opus, omnino locum obtinet. Altera editio in Auctione librorum Sellianorum ſeptem, altera nouem thaleris, vendita fuit. P. Baile in *Dictionaire* nihil de hoc libro adtulit, & Hofmannus in *lexico vniuerſali*, illum de matronis chriſtianis, inſcriptum eſſe dixit. Editio *Ferrarienſis*, IACOBI PHILIPPI FORESTI de BERGAMO, monachi Auguſtiniani anno 1434. nati, 1518. vero mortui, tres libros, de claris mulieribus continet. *Pariſienſis* autem, a Io. Rauiſio Textore, vitis clariſſimarum mulierum, a Plutarcho expoſitis, Io. Pini Toloſani, & Baptiſt. Fulgoſi aliorumque aucta opuſculis, in lucem emiſſa fuit. De Ioanna Papiſſa ſeu Gilberta Anglica, apud IAC. PHILIPP. BERGOMENSEM fol 124. in edit. Pariſienſi. apud Anonymum eiusdem editionis fol. 181. apud Fulgoſum 188. & apud Rauiſium Textorem fol. 193. mentio facta reperitur. Conf. Niceron. Tom. XVII. *Memoir*. p. 220. ſqq. I. A. Fabricius L. VIIII *Bibliotb. med. & inf. Latinit.* p. 37. ſqq. Sallengre *Memoires de litterature* Tom. I. Art. XVI. p. 165. *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. I. p. 223. Maittaire *Annal. Typogr.* T. II. p. 612. not. a. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* II. T. p. 83. Ioſ. Simleri *Bibliothec.* p. 321.

CHARLES BERNARD *Hiſtoriographe de France*, Hiſtoire du guerre du Louis XIII. contre les Religionnaires rebelles. *Paris*, *1633*. in fol.

Sorellus non in *bibliotheca gallica* dixit, librum hunc duodecies ſaltem fuiſſe impreſſum, ſed in *vita* CAROLI BERNARDI a Sorello, nouae editioni hiſtoriae Ludouici XIII. praemiſſa, id profeſſus eſt. In bibliotheca Gallica vero, ſibi contradicere videtur ipſe, cum p. 356. ſcribit: *on ne tira que deux, ou trois douzaines d'exemplaires, de ce livre, pour le faire voir au Roi & à ſes miniſtres.*

IO. BAPTISTAE BERNARDI, *Patricii Veneti*, Seminarium totius philoſophiae, opus nouum & admirabile, & omni hominum generi perquam vtile. Quod omnium philoſophorum, eorundemque interpretum, tam graecorum, quam latinorum, ac etiam Arabum, quaeſtiones, concluſiones, ſententiasque omnes integras & abſolutas, miro ordine digeſtas, complectitur, vt quiuis vno intuitu, & ſine vllo labore, quidquid vnquam a ſummis ſapientiae magiſtris dictum fuit, perſpicere, & eorum opera omnia, in vnum velut locum collecta, habere poſſit. Tom. I & II. *Venetiis*, *1582*. in fol. Tom. III. *ibidem 1585*. in fol.

Iterum hoc Seminarium adornatum fuit, *Lugduni in officina Iacobi Stoer & Franciſci Fabri*, & quidem Tomus I. 1598. Tom. II. 1599. Tom. denique III. qui *L. Annaei Senecae ſententiis* auctus eſt, 1605. in fol. Extat ab eodem IO. BAPTIST. BERNARDO *Theſaurus Rhetoricae, ex antiquis & recentioribus Oratorum monumentis congeſtus. Venet, apud Ciotti* 1600. in

in fol. non ſemper obuius. Conf. Lud. Mart. Kaklii Tom. II. *Biblioth. philoſ. Struuian.* C. I. p. 72.

S. BERNHARDI *Abbatis Clareuallenſis* Sermones. *Mogunt.* 1475. in fol. folior. 234.

Ex eo quidem tempore, quo ſplendidiſſima operum S. BERNHARDI Collectio, ſtudio Ioannis Mabillonii *Paris.* 1666. IIX. Vol. in 8. & eodem anno III. Tom. in fol. 1690, & 1719. II. Tom. in fol. prodiit, & *Veronae* 1726. III. Tom. in fol. recuſa fuit, priores operum BERNHARDI editiones, multum de pretio amiſerunt. Haec vero Sermonum editio e rariſſimis eſt, & inter bibliothecarum, in quibus reperitur, cimelia referri ſolet. Exemplum eius extat in Bibliotheca Scholae prouincialis Portenſis, publica: Legitur in fine: *Anno natiuitatis Chriſti M. CCCC. LXXV. decima quarta die menſis Aprilis. In nobili vrbe Maguncia, non atramenti calamo, cannaue, ſed artificioſa quadam adinuentione imprimendi ac caracterizandi ſermones hos beati* BERNHARDI *Abbatis Clareuallis, cunctipotenti Deo annuente Petrus Schoyffer de gernszheym ſuis conſignando ſcutis, feliciter conſummauit.* Vid. de S. BERNARDO, & nouis Operum editionibus I. A. Fabricii *Bibliotheca med. & inf. Lat.* L. II. p. 598. ſqq. de hac ſermonum vero editione Maittaire *Annal. Typogr.* T. I. p. 344. Adſeruatur in eadem bibliotheca Portenſi, *Sermonum egregii atque melliflui doctoris beati* BERNHARDI *Clareuallenſis, ſuper cantica Canticorum,* editio ſatis antiqua in fol. minor. folior. 203. In fine illius editionis legitur: *Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei. glorioſe virginis Marie. & omnium ſanctorum. Finiunt feliciter elegantiſſimi atque pulcherrimi ſermones beati.* BERNARDI *clareuallenſis Abbatis doctoris melliflui ſuper cantica canticorum, ſumma cum diligentia correcti atque impreſſi in Rozſtock per fratres Cōis vite. ad ſanctum michaelem. Anno a natiuitate domini milleſimo*

Digitized by Google

quadringenteſimo octuageſimo primo, *quinto Calendas Auguſti*. Mich. Maittaire in *Annal. typographic*. T. I. p. 423. hanc quidem editionem adtulit, de typographis vero nullam prorſus fecit mentionem Fuerunt vero illi *Fratres presbyteri & Clerici congregationis domus viridis horti ad ſanctum Michaelem*. e quorum typographia iam anno 1476. Lactantius in fol. prodiit. Vid. Maittaire l. cit. Tom. I. p. 359. Frider. Chriſtian. Leſſer *typographia iubilans*, p. 62.

FRANCESCO BERNI memorie degli Eroi della ſerenisſima Caſa d'Eſte, ch'ebbero il dominio in Ferrara. *In Ferrara, per Franc. Suzzi*, 1640 in 4. pp. 124.

FRANCISCVS BERNI Comes Ferrarienſis in hoc libro eximiae raritatis, quinque dominorum Ferrarienſium, nimirum Almerici, Tedaldi I. Bonifacii III. Mateldae, & Azonis IIX. imagines, & elogia exhibet. Vid. *die Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr*. T. III. p. 168. Haym *notizia de' libri rari* p. 41. qui vero librum in folio prodiiſſe ſcribit. Habemus ab eodem Comite BERNI, inter alia quae edidit ſcripta *Arcana moralia e Pythagorae ſymbolis*, *Ferrar*. 1669. in 4. Recuſa illa edidit, & *cum coniecturis & indicibus*, *omnium vſibus expoſuit* Paullus Pater *Francof*. 1687. in 8. non vero in 12. vt produnt *die Merckwürdigk. der K. B. zu Dr*. l. cit.

Les Apprehenſions Spirituelles, poemes, & autres Oeuvres philoſophiques, avec les Recherches de la pierre philoſophale, par FRANCOIS BEROALD de VERVILLE. *Paris. Timoth. Iouan*, 1584. in 12.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rarior*. p. 80. Neſcimus quid Io. Ludouico Hanemanno, in mentem venerit, cum loco a Cl. Vogtio cit. FRANCISCO BE-

BEROALDO de VERVILLE plures chymicos libros tribueret. Non alium praeter eum, cuius titulum adſcripſimus, ab eo habemus, de lapide philoſophorum, qui in hac collectione quartum occupat locum, & inſcribitur: *Recherches de la pierre philoſophale, & du moyen, qu'il faut tenir; ſi elle exiſte, ou peut exiſter. Avec une preface, contre les Soufleurs, Impoſteurs, & Sophiſtes, & quelques Sentences contenant tout l'art* 120. fol. cum tractat. praecedentib. ſcilicet *les connoiſſances neceſſaires, & deux dialogues de l'honnête amour.* In folio nullum alium librum praeter Iacobi Beſſoni Delphinatis, mathematici *theatrum inſtrumentorum & machinarum cum figurarum demonſtratione declaratiua, Lugdun. ap. Barthol. Vincentium* 1578. & gallice *Lyon* 1578. & *Geneve* 1594. FRANCISCVS BEROALDVS vnquam edidit. Conf. *la Bibliotheque françoiſe* de la Croix du Maine p. 184. ſqq. Claude Sorel *Bibliotheque françoiſe* p 173. ſqq. edit. *Paris.* 1667. in12. Nicer. *Memoires* Tom. XXXIIII. p. 224. ſqq.

Varia PHILIPPI BEROALDI Opuſcula. Libellus de ſeptem ſapientium ſententiis, Symbola Pythagorae moraliter explicata. De optimo ſtatu & de felicitate. Declamatio Philoſophi Medici & Oratoris. Declamatio ebrioſi ſcortatoris & aleatoris. Addita recentius eſt per Philippum Beroaldum iuniorem Iſocratis ad Daemonicum oratio praeceptiua. Oratio autem prouerbialis ceteris appoſita eſt. Quae omnia venundantur *Parrhiſiis in vico ſancti Iacobi in aedibus Aſcenſianis 1513.* in 4.

Hic integer Partis I. rariſſimorum opuſculorum PHILIPPI BEROALDI titulus eſt. Abſoluitur illa 74. foliis. Illi praemiſſa eſt PHIL. BEROALDI *epiſtola, ad clariſſimum Ioannem Wertimbergenſem ſcholaſticum*

ſticum Boemum. Iſocratis Orationi praefixa eſt Philippi Beroaldi iunioris, *ad Conſtantium Bentiuolum epiſtola.*

Orationes praelectiones Praefationes & quaedam mythicae hiſtoriae PHILIPPI BEROALDI: Item Pluſculae Angeli Politiani. Hermolai Barbari atque vna Iaſonis Maini oratio. Quibus addi poſſunt varia eiusdem PHILIPPI BEROALDI opuſcula cum epigrammatis & eorum commentariis. Quae omnia venundantur *Parrhiſiis in Aedibus Aſcenſianis & Ioannis Parui* 1513. in 4.

Titulum ſtatim ſequitur PHILIPPI BEROALDI *epiſtola ad Martinum Boemum diſcipulum.* Eiusdem *praefationes, praelectiones, & mythicae hiſtoriae del Giſippo & Tito, & de Galeſo Cymone* a folio II. ad fol. vsque XLIIX. inueniuntur. Sequitur illius *oratio prouerbialis*, de qua ſupra mentio facta fuerat. Angeli Politiani, Hermolai Barbari, & Iaſonis Maini *orationes*, tribus abſoluuntur foliis. Has excipiunt *epigrammata, ac ludicra quaedam facilioris muſae carmina eruditiſſimi viri* PHILIPPI BEROALDI, *ab Aſcenſio, nuper elucidata, & eo ordine diſpoſita, vt maxime moralia ſint omnium prima.* Praeterea, quaedam inueniuntur, quae talem prae ſe ferunt titulum: *In calce lubrica haec amatoria, hoc eſt meras nugas, veluti appendiculam quandam appoſuerunt impreſſores. Tu hoc quoque qualecunque eſt boni conſulito.* Sunt vero: *Oſculum Panthiae, Cupido, Dirae in vnum maledicum, Hendecaſyllabi.* Omnis adpendix Carminum XXXV. foliis abſoluitur. In fine totius operis haec leguntur verba: *Finis cum caeteris eiusdem opuſculis, concionibus & praelectionibus in aedibus Aſcenſianis ad Idus Iunias* 1513. Illius partis antiquiores extant editiones, nimirum *Paris.* 1507. in 4. *ibid.* 1509. & 1511. in 4. Geſnerus in *Bibliotheca*, & Simlerus in *Biblio-*

Digitized by Google

Bibliotheca p. 571. editionem, multo antiquiorem *Paris.* 1499. in 4. adferunt. Conf. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 689. vbi etiam nonnulla, ex hac collectione, opuſcula, ſeorſum excuſa *Bonon.* 1499. *a Benedicto Hectoris* in 4. inueniuntur. Niceron *Memoir.* T. XXV. p. 388. Editio anni 1513. nobis haec ſcribentibus ante oculos fuit.

PETRI BERTHORII Reductorium morale vtriusque teſtamenti. *Argentorati* 1474. in fol. folior. 300.

Inter libros, qui Argentorati litteris excuſi ſunt, hic e primis & rariſſimis eſt. Litterarum characteres, quibus exſcriptus eſt, rudi admodum arte, confecti ſunt. Libro ipſi praefixa eſt *Tabula ſpecialis ſecundum ordinem alphabeti, includens non tantum generalem intentum capitulorum, ſed ſingulariter indicans omnia puncta moralizationis, ſub omnibus capitulorum litteris poſita.* folior. 29. Haec verba ſunt ipſius autoris. In fine illius tabulae legitur: *Finit feliciter tabula in Apocalipſim, & conſequenter omnes tabule libri reductorii in libros moralis biblie. Ex anno dominice incarnationis Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto a die Veneris Nonis Octobrium luce menſis ſeptima. Laus Deo.*

Libri autor claret. porro quis recta regiſtra
Addit ei: ſcire haud opus eſt, Deus hunc beet ora.
Amen. Hanc tabulam excipit *Regiſtrum moralizacionum biblie ſecundum ordinem capitulorum.* fol. 8. Illud, liber ſequitur, qui inchoatur hiſce verbis: *Cum iam per opacam nature ſiluam, flores proprietatum lecturus percurrerim, & ipſe rerum nature maieſtate ſeruata poſt laborum & ſudorum moleſtias iam appropinquare ad litus. Reſtat poſt moralizatas proprietates creaturarum figuras, nec non ſuperadditas expoſiciones morales enigmatum poetarum, moralizare & exponere figuras & parabolas ſcripturarum. &c.* In totius vero operis fine, haec adpoſita leguntur: *Finis*

Finit Apocalipſis. Inſuper & integer Reductorii moralis ſedecimus liber figurarum biblie venerabilis domini & fratris petri berthorii factus Auinione paryſius correctus, etiam cyrographata ex ſcriptura litteras reductus ad preſſas diligenti correcture aduertencia & puncture per C. W. Ciuem Argentinenſem. Ex annis dominice incarnacionis Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio elapſis finitus anno ſequenti ydibus ſeptembrium ſeptimis. Luce mercurii. In natiuitatis vigilia glorioſiſſime theotocos noſtre: ſimul & chriſtothocos virginis Marie ad quam (pias) libri a lectoribus commendas: impreſſores: ſimulque coadiutores humiliter petunt vt ſimul omnes per eam (graciam fluentem) que Canna eſt gratie ab omnipotenti nanciſcentes ſaluemur. Amen. Laus Deo eiusque Matri Marie. Per totum opus littera conſpicitur initialis nulla, ſed illae, minio, & caeruleo colore adpictae ſunt. Signa diſtinctionis, commata, cola, puncta, & ſcripturae compendia, reperiuntur multa. Quis ille C. W. fuerit, cuius in ſubſcriptione fit mentio, omni adhibita opera, neutiquam indagare potuimus. PETRVS vero BERTHORIVS, ſeu vt alii ſcribunt Berchorius, item Berctorius, Pictauienſis Gallus monachus fuit Benedictinus, & Prior Coenobii S. Eligii Pariſienſis. Inclaruit temporibus Caroli Imperatoris IIII. & Innocentii Papae V. anno 1265, e teſtimonio Anton. Poſſeuini in *Apparat. Sacr.* Tom. III. p. 41. Iacobus vero le Long in *Bibliotheca Sacr.* Tom. II. p. 635. illum 1352. Io. Alb. Fabricius autem in *Bibliotb. med. & inf. Lat.* L. XV. p. 726. anno 1362. mortuum fuiſſe ſcribit. Opera eius plus vice ſimplici edita fuere, de quibus vid. Fabricius l. cit. qui vero reductorium morale libris abſolui XXXIIII. ſcribit, cum tamen in noſtra editione, quam e bibliotheca Portenſi publica, nobis licuit inſpicere, ſedecim tantummodo reperiantur libri. Sed opus eſſe integrum ex eo adparet, quod cum geneſi initium ducat, & cum Apocalypſi finiatur. Errat etiam Philippus Bergomenſis, in *Chronico*, ad annum

1355.

1355. cum loco, a Fabricio citato ſcribit: *Vir in diuinis Scripturis valde eruditus & ſtudioſus, ac declamator verbi diuini, valde inſignis, hac tempeſtate multa volumina ſcripſit. Et potiſſimum ad Ioannem de Prato Praeneſtinum Epiſcopum, & S. Eccleſiae Cardinalem, magnum & egregium opus, in tribus voluminibus diſtinctum, quod repertorium morale inſcripſit, libris III. Incipit:* Reuerendo in Chriſto Patri & Domino. *Item Reductorium morale, in libris quatuor, cuius principium eſt:* Videte quoniam nonſolum. *Inductorium morale libris tribus. Incipiens* Conſiderans hiſtoriae. *Breuiarium hiſtoriarum bibliae* &c. Noſtrum enim exemplum Reductorii moralis, tale, vt iam diximus, initium, prae ſe fert: *Cum iam per opacam naturae ſiluam*, &c. Comprobat hanc rem, ſuo calculo Sixtus Senenſis, qui L. IIII. *Bibliothecae Sanctae* p. 314. edit. *Coloniens.* 1576 in fol. hunc in modum ſcribit: PETRVS BERTHORIVS, *natione Gallus, patria Pictavienſis, Prior monaſterii ſancti Eligii Pariſienſis, Ordinis Benedictini, ſcripſit in totam bibliam quatuor inſignia volumina: quorum primum inſcripſit Morale Reductorium vtriusque Teſtamenti, in quatuor libros diuiſum ——— Operis initium eſt:* Cum iam per opacam naturae ſiluam. *Secundum volumen Repertorium morale, ſiue dictionarium biblicum praenotatum eſt, tribus magnis voluminibus diuiſum, & per ordinem Alphabeti digeſtum, cuius initium* Reuerendo in Chriſto patri. *Tertium, quod inductorium morale intitulatur, in III. libros partitum incipit:* Videte quoniam nonſolum. *Quartum, quod breuiarium hiſtoriarum bibliae dicitur, ſic incipit:* Conſiderans hiſtoriae. Quis ex his non perſpicit, Philippum Bergomenſem, quadrata, ut aiunt, miſcuiſſe rotundis. Conf. Ioſ. Simleri *Biblioth. Geſner.* p. 554.

HADRIANVS BEVERLAND de proſtibulis veterum.

Hunc

Hunc librum ſpurcitia & petulantia plenum, nunquam prelo ſubiectum fuiſſe, recte monuit Cl. Vogtius p. 87. teſte tamen Niceron. T. XIII. *Memoires* p. 140. intelligimus plurima, ex illo libro, ab Iſaaco Voſſio, obſeruationibus in Catullum inſerta eſſe: quare etiam accidiſſe refert, vt cum Catullus, ab Iſaaco Voſſio illuſtratus, in Belgio imprimeretur, & opus, ad finem propemodum perductum eſſet, praepotentes in Belgio ordines, ea de re moniti, typographo iuxta & bibliopolae interdicerent, ne quid amplius e manuſcripto, ſubiicerent prelo. Et haec cauſſa fuit, quam ob rem Catulli titulus, & finis, Londini poſtmodum imprimeretur, & Catullus integer in lucem exiret.

HADRIANI BEVERLANDI Epiſtolae.

Vid. Cl. Vogtius p. 88. Edidit nuper Vir quidam doctiſſimus, HADRIANI BEVERLANDI *elegantioris Sophiae Magiſtri Epiſtolas XII. ad viros ſui temporis clariſſimos conſcriptas. Hucusque anecdotas, & prima nunc vice, ob raritatem materiae, & elegantem dictionis modum, publici iuris factas. Amſtelod.* 1747. in 8. pp. 16. Etſi quidem titulus Amſtelodamum prae ſe fert, certis tamen indiciis cognitum habemus, eas, in vrbe Germaniae, haud incelebri fuiſſe excuſas. 1. Epiſtola ad Iſaacum Voſſium, 2 & 11 ad Iacobum Goyerum, 3. ad Baylaeum, 4. ad Fred. Spanhemium, 5. ad Vlric. Huberum, 6. & 7. ad Iacobum Gronouium, 8. ad Nicol. Heinſium, 9. ad fratrem Iohannem, 10. ad Io. Georg. Graeuium, 12. ad Gerhard. Voſſium perſcripta eſt. Omnes, ex Anglia, ſcriptae ſunt, viuidumque BEVERLANDI produnt ingenium, nihil vero, quod obſcoenum ſit, in illis epiſtolis inuenitur, ſi illud forte exceperis, quod de Procopii fragmento, vbi, de Theodorae libidine, mentio iniecta erat, ad Nicol. Heinſium perſcripſit. Hottomannus certe a publicando illo fragmento

mento ſe abſtinuerat. Conf. *Acta erudītor.* 1749. menſ. Ianuar.

HADRIANI BEVERLANDI Vox clamantis in deſerto. *Vliſſing.* 1671. in 8.

Ἀνώνυμος liber quidem prodiit, ſed illum ab HADRIANO BEVERLAND. eſſe conſcriptum, extra omnem iam dubitationem poſitum eſt. Cum enim ille vitam diſſolutam Vltraiecti ageret, ſeque palam, autorem libri profiteretur, qui Hagae Comitum de *peccato originis* combuſtus fuerat, & magiſtratus illum ex vrbe exire iuberet, Lugdunum Batauorum conceſſit, & ſatyram *Vox clamantis in deſerto*, qua magiſtratum, & eccleſiae Vltraiectinae miniſtros, perſtringit, diuulgauit. Dubitarunt nonnulli, num illa typis exſcripta ſit; id vero factum eſſe, nos docet *Catalogus Bibliothecae Hulſianae* P. III. p. 129. In epiſtola 11. Iac. Goyerum rogat, *vt percunctaretur, qua ratione Vox clamantis illum potuerit inuenire in deſerto.* Conf. Niceron. Tom. XIIII. *Memoir.* p. 341. Cum captiuus teneretur in Belgio, propterea quod librum *de peccato Originis* conſcripſerat, tale epigramma, quidam poeta Belga, in eius captiuitatem ſcripſit:

Hier leid den Heer van Beverland
Gevangen doer en hoger Hand
Om dat he onſe beeſte Moer
Gemackt heſt tot een voule Hoer.

THEODORI BEZAE Icones, ſeu verae imagines virorum, doctrina ſimul & pietate illuſtrium, quorum praecipue miniſterio, partim bonarum litterarum ſtudia ſunt reſtituta, partim vera religio, in variis chriſtiani orbis regionibus, noſtra patrumque memoria fuit reſtaurata, additis eorundem vitae & operae deſcriptionibus,

qui-

quibus adiectae ſunt nonnullae picturae, quas emblemata vocant. *Geneu. 1580.* in 4.

Icones, quae in hoc libro, non adeo obuio, inueniuntur, ligno inciſae ſunt. Ita vero illae ſeſe inuicem excipiunt imagines: 1. *Praecipua Chriſtianiſmi, noſtra patrumque memoria, inter* GERMANOS, *inſtaurati, organa.* 2. *Sex* GERMANIAE *eximii Martyres.* 3. *Praecipui inſtauratores, reſtituti, noſtra memoria, in* HELVETIA, *viciniſque regionibus, veri chriſtianiſmi.* 4. *Illuſtres* GALLI, *quorum alii bonas litteras, alii praeterea verum Chriſtianiſmum in Galliis inſtaurarunt.* 5. *Chriſtianiſmi, in* ANGLIA *reſtituti inſtauratores & aſſertores conſtantiſſimi.* 6. *Reſtituti in* SCOTIA *Chriſtianiſmi inſtauratores praecipui.* 7. *Euangelii apud* BELGAS *reſtituti inſtauratores praecipui.* 8. *Chriſtianiſmi apud* POLONOS *reſtituti, inſtauratores praecipui.* 9. *Renaſcentis in* ITALIA, *purioris Chriſtianiſmi inſtauratores praecipui.* 10. *Chriſtianiſmi apud* HISPANOS *renaſcentis, inſtauratores praecipui.* Quod ad emblemata adtinet, illa etiam plerumque, BEZAE poematibus, adiecta reperiuntur. Gallice hic liber prodiit nonnullis iconibus auctus, quae in latino non reperiuntur 1581. in 4. Vid. Sigmund Iacob Apin *Anleitung wie man die Bildnüſſe berühmter und gelehrter Männer mit Nutzen ſammlen ſoll, p. 123. ſqq.*

BIBLIA Hebraica, Samaritana, Chaldaica, Graeca, Syriaca, Latina, Arabica, quibus textus originales totius S. Scripturae, quorum pars in editione Complutenſi, deinde in Antverpienſi, Regiis ſumtibus extat, nunc integri e manuſcriptis, toto fere orbe, quaeſitis exemplaribus, exhibentur. *Lutet. Paris. excudit Anton. Vitré, Regis, Reginae regentis, & Cleri Gallicani typogra-*

graphus, ab anno 1628. ad ann. 1645. VIIII. Tomi in X. partiti volumina. Chart. max. in fol.

Opus illud bibliorum ſplendidiſſimum, quod & hodie in paucis bibliothecis reperitur, initio nonniſi ducentis comparari poterat numis vncialibus. Cum vero Angli, cum Michaele Guidone le Iay, mercatore Pariſienſi diuite, qui imprimendo operi magnam pecuniae vim impenderat, de imminuendo bibliorum pretio agerent, &, niſi ſexcenta exemplaria, pretio dimidiato, in Angliam, abire pateretur, nouam operis πολυγλώττȣ, editionem ſe adornaturos comminarentur; abnuente conditionem Gallo, dictis reſpondit euentus, & Biblia Polyglotta per Brianum Waltonum, adiutoribus Edmundo Caſtello, Alexandro Huiſſo, Samuel. Clerico & Thom. Hyde *Londini* 1657. *apud Thomam Roycroft*, VI. Tomis in fol. in lucem prodierunt, quo factum eſt, vt quemadmodum Iacobus le Long Tom. I. *Biblioth. ſacr.* p. 35. prodidit, *ita minueretur editionis Pariſienſis pretium, vt tunc temporis multa exemplaria, ſola chartae adpenſae valore, compararentur.* Conf. Brian. Walton. *Apparat. Biblic.* Prol. IIII. p. 365. Hottingeri *diſſert. de heptaplis Pariſienſibus*, *in Analect.* p. 83. *De Bibliis Polyglottis Pariſienſibus hiſtorica diſſertatio*, apud Iac. le Long l. cit. p. 19. ſqq.

BIBLIA Anglica, Tyndaliano-Couerdaliana. *Londin.* 1535. in fol.

In hac bibliorum editione Vetus Teſtamentum, a libro Geneſeos, vsque ad Nehemiam, & Nouum Teſtamentum transtulit Guil. Tyndall, Walliae natus & anno 1535. combuſtus, adiectis libris Apocryphis, e verſione Io. Rogers, Lancaſtrienſis, qui eadem fata cum Guil. Tyndall an. 1555. ſubiit. Reſliqui libri, nempe Eſther, libri poetici, & prophetae ſunt e verſione Mileſii Couerdale, Epiſcopi

Exceſtrienſis. Haec editio, cum nonnullis aliis inſequentibus, quae fictum Thom. Matthaei nomen, quod editor Io. Rogers adſumſerat, prae ſe ferunt, iuſſu Henrici IIX. combuſta fuit, quare accidit, vt pauca tantum exempla flammis ſubducerentur. Vid. Iacob. le Long *Biblioth. ſacr.* P. I. p. 428.

BIBLIA Anglica Epiſcopalia.

Vid. Cl. Vogtius p. 93. Haec Biblia Anglica, quorum plures extant editiones, quae recenſentur a Iacob. le Long P. I. *Biblioth. ſacr.* p. 430. ſqq. iuſſu Eliſabethae Angliae Reginae, a Matthaeo Parkero, Archiepiſcopo Cantuarienſi & aliis in anglicum ſermonem translata fuerunt. Prima eorum editio prodiit *Londini* 1573. in 4.

BIBLIA Anglica, *ex officina R. Ioſephi Athiae Iudaei, Typographi Amſtelod.* edita.

Euoluimus locum e Io. Chriſtophori Wolfii *Bibliothec. Hebraica* T. I. p. 553. a Cl. Vogtio p. 94. citat. & horum bibliorum non 100000. vt Cl. Vogtius prodit, ſed 1000000. exempla diuendita fuiſſe deprehendimus. Conf. Iac. le Long *Biblioth. ſacr* P. I. p. 433. Nec non Praefat. Ioſephi Ben Abraham Athiae, verſioni bibliorum germanicae, litteris Hebraicis an. 1670. & 1687. *Amſtelodami* in fol. impreſſae, praemiſſa; vbi inter alia ſcribit: *Den ich hab ſelbert nun nach annander gedruckt mehr als zehnmal hundert tauſend Biblia in engliſch und ſchottiſch.*

BIBLIA Wallica, Vetus & Nouum Teſtamentum, & Apocrypha. Haec partim interpretatus eſt, partim etiam recenſuit Wilhelm. Morganus DD. Vicarius de Llan Rhaiedrym Mochnan, poſtea Landauenſis, & deinceps Aſaphen-

ſaphenſis epiſcopus: auxiliantibus aliis, tanto operi non imparibus, cum praefatione eiusd. latina, Eliſabethae Anglorum Reginae dicata. *Londini typis Chriſt. Barker, 1588.* in fol.

Alia ſunt Biblia Britannica, ſeu Wallica, aut Cambrica, alia Hibernica. Emendatione igitur quadam indigent, ea quae Richard. Simon loco a Cl. Vogtio p. 94. cit. protulit. Bibliorum Wallicorum titulum integrum e *Bibliotheca ſacra* Iacobi le Long P. I. p. 444. deſcripſimus. Editio eorum anni 1620. hunc prae ſe fert titulum: BIBLIA *Wallica ex Guilielmi Morgan & Richardi Davies interpretatione, recognita prorſus a Richardo Parraeo, Epiſcopo Aſaphenſi, cum eius epiſtola latina Deo, & Iacobo I. Anglorum Regi nuncupata, & epiſtola Guillelmi Morgan, Londini typis Ioh. Bill* in fol. Eadem poſtea prod. *Londini* 1630, 1638, 1654, 1672, 1677, 1689. in 8. *Oxon.* 1690. in fol. *Londin.* 1718. in 8. Vid. le Long l. cit. p. 445. Quod vero ad biblia Hibernica adtinet, prodierunt *Veteris Teſtamenti libri qui ſunt in Canone Hebraeo, ſermone Hibernico & charactere Anglo-Saxonico, e verſione King, recogniti a Guill. Bedell Kilmorienſi Epiſcopo, impenſis Roberti Boyle equitis aurati, Londin.* 1685. in 4. Vid. *Act. Eruditor.* anni 1686 p. 242. item *Londini* 1690. in 8. *Nouum vero teſtamentum ex Graeco, ſermone Hibernico & litteris Anglo-Saxonicis, per Guill. Danielem, cum eius epiſtola Anglica Iacobo I. Anglorum Regi nuncupata, auſpiciis Wilhelm. Vſſerii, Equitis aurati, Dublin. litteris Guil. Viſerr* 1602. in 4. nec non *ex eadem verſione ſtudio & impenſis Roberti Boyle Londin.* 1681. in 4. Integra poſtea haec biblia, omiſſis libris dentero-canonicis, litteris excuſa Romanis *Londini ſumtibus Caroli Bill* prodierunt 1689-90. in 8. Vid. Iac. le Long *Bibliotb. ſacr.* l. cit. p. 445. ſqq. Conf. Io. Georg. Hagemann *Nachricht von denen fürnehmſten Uiberſetzungen der heil. Schrifft in andere Sprachen* p. 163. vbi vero minus recte Nouum Teſtamentum,

quod impenſis Roberti Boyle prodiit, e verſione Hibernica *Dornvils* editum eſſe ſcribit. Guil. enim Daniel, Archiepiſcopus Thuamenſis, qui illud tranſtulit, Hibernorum lingua vernacula *O Donnel* vocabatur. Vid. Iac. le Long P. I. p. 552.

BIBLIA Armena, iuſſu Iacobi Characteri Armenorum Protopatriarchae adornata, & edita ſtudio Oskan Wartabied (id eſt) Epiſcopo Yuſchuavan in Armenia de dominatione Perſica. *Amſtelod. aera Armenorum 1115. Chriſti 1666.*

In *Catalogo Bibliothecae Bodleianae* p. 87. Thomas Hyde adnotauit, quod Epiſcopus Oskan Wartabied, vulgo Waskan Wartabed fuerit nominatus. Teſte Iacobo le Long P. I. p. 138. Illum in verſione bibliorum adornanda, adiuuit eius Diaconus, Salomon de Leon. Haec vero editio ſecundum verſionem LXX. interpretum adornata, figurisque aere inciſis conſpicua, Armenis minus placuiſſe memoratur. In *Catalogo Bibliothecae Leidenſis* p. 250. num. 16. reperitur BIBLIA *Armenica ſtudio Theodori Petraei edita Amſtelod.* 1670. in fol. Illa vero perperam Petraeo eſſe adſcripta, docet Io. Ioach. Schroederus in *diſſert. de Antiquitate linguae Armenicae* p. 39. Abbatem Hyam, natione Armenum nouam meditari bibliorum verſionem in Luſitania, ex *nouis litterariis Berolinenſibus* an. 1749. N. I. p. 4. cognouimus.

BIBLIA Belgica. *Delphis* 1477. in fol.

Eadem cum figuris *Goudae* 1479 in fol. recuſa fuerunt. Vid. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 396. Memorat Iacobus Tollius in *Epiſtolis itinerar.* p. 68. quod *bibliorum editionem antiquiſſimam, tabellis ſeu figuris illuſtratam, apud Batauos in Goudana Bibliotheca manibus tractauerit, in quibus enormes adeo fabulae, veris narrationibus intermiſtae ſint, vt mereri videatur,*

quae

quae diligentius caeteris cuſtodiatur. Henricus Chriſtian. Henninius p. 84. ad hunc locum adnotauit: *Puto innui editionem Goudae factam an.* 1479.*cuius titulus portentoſo auſu promittit Biblia auctiora & correcta, ſive vermeerders en verbeters: nam Belgica lingua prodiit cum figuris. Nouimus plures tales editiones, & codices Mſt. variis linguis, apocryphis merito non accenſendos, ſed plane abſcondendos.* In *Catalogo Bibliotb. Hulſianae* P. V. p. I. titulum editionis anno 1477. ita conceptum inuenimus: *Nederduitschen Bybel, uit bet Latyn, in bet Nederduitscb gecorrigeert, ende wel geſpelt, was gemaakt te Delf in Holland by Iacob Iacobs Soon en Mauritius Iemands zoen* (cl. Vogtius p. 95. legit Vemands Soen) *van Middelborg, in't jaar* 1477. 2. *deelen in* fol. In eo autem errare videtur cl. Vogtius, quod l. cit. hanc primam & antiquiſſimam bibliorum Belgicorum vocauerit editionem, cum non-ſolum apud Iacobum le Long *Bibliotb. ſacr.* P. I. p. 469. & in Ioh. Georg. Hagemann *Nacbricbt von den fürnebmſten Uberſetzungen der Heil. Scbr.* p. III. bibliorum Belgicorum, quae *Colon.* 1475. II. Vol. in fol. prodierint, mentio fiat, ſed in *Catalogo Bibliotbecae Hulſianæ* P. V. p. I. ſequens inueniatur editio: *Nederduitſcben Bybel uit bet latyn overgezet zynde, zonder jaar of datum.* Illam vero editionem rariſſimam, & anno circiter 1473. 1474. impreſſam eſſe, compilator Catalogi his adiectis ſignificat verbis: *gedrukt omtrennt den jaare* 1473. *a* 1474. 2 *deelen in folio in rood Turks leer gebonden, en verguld op ſnee: Zynde en dierbar Cabinetzſtuk.* Conf. Michael. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I p. 343.

BIBLIA Belgica, quae Deux aas Bybel vocantur.

Rariſſima eſſe, ſcribit Cl. Vogtius p. 96. Editionibus autem variis, in quibus memorata a Cl. Vogtio, Lutheri gloſſa marginalis conſpicitur, addi meretur

editio *Dordracena* 1615 in fol. Vid. *Catalog. Biblioth. Hulſian.* P. V. p. 1.

BIBLIA Germanica *Colonienſia 1460.* in fol.

Huius editionis mentionem facit Io. Georg. Hagemann. l. cit. p. 117. Vbi vero illa editio inueniatur, verbum non addit amplius.

BIBLIA germanica antiquisſima, *ſine loci, temporis ac typographi indicio* in fol.

De illis Bibliis, haec in *Catalog. Bibliothec. illuſtriſſ. Io. Petr. de Ludewig* P. I p. 1. inueniuntur: *Sunt haec biblia impreſſa typo nitidiſſimo & antiquiſſimo, ſed ſine omni mentione auctoris, qui verſionem concinnauerit, loci atque anni impreſſionis. Conſpirant tamen fere quoad omnia verba, quin & paginas & columnas, cum codice biblico anno* 1467. *Moguntiae typis deſcripto, cuius in bibliotheca Lipſienſi adſeruati mentionem facit Iaques le Long biblioth. ſacr. T. I. p.* 377. *Vtrumque oculis luſtrauimus, nec quidquam, ne in charta quidem, diſcriminis occurrebat, niſi quod hic noſter codex, quaedam habeat compendia ſcribendi, priſcis hominibus vſitata, quae in Lipſienſi codice non occurrunt; quaeque partim in extremo hoc ipſo codice non amplius reperias; ut cum pro* ſeynt *ponit* ſemt & *alia. Vnde ſuſpicor eſſe editionem Moguntinam de anno* 1462. *Conf. Bengelii Adparatum Criticum in N. T. p.* 758. *Praeter libros canonicos apocryphos etiam exhibet, itemque ſpuriam Paulli epiſtolam ad Laodicenſes: hoc initio:* Paulus Bot nit von den Menſchen noch durch den Menſchen: wann durch Iheſum Criſtum. Den Brüdern die do ſemt zu Loodoci. *Acta Apoſtolorum ponit poſt epiſtolam ad Hebraeos, cum titulo:* das Bottenbuch. *Ne dicamus, quid momenti faciat hic codex in hiſtoria eccleſiaſtica, & codicum biblicorum, ex quo inſecutae verſiones ſua hauſerunt, non excepto forte Luthero; plurimum confert ad inueſtigandas vulgati interpretis lectiones priſcas,* e. g. *dum*

dum teſtes terreſtres praemittit caeleſtibus I. Ioh. V. 7. 8. & Apoc. VIII. 13. habet ; ein ſtym eins Adlers. *Ingens prae erea agmen vocabulorum Germaniae continet adeo obſoletorum, vt vel in optimis gloſſariis ſint neglecta: qualia ſunt* Keuſch, *eunuchus; Gen. XL.* 1. derkunden, *annunciare; Deuteron.* XXXII. 7. Echer, *ariſta; Genes. XLI.* 6. tuſtend, *creber;* Swaigen, *armentum;* Wunigklich, *gloria;* Taugen, *myſterium. Apoc. I.* 26. welen *habitare:* brittel, *fraenum;* magenkrafft, *Maieſtas:* der ſunn *in Maſculino, ſol;* & die menin *in fem. luna: collato antiquo Gothico* Mena. *Vide quae fuſius de hoc codice diſſerimus in Nouis Hamburgenſibus litterariis,* 1744. & *Wöchentl. Anzeigen ſ. Nouis Hallenſibus, eiusd. anni.*

BIBLIA Germanica Baſileenſia 1464. in fol.

Haec Biblia ſumtibus Matthiae Eberherz prodiiſſe, teſtatur Io. George Hagemann, *in der Nachricht von den fürnehmſten Uiberſetzungen der Heil. Schr.* p. 117.

BIBLIA Germanica anno 1473. in fol.

Hoc tempore biblia edita eſſe, quae in bibliotheca Ducis Viduae Brunſuicenſis, *auf dem grauen Hof* inveniantur, etſi nec tempus, nec locus editionis deſignatus fuerit, teſtatur I. G. Hagemann l. cit. p. 118. Iacobus le Long P. I. *Biblioth. ſacr.* p. 378. e litteris Polycarpi Lyſeri haec refert: *Biblia Germanica, quae multam antiquitatem referunt, tum ſi chartam conſideres, tum ſi litteras initiales, easque maiusculas adpictas reſpicias. In calce bibliorum, manu antiquitatem redolente, adſcriptus eſt annus 1473. Locus editionis non indicatur. Ipſe ſtilus loquendi, & ſcribendi modus arguit, ſatis diu ante finem ſeculi XV. haec biblia in linguam Germanicam translata. Diſcrepat haec verſio in multis, a verſionibus aliis Germanicis, ante Lutherum elaboratis, neque enim conſentit cum ea verſione, quae*

 repe-

Digitized by Google

reperitur in bibliis Lubecae 1494. *editis, neque cum alia, quae in editione Colonienſi ſine anno, inuenitur.* Forte illa editio eadem eſt, quam I. G. Hagemannus 1473. prodiiſſe ſcribit.

BIBLIA Germanica *Norimbergae per Anton. Koburger 1483.* Tom. II. in fol. mai. cum fig.

Hanc editionem, pro temporis ratione, ſatis ſplendidam, cuius exemplum in bibliotheca Portenſi publica adſeruatur, paullo vberius recenſet *Berliniſche Bibliothec* Tom. I. p. 785 ſqq.

BIBLIA Germanica, *Auguſt. Vindelicorum per Io. Schoensperger 1490.* fol. min. II. Tom. cum fig.

In fine Tomi II qui in bibliotheca Portenſi inuenitur publica, legimus: *Diſes durchleuchtigiſt werck d. ganczen heiligen geſchrift. genannt die bibel für all ander vorgedrucket teutſch biblen. lauterer. klarer und warer nach rechter gemeyner teutſch. mit hohem und groſzem Fleiſz. gegen dem lateyniſchen text gerechtuertiget. underſchydlich punctiert. mit übergeſchrifften bey dem meyſten teyle der capitel vnd der Pſalm. jren inhalt vnd vrſach. anzeygende. Vnnd mit ſchö en figuren die hyſtorien beteutende. hat hie ein ende. Gedruckt durch Hannſen Schösperger in dꝰ loblichen keyſerlichen reychſtat Augſpurg. Nach der geburt criſti des geſeczs der genaden. vierzehenhundert vnd in dem neünczigiſten iare. am afftermontag vor Martini. Vmb wölliche volbringung. ſey lob. glori. vnnd ere. der hohen heyligen driualtigkeyt. vnd eynigem weſen. dem vater. vnnd dem ſun. vnnd dem heyligen geyſt. der do lebet vnd regieret gott ewigklich. Amen.* Verba I. Ioh. V. 6. 7. 8. ita leguntur: *der iſt Iheſus criſtus der da kame durch das waſſer. vnd auch durch das blůt. nicht alleyn in dem waſſer. aber in dem waſſer. vnnd in dem blůte, Vnnd der geyſt iſt der da bezeuget.*

Digitized by Google

get. das criſtus iſt die warheyt. wann drey ſind. die da geben gezeügknuſz auff der erde. der geyſt. das waſſer. vnnd auch dz blůtt. vnnd diſe drey ſind eyns. Vnnd drey ſind die da geben gezeügknuſz jm hymmel. der vater. das wortt. vnnd der heylige geyſt. onn diſe drey ſind eyns. Poſt finem epiſtolae ad Galatas, *hebt an die epiſtel zu den Laodociern.* Epiſtolam ad Hebraeos ſequitur *das bůch der würckung der zwölff boten.* Figurae ligno inciſae, paullo quidem rudiores & in concinniores ſunt illis, quae in editione Norimbergenſi Koburgeriana, anni 1483. conſpiciuntur, easdem tamen formas referunt.

BIBLIA Germanica, *Auguſtae Vindelic. per Io Otmar* 1507. II. Tom. in fol.

In fine Tomi II. legitur: *Ain end hat das Buch der haimlichen Offenbarunge Sant Iohanſen des zwelff potten und Evangeliſten. Damit auch geendet wirdt und beſchloſſen. Diſes hoch berümbt und koſtliches Werck der gantzen hayligen Geſchrift, genannt die Bibel für all ander vorgetruckt teutſch Bibeln. lauterer und klarer. nach rechtem warem gemaynen teutſch mit gutem Vleiſz gegen dem Lateiniſchen Text gerechtvertiget. underſchiedlich punctiert. mit überſchrifften bey dem mayſten Tail der capitel und pſalm. jren Innhalt und Urſach. anzaygende. und mit ſchönen figuren die Hiſtorien bedeutend. Und iſt diſz Buch gedruckt und volendet durch maiſter Hanſen Otmar. in Verlegung und Koſten des fürſichtigen Herrn Iohann Rynman von Oeringen: in der Kaiſerlichen Stat Vindelica yetz genant Augſpurg. Nach der Geburt Chriſti des Zeyts der Gnaden funffzehen hunderr und ſibenden Iar. auff den zwelfften Tag des Hornungs. Hierümb wir Lob ſagen, und Danck würken der unerſchaffnen, unbegreiſlichen, allmächtigen, und allerheiligſten Driainigkeit. Got dem Vater und Got dem Sun und Got dem hayligen Gaiſt der da iſt und der da was und der da künftig iſt dem ſey Glori Lob und Eer von Welt zu Welt. Amen.* Vid. die Merckwürdigk. der Koenigl.

nigl. Biblioth. zu Dr. Tom. I. p. 180. ſqq. Io. George Hagemann l. cit. p. 119. qui illa biblia recuſa eſſe 1518. eaque in Bibliotheca *auf dem grauen Hof* inueniri dicit. Recenſetur repetita iſta editio in *den Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotkek* T. III. p. 284. ſqq. Conf. Iac. le Long *Bibliothec. ſacr.* Tom. I. p. 378.

Das ALTE TESTAMENT deutſch. M. Luther. *Wittenberg 1523.* II. Tom. in fol. cum fig.

Iſta editio, ſine dubio prima, & antiquior illa *Baſileenſi* eſt, quam Cl. Vogtius p. 103. e *Catalogo libror. rar. Sam. Engel* adfert. Finit Tom. II. cum libro Eſther. Extitit rariſſima illa editio olim in bibliotheca illuſtriſſ. Io. Petri de Ludewig, qui illi haec adſcripſerat: *Prima haec eſt editio Lutheri verſionis bibliorum an.* 1523. *litteris Lutheri* (Michael Lotther) *exſcripta. Vt vero dies diei eſt magiſter, resque aliae a paruis initiis euaſerunt maximae; accederent praeterea Symbola aliorum theologorum: cauſſae ad cognoſcendum faciles ſunt, qui vltima, quae nos hodie Luthero debemus, diſtent a primis. Lucas Cranach plerarumque imaginum, quae hic exhibentur, auctor eſt, fictorque. Liber rarus eſt, mihi inter tot librorum myriades ſemel viſus, emtusque* 1709. *Sermone habeo aliorum, quod & ipſe Lutherus, & eius adſeclae, ſerio quaeſiuerint omnia huius voluminis exempla, ad extinguendam operis tantopere imperfecti memoriam.* Adiecta in fine libri conſpiciebatur Lutheri Symbolum, Roſa ſcilicet cum cruce, & agnus Dei, ſanguinem calici ex pectore ſuo inſtillans, cum his verbis adiectis: *Dis Zeichen ſey Zeuge daß ſolche Bücher durch meine Hand gegangen ſind, denn des falſchen Druckens, und Bücher-Verderbens fleiſſigen ſich jetz viel.* Vid. *Catalog. Biblioth. Ludewig.* P. I. p. 3.

Die ganze BIBEL, das iſt alle Bücher alts vnd neuws Teſtaments, den vrſprünglichen ſpraachen

chen nach, auffs aller treuwlichſt verteutſchet: Darzu iſt yetzund kommen ein vollkomner zeiger der gantzen Bibel, ſampt einem ſchoenen Regiſter aller epiſtlen vnd Evangelien, ſo auff die Sontag vnnd nāmhafften faeſt, des gantzen jars, in den Kirchen gelaeſen werdend. Auch die Jarzal vnd rächnung der zeyten, von Adamen an bisz auf Chriſtum. Alles mit gewüſſen Zalen, Concordantzen, Argumenten vnd Figuren geziert. *Getruckt zu Zürych bey Chriſtoffel Froſchouer im Jar als man zalt* MDLX. II. Tom. in fol. cum figur.

De bibliorum Germanicorum Tigurinorum raritate, vid. Cl. Vogtius p. 106. Haec editio in Bibliotheca Portenſi publica adſeruatur. Tomo I. fol. ccxxxv. inueniuntur *die bücher die bey den alten under Bibliſche geſchrifft nit gezelt ſind, auch bey den Hebreern nit gefunden.* Sunt vero: *das dritt und vierdt buch Esdre. Das buch der Weyſzheit, das komlich ein lob der Weyſzheit mag genennet werden. Das buch Eccleſiaſticus das man nennen mag die weyſen Sprüch Ieſu des ſuns Sirach. Das Buch Tobie. Der prophet Baruch. Das buch Iudith. Das ander Buch Heſther. Die ſchoen hiſtori Suſannah der hauſzfrauwen Ioiakim. Die hiſtori vom Bild zu Babel Beel genannt. Das erſt, ander, und dritt buch Machabeorum.* Tomus II. cum libro Iobi incipit. In fine illius Tomi legitur. *Getruckt zu Zürych in der Froschouw bey chriſtoffel Froſchouer. Im jar als man zalt* MDLX. Verſio illa admodum incomta, atque inelegans eſt; huius rei ſequentia ſpecimina teſtimonium perhibent. Genes. I. v. 3. *Vnd Gott ſprach: Es werde ein underſchlacht in der mitten der waſſeren, vnd das ſey ein unterſcheid zwüſchennd den waſſeren, und waſſeren. Do machet Gott den underſchlacht, und ſchied das waſſer vnder dem underſchlacht*

ſchlacht von den waſſer, ob den vnderſchlacht. Vnnd es geſchach alſo. Vnd Gott nennet den vnderſchlacht Himmel. &c. Pſalm I. v. 1. *Wol dem, der inn den radt der gottloſen nienen gadt, der ſich, in den wäg der ſunderen nienen ſumet, vnd in dem Stůl der Spottvöglen nitt ſitzt.* 1. Ioh. V. 6. 7. 8. *Diſer iſt der da kommen iſt mit waſſer vnd blůt, Ieſus Chriſtus: nit mit waſſer allein, ſonder mit waſſer vnd blůt, vnd der Geiſt iſts der da zeüget: dann der Geiſt iſt die warheit. Dann drey ſint die zügknuſz gebend im himmel: der vatter, das wort, vnd der heilig geiſt, vnd die drey ſind eins: Vnd drey ſind die da zeügend auff erden, der geiſt das waſſer, vnd das blůt: vnd die drey dienend in eins.* In *Catalogo Bibliothecae Reimannianae* Tom. I. p. 226. legimus, quod in hiſce Bibliis Apocal. II. 17. *lapidis philoſophici* fiat mentio: In noſtra editione haec reperiuntur: *vnd wil im geben einen weyſſen ſtein, vnd auff dem ſtein einen neuwen Nammen geſchriben, welchen nimants kennet, dann der in empfacht.*

BIBLIA Germanica Vlenbergiana. *Colon. apud Kreps* 1630. in fol.

Caſpar Vlenbergius, qui a Lutheranis ad Pontificios tranſierat, hanc verſionem, iuſſu Ferdinandi Ducis Bauariae, Electoris & Archiepiſcopi Colonienſis adornauit. Etſi quidem Arnoldus Meſhouius in *vita Caſpar. Vlenbergii Colon.* 1638. in 8. editta, p. 41. Vlenbergium biblia, de nouo tranſtuliſſe ſcribit, ipſa tamen verſio teſtatur, quod maxima ex parte Ioannis Dietembergeri verſionem, quam cum editione Sixtina vulgata contulit, retinuerit. Plures quidem huius verſionis extant editiones, illa tamen, quam adduximus, veluti prima, hodie admodum infrequens eſt. Ioannes Philipp. a Schoenborn Archiepiſcopus & Elector Moguntinus, illam verſionem, a Theologis Moguntinis recenſitam, & ab idiomate Weſtphalico perpurgatam *Mogunt.* 1662. cum figuris in folio edendam curauit.

uit. Conf. Iac. le Long *Biblioth. ſacr.* P. I. p. 380. Lilienthal. *Biblioth. Exegetic.* p. 96.

BIBLIA Germanica *Wertheimenſia*

Duplex erratum in titulo huius libri, quem Cl. Vogtius p. 109. adfert, ſe prodit. Neque enim in titulo, neque per omnem Pentateuchum, vox *Iſraeliten*, ſed ſemper *Iſraelen*, legitur. Deinde typographus non *I. G Vebr*, ſed *Iohann George Nebr* adpellatur. Vid. de huius verſionis autore Laurentio Schmidio, & de diſſidio ob eandem verſionem exorto *Samlung derjenigen Schrifften, welche bey Gelegenheit des wertheimiſchen Bibelwercks, für oder gegen daſſelbe zum Vorſchein gekommen ſind. Frankf. und Leipz.* 1738. in 4.

BIBLIA Germanica dialecto Saxoniae inferioris. *Colon. 1490.* in fol.

Haec biblia dialecto Saxonica exſcripta ſunt, & gloſſas Nicolai Lyrae adiunctas habent. Vid. Chriſt. Kortholt de *variis Script. edit.* p. 346. Io. Georg. Hagemann. l. cit. p. 118.

BIBLIA Germanica in dialecto Saxoniae inferioris. *Lubecae* an. 1494. in fol.

Vid. Cl. Vogtius p. 309. Illa in Bibliotheca Ducis Viduae, Brunſuicenſi *auf dem grauen Hof* inueniri adſerit Io. Georg. Hagemann. l. cit. p. 118. *Anno* 1494. *iſt zu Lübeck eine Bibel in Niederſächſiſcher Sprache nach der Vulgata, mit Lyrae gloſſen herauskommen, Hierinn iſt die lächerliche gloſſe ad Gen. III.* 16. dy vackene to pyneghende und to Slande *findet ſich in der Fürſtl. Bibliothec der verwittw. Herzogin zu Braunſchweig auf dem grauen Hofe.* Vid. Mayeri diſſ. *de verſion. S. S. ante Lutheri translationem impreſſ.* §. VII. p. 190. ſqq. Kortholt. l. cit. p. 345. Io. Franciſci Buddei *Iſagog. hiſtorico-theologic.* T. II. p. 1548.

Mait-

Digitized by Google

taire Tom. I. *Annal. Typogr.* p. 580. titulum eorum *Bybel uit het latyn in Duits overgeſet met de gloſſe Nicolai de Lyra en houte figuren* e Bibliotheca Benteſiana P. I. p. 20. n. 10. adferti In fine eorum legitur: ——— *Vnde mit deſſen erne bockſtaven ghedrucket, unde ſelicbliken vullenbracht vermiddelſt Steffen Arndes, in der Keyſerliken Stad Lubick. Int jar vnſes heren M. CCCC. XCIIII. vp den dach der hilghen wedewen ſunte Elizabeth. de dar was de XIX dach des Manten Novembris.* Inde ſine dubio Frider. Chriſtian. Leſſeri error enatus fuit, qui in *Typographia iubilante* p. 57. eiusmodi biblia *Lubecae* 1484. *per Stephan. Arndes* excuſa fuiſſe ſcribit. Conf. Iac. le Long *Biblioth. ſacr.* P. I. p. 398.

De BIBLIE uth der uthlegginge Doctoris Martini Luthers yn dyth düdeſche vlitich uth geſettet, mit ſundergen underrichtingen, alſe man ſeen mag. *In der Keyſerliken Stadt Lübeck by Ludowich Dietz gedrücket* MDXXXIII. in fol. mai. folior. 617.

Conf. de hac bibliorum verſione praeter ſcriptores a Cl. Vogtio p. 110 cit. *die Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* T. III. p. 1. ſqq. Iac. le Long *Biblioth. ſacr.* T. I. p. 398.

Das Geſetz, die Propheten und die heiligen Schriften, aus der heiligen Sprache in die teutſche nach dem Sin der beſten und berümteſten jüdiſchen Ausleger, dem Wortverſtande nach unverbeſſerlich überſetzet durch Ioſeph bar Alexander. *Gedruckt von Immanuel Athias Ben Ioſeph Athias, Ben Abraham Athias, in Amſterdam im Iar 447. nach der kleinern Iarzal, oder im Iahr Chriſti 1687.* in fol. folior. 229.

Secun-

Digitized by Google

Secunda haec eſt editio bibliorum Germanicorum litteris Hebraicis excuſorum. Prima prodiit an. 1679 per *Ioſephum ben Abraham Atbias.* Vid. Io. Fabricii *Hiſtor. Biblioth.* Tom. I. p. 20 ſqq. Iac le Long *Biblioth. ſacr.* T. I. p. 407. Chr. Kortholt *de variis Script. edit.* p. 341. inprimis vero *die Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 95. ſqq.

Die BIBEL, das Geſetz, die Propheten und heiligen Schriften in teutſcher Sprache; dem Wortverſtande nach überſetzet, und nach dem Sin der beſten iüdiſchen Ausleger erleutert von R. Iekuthiel Ben Iitzchack Blitz. *Gedr. zu Amſterd. durch Uri Veibſch Ben Acheron Hallevi. Im Iar 439. nach der kleinern zal (1679)* in fol. folior. 268.

Vid. de his bibliis quae etiam litteris Hebraicis exſcripta ſunt, Iac. Frider. Reimmann. *Catalog. Biblioth.* T. I. p. 198. vbi ſcribit *R. Iekuthiel verſio Germanica SS. V. T. litteris Rabbinicis impreſſa Amſtelod. A. M. 5447. A. C. 1679. in qua optima de Meſſia oracula (vt Pſalm II. & XXII.) turpiſſime deprauantur & c. VII. Eſaiae iugulum religionis Chriſtianae ita petitur, vt ſuppudere debeat Chriſtianos, ſe illam priuilegio armaſſe.* Conf. Io. Chriſt. Wolfii *Biblioth. Hebr.* T. II. p. 454. Iac. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. I. p. 406. ſqq. *die Nachrichten von einer Halliſchen* Bibliothec T. III. p. 103, vbi exactiſſima horum bibliorum reperitur recenſio.

La BIBLIA: que es los ſacros libros del vieio y nuevo teſtamento, transladada en Eſpannol. 1569. in 4.

Haec quidem prima editio eſt, ſed non illa ipſa quam Gaffarellus, Carcauio pro Iudaeorum verſione

ne vendidit, vt in Bibliothecam Regiam Pariſienſem inferretur. Mirum quidem eſt, quod bibliothecarius Regius id ſibi perſuaderi paſſus fuerit, Biblia V. & N. T. a Iudaeis edita eſſe. Vti Iacobus le Duchat docet, Gaffarelli editio, altera huius verſionis, anni nimirum 1596. fuit, quam ille ipſe etiam poſſedit. Idem le Duchat monet, has duas editiones, non *Baſileae*, vt Richardus Simon, Iacobus le Long & cum illis Cl. Vogtius credit, prodiiſſe, ſed *Bernae*, id quod ſine dubio vrſi ſignum, quod vrbs Berna in inſignibus gerit, in frontiſpicio libri conſpicuum, teſtatur. Vid. *Ducatiana* P. I. p. 130. Conf. *die Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* T. II. p. 483. ſqq.

BIBLIA Italica, & inprimis eorum editiones, in ipſa Italia, antiquioribus temporibus impreſſae, apud nos rarioribus libris ſunt adnumerandae, teſte Reimmanno in *Catalogo Biblioth.* Tom. I. p. 207. Huc autem pertinent

BIBLIA Italiana tradotta per Nicolo' de Malermi, o Malerbi Veneziano; *In Venezia per Vindelino Spira, 1471.* II. Tom. in fol.

Nicolaus Malermi, ſiue vt ſe ipſe in ſubſcriptione vocat Nicol. Malerbius Venetus, monachus fuit S. Benedicti Ordinis Camaldulenſium, & Abbas Monaſterii S Michaelis de Lemo. Poſthabitis aliis negotiis, octo menſes huic lucubrationi operam dediſſe profitetur. Richardus Simon in *Hiſtor. Critic. N. T.* p 487. indiligentem hanc eſſe translationem, & duriore ſtilo ſcriptam dicit. Haec editio omnium prima ac rariſſima eſt. De editionibus aliis vid Iac. le Long *Biblioth. ſacr.* T. I. p. 354. ſqq. Io. Fabricius in *Hiſtoria biblioth. ſuae* P. I. p. 23. ſqq. Scipione Maffei *Traduttori Italiani* p. 21. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua Italiana* p. 285. ſqq.

La

Digitized by Google

La BIBLIA, che contiene ſacri libri del Vecchio Teſtamento, tradotti nuovamente dalla Hebraica verità in lingua Toſcana, per Antonio Brucioli, con divini libri del nuovo teſtamento, tradotti da Greco in lingua Toſcana per medeſimo. Con privilegio de l'inclito Senato Veneto & lettera al Franceſco I. Rege Chriſtianiſſ. *In Venezia per li Giunti 1532.* in fol.

Noui Teſtamenti verſio, iam prodierat, *Venet.* 1530. impreſſa apud *Iuntas*, tum vero cum noſtra editione Vetus Teſtamentum 1532. Errore igitur inductus fuit Richardus Simon, cum in *Hiſtoria Critica Vet. Teſt.* haec biblia prima vice 1530. in lucem prodiiſſe ſcriberet; id quod demum 1532. factum eſt. Conf. Iacob. le Long *Bibliotb. S.* P. I. p. 355. Haec editio, in ipſa Italia, rariſſima eſt. Etenim vix publicam ſubierat lucem, cum a Pontifice Romano, prohibita, ſupprimeretur. Quod fatum etiam editiones *Venetae* ann. 1534. 1546. & 1547. expertae ſunt. Vid. *Indicem librorum prohibitorum, iuſſu Concilii Tridentini confectum,* vbi Antonius Bruciolus inter autores damnatos primae Claſſis reperitur: Nec non *Indicem expurgatorium ab Antonio de Sottomaiore* 1640 recognit. Richard Simon l. cit. L. II. c. 22. Autori verſionis, id potiſſimum vitio vertit, quod latinam, Santis Pagnini verſionem, exſcripſerit, ſenſum non ſemper ſit adſecutus, ſtilumque Pagnini rudem, & barbarum imitatus fuerit. Conf. Iacob. le Long l. cit. Auguſt. Beyeri *Arcana Bibliothecarum Dresdenſium* p. 138. 142. Antonii Brucioli verſionem, multis in locis caſtigatam, atque ad latinam vulgatam adcommodatam, anno 1538. *Venet. apud Iuntae haeredes* in fol. edidit, Santes Marmochinus Dominicanus, praefixo titulo: *La BIBLIA tradotta dall' Ebraica in lingua Toſcana, da Santi Marmochini dell' ordine de' Predicatori, aggiuntovi il terzo libro de' Maccabei.*

cabei. Titulus quidem prodit, hanc nouam eſſe verſionem, & ipſe Marmochinus iactitat, in epiſtola dedicatoria, ad Georgium d'Armaignac Rutinenſem & Vabrenſem Epiſcopum, ſe nouam ex Hebraeo, & Graeco adornaſſe verſionem, e collata tamen verſione Antonii Brucioli, contrarium patet. Vid. Iac. le Long l. cit. p. 356. Scipion. Maffei *Traduttori Italiani* p. 22. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari* p. 286. ſqq.

BIBLIA Italica Sixti V. Pontificis Rom.

Illa quidem edita eſſe, Io. Frider. Mayer. Chriſt. Kortholt. Io. Chriſtophor. Wagenſeil in praefat. ad *tela ignea Satanae* p. 25. nec non P. Baile dans *les Nouvelles de la Republique des Lettres* 1688. menſ. Iul. p. 856. adfirmant. Cum vero ii omnes, autoritate Gregorii Leti, confiſi id adfirmant, cuius fides admodum ſuſpecta eſt, nos eorum, amplecti ſententiam haud poenitet, qui haec biblia, inter ea, quae nunquam extiterunt, referre non dubitant. Certe ipſe Gregorius Leti T. I. *delle lettere ſopra differenti Materie*, Letter. 135. p. 458. dixit, non omnia vera eſſe, quae in vita Sixti V. prodiderit. vid. Niceron *Memoir.* Tom. II. p. 375. qui, *Leti*, inquit, *dit dans une de ſes lettres*, *que Madame la Dauphine*, *lui ayant demandé*, *lorsqu'il étoit en France*, *ſi tout ce qu'il avoit écrit dans cette vie*, *étoit veritable*, *il lui avoit repondu:* quel che ben trovato, ben che falſo, piace più, che una relatione mal compoſta, ben che vera, i. e. *qu'une choſe bien imaginée faiſoit beaucoup plus de plaiſir*, *que la verité*, *quand elle n'etoit pas miſe dans un beau jour.* Iacobus praeterea le Long in *Bibliotb. Sacr.* T. I. p. 357. demonſtrauit, quod in Bibliothecis iis, in quibus Gregorius Leti, haec biblia, adſeruari dixerit, ſola reperiatur vulgatae latinae editio a Sixto V. publicata, id quod ex earum catalogis didicerit. Illuſtris Italorum Marchio Scipio Maffei in libro, cui titu-

Digitized by Google

titulum dedit: *Traduttori Italiani o ſia notizia de volgarizzamenti d'antichi Scrittori Latini e Greci, che ſono in luce* de his bibliis p. 22. ita ſcribit: *Del volgarizzamento fatto, come ſi dice, e ſtampato, per ordine di Siſto V. non farò regiſtro, per chè non c' è chi l' abbia veduto, e probabilmente è favola.* Et Giovanni Franchini da Modena, nella *Biblioſofia, e memorie litterarie di Scrittori Franceſcani Conventuali*, & quidem in vita Felicis Peretti ſ. Sixti V. idem confirmat, erroremque ex confuſione verborum, *vulgata*, & *vulgaris*, enatum eſſe; *bibliaque vulgata*, olim etiam *Italica*, adpellata fuiſſe ſcribit.

BIBLIA latina vetuſtiſſima, *ſine loco & anno* II. Tom. in fol.

Huius editionis iam in *Bibliotheca Vffenbachiana* Tom. I. p. 1. 2. in Theophili Sinceri *Neuen Sammlung von lauter alten und raren Büchern* im I. Stück p. 14. in Chriſtian. Gottl. Schwatzii *indice nouo librorum ſub incunabulis typogr. impreſſor.* loc. a Cl. Vogtio p. 118. cit. mentio facta eſt. Num illud exemplar antiquitus Moguntina ſit editione, an. 1462. dubitare videtur Cl. Vogtius, cum p. 117. ſcribit: *Exemplar, quod procul dubio verſus an. 1464 vel 65. prodiit, niſi illud ipſis bibliis Moguntinis anni 1462. antiquitatis nomine praeferre velis*; & paullo poſt: *Editio haec bibliorum videtur mihi eſſe, vna eademque cum illa, cui in bibliotheca Vffenbachiana pretium CC. talerorum ſtatuitur* &c. At enim demonſtrarunt *Bibliothecae Berolinenſis* Autores T. I. p. 269. ſqq. hanc latinam bibliorum editionem, cuius etiam exemplar in ſplendidiſſima Bibliotheca Regia Berolinenſi, nec non in bibliotheca Ienenſi Academica, quod nos ipſi luſtrauimus oculis, adſeruatur, omnium eſſe primam & antiquiſſimam, & anno 1450. impreſſam. Nituntur praeſertim effato chronici antiquiſſimi: *Die Cronica von der hilligen Stat von Coellen* 1499. impreſſi, vbi fol.

CCCXII. legitur: *Item dieſe hockwürdige kunſt* (libros ſcilicet imprimendi) *vurſz is von dem allereyrſt in Duytſchlandt tzo Mentz am Rijn — Ind dat is geſchiet by den jaren uns Heren MCCCCXL. ind van der züt an bis men ſchreve L. ward underſoicht die Kunſt ind wat dair zogeboirt Ind NB. in den jairen uns Heren, do men ſchreyf MCCCCL. do was eyn gulden jair do began men tzo drucken ind was dat eyrſte Boich dat men druckte die Bybel zo latijn ind wart gedruckt mit eynre grover Schrift, as is die Schrift dae men nu Myſzeboicher mit druckt.* Haec verba Chronici corroborantur teſtimonio Ioannis Trithemii qui ſcribit: *ſunt ante* 30. *ferme annos ex ore Petri Opilionis de Gernsheym ciuis Moguntini, qui gener erat, primi, artis typographicae, inuentoris, audiui, magnam a primis inuentionis ſuae ars haec habuit difficultatem. Impreſſuri namque bibliam, priusquam tertium impleſſent, in opere quaternionem plusquam* 4000. *florenorum expoſuerunt.* His praemiſſis Auctores *Bibliothecae Berolinenſis*, ſupra adlegati p. 278. tres characteres, quibus illius editionis antiquitas cognoſci poteſt, adferunt, & exemplar Berolinenſe Regium, paullo vberius deſcribunt. Conf. quoque Proſper Marchand *Hiſtoire de l' origine & des premiers progrès de l' Imprimerie* p. 22. not. L. M.

BIBLIA latina *Moguntiae per Io. Fuſt, & Petr. Schoeffer*, *1462.* in fol.

Clar. Vogtius p. 117. de illis ſcribit, quod *tanta perantiqui huius cimelii literarii raritas ſit, vt vix bibliotheca vna nominari poſſit, in qua illud conſpiciatur.* Iacobus vero le Long in *Bibliothec. Sacr.* Tom. I. p. 250. nouem bibliothecas Pariſienſes, praeter Mutinennenſem S. Benedicti Pandolironenſis, Bononienſem Canonicorum Regularium S. Saluatoris, & Florentinam S. Laurentii nominat, in quibus huius editionis exemplaria, in membranis excuſa adſeruentur. Conf. Bernardi de Montfaucon *Diarium Italicum* p.

3

Digitized by Google

31. & 38. Daniel. Maichel *Introduct. ad hiſtor. litterariam de praecipuis Bibliothecis Pariſienſibus* p. m. 42. 60.

BIBLIA latina *Roberti Stephani 1557.* II. Tom. in fol.

Vberiorem, adcuratioremque horum bibliorum Recenſionem nuperrime cum eruditis communicauit Vir Summe Reuerendus Sigism. Iacob. Baumgarten in *den Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* Tom. I. p. 187. ſqq.

Pentateuchus, Liber Ioſuae, Liber Iudicum, Libri Regum. Nouum Teſtamentum. *Vitembergae per Nicolaum Schierleitz. 1529.* in fol.

Niſi fallimur hanc verſionem in 4. recuſam dedit Vir Summe Reuerend. Io. Georg. Walchius Theol. Prof. apud Ienenſes celeberrimus. Iis vero, quae de hiſce bibliis, & de diſſidio, ob verſionis autorem exorto, Cl. Vogtius p. 120. adtulit, ſubiungi poterit M. Io. Gottlieb. Walteri Paſtoris Zwaezenſis & Löbſtadienſis, & Inſpectionis Portenſis Adiuncti *Ausführliche Erörterung der wichtigen Streitigkeit in der Hiſtorie des Lutherthums und der theologiſchen Gelahrheit von der Lateiniſchen Bibel des Jahrs* 1529. *Worinnen bewieſen wird, daſz ſie nicht, der lateiniſchen Verſion nach, eine wahre Schrift D. Luthers ſey, wofür ſie von groſen Gottesgelehrten und berümten gelehrten Männern iſt gehalten worden. Jena* 1749. in 4.

BIBLIA latina vulgatae editionis ad Concilii Tridentini praeſcriptum, emendata, & a Sixto V. Pont. Max. recognita & adprobata, III. Tomis diſtincta, *Romae e typogr. Vatican. 1590.* in fol.

Digitized by Google

Flaminius Nobilius, Antonius Agellius, Laelius Bartholomaeus Valuerda, & Petrus Morinus, qui iam anno 1588. haec biblia edidere, hanc nouam etiam in lucem exire iuſſerunt editionem: Illa vero ob innumerabilia, quae irrepſerant, errata, ſuppreſſa fuit, inde tanta illius orta eſt raritas, vt pretium illius cum annis creſcat. Teſte enim Niceron. Tom. XXV. p. 17. in bibliotheca Mareſii 250 livr. in auctione bibliothecae du Fay 1725. 704. livr. 1728. in auctione Colbertina 1250. livr. vendita fuit. Praeterea illud etiam obſeruare iuuabit, quod Sixtus V. in hac editione, diriſſimum anathematis fulmen, eis intentauerit, qui intra decennium, quoquomodo, Scripturae Sacrae nouam translationem edere, vel priorem mutare auderent. Sed Clemens IIX. duobus annis poſt, nempe anno 1592. ſuam edidit, & quantum hic datum fuerit mutationibus, rerum peritioribus optime conſtat.

BIBLIA Lithuanica. *Londin. 1660.*

Haec bibliorum verſio habet autorem Samuel. Bogiſlaum Chylinsky. Vid. Iacobi le Long *Biblioth. ſacr.* Tom. I. p. 447.

BIBLIA Polonica Radziuilliana.

Haec biblia, alio nomine, *Biblia Brzeska,* ab Lithuaniae vrbe, in qua litteris exſcripta ſunt, adpellantur, & a Iacobo le Long rariſſima vocantur. Io. Daniel Ianozki commemorat in *der Nachricht von denen in der Hochgräfl. Zaluskiſchen Bibliothec, ſich befindenden raren polniſchen Büchern,* P. I. p. 4. quod ſaepenumero Centum thaleris vendita fuerint. In *Indice librorum prohibitorum*, qui *Cracou.* 1617. *ex officina Andr. Petricouii*, in lucem prodiit, illa etiam locum inuenerunt. vid. Io. Daniel Ianozki l. cit. p. 12. Andr. Regenvolſcius L. I. *Hiſtor. Eccleſ. Slauonicar.* c. XVI. p. 142. adfirmat, Nicolaum Radziuil, Ducem

Digitized by Google

cem in Olika & Neſvez, Palatinum Vilnenſem, in interpretes ac typographos horum bibliorum decem plus minus florenorum millia impendiſſe. Eodem teſte bibliorum interpretes, inter alios fuerunt Simon Zacius, Petrus Statorius Tonuillanus, Gregorius Orſacius, Andreas Triceſius, Iacob. Lubelius, ſeu Lublinius. Reliquos vid. in *den Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. II. p. 473.

BIBLIA Suecica. *Lubec. 1622.* in 4. *litteris Sam. Iauchen.*

Hæc editio hodie admodum infrequens eſt. Illa enim, vt Io. Baazius in *inuentar. Eccleſiar. Sueo-Gothicar.* p. 344. narrat, diplomate Guſtaui Adolphi Regis, propterea quod innumerabilibus commaculata eſt erroribus typographicis, & tranſpoſitionibus, prohibita & ſuppreſſa fuit.

BIBLIA tu je, vſe Svetu piſmu, Stariga inu Noviga Teſtamenta, Slovenski tolmazhena, Skuſi Iuria Dalmatina. Bibel, das iſt, die gantze heilige Schrift, Windiſch. *Wittenb. durch Hanns Craffts Erben* Anno MDLXXXIIII. III. Tom. in fol.

Titulum integrum bibliorum Vandalicorum, ex eo deſcripſimus exemplari, quod eorum, qui biblia ediderunt, munificentia, in bibliothecam Portenſem publicam, illatum fuit. En! verba, quæ viri iſti manu ſua adſcripſerunt libri titulo:

Illuſtri Electorali Gymnaſio Portae ad Salam, haec Slauonica biblia, officii, memoriae, gratitudinisque ergo obtulerunt die 10. *Ianuarii Anno S.* 1584.

M. Georgius Dalmatinus.

Adam Bohorizh Illuſtr. Carniae Prouinc. Eccleſiae & Scholae miniſtri.

Digitized by Google

P Baile in *Diction.* Tom. II. p. 948. errat, cum dixit: *Il n'y avoit pas long tems que cette edition avoit paru, lorsque l'epitre dedicatoire, qui m'aprend ce fait, fût datée, & elle le fût le 28. de Mars* 1586. in noſtra enim editione ſubſcriptio epiſtolae dedicatoriae ad ordines prouinciarum Carinthiae, Stiriae, Carniolae, in lingua germanica, his verbis, facta eſt. *Wittenberg am newen Iarstag des eingeunden MDLXXXIIII. Iars.*

BIBLIA Virginica.

Ea apud nos rariſſima eſſe, neminem quidem in dubium vocare, credimus. Illa in Noua Anglia, in *typographia Academiae Neo-Cantabrigienſis* cura Io. Elliot in lucem prodierunt. Et quidem Vetus Teſtamentum 1663. Nouum Teſtamentum vero 1661. in 4. *litteris Samuel. Green.* Recuſa poſtea iſta verſio fuit, multis in locis immutata, *ibidem* 1685. in 4. Conf. de ſtatu litterario Academiae illius Sir Oldmixon *Grosbrittaniſches America* p. 156. ſqq. qui nos docet, quod Pſalmi primum lingua Virginica, ex Academiae typographia, recens condita, an. 1640. Henrico Dunſtar, Academiae praeſide, in lucem prodierint.

THEODORI BIBLIANDRI Machumetis Saracenorum Principis, eiusque Succeſſorum vitae, doctrina, ac ipſe Alcoran, quo velut authentico legum diuinarum codice, Agareni & Turcae, aliique Chriſto aduerſantes populi reguntur. Quae ante annos 400. vir multis nominibus, Diui quoque Bernardi teſtimonio, clariſſimus, D. Petrus Abbas Cluniacenſis, per viros eruditos, ad fidei chriſtianae, ac ſanctae matris eccleſiae propugnationem, ex Arabica Lingua

gua in Latinam transferri curauit. His adiun-
ctae ſunt confutationes multorum, & quidem
probatiſſ. Autorum Arabum, Graecorum & La-
tinorum, vna cum doctiſſ. viri Philippi Me-
lanchthonis praemonitione &c. *Baſil. 1543.* III.
Tom. in fol.

In *indice librorum prohibitorum* ann. 1667. p. 765. hic BIBLIANDRI Alcoranus, prohibetur. Antonius Sanctarellus in *Tractat. de haereſi* c XIV. dub. vnic. propos. 7. *Alcoranum illum per ſe non prohiberi,* ait, *ſed ratione Scholiorum impiorum notarumque ac praefationum Lutheri, & Melanchthonis, quibus Baſileenſis editio Alcorani, per* THEODORVM BIBLIANDRVM, *damnatae Scriptorem memoriae, adornata, contaminatur,* &c. Contradicit illi Theophilus Rainaldus in *Erotematibus de bonis, & malis libris* num. 341. p. 200 qui, non ſolum editionem illam, ob praefationes & adnotationes Theodori Bibliandri, ſed propter ipſum Alcoranum, prohibitam fuiſſe ſcribit. P. Baile, qui vitam TH. BIBLIANDRI Tom. I. *Diction.* p. 552. paullo copioſius expoſuit, hunc Alcoranum *Baſil.* 1553. *apud Oporinum* in fol. prodiiſſe ſcribit, id quod falſiſſimum eſt. Conf. Io. Fabricii *hiſtoria Bibliothecae ſuae* T. II. p. 223. ſqq. *die Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. III. p. 494. ſqq. vbi editio repetita *Baſil.* 1550. III. Tom. in fol. recenſetur.

BIBLIOTHECA fratrum Polonorum, quos Vnitarios vocant, inſtructa operibus omnibus Fauſti Socini Senenſis, nobilisſimi Itali, Iohannis Crellii Franci, Ionae Schlichtingii a Bucowietz, Equitis Poloni exegeticis, & Io. Ludouic. Wolzogenii Baronis Auſtriaci, quae omnia ſimul iuncta totius Noui Teſtamenti explicationem

Digitized by Google

complectuntur, *Irenopoli* (Amſtelodami) *poſt annum 1656.* VIII. Vol. in fol. His accedit Vol. VIIII. Samuelis Przipcouii, Equitis Poloni, & Conſiliarii Electoris Brandenburgici, Cogitationes ſacrae ad initium euangelii Matthaei, & omnes epiſtolas apoſtolicas. Nec non tractatus varii argumenti, praecipue de iure chriſtiani magiſtratus. Quorum catalogus poſt praefationem exhibetur. *Eleutheropoli* (Amſtelod.) 1692. in fol.

Haec fratrum Polonorum, ſeu Socinianorum BIBLIOTHECA, haud adeo frequens eſt, noſtris temporibus, & non, niſi in inſtructiſſimis bibliothecis, inuenitur. Teſtes eius rei habemus *Bibliothecam Anonymian. Norimbergens.* 1738. in 8. p. 14. *Biblioth. Vffenbachian.* Tom. I. p. 811. Ioh. Daniel. Ianozki in *den Critiſchen Briefen* p. 16. Volumen I. pp. 814. & Vol. II. pp. 812. conſtituunt FAVSTI SOCINI *Senenſis opera omnia in duos Tomos diſtincta; Quorum prior continet eius opera Exegetica, & didactica, poſterior opera eiusdem polemica comprehendit. Acceſſerunt quaedam hactenus inedita, quorum catalogum verſa pagina exhibet. Irenopol. poſt ann. dom.* 1656. Haec excipiunt IOANNIS CRELLII *Franci Opera omnia exegetica, ſiue eius in pleroſque Noui Teſtamenti libros commentarii, maximam partem, hactenus inediti, in duos Tomos diſtincti, quorum Catalogum verſa pagina exhibet. Additi ſunt duo indices copioſiſſimi, quorum prior eſt rerum & verborum, phraſiumque ſacrae ſcripturae memorabilium: alter locorum ſacrae ſcripturae in hoc opere explicatorum vel curſim tantum illuſtratorum. Eleutheropoli ſumtibus Irenici Philalethei* Tom. I. pp. 621. Tom. II. pp. 327. Volumini Operis V. hic titulus praefixus conſpicitur: IO. CRELLII *Franci Operum exegeticorum Tom. III.* Con-

Digitized by Google

Contenta ſequens pagina exhibet, omnia hactenus inedita. *Irenopol. poſt ann. dom.* 1656. pp. 416. Volumini VI. IO. CRELLII *Franci Operum Tomus IIII. ſcripta eiusdem didactica & polemica exhibens. Acceſſerunt nonnulla hactenus inedita, nempe* 1) *Problemata N. cum ſolutionibus Crellii;* 2) *Solutio trium quaeſtionum, a Stoinio propoſitarum;* 3) *Excerpta ex epiſtolis;* 4) *Reſponſio ad quaeſtionem Gittichii, an Chriſtus in coelis ſublatus, idem ſit numero, qui in terris degens fuerat.* 5) *Diſcurſus de pietate;* 6) *Diſcurſus de felicitate. Irenopol. poſt ann. domini* 1656. pp. 930. In VII. Volumine inueniuntur IONAE SCLICHTINGII de BVKOWIEC *commentaria poſthuma, in pleroſque noui teſtamenti libros. Cuncta hactenus inedita. In duos Tomos diſtincta. Quorum Catalogum verſa pagina exhibet. Quibus additi ſunt tres indices copioſiſſimi, quorum primus eſt locorum S. Scripturae, in hoc opere, vel breuiter, vel prolixius explicatorum. Secundus eſt rerum memorabilium. Tertius phraſium, in hoc opere, ex Vetere, praeſertim vero ex Nouo Teſtamento indicatarum. Irenopoli ſumtibus Irenici Philalethei poſt ann. dom.* MDCLVI. Tom. I. pp. 325. Tom. II. pp. 428. VIII. huius Collectionis Volumen complent *Ioannis Ludouici* WOLZOGENII, *Baronis Auſtriaci, opera omnia exegetica, didactica, & polemica, quorum ſeriem verſa pagina exhibet, cum indicibus neceſſariis Irenopol. poſt ann. dom.* 1656. Tom. I. pp. 1038. Tom. II pp. 488. Et haec Bibliotheca fratrum Polonorum, proprie ſic dicta eſt. Huic vero adiectae ſaepenumero conſpiciuntur *Sam.* PRZIPCOVII *Cogitationes ſacrae &c.* quae ſcripta Vol. VIIII. exhibentur. Vberiorem recenſionem vid. in Io. Franciſc. Buddei *Iſagoge hiſtor. theologic.* P. II. p. 1349. ſqq. in Io. Fabricii *hiſtor. Bibliothec. ſuae* T. II. p. 57. ſqq. in S. R. Baumgarten. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* T. III. p. 162. ſqq. Conf. Andr. Caroli *Memorabilia eccleſiaſtica Seculi a Nato Chriſto XVII.* L. VI. c. XLVII. p. 150. vbi ſcribit: *Claudat Caput*

hoc,

Digitized by Google

hoc, Bibliotheca Vnitariorum, Irenopoli eodem anno protruſa, vbi Schlichtingii, Crellii, Socini, Wolzogenii, opera ſimul edita, Noui Teſtamenti deprauationem continentia, exhibentur, in fol. Hofmanni Lex. Vniuerſal. A. 497. *voc. Crell. & Schlichting* 851. *pag. opus orco, non prelo dignum; quod vtinam ſuppreſſum fuiſſet, non impreſſum!*

IOHN BIDDLE ſ. *Bidle* the twelf queſtions. *Lond.* 1647. in 4.

Eiusd. a brief Scripture Catechisme. *Lond.* 1654. in 8.

Hi libri etiam in Anglia ſuppreſſi, & carnificis manu combuſti fuerunt, quoniam IO. BIDELLVS Artium magiſter, Pneumatomachus, in illis nomine religionis chriſtianae, Socinismum orbi chriſtiano obtrudere voluerat. Non quidem videri vult Socinianus, & in eo etiam ab illis diſcedit, quod Spiritum Sanctum, perſonam, ac velut Principem quendam angelorum ſtatuat. In *duodecim quaeſtionibus*, e Scriptura ſacra demonſtrare ſtudet, ſententiam de diuinitate Spiritus S. falſam, neque ſcripturae ſacrae conſentaneam eſſe. In *Catechiſmo* vero totius Socinianae religionis compendium exhibet. Scripturae phraſin ad dogmata Sociniana, ita malitioſe detorquet, vt nemo ante eum, tam fraudulenter haereſin illam inſtillare videatur. In fine libri, omnibus ſedulo legendum commendat *the life of that incomparable man Fauſtus Socinus Senenſis.* Strinxerunt calamum contra illum Matth. Polus in *blaſphematore exterminato per gladium Spiritus S. ſeu Defenſione diuinitatis Spiritus S. contra ſophiſmata* IO. BIDDLE *Londin.* 1655 in 12. anglice. Nicolaus Arnold Theol. D. & Profeſſ. in Acad. Franekerana in *Atheiſmo Sociniano* IO. BIDELLI, *Franeker.* 1659. in 4. Ioan. Cloppenburgius in *Vindiciis pro diuinitate Spiritus S. aduerſus Pneumatomachum* IO. BIDELLVM,

Fra-

Digitized by Google

Franeker. 1654. in 4. Conf. Io. Sandii *Bibliothec. Antitrinitarior.* p. 159. Io. Frider. Mayeri *Diſſert. de* IO. BIDELLI *vita, illiusque ſententia, Spiritum S. eſſe praecipuum Angelum, Hamb.* 1700. Io. Franc. Buddeus in *Iſagog. hiſtorico-theolog.* T. II. p. 1356. Io. Georg. Walchius in der *Einleitung in die Religions-Streitigkeiten* P. IIII. & V. p. 297. ſqq.

IAQVES de BIE vrais Portraits des Rois de France, tirez de ce qui nous reſte, de leurs monumens, medailles, ou autres effigies, conſervés dans les plus rares & plus curieux cabinets du Royaume. Enrichie par Henry de Coſte. *Paris 1636.* in fol.

Eiusd. France metallique contenant les actions celebres tant publiques, que privées, des Roys & Reynes, remarquées en leurs medailles d'or, argent, & bronze, tirées des plus curieux Cabinets. *Paris 1636.* in fol.

Eiusd. Familles de la France illuſtrées par les monumens des medailles anciennes & modernes, tirées de plus rares & curieux Cabinets du Royaume, ſur les metaux d'or, argent & bronze. *Paris 1636.* in fol.

Prodiit hic liber ex officina typographica *de Camuſat*, & LXV icones & MLXXXI. numos, a IACOBO de BIE, aere inciſos ob oculos ponit.

IEROME BIGNON Traité ſommaire de l'election des Papes. Plus le plan du Conclave. *Paris 1605* in 8.

Niceron. Tom. XXIII. *Memoires* p. 158. BIGNONVM hunc librum non ſine omnium admiratione anno aeta-

aetatis XV. in lucem edidiſſe teſtatur, multumque doctrinae huic opuſculo ineſſe ſcribit. Illum vero librum non anno 1604. vt apud Cl. Vogtium p. 127. apud Gerdeſium p. 35. legimus, ſed anno demum 1605. prodiiſſe teſtantur Niceron l. cit. & *Catalog. Bibliotb. Bodleian.* p. 89.

IEROME BIGNON Diſcours de la ville de Rome, principales antiquitez & ſingularitez d'icelle. *Paris 1604.* in 8.

Teſte Niceron. l. cit. Abbas Langlet du Fresnoy hunc librum valde rarum eſſe dicit: *Livre peu commun & qui vient d'une perſonne, qui joignoit à un grand goût une extrême exactitude.*

GVILIELM. BIGOTII *Lauallenſis* Chriſtianae philoſophiae praeludium, Opus, cum aliorum, tum hominis ſubſtantiam, luculentis expromens & exemplis, & rationibus. Accedit eiusdem ad Ieſum Chriſtum carmen ſupplex, & antilogica dedicatrixque epiſtola, ad Ioannem Cardinalem Bellaium, perapte tam praeludio, quam reliquis ipſius chriſtianis ſcriptis, praelegenda. *Toloſae apud Guidonem Boudeuillaeum 1549.*

Talis libri rariſſimi eſt titulus, qui non 1594. vt cl. Vogtius p. 127. ſcribit, ſed 1549. editus fuit. Qua vero forma prodierit, pro certo adfirmare haud ſuſtinuerimus. P. Baile in *Dictionaire* Tom. I. p. 557. e *ſupplemento Epitomes Geſnerian.* teſte du Verdier, librum in 4. excuſum eſſe ſcribit. Paullo vero poſt, e ſcripta notitia Lancelloti illum in folio prodiiſſe dicit. Multos quidem eam ob rem, ſed fruſtra bibliothecarum euoluimus catalogos. In Thom. Hyde *Catalogo Bibliotbec. Bodleianae* librum qui-

quidem inuenimus P. I. p. 89. ſed libri forma non adiecta eſt, id quod nos fere in eam inducit ſententiam, librum in folio fuiſſe editum. Solet enim catalogus iſte librorum titulos, qui in forma maiori prodierunt, ſine adpoſita formae nota, ob oculos ponere; ſin autem in 4. & alia forma editi ſunt, id indicare ſolet. Vitam & fata GVIL. BIGOTII Baile l. cit. paullo copioſius exponit. Conf. Ioſ. Simleri *Biblioth. Geſner.* p. 252. Anton. Poſſeuin. *Apparat. S.* Tom. I. p. 608.

LAELII BISCIOLAE *Mutinenſis Societatis Ieſu*, Horarum ſubſeciuarum Tomus I. Libros XX. continens. *Ingolſtad. 1611.* pp. 1666. *except. indice.* Tom. II. Libros XVII. continens. *Colon. 1618.* in fol. pp. 1236.

Hunc librum, quem, nos poſſidemus, ipſi, a raritate commendat, Gerdeſius in *Florilegio* p. 35. Secundum vero Tomum ignorare videtur, propterea quod nullam illius mentionem fecit.

IO. de BISSENDORF Scripta.

Illa in 8. excuſa eſſe, vix crediderimus. Ex iis poſſidemus ipſi

Drey chriſtliche Geſpraeche zwiſchen einem evangeliſchen Chriſten vnd irrenden Papiſten, von dem vnnützlichen vnd vorgeblichen Geſchwetz, Im erſten, andern vnnd dritten Theil, des Praedicanten Lateins, ſo die Ieſuiten den Evangeliſchen Praedicanten, zu beantworten, öffentlich an ihren Kirchen vnd Schulen hin vnd wieder angeſchlagen vnd ausgeſprengt, darinn gründlich erwieſen, wie der Pabſt Gottes wort

ver-

verlaſſen, vnd vom Apoſtoliſchen Glauben abgetretten. Item wie die Evangeliſche recht Catholiſch ſeyn, vnd in ihrem Glauben ſelig werden. Allen betrübten vnd angefochtenen Chriſten im Pabſtumb, wegen der lieben Warheit des H. Evangelii, zum ſonderlichen Troſt vnd heylſamen Vnterricht in offenem Druck gegeben durch IOHANNEM VON BISSENDORFF. *Anno 1613.* in 4. pp. 132.

Hunc librum, eumdem eſſe cenſemus, quem Cl. Vogtius tit. *des Ieſuiten Latem* in 8. adfert. Liber ſequenti inſcriptione Chriſto dedicatur: *Invictiſſimo, Altiſſimo, & Fortiſſimo Heroi, ſummo, aeterno, & vni Pontifici, Regi Regum, Duci fidei, Principi Regum terrae, omniſcienti, & Omnipotenti, Dominorum Domino, Domino* IESV CHRISTO *Nazareno, Dei & Mariae virginis filio, Servatori & Redemptori, Principi ac Domino ſuo, ſolum invocando, adorando, & toto corde, tota anima, & tota mente diligendo & colendo, dedicat, inſcribit, offert.* IOHANNES BISSENDORPIVS *Papaeburgus.* Dialogo III. adiicitur *Hiſtoriſcher Bericht, von dem Leben vnd Abſterben des Hocherleuchten, Ehrwürdigen und Hochgelahrten Herrn D. Martini Lutheri Coronidis loco hiber geſetzt.* folior. 13. Iam ſequitur hiſtoria ſecunda, priori contraria. *Was es für eine ſchreckliche Sünde ſey, das ſeligmachende Evangelium einmahl bekandt, vnd öffentlich gelehrt haben* &c. *die ſchreckliche abſcheuliche geſchicht mit Franciſco Spiera ſo ſich anno* 1548. *zu Padua in Welſchlant begeben vnnd zugetragen.* folior. 5.

Gründliche Antwort auff das Predicanten Troſt, ſo einer mit Nahmen Vincentius Frey von Straszburg, dem gemeinen Mann das Maul damit auffzuſperren, hat auszgeſprenget. Geſtel-

ſtellet durch IOHANNEM von BISSENDORFF. *Anno Chriſti 1614.* in 4. folior. 8.

Praemittitur Vincentii Frey *Predicanten Troſt*, rhythmis germanicis. Sequitur BISSENDORPII *Refutation.*

Solatium Ieſuiticum. Das iſt, Catholiſcher Ieſuiten Troſt, Geſprechsweiſe von dem Zuſtandt der Römiſchen Kirchen vnd der verſtorbenen Pabſte, ausz dem berümbten Poeten Euricio Chordo in Teutſchen Reimen gebracht vnd vorbeſſert. Durch einen Liebhaber der Evangeliſchen Warheit. *Anno Chriſti 1614.* in 4. fol. 54.

Eundem BISSENDORPIVM, hoc ſcriptum habet autorem. Cetera, quae huc pertinent, vid. apud Auctores a Cl. Vogtio citatos.

FRANCISCI BLANCHI Dictionarium Latino-Epiroticum. *Romae 1635.* in 8.

In Thom. Hyde *Catalogo Bibliothecae Bodleianae* liber impreſſus dicitur *Rom.* 1635. in 8. Vid. *Catalog.* P. I. p. 89.

D. BENEDICTI BLANCVCII, Indices tres Obſeruationum miſcellanearum, variarumque lectionum, quibus veterum ſcripta, partim emendantur, partim illuſtrantur. *Rom. 1598.* in 4.

Gerdeſius quidem in *Florilegio* p. 35. hunc librum, quem rariſſimum vocat, *Romae* 1595. in 4. prodiiſſe ſcribit. Sed illud 1598. factum eſſe nos docuit Henning. Groſſii *Catalogus omnium librorum, qui nundinis vernalibus Francofurti ad Moenum & Lipſiae anno* 1598. *impreſſi venales expoſiti fuerunt.* Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* T. I. p. 218. illum

 Phi-

Digitized by Google

Philoſophum atque theologum Romanum vocat. Eum vero Romae, Hebraicae linguae fuiſſe lectorem, diſcimus e Proſper. Mandoſii *Bibliotheca Romana.* Iacobus autem le Long in *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 1170. *Inſtitutiones in linguam ſanctam Hebraicam Rom.* 1608. in 4. prodiiſſe ſcribit.

NICOLAI BLESDYKII hiſtoria vitae, doctrinae, ac rerum geſtarum Dauid. Georgii Haereſiarchae. *Dauentr.* 1642. in 12.

Edidit hanc vitam, ab ipſo Dauid. Georgii genero conſcriptam Iacobus Reuius Theolog. D. & Collegii Theologorum Leidenſium Profeſſor primarius. Vid. Niceron Tom. XXX. p. 34.

DAVID. BLONDELLI diatribe de formulae, regnante Chriſto, in veterum monumentis vſu, iuſtas, pro Regibus Maximis Philippi I. & II. ſummaque regum omnium poteſtate, vindicias complexa. *Amſt. apud Ioan. Eleau* 1646. in 4.

Vid. de libri raritate Cl. Vogtium p. 129. Putauerant nonnulli, Philippum Galliae Regem an. 1098. propterea ſcripſiſſe *Regnante Chriſto*, quoniam a Papa eccleſiae communione interdictus, regno ſe crediderit exutum. Illam fabulam BLONDELLVS, in hoc libro ſuo, ſub examen vocat, & idoneo argumento confirmari poſſe negat.

DAVID. BLONDELLI de fulmine nuper ex equiliis vibrato, ad Reges, Ordines, Principes, populos chriſtianos commonitorium. *Eleutheropoli* 1651. in 4.

Omnia fere ſcripta DAVID. BLONDELLI hodie rariſſime inueniuntur, inter quae, ob raritatem, hoc opu-

opuſculum non poſtremum occupat locum. Ediderat illud *Amſtelodami*, nomine ficto *Amandi Flaviani*, *pacis auguſtae municipis*, occaſione bullae Innocentii X qua pacem Weſtphalicam, irritam facere ſtuduerat. Conf. de Vita & Scriptis DAVID. BLONDELLI Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 567. ſqq. Niceron Tom. IIX. p. 44. ſqq. Conf. Vinc Placcii *Theatrum Pſeudonymor*. p. 285. Io. Franc. Buddei *Iſagog. Hiſtoric. theologic*. P. II. p. 1322.

FLAVII BLONDI Italia illuſtrata. *Auguſt. Taurinor. 1627.* in 4.

Hanc editionem, admodum raram eſſe, nos docuit Niceron Tom. XVI. p. 279.

MICHAEL. ANGELI BLONDI de canibus & venatione libellus, in quo omnes ad canes ſpectantia, morbi, & medicamenta continentur, priſca & neoterica etiam exempla, inſidiae ferarum, & proprietates, cum quibusdam venationibus noſtri ſeculi, maximorum principum, cognitu dignisſimis. *Rom. 1544.* in 4.

MICHAEL. ANGELI BLONDI de cognitione hominis per Aſpectum, liber collectus ex Ariſtotele, Hippocrate, Galeno. Item liber de maculis corporis. *Romae 1544.* in 4.

Rariſſimi hi BLONDI, qui per typothetarum errorem in Cl. Vogtii Catalogo libror. rarior. p. 120. *Auguſtus* BLONDVS nominatur, libri, paucisque viſi ſunt. Vid. de reliquis MICH. ANGEL. BLONDI ſcriptis Ioſ. Simleri *Biblioth. Gesner.* p. 503.

GIOVAN. BOCCACCIO Vita & coſtumi di Dante Alighieri.

Variae huius libri extant editiones, inter quas illae eminent, quae integrae, nec mutilatae ſunt. Omnium prima & rariſſima eſt *Venet.* 1477. in fol. *per Vindelinum de Spira*, praemiſſa *divina Commedia di Dante, con il Commento di Benvenuto da Imola.* Recenſetur illa in den *Merckwürdigkeiten der Koenigl. Bibl. zu Dr.* T. I. p. 99. ſqq. Hanc raritate aequat editio *Romana per Franc. Priſcianeſe* 1544. in 8. Vid. Haym *notizia de' libri rari nella lingua Italiana* p. 99. Sed iam nonnulla in illa omiſſa & mutata cernuntur, vt teſtantur *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dr.* T. III. p. 476. Editiones *Florentinae* vero ann. 1576. & 1587. in 8. truncatae ſunt. Nuperrime illa integra nullisque truncata partibus recuſa, & Operibus *di* GIOVANNI BOCCACCIO, quae *Neapol.* 1723. VI. Tom. in 8. prodierunt, inſerta fuit.

IOANNIS BOCCACII opus de Claris mulieribus *editio antiqua ſine loci & anni indicio.* item *Vlmae per Iohan Zeiner de Reutlingen 1473.* in fol. it. *Louanii 1487.* in fol.

Omnes rariſſimae libri huius editiones ſunt. Poſterior, quam Maittaire in *Annal. typogr.* Tom I. p. 490. in 4. prodiiſſe ſcribit, in auctione Bibliothecae Sellianae decem thaleris vendita fuit. In omnes fere linguas vſitatiores, liber translatus fuit, in Italicam, Gallicam, Hiſpanicam & Germanicam. Conf. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. paſſim. Idem Maittaire p. 322. not. 8. adfert: Hunc librum BOCCACII in Germanicam linguam translatum eſſe a Medico ciuitatis Vlmae, & nuncupatum Duciſſae Auſtriae, an. 1473. impreſſum *Louanii* typis antiquis rudibus, cum effigie parturientis Papiſſae.

GIOVAN. BOCCACCIO Ameto Commedia delle Ninfe Fiorentine, con le oſſervazioni

in

Digitized by Google

in volgare grammatica ſopra eſſo di Hieron. Claricio. *In Milano preſſo Minuziano 1520.* in 4.

Multas quidem opuſculi huius allegorici editiones recenſet Nicol. Franceſc. Haym nella *Notizia de' libri rari*, haec tamen paullo rarior illi incognita fuit. Anton Maria Salvini in libro, cuius titulus eſt: *Diſcorſi Academici Florent.* 1695. in 4. n. 48. explicationem dedit Allegoriae VII. Nympharum, quas BOCCACIVS in hoc opere produxit.

Il Laberinto d'Amore di Msr. GIOVANNI BOCCACCIO. *ſ. l. & anni indicio.*

De inſigni huius libri raritate vid. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari* p. 174. *Bibliothec. Selliquae Catalogus in Append.* p. 65.

Il Decamerone di GIOVANNI BOCCACCIO, nuovamente corretto, e con diligenza ſtampato. *In Firenze per gli heredi di Filippo Giunta 1527.* in 8. mai. ſeu in 4. minor.

Vix inuenies librum, qui toties prelum ſubiit, quam hic BOCCACII liber. Inter omnes autem, quae in bibliothecarum loculis adſeruantur, editiones, ipſa a nobis producta rariſſima & optima eſſe cenſetur. Omnis editionum caterua, in quatuor diſpeſci ſolet claſſes. Ad I. referuntur illae, quae cum Manuſcripto Manelli conſentiunt. II. conſtituunt, quae lectionem Nicolai Delfini ſequuntur. Ad III. Claſſem ſpectant, quae Ludouici Dolce produnt lectionem, & in IIII. denique eae reponuntur, quae ad editionem Hieronym. Ruſcelli conformatae fuerunt. Quod ad noſtram editionem adtinet, quae a tribus iuuenibus Florentinis, qui nihil omiſerunt, quod illam perfectam, & omnibus numeris abſolutam reddere poſſit, profecta eſt, omnium illa, vti iam dixi-

diximus, habetur rariſſima, & non niſi ingenti pretio, plerumque comparatur. Anno 1729. illa, in Auctione librorum Abbatis Brochard. Pariſiis, 371. libris gallicis vendita fuit. Vid. Niceron Tom. XXXIII. p. 54. Hanc editionem, raritate fere aequat, editio Vincentii Bruſantini Ferrarienſis, in verſus, quos Itali vocant *Ottava Rima*, redacta, titulo: *Le Cento Novelle dette in Ottava Rima, in Venez.* 1554. in 4. Conf. de IO. BOCCACII Vita, eius Scriptis, eorumque variis editionibus Gaddi de *Scriptoribus non Eccleſiaſticis* Tom. I. p. 92. ſqq. Niceron *Memoir.* l. cit. p. 30-72. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 575. ſqq. Nicol. Franceſco Haym *Notizia de' libri rari* paſſim, Manni *Storia del Decamerone.* Inprimis Iannotii Manetti, qui Seculo XV. floruit, *Vita* BOCCACII, huc ſpectat, in eius *Specimine litterar. hiſtor.* I. *Seculi XIII. & XIIII.* quod nuper e Manuſcripto edidit Laurentius Mehus *Florent.* in 8. Vid. quoque *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dr.* Tom. I. p. 186. ſqq.

Le theatre de la nature univerſelle traduit du latin de JEAN BODIN par François de Fougerolles. *à Lyon* 1597. in 8.

Haec Verſio Theatri vniuerſae naturae, gallica, admodum rara eſt, & a paucis viſa. IO. BODINVM factum fuiſſe recutitum teſtatur Iaqu. Gillot dans *les Epitres françoiſes écrites à Scaliger* p. 439. vbi ſcribit: *Ceux, qui montent en Chaire, icy, font des Contes, declament contre* BODIN, *tous un Sermon, & le deſchirent, ſans ſe ſouvenir, que le vilain a eſté de la ligue, & eſt mort Juif, ſans parler de Jeſus Chriſt, par les dernieres paroles, que j'ai euvers lui.* Idem adfirmat Mſr. Chapelain dans ſes *lettres à Mſr. Conringius.* Vid. *Melanges de litterature, tirés des lettres Manuſcrites de Mſr. Chapelain, Par.* 1726. in 8. p. 167. ſqq. it. *Recueil de Litterature de philoſophie, & d' hi-*

ſtoire

ſtoire, Amſterd. 1730. in 8. p. 32. Conf. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 582. Niceron Tom. XVII. p. 245. *die Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* T. III. p. 382. ſqq. 397. ſqq. 411. ſqq.

IOANNIS BOESCHENSTAIN *Eslingenſis Sueui* Scripta omnia.

Teſte Bruckero im *Ehrentempel* Decur. II. p. 54. ita paullatim ſe hominum ſubduxerunt oculis, vt nonniſi rariſſime hoc tempore inueniantur. Titulos plurimorum collegit Serpilius, in der *hiſtoriſchen Vnterſuchung, von dem eigentlichen Verfaſſer des Liedes: da Ieſus an dem Kreutze ſtund &c. Regensb.* 1720. in 8. Inter illa vero primum obtinet locum, *Ermahnung an die ganze Chriſtenheit, Isny* 1538. Illud enim Opuſculum, vix prodierat, e Paulli Fagii typographia, cum illico, ab ipſo Fagio, ſupprimeretur. Cauſſas exponit Brucker. l. cit. p. 58. not. ff. Conf. Serpilius l. cit. p. 54. *Nou-Antiqua* ad ann. 1719. p. 286.

ANICII MANLII SEVERINI BOËTII Conſolationis philoſophiae libros quinque, interpretatione & notis illuſtrauit Petrus Callyus, Regius eloquentiae & philoſophiae Profeſſor in Cadomenſi Academia, iuſſu Chriſtianisſimi Regis in vſum Sereniſſ. Delphini. *Lutetiae Pariſior. apud Lambert. Roulland Reginae Chriſtianiſſ. typograph. atque bibliopolam 1680.* in 4. pp. 352. exceptis praemiſſ. & indice.

Nos ipſi poſſidemus editionem, quam Langlet du Fresnoy dans ſes *Tablettes chronologiques* P. II. p. 249. admodum eſſe raram, teſtatur.

IO. OLIVARII DU BOIS Oratio funebris Cardinalis Seraphini Oliuarii. *Rom. 1610.* in 4.

Haec editio admodum rara eſt; In illa enim plurima loca inueniuntur, quae in recentiore editione, Operibus Cardinalis Oliuarii praemiſſa, autoritate publica, reciſa fuerunt.

IACOBI BOISSARDI Topographia Romana, vrbis & antiquitatum cum figuris aere inciſis a Theodoro de Bry Part. VI. *Francof. ad Moen.* in fol.

Hanc collectionem Antiquitatum Romanarum, rariſſimam eſſe ſcribit Niceron Tom. XIIX. p. 310. *Prima pars* prodiit *Francof.* 1597. & Topographiam BOISSARDI, nec non Onuphrii Panuinii deſcriptionem quatuordecim regionum Vrbis, prout ea ab Auguſto Imperatore deſcripta fuit, & Publ. Victoris, de Regionibus vrbis Romae, librum complectitur. *P. II. eiusd. anni* Ioannis Barthol. Marliani Topographiam Romanam, ante oculos ponit. *P. III.* Breuem diſſertationem, de Antiquae vrbis Romae ſitu, & origine, praecipuisque eius Ruinis & reliquiis, item Valerii Probi de notis antiquarum litterarum & centum inſcriptiones antiquas exhibet. *P. IIII* quae 1598. prodiit, BOISSARDI diſſertationem de funeribus, & modo ſepeliendi, apud antiquos, diſſertationem de Apotheoſi, & CXLVIIII. Monumenta antiqua, cum eorum inſcriptionibus adfert. *P. V.* anno 1600. edita, multo antiqua monumenta, & ſtatuas praeſertim repraeſentat. *P. VI.* tandem Gyraldi opus de Sepulcris, & vario ſepeliendi ritu, variasque inſcriptiones, inprimis ſepulcrales continet. Pars I. & II. *Francof.* an. 1627. *apud Merianum* recuſae fuerunt.

IACO.

Digitized by Google

IACOBI BOISSARDI vitae & icones Sultanorum Turcicorum, Principum Perſarum, aliorumque illuſtrium heroum, heroinarumque, ab Osmanne vsque ad Mahometem II. ad viuum expreſſae, & in aes inciſae per Theodorum de Bry. *Francof. ad Moen. 1596.* in 4.

Eiusd. Theatrum vitae humanae, cum figuris Ioannis de Bry. *Francof. 1596.* in 4.

Eiusd. Parnaſſus, cum imaginibus Muſarum. *Francof. 1601.* in fol.

Haec opera IO. IACOBI BOISSARDI omnia, adeo rara hodie ſunt, vt vix in inſtructiſſimae bibliothecae loculis reperiantur. Conf. de eorum raritate Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 589.

PETRI de BOISSAT Opuſcula latina in fol.

Huius libri vnicum tantummodo extare exemplum, & mutilum quidem in Bibliotheca Collegii Ieſuitarum Lugdunenſium, teſtatur Niceron Tom. XIII. p. 394. Abbas Oliuetus, *dans l'hiſtoire de l' Academie françoiſe*, omnia exemplaria, ab Autore ipſo, ſublata fuiſſe hominum oculis putat, & quod Ieſuitarum exemplar, illud ipſum fuerit, quod Autor retinuerit, *cet exemplaire*, inquit, *étoit originairement celui de l' Auteur, & que n'ayant pas voulu, ſ'en priver tout-à-fait, du moins il prit le parti, de le mutiler, afin que ſes Ouvrages ne lui ſurvêcuſſent pas en leur entier. Car on m'a dit, que peu de tems ſavant ſa mort, l' édition prête à paroître, il la ſupprima par delicateſſe de conſcience, de peur qu' elle ne lui attirât des loüanges.* Dans *la Bibliotheque de Richelet par* M. l' Abbé le Clerc, eiusdem exemplaris mentio facta conſpicitur, illudque an. 1649. impreſſum dicitur. Liber in duas partes diuiſus eſt, quarum prior a p. 9. incipit, & opuſcula proſaica, altera vero carmina

continet. Vid. eius recenſio, vna cum vita PETRI de BOISSAT, qui Viennae Allobrogum anno 1662. aetatis anno 58, obiit, apud Niceron l. cit. p. 382. ſqq.

OCTAVII BOLDONII Epigraphica ſeu elogia, inſcriptionesque quoduis genus pangendi ratio, vbi de inſcribendis tabulis, Symbolis, clypeis, trophaeis, donariis, obeliſcis, aris, tumulis, muſeis, hortis, villis, fontibus, & ſi quae ſunt alia, huiusmodi monumenta, facili methodo diſſertatur, ſubiectis exemplis antiquis ac recentibus. *Aug. Perus. 1660* in fol.

Hoc in Opere OCTAVIVS BOLDONIVS, Mediolanenſis, e Clericis Regularibus Barnabitis Ordinis S. Paulli, Epiſcopus Theanenſis, olim Coſmo Mediceo Magno Etruriae Principi, a ſtudiis, propemodum omnia Rhetorices praecepta, exiguo quidem iudicio, coaceruauit, variasque digreſſiones, quae ad rem minime faciunt, inſtituit. In illum vehementer inuectus eſt Thomas Reineſius, in praefat. *Syntagmatis Inſcriptionum antiquarum*, vbi enormes illius errores adducit, & *illum pueriliter allucinatum fuiſſe, & pro veris familiarum, indiuiduorumque nominibus dediſſe non vna vice Chimaeras, Hippocentauros, Conchlaeas, vel Conchacbontlos* ſcribit. Habemus & alium librum OCTAVII BOLDONII, huc ſpectantem, paullo quidem frequentiorem: *Epigraphicae religioſae, memoriales, mortuales, encomiaſticae, reſtituto theatro Montio, & Cosmopoeia Mediceo-Rouerea*, *Rom.* 1670. in fol. Conf. Daniel. Georg. Morhofii *Polyhiſtor. Litterar.* L. IIII. Cap. XIIII. p. m. 920. L. VI. C. III. p. m. 982. Chriſtian. Weiſius *de Poeſi hodiernorum Politicorum* L. I. Cap. IIII. p. 325.

IACOB BOLDVCIVS de Oggio Chriſtiano, ſeu de initio & progreſſu eucharistiae vel ſacrificii panis per totum orbem. *Lugdun. 1640.* in 4.

Libri raritatem confirmat Gerdeſius in *Floril.* p. 37. IACOB. BOLDVCIVS monachus fuit Capucinus, & hoc opus ſuum in tres libros diſtribuit.

PAVLLI BOMBINI vita & martyrium Edmundi Campiani. *Antuerp. litteris Meurſii 1618.* in 16.

Vtrum haec editio, qua nos vtimur, omnium ſit prima; pro certo adfirmare non ſuſtinemus. Fuit iſte PAVLLVS BOMBINVS Coſentiae, in vetere atque illuſtri Calabriae oppido, nobili genere natus. Elogium illius, inter alios ſcripſit Ianus Nicius Erythraeus in *Pinacotheca* I. n. VII. p. m. 17. ſqq. De Edmundo Campiano vero, qui pro catholica religione in Anglia martyrium ſubiit, vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* T. I. p. 430. Petr. Ribadeneira *Catalog. Scriptorum Societat. Ieſu* p. 47. qui illius martyrium etiam a Guil. Eſtio, Batauo S. Theolog. Duacenſi in Academia Doctore Regio, latine conſcriptum eſſe ſcribit. Reperitur etiam *breuis narratio Vitae & Martyrii eius* in libello cui tit. *Edmundi Campiani S. I. Theologi, qui non ita pridem; pro catholica Religione martyrium ſubiit, oblati certaminis in cauſſa fidei rationes decem redditae Academicis Angliae, Ingolſtad.* 1584. in 12. *Herbipol.* 1589. in 12. Integrum quidem librum inſeruit Antonius Poſſeuinus *Bibliothecae Selectae de ratione Studiorum* L. VII. Cap. XXVI. ſqq. p. 309. ſqq. edit. *Colon.* 1607. in fol. ſed narrationem de vita & martyrio E. Campiani omiſit. Conf. quoque *Edmundi Campiani eines Ieſuiters Leben und Leiden, welcher zu London in ſeinem Vaterland an.* 1581. *den* 17. *Iul. gefaenglich angenommen, nachmals*

den

den 1. *December gemar.ert worden.* *Dillingen* 1588. in 12.

S. BONAVENTVRAE Pſalterium Mariae virginis.

Adſeruatur in Bibliotheca Portenſi publica: *Egregium opus ſubtilitate & deuoto exercitio precellens paruorum opuſculorum doctoris ſeraphici ſancti* BONAVENTVRE Impreſſ. *Argentine Anno Dni* 1495. II. Tom. in 4. in cuius P. II. fol. 81. illud *Pſalterium beatae virginis* inuenitur. Non autem adduci poſſumus, vt hunc librum rarum eſſe credamus, propterea quod aliquoties recuſus legitur. Vt alias editiones taceamus, prodiit *Pſalterium B. Virginis Mariae a S.* BONAVENTVRA *editum Colon.* 1608. *apud Anton. Hierat*, cui editioni adiecta ſunt. *e S. Bernardo nonnulla exercitia, item quotidianum itinerarium aliaeque precationes piae* in 16. Germanice etiam extat, hoc praefixo titulo; *Roſencranz oder der Heil. Jungfrauen Mariae Pſalter, ſampt andern andächtigen Ubungen, verteutſcht durch D. Valentinum Leuchtium mit Kupferſtücken, Coeln* 1605. in 12 Vid. de S. BONAVENTVRA & eius Operibus Scriptores a Io. Alb. Fabricio in *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. II p. 690. ſqq. cit.

BONAVENTVRA ANGELI, Iſtoria della Citta di Parma, e deſcrizione del fiume Parma Libri IIX. *In Parma per Viotto* 1591. in 4.

Titulum libri ideo hic adſcripſimus, quoniam in Cl. Vogtii *Catalog. libr. rarior.* p. 136. ANGELI nomen omiſſum obſeruauimus. Conf. *Bibliotheca Hiſtorica Struuio - Buderiana* p. 1444. Langlet du Fresnoy *Catalog. Hiſtoricor.* p. 389. edit. Menken. Thom Hyde *Catalog. Biblioth. Bodleianae* P. I. p. 30. Nicol. Franc. Haym *notizia de' libri rari, nella lingua Italiana* p. 78.

10.

IO. BONEFONII *Aruerni* Pancharis, ſeu baſiorum liber.

De libri raritate vid. Cl. Vogtius p. 136. Prodiit haud ita pridem *Londini ex officina Iacob. Tonſon & Io. Watts* editio Baſiorum Bonefonii in 12. admodum nitida. Gill. Durant Aduocat. Parlament. Pariſiens. in gallicam linguam baſia illa tranſtulit; quae verſio, nonnullis editionibus latinis adiecta inuenitur. Conf. *Menagiana* Tom. I. p. 186. T. III. p. 465. ſqq. vbi Bonefonii latina dictio ſub examen vocatur.

IACOBI BONFADII Annales Genuenſium, nunc primum editi, & ab innumeris mendis, quibus MSc. referti erant, emendati a Barthol. Paſchetto Veronenſ. *Papiae ab Hieron. Bartolum 1585.* in 4.

Inſignem libri raritatem teſtatur Cl. Vogtius p. 136. Aeque rara eſt Verſio horum Annalium Italica, quae prodiit cum titulo GIACOMO BONFADIO; *gli Annali di Genoua dal* 1528. *dove finiſce il Foglieta, ſino al* 1550. *tradotti da Bartolomeo Paſchetti. In Genoua* 1597. in fol. Vitam infeliciſſimi BONFADII, qui vt Thuanus L. XXVI. ſcribit, Gennae *ob rem tacendam, ſecari percuſſus fuit*, expoſuerunt Ghilini in *Teatro d' huomini illuſtri* Tom. I. p. 70. ſqq. Baile *Dictionaire* T. I. p. 595. ſqq. Conf. Nicol. Franc. Haym *notizia de' libri rari* p. 76. vbi haec legimus: *L'Autore fu mal pagato de' ſuoi Annali, imperochè avendo poco bene parlato d'alcune perſone d'una Famiglia Nobile, fu accuſato benche innocente d'un immondo delitto, e condannato al fuoco; il che fece tardare la pubblicazione del libro.*

BALTHAS. BONIFACII Elogia aliquot illuſtrium Scriptorum.

Vid.

Vid. Cl. Vogt. p. 137. Neque in indice, quem in fine *hiſtoriae ludicrae* edit. *Venet.* 1652. in 4. de Operibus editis ipſe exhibet BONIFACIVS, neque apud Niceron. qui Tom. XVI. ſcripta BONIFACII recenſet, liber eiusmodi titulo inſignitus reperitur. Sine dubio idem liber eſt, qui hoc titulo: ***De quadragenis Romanae hiſtoriae Scriptoribus, iudicium totidem capitibus diſtinctum, cum Caroli Sigonii iudicio de hiſtoricis, qui Res Romanas ſcripſerunt, ab Vrbe Condita, ad Caroli M. Imperatoris tempora Venet.*** 1627. in 4. prodiit. Dans *les Memoires hiſtoriques & critiques, politiques & litteraires de Mſr.* Amelot de la Houſſaye teſte Niceron. l. cit. p. 376. de BONIFACII *hiſtoria ludicra*, perridiculum inuenitur erratum. Scribit enim: *Il y a un livre latin intitulé*, BONIFACII hiſtoria ludicra; *c'eſt à ce qu'on m'a dit, une diſpute facetieuſe entre les femmes, ſur la beauté des feſſes.*

I. F. B. O. G. S. C. D. Verſuch einer nähern Entdeckung und beſſern Zuſammenhangs der luſtigen phyſicae Aenigmaticae, oder der in Raezel verſteckten Natur-Lehre und beſonderer Einfälle der Poeten, ſo nach der Meinung vieler Alten die Theologie der Heyden iſt, und in des Heſiodi Theogonie, oder deſſen Buche von den Geburthen der Götter beſchrieben werden, in einer freyen Paraphraſi vorgeſtellet, und mit einem Anhange über die Raezel und Erfindungskunſt des Homeri, auch der Bilder auf der Himmels-Kugel beſtercket. *Gedr. im Iahr 1740.* in 4. pp. 187.

Liber παράδοξος, cuius quinquaginta tantum exemplaria, Autoris ſumtu, typis eſſe exſcripta, amicus quidam, per litteras nos monuit. Litterae initiales indicant IOHAN. FRIDERIC. BONNORD,

Graeſii

Graeflichen Stolbergiſchen Canzley - Director. Non proletaria quidem doctrina, e libro elucet, ſed prodit ſimul Autor ingenium παράδοξον, per omnes fere paginas. Libro adiecta eſt *Phyſica Vulgi, iuxta ordinem, ſenſus externos tangentem, in Theogonia Heſiodi, aenigmatibus mirificis, ingenioſis, ſed petulantibus, & ſuperſtitioſis depicta, ad filum generationum, & qualitatum apparentium, ſe ipſam, ex improuiſo oſtendens, & ſponte euoluens.*

Harmonia und angenehme Ordnung zwiſchen den ſechs Schoepfungs-Tagen, Ruhe, Fall, auch Fluch der Erden, und deren jährlichen Wieder Erneuerung vom kürzten bis längſten Tage, nebſt ihrer wieder Verderbung durch den Jahr - Gang der ſieben aufſteigenden und folgenden Niderſteigenden Neumonden, In einigen Anmerckungen, und zum Theil leichten Paraphraſi der drey erſten Capitel des erſten Buchs Moſis, wobey zugleich deren Abbildung in den Sinnbildern der Sonnenbahn mit dem Himmels Drachen, auch vieles aus dem Homero vnd Heſiodo in ein nähers Licht zu ſetzen getrachtet wird, von D. C. S. G. O. B. F. I. *gedr. im Iahr Chriſti 1740.* in 4. pp. 152.

Eiusdem commatis liber, qui eundem habet autorem, id quod ordo litterarum initialium, inuerſus facile prodit. Exemplarium ſumtu autoris impreſſorum, paucitas illum quoque librum rariorem fecit. En indicem Meditationum in fine libri conſpicuum! I. *Harmonia zwiſchen den 6. Schoepfungs Tagen, Ruhe, Fall, und Verderbung der Erden, mit deren 6. monatlichen Wieder Erneuerung und Verderbung.* II. *Drey Haupt Saetze der Vernunfft von dem alleinigen ewigen Gott, und deſſen nicht ewigen Geſchoepfen.* III. *Hiſtoria Creationis Signis Aſtrorum inſerta.*

ſerta. IIII. *Theſes fundamentales de Ortu & ſignificatione Sacrifi iorum, cum nonnullis maxime veroſimilibus.* V. *Verglei bung der Stiftshütte Moſis, mit der Wohnung Gottes in den Himmeln.*

VINCENZO BORGHINI Diſcorſi Iſtorici, al Sereniſsimo Franceſco Medici Gran Duca di Toſcana, cioè dell' Origine di Firenze, della citta di Fieſole; della Toſcana, e ſue Città; de' Municipi, e Colonie Romane; delle Colonie Latine; delle Colonie militari; de' faſti Romani, e del modo del citar gl' anni. Parte Prima, Recati à luce da' Deputati per ſuo teſtamento. Con la Favola delle Coſe più notabili. *In Fiorenza nella Stamperia di Filippo & Jacopo Giunti, e Fratelli,* 1584. in 4. pp. 476.

Parte Seconda: Dell arme delle famiglie Fiorentine; della Moneta Fiorentina; della Spianazione di Firenze da Attila, reedificazione da Carlo Magno, e della ſua libertà ricovrata da Ridolfo Imperatore; della Chieſa e Veſcovi Fiorentini, *ibid.* 1585. in 4. pp. 598.

Recenſionem horum Opusculorum BORGHINI, videſis in *den Merckwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dr.* T. III. p. 108. Nicol. Franceſc. Haym nella *Notizia de' libri rari* p. 73. de hoc libro ſcribit: *è libro rariſſimo*, & editionem *Florent.* 1542. *per Iuntas* in 4. impreſſam, adfert.

MARCO BOSCHINI, Deſcrizione di tutto il regno di Candia, delineato a parte, & intagliato. *In Venezia* 1651. in fol.

Hanc

Hanc editionem inuenimus in *Catalogo Biblioth. Hulſianae* P. I. p. 204. in Cornelii a Beughem *Bibliographia hiſtorica Chronolog. & Geographica* p. 406. in Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari* p. 57. Idem BOSCHINVS, quem Cl. Vogtius minus recte p. 131. *Bochinum* ſcribit, edidit *l' Arcipelago con tutte l' Iſole, Scogli, Secche e baſſi fondi. In Venez.* 1658. in 4. qui liber itidem haud facile occurrit.

Iſtoria della ſacra religione, e milizia di S. Giovanni Geroſolimitano, di GIACOMO BOSIO. *In Roma.* Tom. III. in fol.

Cum hic liber admodum rarus in noſtris eſt terris, paullo adcuratius, illum recenſebimus. IACOBVS BOSIVS, Mediolanenſis, honorariorum S. Ioannis militum, Hieroſolymitani, in quorum numero erat, frater, negocia Romae procurauit. Anno 1594. Operis Tomos II. priores, e *typographia Vaticana*, euulgauit. Primus complectitur XXV. libros, a medio Seculi XI. quo mercatores Amalphitani Hieroſolymam venerant, ad annum vsque inauſpicatiſſimum 1291. quo Ptolemais a Sultano Aegyptio Melateſſaraſio occupabatur, & equites Hieroſolymitani Palaeſtinam relinquere, & in inſulam Cyprum ſe conferre cogebantur. Tomus ſecundus res, per 432. annos geſtas, exponit, & cum anno 1523. quo inſula Rhodus a Turcis fuit occupata, finitur. Tomus tertius, qui anno 1602. *Romae* prodiit, hiſtoriam ad annum vsque 1571. deducit, quo Equites inſulam Melitenſem ſedem ſibi conſtituebant. Anno 1621. Autor Tom. I. auctiorem & emendatiorem, *Romae* edebat, quae poſtea editio *Romae* litteris luculentioribus iterata anno 1670. fuit. Deſiderantur autem in hac poſtrema editione Dedicationes, & Praefationes, quae in priore editione reperiuntur. Anno 1630. Tom. II. & anno 1632. Tom. III. *Romae* iterum in lucem emit-

tebatur. Duas Continuationes huius operis edidit Eques Bartholom. de Pozzo, quarum altera *Veron.* 1703. in 4. altera *ibidem* 1717. in 4. prodiit. Vitam BOSII in Compendio exhibet Ian. Nicius Erythraeus *Pinacoth.* P. I. n. CXXIIX. p. m. 232. Conf. *Bibliotheca hiſtorica Struuio-Buderiana* p. 1695.

Hiſtoire de l'Ordre de St. Iean de Ieruſalem, depuis ſon inſtitution, jusqu' a preſent, traduite de l'Italien de GIACOMO BOSIO, avec des ſommaires, des Annotations, & les Statuts de l' Ordre par Iean Baudoin. De plus les privileges de l'Ordre, ſa chronologie, & l'abregé de la vie, de ſes grands Maitres, & leurs Portraits par Anne de Naberat. *Paris, 1629. 1643. 1659.* III Tom. in fol.

Haec eadem BOSII hiſtoria eſt, in linguam Gallicam translata, & hoc tempore in bibliothecis haud obuia. Huc quoque pertinet compendium quoddam, non adeo frequens, ex opere IACOB. BOSII concinnatum: *Les Vies des Saints, & des Saintes de l' Ordre de S. Iean de Ieruſalem traduites de l' Italien de* BOSIO *par Baudoin. Paris.* 1631. in fol. & in 8.

IACOBI BENIGNI BOSSVET, *Epiſcopi Cadomenſis, & Sereniſſimi Delphini Praeceptoris,* Doctrinae Catholicae, de iis argumentis, de quibus controuerſiae ſunt, expoſitio.

Prima & ſecunda editio, prodiit vno eodemque anno, nimirum 1671. cum Adprobatione Archi-Epiſcopi Rhemenſis, ac nouem Epiſcoporum. Ea vero non ſufficere videbatur autori, propterea librum quoque doctoribus Sorbonnicis adprobandum obtulit. Spe autem, quam animo finxerat, BOSSVE-

TVS

Digitized by Google

TVS deſtitutus fuit: adeo enim illis diſplicuit liber, vt multa loca atro carbone ab iis notarentur. Maxime in primis BOSSVETO vertebatur, quod emolliendo dogmata ſui coetus a doctrina eccleſiae recederet. BOSSVETVS igitur omni cura primam libelli editionem ſuppreſſit, & illa loca, quae doctores Sorbonnici corrigenda iudicauerant, illico mutauit. Cum vero nonnulla exemplaria in manibus Reformatorum eſſent, res omnis ad alios dimanauit, praeſertim cum Eduardus Stillinfleet in Anglia illius rei indicium proderet, librumque e prima editione iterum in Anglia in lucem emitteret. Pluribus rem exponit, de qua Niceron Tom. II. nihil adtulit, Andreas Carolus in *Memorabilibus Eccleſiaſticis Seculi a Nato Chriſto XVII.* L. IIX. p. 41. Conf. *Acta Erudītor. Lipſ.* an. 1682. p. 119. Aduerſarios, quos ob hunc libellum BOSSVETVS nactus eſt, recenſet Io. Franciſc. Buddeus in *Iſagoge hiſtorico-theologica* P. II. p. 1258. ſqq. Conf. P. I. p. 499.

ARNOLDI BOSTII *Carmelitae Gaudenſis* Opuſculum de praecipuis aliquot Carthuſianae familiae Patribus, a Theodoro Petreo, Carthuſiae Colonienſis Alumno editum. *Colon.* 1609. in 8.

Librum admodum infrequentem eſſe ſcribit Langletus du Fresnoy dans ſes *Tablettes chronologiques* P. II. p. 382. Adiecit Theodor. Petreius, Petri Sutoris *de vita Carthuſiana L. II.* Vid. de ARNOLDO BOSTIO, qui diem obiit an. 1499. eiusque ſcriptis Anton. Poſſeuini Apparat. S. T. I. p. 131. Ios. Simleri *Bibliotb. Geſner.* p. 67. I. A. Fabricii *Bibliotb. med. & inf. Lat.* L. I. p. 365. ſqq.

Le relazioni univerſali di GIOVAN. BOTERO, diviſe in Sette parti. *In Venezia* 1618. in 4.

Digitized by Google

IOANNES BOTERO ſeu *Boterus* Pedemontanus, & liberorum Caroli Emanuelis I. Sabaudiae Ducis praeceptor, floruit circa finem Seculi XVI. & anno 1608. diem obiit. Vid. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 617. Niceron Tom. XXIIII. p. 305. ſqq. *Catalogus Bibliothecae Rinckianae* p. 333. illum librum, tam rarum eſſe, prodit, vt editor latinae verſionis Helmſtadienſis, Ludolphus Georgius Lunde, loca dubia ex ingenio ſupplere coactus fuerit. Raritatis cauſſam nos inuenire potuimus nullam, cum variae libri extent editiones; niſi forte editiones aliqua ex parte in pretio ſunt, quae ante *Taurinenſem* 1601. in 4. prodierunt. Illa enim non integra, ſed quibusdam locis mutila eſt: index autem Romanus expurgatorius omnes alias damnat editiones, quae ad dictam iam Taurinenſem non excuſae ſunt. Conf. Niceron l. cit. p. 309.

CAROLI BOVILLI *Samarobrini* Commentarius in primordiale euangelium diui Iohannis: Vita Remundi Eremitae; philoſophicae & hiſtoricae aliquot epiſtolae; Haec de nouo caſtigatius impreſſa ſunt, cum nonnullis additionibus & epiſtolis pluribus. *Parrhis. in aedibus Aſcenſianis* 1514. in 4. fol. 90.

Epiſtolae philoſophicae CAROLI BOVILLI Veromandui Samarobrini, quas Cl. Vogtius p. 140. memorat, nunquam, quod nos quidem ſciamus, ſeorſum excuſae fuerunt, ſed in illa, quam adduximus collectione, reperiuntur. Prima eius editio prodiit *Paris. ex aedib. Aſcenſian.* 1511. in 4. Litterae numero XLIII. anno 1510. & ſqq. ſcriptae ſunt. *Hiſtoria de Nicolao de Saxo, per annos duos & viginti incibato, & nullo intus liquore ſuffuſo*, fol. 62. ſqq. legitur. Colorum ordinem in cauda pauonis elementa quatuor referre, confirmare ſtudet fol. 80.

Raimun-

Raimundi Lullii vita fol. 34. multa ſingularia exhibet.

CAROLI BOVILLI Opuſculorum Collectio. *Parrhiſiis apud Henricum Stephanum, 1610.* in fol. folior. 196.

In hac opuſculorum collectione, I. libro *de intellectu* II. *de Senſu*, in quo fol. 25. & 48. ſolem mundi conſtituit centrum, fol. 41. mundum animal eſſe dicit, cuius ſenſus Sol & planetae, imaginatio ſtellae ſint. III. *de Nihilo*, *cum hecatodia* in 100. diſtichos diuiſa, IIII. *de Arte Oppoſitorum*, V. *de generatione*, VI. *de Sapiente*, VII. *de duodecim numeris* agit, in quo demonſtrat, numerum ſextum hominum, ſeptimum vero Dei eſſe. VIII. liber *epiſtolas* complures, VIIII. opus quadripartitum, *de perfectis numeris*, X. *Mathematicas Roſas*, XI. *geometrica corpora*, XII. *geometrica Supplementa* complectitur. Epiſtolae numero ſunt XX. inter quas quinta a Germano de Ganay, nona a Franciſco Ximenes, Patre purpurato, decima tertia, & decima quarta a Nicolao Horio, decima ſeptima a Iacobo Fabro, Stapulenſe, [& vndeuiceſima ab Alano Varenio ad CAROLVM BOVILLVM ſcriptae ſunt. In epiſtola tertia de Steganographia Trithemii fert ſententiam, illumque magum fuiſſe ſcribit. Mich. Maittaire illam Tom. II. *Annal. Typographic.* inſeruit p. 210. in epiſtola duodecima rurſus de Saxo Heluetico Eremita agit. Conf. Niceron Tom. XXXVIIII. p. 158. ſqq. Anton. Poſſeuin. in *Apparat. Sacr.* T. I. p. 297. Io. Alb. Fabricii *Bibliothec. med. & infim. Latinit.* L. III. p. 923. ſqq. p. 931. ille ſcribit CAROLI BOVILLI *diſſertationem de prophetica viſione Pariſiis olim numo aureo* fuiſſe emtam, huiusque rei teſtem producit Simlerum. Euoluimus Simleri *Bibliothecam Geſner.* & p. 115. haec legimus: *De prophe-*

phetica viſione liber, *vaenit Pariſiis ſolido Gallico*: non vero vt Fabricius ſcripſit, *aureo*.

EDME BOVRSAVLT Litanies de la ſainte Vierge. *Paris*. 1667. in 12.

Haec ſecunda eſt editio libelli admodum rari. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XIIII. p. 379.

MARCI ZVERII BOXHORNII Commentariolus de Statu Belgii foederati. *Hag. Comit.* 1649 in 12.

Prima haec, & admodum rara editio eſt, quae multa continet, in poſterioribus, iuſſu Ordinum praepotentium Belgii foederati, omiſſa, qui admodum aegre ferebant, quod BOXHORNIVS nonnulla publicauerit, quae inter arcana Status referri ſolent. Vid. *Epiſtola Sorbierii LXIII. ad Patinum* ſcripta.

IACOBI BRACELLEI Lucubrationes de bello Hiſpanienſi Libri V, de claris Genuenſibus Libellus, Deſcriptio Liguriae, Epiſtolarum liber, Diploma mirae antiquitatis Tabellae in agro Genuenſi repertae. *Paris. in aedibus Aſcenſianis*, 1520. in 4. folior. 72.

IACOBVS BRACELLEVS, ſeu vt ab aliis ſcribitur, *Bracellius*, & *Bracellus* Ligur Sarzanenſis, & reipublicae Genuenſi, medio Seculi XV. a ſecretis fuit. Auguſtin. Oldoinus in *Athenaeo Liguſtico* 265 *illum tanto amoris affectu ſemper proſequutum eſſe rempublicam Genuenſium*, ſcribit, *vt inuitatus, bonorumque etiam ſupremorum ſpe allectus a Nicolao V. Pontifice Maximo, ad ſuas deſcribendas literas, renuerit ire, ne patriae ſeruitium intermitteret.* Quod ad libros adtinet, qui in collectione, a nobis adducta, inueniun-

niuntur, & a Gerdeſio in florileg. p. 40. a raritate commendantur, variis illi poſtmodum collectionibus inſerti fuerunt. *Libri* enim *quinque de bello inter Hiſpan. & Genuenſes*, quod ab ann. 1412. ad ann. 1444. geſtum fuit, recuſi fuerunt, cum Ioan. Iouiani Pontani *libr. VI. de bello Neapolitano Hagenoae apud Io. Secerium* 1530. in 4. *Rom.* 1537. & ibid. 1573. in 4. Inſerti quoque fuerunt Io. Georg. Graeuii *Theſauro Scriptor. Antiquitat. Italiae* Tom. I. P. II. p. 1261. *Liber de claris Genuenſibus*, & *deſcriptio orae Liguſticae*, cum editionibus Belli Hiſpanienſis, *Romanis*, iam memoratis, prodiit, & Andreae Schotti *Italiae illuſtratae* p. 637. ſqq. 641. ſqq. nec non I. G. Graeuii *theſauro* l. cit. illatus fuit. *Diploma de controuerſiis, inter Genuateis & Veiturios*, quod compoſitum traditur, L. Caecilio Q. F. & Q. Mutio Q. F. Coſſ. id eſt, A. V. C. DCXXXVII. diciturque Anno Chr. 1506. inuentum in tabula aenea, quadrata, in agro Genuenſi, milliario prope vrbem decimo, nonſolum in editionibus *Romanis* citat. ſed etiam apud Graeuium l. cit. & in Gruteri *theſauro Inſcriptionum* p. CCIIII. reperitur. Conf. de IACOBO BRACELLEO, & eius libris Gerard. Ioan. Voſſius *de Hiſtoricis Latinis* L. III. p. 556. ſqq. edit. *Lugd. Batau.* 1627. in 4. *Giornale de Letterati d'Italia Venet.* Tom. XXIII. p. 367. ſqq. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. V. p. 71. ſqq. I. A. Fabricius in *Bibliothec. med. & infim. lat.* L. II. p. 727. ſqq. Niceron *Memoir.* T. VII. p. 371. ſqq.

TYCHONIS de BRAHE Aſtronomiae inſtauratae mechanica. *Wandesburgi in arce Ranzouiana prope Hamburgum ſita, propria Autoris typographia, opera Philippi de Obr Chalcogr. Hamburgenſ. 1598.* in fol. folior. 44.

Haec editio propriis Autoris ſumtibus excuſa, & non niſi cum viris, in ſumma dignitate conſtitutis,

Digitized by Google

& eruditis, tunc temporis celeberrimis communicata, admodum rara eſt. Recuſa quidem fuit *Norimbergae apud Leuinum Hulſium* 1602. in fol. Sed hac poſteriore, multo ſplendidior eſt prior editio. Vid. Petri Gaſſendi *Vita* TYCHONIS BRAHEI p. 149. ſqq. edit. *Hag. Comit.* 1625. in 4. Niceron' *Memoir.* T. XV. p. 175. *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliothec zu Dr.* T. III. p. 121. Deſcripſit autem TYCHO in hoc opere inſtrumenta Aſtronomica, quae in obſeruandis ſyderibus adhibuit, eorumque fabricam & vſus proponit. In fine operis, globum ſuum caeleſtem, in quo omnes ſtellae fixae ſuis reſtitutae exhibentur locis, delineauit, eiusque pariter vſum explicuit.

GIROLAMO BRANCHI, *Hiſtorico della Sacra Ceſarea Real Maëſta di Leopoldo &c.* Hiſtoria Auſtriaca Parte prima in ſei libri diviſa. *Vienna d'Auſtria, appreſſo Giov. van Ghelen 1688.* in 4. pp. 620.

Parte ſecunda in ſei libri diviſa. *ibid. ap. eund. 1691.* in 4. pp. 985.

Hunc librum rariſſimum eſſe, ex eo colligunt *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. III. p. 392. quod neque in Eruditorum diariis illius mentio facta eſt, neque ille in inſtructiſſimarum bibliothecarum, ſi Windhaagianam exceperis, inuenitur Catalogis.

Les Oeuvres de *Meſſire* PIERRE de BOURDEILLE *Seigneur* de BRANTOME. *à Leide, 1666.* in 12. Tom. VIIII.

Illa quidem opera, apud Gerdeſium in *Florileg.* p. 39. a Melchior. Hurtero, inter libros rariores referri conſpicimus, ſed illa ex eorum numero, nunc exi-

Digitized by Google

eximenda eſſe cenſemus, cum haud ita pridem noua, & ſplendida, acceſſionibus aucta, figuriſque a I. V. Schley, Piccardi Romani diſcipulo, aere inciſis illuſtrata, editio prodierit. *Hag. Comit.* 1740. XV. Vol. in 12. Vid. de PETRO de BOVRDEILLE *Seigneur de Richemont & BRANTOME die Fortſetzung des allgemeinen Hiſtoriſchen Lexici* Tom. I. p. 200. vbi editio memoratur Operum *à Rouen* 1722. VIIII. Tom. in 12.

Memoires politiques, amuſans, & Satiriques de I. N. D. B. *C. d. L. à Veritopolie 1716.* III. Tom. in 12. mai.

Diſplicuit liber, ob iniurias ſibi illatas, quibusdam Poloniae proceribus, ideoque publica autoritate ſuppreſſus fuit. Litterae initiales autorem IEAN NICOLE de BRASEY *Comte de Lyon* deſignant. Prodierant contra librum *Caracteres des Hiſtoriens Satyriques de notre tems, ou Remarques ſur les Memoires Amuſans politiques & ſatyriques du Sr. de* BRASEY *Veritopolie*, nulla anni mentione facta, in 8 it. *Lettre du Sr. de *** à Mſr. de *** au ſujêt d'un livre intitulé: Memoires politiques amuſans, &c.* neque loco, neque anno adpoſito in 4.

Cronica, dell' Origine, e progresſi degli Ottomani, Compoſta da Saidino Tureo in lingua Turca, e tradotta in Italiano da VINCENZO BRATVTTI. Parte prima. *in Vienna 1649.* in 4. Parte ſecunda. *in Madrit 1652.* in 4.

Per ſane paucos fore, crediderimus, qui vtrumque libri Tomum poſſident. Fuit VINCENTIVS BRATVTTI Raguſanus, Philippi IIII. Hiſpaniarum Regis legationum Secretarius, linguae Turcicae & Perſicae interpres, qui Seculo XVII. floruit. Conf.

Digitized by Google

Catalog. Biblioth. Meykeu. p. 455. In *Catalogo hiſtoricor.* Langieti du Fresnoy, & in *Bibliotheca Struuio-Buderiana hiſtorica* librum fruſtra quaeſiuimus. Nicol. Franc. Haym p. 85. della *Notizia de' libri rari,* Tomum quidem primum adfert, ſecundus vero incognitus ille fuiſſe videtur.

Florum Flaminiorum Romanenſium Bapalium, ſiue Papalium decas vna, inter quos inſperſae notae Anaſceuaſticae, in diſputationem Martini Becani Antiieſuidae Moguntini de Antichriſto Reformato, vna cum chronologia totius ſacrae ſcripturae noua abſoluta &c. Autore FREDRICO BRAVNBOM. *PPaeboſensI. Hanouiae 1613.* in 4.

Liber fanaticus, & hodie in paucorum manibus, cuius repetita editio prodiit *Francof.* 1618 in 4. Interitum pontificis, anno 1641. mundi finem vero an. 1711. futurum praedixit. Conf. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 650. & ſes *Lettres* Tom. III. p. 963. vbi de libri autore ſcribit: *C'eſt un Archifanatique, & de tous les commentateurs de l' Apocalypſe le plus ridicule, & le plus inſupportable. Sa Cabale & ſes lettres numerales, lui font trouver par tout des myſteres ridicules, & des predictions extravagantes. Les Sauterelles de l' Apocalypſe ſont ſelon lui la groſſe verole. Elles doivent durer cinq mois, c' eſt à dire cinq fois trente, ou* 150. *ans* &c. Confutauit illum Adam Contzen e S. I. in *Conſideratione de haereſeon incremento, & vtrum annus* 1711. *ſit futurus mundi vltimus. Mogunt.* 1614. in 8.

Floro hiſtorico, de la guerra movida por el Sultan de los Turcos Mehemet IIII. contra el Auguſtiſſ. Leopoldo I. Emperador de Romanos el anno 1683. traduzido de Italiano en Caſtellano por

Digitized by Google

por D. FR. FABRO BREMVNDAN. *Madrid 1684.* ſqq. V. Vol. in 4.

Vid. Clar. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 142. Integrum huius libri adpoſuimus titulum, qui ex Italico in Hiſpanicum ſermonem conuerſus eſt.

Chriſtophor. Sylueſtranus BRENZONVS vid. infra CHRIST. SYLVESTRANVS BRENZONVS.

MAVRICII BRESSII *Gratianopolitani, Regii, & Ramei Mathematicarum Lutetiae Profeſſoris,* metrices Aſtronomicae libri quatuor. *Paris.* 1581. in fol. pp. 84.

Liber rarus, & admodum infrequens, qui ab Autore dicatus fuit Pomponio Bellevreo, ſacri conſiſtorii Conſiliario, & Regis legato, ſummoque Fiſci praefecto, & ex multis tabulis & figuris ligno inciſis nonnihil ornamenti accepit. Liber I. agit *de Logiſtica Aſtronomica.* L. II. *de ſinibus adſcriptis & hypotenuſis.* L. III. *de triangulis planis rectilineis.* L. denique IIII. *de triangulis ſphaericis.* Intelligit vero BRESSIVS ſub denominatione Metrices Aſtronomicae Trigonometriam. Plura vid. in Claud. Franciſci Milliet Dechales libr. *de progreſſu Matheſeos, & illuſtribus Mathematicis.* Oper. T. I. p. 15. vbi inter alia ſcribit: *Haec trigonometria bona eſt, videturque bene promouiſſe hanc partem, cum habeat propoſitiones optimas, & claras.*

BERNARD de BRITO Monarchia Luſitana.

BERNARDVS de BRITO Monachus Ciſtercienſis, Regis Luſitaniae hiſtoriographus, rariſſimi huius operis I. & II. tantum partem compoſuit, quarum altera titulo: *Monarchia Luſitana Por Frey* BERNARDO

DO de BRITO, *parte primera, que contem as hiſtorias dos Portugueſes de annos 3962. desde a criaçaõ do mundo, à te o nacimiento de Chriſto. No Moſteiro de Alcobaça* 1597. in fol. Adiecta huic parti conſpicitur *Geografia Antiga de Luſitania.* Altera vero pars hoc titulo: *Segunda parte da Monarchia Luſitana, em que ſe continua as hiſtorias de Portugal, desde o nacimiento de Chriſto, ate Conde Dom Henrique. Em Lisboa, Craesbeck* 1609. in fol. prodiit. Has duas partes continuauit Antonius Brandão, monachus Ciſtercienſis, Regis Hiſtoriographus, & edidit *Tercera parte da Monarchia Luſitana, que contem as hiſtorias de Portugal, desde Conde Dom Henrique ate todo o Reynado do Rey Dom Afonſo Henrique, en Lisboa* 1632. in fol. & *Quarta parte da Monarchia Luſitana, que contem as hiſtorias de Portugal desde o tempo de Rey Dom Sancho I. ate todo o Reynado de Rey Dom Afonſo III. em Lisboa* 1632. in fol. Coeptum deinde opus perſequutus eſt Franciſcus Brandão, illisque partibus addidit *V. & VI. Parte em Lisboa* 1650. in fol. Finem tandem operi impoſuit & *VII. partem* in lucem emiſit Frey Raphael de Ieſus *em Lisboa* 1683. in fol. Vid. *Bibliotheca hiſtorica Struuio-Buderiana* p. 237. quae ſummam corporis huius inſignis, VII. Tomis conſtantis, raritatem in plerisque Europae regionibus eſſe, teſtatur.

IORDANVS BRVNVS de compendioſa architectura, & complemento artis Raimundi Lullii.

Vid. Cl. Vogt. p. 146. vbi ex epiſtola quadam Io. a Noſtiz apud Bünemannum in *Catalog. Biblioth.* p. 117 hunc libellum an. 1582. prodiiſſe ſcribit. Confirmat hanc ſententiam Niceron Tom. XVII. p. 211. qui illum Raimundi Lullii libro de auditu Kabbaliſtico adiectum, & *Pariſiis* 1582. in 16. in lucem emiſſum eſſe, prodit.

Digitized by Google

Il Candelajo Commedia del BRVNO *Nolano*, Achademico di nulla achademia, detto il faſtidito. In triſtitia hilaris, in hilaritate triſtis. *In Parigi appreſſ. Guglelmo Giuliano 1582.* in 8.

Vid. Cl. Vogt. p. 147. Niceron vero l. cit. p. 210. librum in 12. fol. 146. editum fuiſſe teſtatur.

Cantus Circaeus, ad memoriae praxin ordinatus, quam ipſe iudiciariam appellat. *Pariſiis 1583.*

Vid. Cl. Vogtius p. 147. In forma 8ua illum prodiiſſe inuenimus apud Niceron l. cit. p. 211.

Spaccio della beſtia Trionfante, propoſto da Giove, effettuato dal conſeglo, revelato da Mercurio, recitato da Sophia, udito da Saulino, regiſtrato dal Nolano. Diviſo in tre Dialogi, ſubdiviſi in tre parti. Conſecrato al molte illuſtre & eccellente Cavalliero Sig. Philippo Sidneo. *Stampato in Parigi 1584.* in 8. min. pp. 261. except. praefat. pp. 30.

Omnia fere, quae de hoc libro dici poterant, iam adtulit Cl. Vogtius p. 147. quibus ea tantummodo, quae apud Niceron legimus, hic adiiciemus. Hoc vero p. 211. de illo tulit iudicium: *Ce livre entierement mêpriſable par lui même, & mêpriſé, jusqu' ici à un tel point qu' à la vente de la bibliotheque de Mſr. Bigot, faite en 1706. il ne fût vendu, avec cinq autres ouvrages du même Auteur, que 25. Sols, eſt devenu depuis par la folie des Bibliomanes, d' un prix ſi exorbitant, qu' on ne la gueres maintenant à moins de cinquante piſtoles, même tout ſeul, lorsque il ſe pout trouver; car il faut avouer qu' il eſt tres rare.* Scioppius. putauit hunc librum,

brum, contra pontificem Romanum eſſe ſcriptum. Conf. *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. I. p. 371. ſqq.

De progreſſu & lampade venatoria logicorum ad promte & copioſe de quocunque propoſito problemate diſputandum. 1587. in 8. pp. 79.

Operum Raimundi Lullii editio Argentinenſis 1651. nobis eſt, in qua p. 735. IORDANI BRVNI *opuſculum de progreſſu logicae venationis*, & p. 744. eiusdem *Opuſculum de lampade venatoria logicorum* inuenitur. Illis praemiſſa eſt, epiſtola dedicatoria ad Georg. Mylium Auguſtanum Vitebergenſis Academiae Cancellarium.

De Specierum Scrutinio, & Lampade Combinatoria Raymundi Lullii, Doctoris Heremitae Omniſcii, propemodumque diuini. *Prag. excud. Georg. Nigrinus 1588.* in 8. pl. 9.

In ea, quam nominauimus, Operum Lullii editione, opusculum *de ſpecierum ſcrutinio* p. 677. *de lampade* autem *combinatoria* p. 681. reperitur. Dedicauit illa opuſcula Don Guilhelmo A. S. Clemente, Equiti Ordinis S. Iacobi de Eſpata, Sereniſſimi Hiſpaniar. Regis Catholici a Conſiliis, eiusdemque ad Caeſarem Rudolphum III. legato. Toppi in *Bibliothec. Napletana* hunc vnicum libellum de IORDANO BRVNO adtulit.

IORDANI BRVNI *Nolani* Ars reminiſcendi, & in phantaſtico campo exarandi, in 8.

Eiusd. Sigillus Sigillorum in 8.

Eiusd. Explicatio triginta ſigillorum in 8.

Horum trium librorum mentio etiam apud Niceron l. cit. p. 218. facta eſt, qui illos ſecundum principia

cipia Lulliana conſcriptos, ſed ſine typographi, loci & anni indicio editos eſſe, ſcribit. Conf. de IORDANO BRVNO, eiusque ſcriptis Gaspar. Scioppii *Epiſtola ad Conrad. Rittersbuſium*, ſcripta XVII. Februarii an. 1600 ipſo illo die, quo Brunus vltimo ſupplicio adfectus fuit. Inuenitur illa in libro, cui titulus: *Machiauellizatio, qua vnitorum animos diſſociarè nitentibus respondetur in gratiam D. Archiepiſcopi caſtiſſimae vitae Petri Pazmann, ſuccincte excerpta. Saragoſſae* 1621. in 4. it. apud Struuium in *Actis litterariis*, nec non in Mſr. la Croze *Entretiens ſur divers ſujets* p. 326. in Iohn Toland *Collection of Several Pieces*, Tom. I. p. 304. ſqq.

Supplementum Bruſchianum, ſiue GASPARIS BRVSCHII monaſteriorum & epiſcopatuum Germaniae praecipuorum ac maxime illuſtrium chronicon, ſeu Centuria II. quam ex Autoris autographo MS. anno 1551. & 1552. collecto, publica luce primus donauit Daniel de Neſſel. *Vindob. 1692.* in 4.

GASPAR BRVSCHIVS Egranus, poeta laureatus, & comes palatinus ediderat an. 1551. *Monaſteriorum Germaniae praecipuorum ac maxime illuſtrium Chronologiam, in qua origines, annales, ac celebriora cuiusque monumenta bona fide recenſentur. Ingolſtad.* in fol. Cum vero iſta editio rareſceret, *Sulzbaci* 1682. illa recuſa fuit, in 4. Anno 1692. Daniel de Neſſel, Bibliothecarius Caeſareus *Supplementum Bruſchianum*, cuius iam in Lambecii *Commentario de Bibliotheca Vindobonenſi* Tom. IIX. p. 80. mentio facta fuerat, ex autographo protractum, & multis documentis locupletatum in 4. *Vindob.* edidit. Id cum ſuis ſumtibus feciſſet, factum inde eſt, vt haec Operis Bruſchiani Pars ſecunda, etſi in illa non centum, quae titulus Centuriae prae ſe fert, monaſteria inueniun-

Digitized by Google

ueniuntur, in rariſſimis tamen numeretur, & manuſcriptis aequiparetur Codicibus. Vid. *Bibliotheca Hamburgenſis Hiſtorica* Centur. II. p. 120. ſqq. *Bibliotheca hiſtorica Struuio - Buderiana* p. 987. *Acta Eruditor.* ann. 1692. menſ. Octobr. *die Merkwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dr.* T. III. p. 355.

PETRI BRVTI *Veneti*, *Epiſcopi Catharenſis*, ad viros Nobiles Vicentinos, de omni genere virtutis, bene meritos, Victoria contra Iudaeos. *Vicentiae anno domini 1489.* in fol.

A multis quidem hic liber memoratur, id quod tamen eiusmodi verbis fieri conſpicimus, vt a paucis illum eſſe oculis vſurpatum facile poſſimus colligere. Igitur libri argumentum, autoris, hic adiiciemus, verbis: Ita vero pagina quarta ſcribit: *Primum itaque videbimus, quod ſummus, omnium conditor Deus omnipotens ſuum Meſſiach, quem Chriſtum Chriſtiani adpellant, miſſurus erat, de virgine natum. Secundum, quod Chriſtus eſſe debeat Deus & homo. Tertium, quod idem Chriſtus, quem Meſſiach Iudaei nuncupant, legem nouam hominibus laturus erat. Quartum quod tempus Chriſti Meſſiach aduentus iam diu praeteriit. Quintum, quod Ieſus Mariae filius fuit ille verus Chriſtus atque Meſſiach, quem prophetae ſancto Spiritu illuſtrati, omnes, futurum praedixerunt.* Hiſce abſolutis, Pars libri primi explicit: In ſecunda ad obiectiones quindecim Iudaeorum, ſatis quidem adcurate reſpondet, & nonnulla dogmata deteſtanda & impia ex eorum adducit libris. In fine totius operis id legitur epigramma:

Eſt opus impreſſum Papienſi Simone clarum
Compoſitum Petri praeſulis ingenio.
En ego ſum Simon, Papienſis nomine ciuis
Bivelaquam nuper, fata dedere mihi
Hunc virtute mea, librum magnoque labore
Impreſſi: noſtre virginis ob meritum.

Idem

Idem liber memoratur, a Pellegrino Antonio Orlandi, nella *Origine e progreſſi della Stampa e Notizie dell' opere Stampate da* 1457. *ſino al* 1500. p. 175. Cum autem eodem loco alium PETRI BRVTI librum, titulo: *Aduerſus Iudaeos pro chriſtiana fide, ad Vicentinum Senatum opus, per eundem* (Simon. Papienſem) *ibid.* (Vicentiae) 1489. in fol. adducit, ſine dubio errorem admittit, & vnum eundemque librum, titulo tantum mutato adfert. Conf. Cornelii a Beughem *incunabula typographiae* p. 36. vbi libri titulum modo memoratum, inuenies. In Michael. Maittaire *Annal. Typographic.* T. I. p. 499. reperitur editio *Venetiis* 1488. excuſa: Illam e Catalogo Bibliothecae Cantabrigienſis publicae MSto, Maittaire adtulit; ſed annus forte & locus, impreſſionis, mutandus eſt, quoniam liber, per eundem Simonem Papienſem impreſſus legitur, qui *Vicentiae* anno 1489. illum typis exſcripſit. De PETRO BRVTO Veneto, Epiſcopo Catharenſi vid. Trithemius cap. 891. Anton Poſſeuinus T. I I. *Apparat. ſacr* p. 42. Ioſ. Simleri *Bibliotb. Geſner.* p. 554. Paull. Colomeſii *Italia Orieutal.* p. 7. ſqq. I. A. Fabricii *Bibliotheca med. & inf. Lat.* L. XV. p. 738. *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. III. p. 450. ſqq. Finus Hadrianus Finus in praefat. *Flagelli in Iudaeos*, de hoc PETRI BRVTI opere, ita ſcribit: *liber quidam a venerabili & eloquenti patre Domino* PETRO BRVTO, *Nobili Veneto & digniſſimo Catharenſi epiſcopo, contra Hebraeos editus, cui nomen indidit: Victoria* PETRI BRVTI *contra Iudaeos, meas ſtatim venit in manus. Hunc aperui, & eius elegantia & eloquii ſuauitate captus, totum legi, & pluries perlegi. Ibi enim multa contra Hebraeos, in fidei chriſtianae fauorem, non minus diligenter, quam eleganter poſita ſunt.*

Fratrum de BRY India Orientalis Tom. XIII. in fol. cum fig. aen.

Euoluimus, in Bibliotheca Portenſi publica, opus quod ſcriptores hodoeporicos complectitur & ſua, ſe raritate commendat. Illud hic recenſuiſſe haud poenitebit, propterea quod Langletus du Fresnoy dans *la methode*, *pour etudier la geographie* Tom. III. p. 303. aliique, qui ſingulas totius operis partes recenſuerunt, identidem allucinati ſunt. *I. pars* regni Congo deſcriptionem continens per Eduardum Lopetz Luſitanum, prodiit *Francof. ſumt. Io. Dieterici, & Io. Iſrael: fratrum de* BRY 1597. & iterum 1609. in fol. *II. pars* Ioannis Hugonis Lindſchottani Bataui nauigationes enarrat, *Francof.* 1613. *III. pars* Lindſchottani nauigationes continuat, *Oppenheim* 1616. *IIII. pars* animalia, arbores, frutices, plantas, & alia, quae I. H. Lindſchottanus, in India Orientali viderat, cum Annotationibus Bernardi Paludani Med. D. Enkhuſani, ob oculos ponit, hiſtoriamque vltimae nauigationis Belgarum, anno 1598. quatuor nauibus, factam, memorat, *Oppenh.* 1617. In *V. parte* inueniuntur itinera Batauorum, ad inſulas Moluccenſes anno 1598. VIII. nauibus facta, *Francof.* 1601. *VI. pars* deſcriptionem regni Guineae complectitur, *Francof.* 1603. *Pars VII.* iter Georgii de Spielbergen, & Caſpar. Balbi Veneti recenſet *Francof.* 1605. *Pars IIX.* ſiſtit nauigationem Iacobi de Nek Admirallii & Hermanni van Bree mercatoris Belgae, *Francof.* 1606. Huic parti *appendix* adiecta eſt, quae tres enarrat nauigationes, & expugnationem caſtellorum Luſitanorum Anabon & Tidor deſcribit. *Pars VIIII.* ex relatione Ioan. Verckenii nauigationem Petri Wilhelmi Verhaffen exponit, *Francof.* 1612. *Pars X.* Henrici Hudſon itinera, Petri Ferdinandez de Quir relationem de quinta mundi parte, ſcilicet de terra auſtrali incognita, & deſcriptionem Samoiedarum & Tingoeſarum in Tartaria continet, *Francof.* 1613. *Pars XI.* Americi Veſpucci duas nauigationes in Indiam Orientalem, & aliorum itinera in Cambaiam, & Spitzber-

bergam deſcribit, *Oppenb.* 1618. Cum illa autem parte, quae cum *VIIII.* & X. ſolius *Ioannis Theodoric. de* BRY impenſis prodiit, opus illud *fratrum de* BRY, proprie ſic dictum, abſoluitur. Cum vero poſt mortem fratrum illorum, *magnum itinerarium occidentale*, ſeu Americanum haereditatis iure, ad *Matth. Merianum*, generum *Ioannis Theodorici de* BRY, *orientale* autem ad alterum eius generum *Guil. Fizerum* perueniret; hic illud an. 1628. duabus *partibus XII.* & *XIII.* auxit, omnesque illius partes, eodem anno, in compendium redactas variisque nauigationibus auctas, ita tamen, vt partes duas poſteriores, XII. & XIII. a pag. 566. vsque ad finem integras, ne verbo quidem immutato, rurſus ediderit.

Fratrum de BRY India Occidentalis, ſ. America. Partes XIIII. in fol. mai. cum fig. aen.

Cum pro certo adfirmare non poſſumus, quo tempore cuiuscunque partis prima in lucem prodierit editio, illarum tantummodo recenſionem exhibebimus, prout in bibliotheca Portenſi eas inuenimus. *Pars I.* deſcriptionem Virginiae per ThomamHariot Anglum ob oculos ponit, *Francof.* an. 1600. in fol. mai. *Secunda edit. ſumtibus viduae & filiorum Dieterici de* BRY. In *Parte II.* qui *ſumtibus Theodorici de* BRY 1591 prodiit, inuenitur Laudonniere, Gergueſii & le Moyne deſcriptio Floridae. In. *III. parte Francof.* 1593. *ſumtibus Theodor. de* BRY occurrit Io. Stadeni & Io. Leerii deſcriptio Braſiliae. *Pars IIII.* titulo latino inſcribitur: Americae pars quarta, ſiue inſignis & admiranda hiſtoria, de reperta primum Occidentali India a Chriſtophoro Columbo ann. 1492. per Hieronym Benzonem Mediolanenſem, *Francof.* 1594. *ſumt. Theodorici de* BRY. Americae *Pars V.* nobilis & admiratione plena Hieronym. Benzonis Mediolanens. Sectionis ſecundae hiſtor. *Francof. impenſis Theodoric. de* BRY 1595. *Pars*

 VI.

VI. oder der Hiſtorien Hieron. Benzo von Mayland das dritte Buch, *Francof.* 1619. *Pars VII.* ſeu nauigationis Vlrici Schmidt editio tertia *per Io. Theodoric. de* BRY, *Oppenh.* 1617. *Pars IIX.* variarum continet regionum, in America, deſcriptionem, *Francof.* 1599. *per hæredes Theodorici de* BRY. *Pars VIIII.* & *ultima,* Americam exhibet, e relatione Ioannis Hugonis von Lintſchotten, *Francof.* 1601. *per Dieterici de* BRY *viduam & duos filios.* *Pars X.* Americae nauigationem Americanam Veſpucci, Raphe Homar relationem de ſtatu præſenti Virginiae & Io. Schmid deſcriptionem nouae Angliae complectitur, *Oppenh.* 1618. *per Io. Theodoric. de* BRY. *Pars XI.* deſcriptionem continet itineris Wilhelmi Schouten, Bataui, *Francof.* 1619. *per Io. Theodor. de* BRY. Haec ſunt ea, quae in Bibliotheca Portenſi publica inueniuntur. De Operis Continuationibus, audiamus *Catalog. Biblioth. Rinckianae* p. 216. *Theodoricus de* BRY *Leodienſis bibliopola, & Sculptor Francofurtenſis, duo magna opera, alterum de nouo orbe, XII. Voluminibus; de India Orientali alterum, ſuis impenſis prodire iuſſerat, quae poſt mortem eius an.* 1626. *ſecutam, inter ſuos generos Matthiam Merianum, & Guilelmum Fizerum ita diuiſa ſunt, vt ille Americanam, hic Indiae Orientalis deſcriptionem acciperet. Merianus duodecim partibus operis Americani, a ſocero ſuo iam editis, decimam tertiam & quartam adiecit, totumque opus poſtea, ſub titulo: Hiſtoria Antipodum, oder neue Weld &c. in compendium redegit, atque an.* 1631. *teſtante titulo a Ioanne Ludouico Godofredo, ſub quo nomine Io. Philippus Abelin, ſcriptor ſatis celebris, latet, digeſtum, edidit. Pars XIII. hic in Volumine noſtro ſecundo, continuationis nomen gerit, poſteaque an.* 1628. *nouum quidem titulum, cum numero partis decimae tertiae accepit: ſed cum nihil mutatum, ac XIIII. pars an.* 1630. *ſeorſim excuſa, non ſolum hic ſub numero* 1499. *b. ſigillatim proſtet, verum etiam in hiſtoria Antipodum, tertiam partem verbotenus conſtituat, opus hoc noſtrum omni ex*

parte

Digitized by Google

parte completum eſt &c. In *Bibliotheca Dalmanniana* p. 101. Tredecim Tomi huius Operis, in latinum ſermonem conuerſi, inueniuntur. Vtramque vero Indiam tam Orientalem, quam Occidentalem, variis acceſſionibus auctam Autor du *Recueil des Voiages aux Indes Orientales & occidentales, & autres lieux du monde chez Pierre van der Aa*, in vnum corpus redegit, & IIX. Vol. in fol. & XXX. in 8. edidit.

WENCESLAI BVDOWEZ *L. B. a Budowa* circulus horologii lunaris & ſolaris: h. e. Synopſis hiſtorica, typica & myſtica, repraeſentans ex veteri, & nouo teſtamento, continuam ſeriem, praecipuarum eccleſiae & mundi mutationum, ſ horarum quarumdam praeteritarum, praeſentium & futurarum, vsque ad mundi conſummationem. *Hanouiae typis Wechel. 1616.* in 4.

Infeliciſſimus huius libri autor, vnus e Proceribus Bohemiae, & cum Ioachim. Andrea comite a Schlick, conſenſus inter euangelicos, & fratres in Bohemia Morauiaque praecipuus proxeneta fuit. Fridericus Palatinus, illum, iudicii adpellationum in Bohemia Praeſidem & Directorem conſtituerat. Poſt praelium autem in Albomonte, ad Pragam, ab Imperatoris Romani, militibus captiuus abductus, & vna cum comite Ioach. Andr. a Schlick, aliisque pluribus d. 21. Iun. anno 1621. gladio percuſſus fuit. Vid. *Prageriſche Execution.* Scriptum rariſſimum, anno 1621. in 4. impreſſum. In *Lexico Eruditor. Menkenio-Ioecheriano* ex hoc BVDOWEZII libro, duo facti conſpiciuntur. Vix vero liber in publicum prodierat, cum a Matth. Hoë ab Hoënegg, in *epiſtola de circulo horologii ſolaris & lunaris* impugnaretur, *Lipſ.* 1617. in 4. Huic vero epiſtolae oppoſuit WENCESLAVS BVDOWEZ *gnomona apologeticum, circuli horologii, hiſtorici, typici, & myſtici,*

Digitized by Google

& demonſtrare ſuſtinuit, quomodo Matth. Hoë ab Hoënegg, contra eundem circulum, multa chriſtiano theologo indigna ſcripſerit. *Hannou. typis Wechelianis* 1618. in 4. Id aegre ferens M. Hoë ab Hoënegg, reſpondit in *Tr. Anti-Caluiniſtico contra* W. BVDOWEZ *Lipſ.* 1618. in 4. contra quem edidit Martinus quidam Borichius *Prodromum, ſ. tractatum Anticaluiniſticum contra Matth. Hoë, Hanou.* 1619. Huic diſſidio interuenit Ailberus quidam, qui vna cum M. Hoë, ad hunc Prodromum reſpondit, quo facto, tandem a Martino Borichio *Prodromus Victor, ſeu confutatio diſſertationis quam Hoë & Ailberus oppoſuerunt, prodromo, Hanou.* 1612. in lucem emittebatur. Haec vero Scripta eriſtica omnia, hodie inter rariſſimos libros, locum obtinuerunt.

IO. BVGENHAGII breuisſima in Iobum Scholia, quibus veteris tralationis nubila diſpelluntur. *Argentorati* 1526. in 8.

Thomas Crenius in notis ad Io. Vorſtii cogitata de Stilo noui Teſtamenti Faſce I. *Exercitation. Philologicohiſtoricar.* p. 35. hunc librum, qui inſcio BVGENHAGIO prodiit, inter rariſſimos refert, illumque multa eruditione refertum eſſe ſcribit. Vid. Niceron Tom. XIIII. p. 185. ſqq. Iacob. le Long in *Biblioth. S.* P. II. p. 657. *Baſileae* hunc librum editum eſſe prodit.

IOHAN. BVGENHAGEN *Pomer Doctor vnd Pfarrherr zu Wittenberg* Warhafftige Hiſtoria wie es uns zu Wittemberg in der Stadt gegangen iſt, in dieſem vergangen Krieg, bis wir durch Gottes gnaden, erlöſet ſind, vnd vnſer hohe Schule, durch den Durchleuchtigſten, Hochgebohrnen Fürſten und Herrn, Herrn Mori-

Moritzen Hertzogen zu Sachſſen, des heiligen Römiſchen Reichs Ertzmarſchahl vnd Churfürſten, Landgraven in Döringen, vnd Marggraven zu Meiſſen, vnſern gnedigſten Herrn, widerumb aufgericht iſt. Geſchrieben zu Wittemberg 1547. III. Auguſti. *zu Erffurdt Druckts Geruaſius Schürmer 1597.* in 4. fol. 16.

Scriptum illud e BVGENHAGII rariſſimis eſt. Inſertum etiam inuenitur ex editione *Vittembergenſi gedr. durch Veit Kreutzer*, Hortlederi T. II. *von den Vrſachen des Teutſchen Kriegs* L. III. c. 73. p. 447 - 458. Deſcribit miſerabilem vrbis & Academiae Wittebergenſis ſtatum, tempore obſidionis, & qua ratione Academia, per Mauricium Electorem fuerit reſtaurata, memorat. Inter alia, quae hic reperiuntur, notatu digna, eorum refellitur opinio, qui Carolum V. templum arcis Vitebergenſis intraſſe, & cum Hiſpanis, de aperiendo Lutheri ſepulcro, agitaſſe conſilia contendunt. Illum enim in templo nunquam fuiſſe, ex hiſce BVGENHAGII verbis colligimus: *Seine Kayſerl. Maieſtaet lies fragen nach den Schlüſſeln, hette gerne inn vnſer Kirchen geweſt, aber vnſer Clüſter war nicht fürhanden.* Habemus etiam *Ein Schrifft D.* IOHANN BVGENHAGEN *Pomerani, Paſtoris der Kirchen zu Witteberg, an andere Paſtorn vnd Predigern Von der jetzigen Kriegsruſtung, Witteberg.* 1546. in 4. folior. 4.

Academie des Sciences, & des arts, contenant les vies, & les eloges hiſtoriques, des hommes illuſtres, qui ont excellé en ces profeſſions, depuis environ quatre Siecles, parmy diverſes nations de l'Europe. Avec leurs Portraits tirés ſur des originaux au naturel, & pluſieurs inſcriptions

ſunebres, exactement recueillies de leurs tombeaux par ISAAC BVLLART, *Chevalier de l'Ordre de St. Michel. Bruxell. 1682.* II. Tom. in fol.

Liber haud facile obuius, in quo ISAAC BVLLARTVS, ſummo ſtudio, & exquiſita induſtria, non laudes modo, eruditione & artibus illuſtrium virorum compoſuit, ſed illorum etiam vitas, quorum cognitio ei data fuerat, deſcripſit, iconesque adiecit a Larmeſſino & Bolonneſio, aere inciſas. Cum vero morte praeueniretur, ad finem opus perduxit coeptum Iacobus Ignatius Bullartus, Iſaaci filius. *Prior Tomus*, quinque libros continet: I. Viros rerum publice gerendarum, laude inſignes, II. rerum geſtarum narratione bene meritos, III. iuris ſcientia claros, IIII. litterarum elegantiorum opera praeſtantes, V. Pictores, Architectos, & artis Statuariae peritos exhibet. *Tomus poſterior* Sex libros complectitur, quorum I. Theologos, II. Philoſophos, Mathematicos, & Medicos celebres, III. Vario ſcientiarum genere excellentes, IIII. poetas claros, V. artium variarum, typographiae, mathematices, geographiae, muſicae, rei bellicae &c. peritiſſimos, VI. denique Pictores, ob oculos ponit. Conf. *Acta Eruditorum Lipſiens.* an. 1683. p. 177.

ISMAELIS BVLLIALDI Opus nouum ad Arithmeticam infinitorum Libris VI. comprehenſum, in quo plura a nullis hactenus edita, demonſtrantur. *Lutet. Pariſior. ſumtibus viduae Ioannis Pocquet 1682.* in fol. pp. 426. non computatis IIX. tabulis figurar. mathematicar. aere inciſ.

Omnia ISMAELIS BVLLIALDI opera mathematica, quae teſte Claud. Franc. Milliet Dechales in tract. prooemiali, *de progreſſu Matheſeos, & illuſtribus* mathe-

mathematicis Oper. T. I. p. 25. ſolida referta ſunt doctrina, hodie admodum infrequentia ſunt. Catalogus eorum legitur apud Niceron. Tom. I. *Memoir.* p. 335 ſqq. Conf. Tom. X. P. I. p. 61. Occaſionem conſcribendi operis, quod adduximus, illi praebuit Ioannis Wallſii, Matheſeos in Academia Oxonienſi Profeſſoris Sauiliani liber, quem is de *Arithmetica infinitorum* anno 1656. in lucem ediderat. Cum enim BVLLIALDVS in itinere ſuo, quod cum Iacobo Auguſto Thuano Regis Galliae, ad foederati Belgii, Ordines, legato, in Belgium faceret, in Wallſii librum incideret, eumque *in nimis ſuperficiali per inductionem, probatione ſubſtitiſſe, nec ad geometricas demonſtrationes, arithmetica que vltra contendiſſe, nec progreſſum eſſe* animaduerteret, huic defectui ſubuenire decreuit. Ex Polonia & Belgio igitur an. 1662. in Galliam redux factus, hoc opus inchoauit, nec deſtitit prius, quam ad ſextas quantitates delatus, inuolutiones rationum, ac numerorum multitudinem, in altioribus occurrentes gradibus deuitans, vltra non progredi voluerit.

GEORGII BVLLOCI Oeconomia methodica concordantiarum Scripturae ſacrae. *Antwerp. ex officina Plantin. 1572.* in fol.

Adtulit hunc librum, eique inter rariores, locum tribuit Gerdeſius p. 45. *Florileg.* cuius recenſionem inuenies in Anton. Poſſeuini *Apparat. Sacr.* T. I. p. 537. E neglectu & contemtu autem illum rariorem eſſe factum, verba Poſſeuini prodere videntur, vbi ait: *Quoniam vero, aut taedio, vel quod non omnes capiunt, quanti momenti haec ſint, iſta aliqui non perlegerunt, ideo tam inſignis operis vtilitatem plerique omiſerunt.* Mortuus eſt GEORGIVS BVLLOCVS Anglus, Theologiae D. & Profeſſor anno 1580.

Digitized by Google

PETRI BVNELLI, *Galli*, Praeceptoris, & Paulli Manucii Itali, diſcipuli, Epiſtolae, Ciceroniano ſtylo ſcriptae. Aliorum Gallorum pariter, & Italorum epiſtolae, eodem ſtylo ſcriptae. Edente H. Stephano. *Typ. ipſius* 1581. in 8.

PETRI BVNELLI Toloſani epiſtolae familiares, quibus nihil cultius, aut politius fingi poſſe adfirmat Scaeuola Sammarthanus in *Elogiis Gallorum* L. I. p. 57. iam an. 1551. *Lutet. ex officina Caroli Stephani* in lucem prodierant in 8. Vid. Ios. Simleri *Bibliothec. Gesner.* p. 555. Maittaire *Annal. Typogr.* T. III. p. 604. Sed alia etiam editio, *in adoleſcentulorum Ciceronis ſtudioſorum gratiam*, *typis excuſa* fuit *Coloniae apud haeredes Arnoldi Birckmanni* 1568. in 8. Nobis editio ann. 1681. eſt, in cuius epiſtola dedicatoria, ad Henricum III. Galliae regem, Henricus Stephanus cauſſam exponit, quae illum commouit, vt P. BVNELLI, nec non ſelectiores Chr. Longolii, Paulli Manutii, P. Bembi & I. Sadoleti, denuo in lucem ederet epiſtolas. Henricus Stephanus aliquando Regi Galliae Henrico III. narrauerat, Italum quemdam gloriatum fuiſſe, quod Italia fertiliſſima Ciceronianorum ſit mater, nullus vero eorum, in Gallia vnquam extiterit. Regi hoc miranti, & ſciſcitanti, num hoc verum eſſet? reſponſum fuit, id falſum eſſe. Quare rex iuſſit, comparationem inter Galliae & Italiae Ciceronianos inſtitui. Edidit igitur illam Henricus Stephanus collectionem, & BVNELLVM velut praecipuum quendam Ciceronianum produxit. *Mihi cum alios*, inquit, *tum* PETRVM BVNELLVM *ſuggeſſit quidem memoria; ſed vel vnum hunc eſſe, inſtar multorum poſſe, id vero addere in mentem non venit* &c. Quod vero in titulo Henr. Stephanus illum *Paulli Manutii praeceptorem*, non vero *Galliae praeceptorem*, vt Cl. Vogtius p. 158. ſcribit, vocauerit, ideo factum eſſe nouimus, quoniam

niam ipſe Paull. Manutius in epiſtola quadam, *ſe nonniſi ductu & auſpiciis, hominis Galli, ſummum Ciceronitatis, adtigiſſe gradum*, fatetur. Vid. de PETRO BVNELLO Caroli Stephani *epiſtola ad Adoleſcentes ſtudioſos*, & Paull. Manutii *ad Vidum Fabrum epiſtola* editionibus epiſtolarum PETR. BVNELLI praemiſſ. Baile in *Dictionaire* Tom. I. p. 698. Franciſcus Graucrol I. V. D. & Academic. Regius Nemauſenſis, in praefatione *epiſtolarum* BVNELLI, quas *Toloſae* 1687. in 12. edidit, refert, quod *Capitolini Toloſani, ne quid gloriae tam viri illuſtris deeſſet, marmoream eius ſtatuam in Capitolio Toloſano collocauerint, accurante D. Germano Laſaille Vrbis Syndico.*

BVQVOY quadrimeſtre iter progreſſusque. *Viennae 1621.* in 4.

Hanc libri rariſſimi, editionem ſecundam, ab ipſo autore recognitam, primae *Brunenſi* longe praeferendam eſſe, docet *Catalogus Biblioth. Rinckianae* p. 410.

FRANCISCI BVRGHARDI *beyder Rechten Doctors Churfürſtl. Cöllniſchen geheimen Raht und Canzlern*, drey Tractat, de Autonomia, das iſt, von Freyſtellung mehrerley Religion, vnd Glauben, was vnd wie mancherley die ſey, was derhalben biſz daher im Reich Teutſcher Nation fürgangen, vnnd ob dieſelb von der chriſtlichen Oberkeit möge bewilliget vnd geſtattet werden, mit Fleiſz zuſammen getragen. *Munchen 1586*, in 4.

Plures huius libri inuenimus editiones. Hanc primam eſſe cenſemus. In *Catalogo Bibliothecae Rinckianae* prima quidem omnium dicitur prodiiſſe 1556, ſed

ſed typothetarum errorem eſſe, non ſine cauſſa ſuſpicamur. Praeter editiones Monach. 1593. & 1602. a Cl. Vogtio p. 158. adductas, memorantur etiam a Chriſtiano Thomaſio in *Colloquio de Simultaneo* p. 59. editiones an. 1588. & 1604. Sed forte illa a nobis adducta, & Thomaſii an. 1588. vna eademque eſt. Editioni 1593. hic praefixus conſpicitur titulus: *De Autonomia, das iſt, von Freyſtellung mancherley Religion vnd Glauben, wie es bißher in Teutſcher Nation iſt gehalten worden, vnd ob dieſelbe von chriſtlicher Obrigkeit möge geſtattet werden. Erſtlich durch D.* FRANCISCVM *in drey Theil verfaſſet, ietzund aber in ein Buch zuſammen gedruckt München bey Adam Berg* in 4. Vltimae vero editioni anni 1603. & noua acceſſio, & nouus titulus acceſſit: *Aufwecker der Geiſtlichen, oder Vrſachen warumb die falſch genannten Evangeliſchen ihrer Ampter vnd Einkommen billich entſetzt werden. Weilant durch D.* FRANCISCVM BVRGHART *beſchrieben. Cölln* 1604. in 4. De autore libri, qui acerbitatis, & iniuriae, in Euangelicos pleniſſimus eſt, diu multumque inter eruditos diſceptatum fuit. Deckher *de Scriptis Adespotis* p. 209. Andr. Gailio, & Andr. Erſtenbergero Ictis. Vitriarius & alii Ieſuitis Colonienſibus, alii vero FRANCISCO BVRCHARDO Cancellario Colonienſi, qui Electionis ſolemnibus, Maximiliani II. Imperatoris interfuit, iſthunc librum tribuunt. Vid. Scriptores a Cl. Vogtio l. cit. adducti. Conf. quoque ea, quae de *Benbellonae de Godentiis* libro, ſupra diximus.

THOMAE BVRNETI de fide & officiis Chriſtianorum liber. *Londini 1715.* in 4. litteris maiuſcul. pp. 223.

Eiusd. de Statu mortuorum & reſurgentium libri. *ibid. eod.* in 4. litteris maiuſcul. pp. 327.

Pri-

Primae librorum THOMAE BVRNETI illae ſunt editiones, ſumtibus duorum amicorum, quibuscum Executor teſtamentarius THOM. BVRNETI Francis Wilkinſonus, hoſce libros, inter res BVRNETI inuentos, communicauerat, in lucem prolatae. Id vero teſtatur Mſr. des Maizeaux dans les Remarques ſur les *lettres de Mſr. Baile* Tom. II. p. 497. *Son executeur teſtamentaire a conſenti, que deux perſonnes curieuſes les fiſſent imprimer à leurs depens; & elles en ont fait tirer un petit nombre d'exemplaires, qu'elles ont diſtribuez à leurs amis, ſous condition qu'ils ne permettoient pas, qu'on les tranſcrivit, ni qu'on les rendit publies par l'impreſſion——Mais toutes les précautions, qu'on avoit priſes pour empecher que ces deux Ouvrages, ne fuſſent rendus publics, ont eté inutiles. On les a réimprimez furtivement in* 8, *ce qui a obligé l'executeur teſtamentaire de Mſr.* BVRNET *à les donner au public, avec quelques additions in* 8. Conf. *das Leben* THOM. BVRNETS, quae praemiſſa conſpicitur *des groſſen Engliſchen Schriffigelehrten* THOMAS BVRNETS *Buchs von dem Glauben und Pflichten der Chriſten* 1737. in 8. quam verſionem adornauit Michael Turpius Bibliopola Goettingenſis.

STATII BVSCHERI Crypto-Papiſmus nouae theologiae Helmſtadienſis. *Hamburg.* 1640. in 4.

STATIVS BVSCHERVS A. M. & ad S. Aegidii Paſtor Hanoueranus, illum librum *Francofurtum ad Moenum* miſerat, vt diſſimulato Autoris nomine, & titulo: *Abominatio deſolationis ſtans in loco ſancto, Greuel in der Iulius Vniverſitaet zu Helmſtedt, geſetzet an die Heilige Stet, der reinen euangeliſchen Lehr,* imprimeretur: cum vero typographum Francofurti non inueniret, *Hamburgum* delatus, *ex officina Tobiae Gundermanni* cum eo, quem adduximus 1639. in lucem prodiit, titulo. Vincentius Placcius in *theatro Pſeudony-*

donymorum p. 496. perſonati *Chriſtiani Petri* nomine 478. exemplaria impreſſa, STATII BVSCHERI vero nomine, quod inſcio autore typographus praefixerat, ſupra 900. exemplaria, in vulgus edita fuiſſe, teſtatur. Accuſat vero BVSCHERVS Theologos Helmſtadienſes, imprimis vero Conradum Horneium, & Georgium Calixtum, qui iam anno 1611. in heterodoxiae ſuſpicionem venerat, cum *diſſertationes de praecipuis Chriſtianae religionis capitibus* ederet, in quibus parum aequus in formulam concordiae eſſe nonnullis videbatur, nouitatum & diſcrepantiarum atque errorum, aduerſus Corpus doctrinae Iulium, cui ſe iureiurando adſtrinxerint, inprimis in doctrina de S. ſcriptura, de peccato Originis, de iuſtificatione, & bonis Operibus, de chriſtiana eccleſia, de poteſtate ſuprema Pontificis Romani, de coena Domini, & ſacrificio miſſae; Quibus addit alias, vt vocat *corruptelas*, in Academia Iulia conſpicuas. Huic BVSCHERI libro iuſſu & auctoritate principum Luneburgenſium, oppoſuerunt Georg. Calixtus, & Conrad. Horneius *Gründliche Widerlegung, eines unwarhafften Gedichts, unterm Titul Crypto-Papiſmus, Lüneb.* 1641. in 4. Theologos vero Helmſtadienſes, in hoc apologetico ſcripto, ita ſe defendiſſe ait, Andreas Carolus in *Memorabilibus Eccleſiaſticis, ſeculi a nato Chriſto XVII.* L. V. p. 955. *vt in multis haereant, in quibusdam nihil plane reſpondeant, in plerisque magis, magisque ſe implicent.* Rem omnem pluribus enarrant, totam controuerſiam a prima eius origine, repetunt, & ſcripta huc ſpectantia recenſent Io. Fabricius in *Bibliothecae Fabricianae Hiſtoria* Tom. IIII. p. 49. ſqq. p. 299. ſqq. p. 330. ſqq. Io. Franciſc. Buddeus in *Iſagoge hiſtorico-theologica* P. II. p. 1416. ſqq. Io. Georg. Walch *in der Hiſtoriſchen und theologiſchen Einleitung in die Religions-Streitigkeiten der Evangeliſch-Lutheriſchen Kirche* P. I. Cap. IIII. §. VI. ſqq. p. 219. ſqq. Conf. *Nou-Antiqua* anni 1716. p. 991. vbi BVSCHERI

liber

liber 1638. prodiiſſe dicitur. Thom. Crenius in *Animaduerſion. Philologic. & hiſtoricis* P. XIII. p. 19. ſqq.

IONAE LE BVY Commentarii in Apocalypſin.

Vid. Gerdeſii *florilegium* p. 45. Libri titulus hic eſt: *Paraphraſe & expoſition, ſur l' Apocalypſe de St. Iean tirée de l' Ecriture Sainte & de l' Hiſtoire par* IONAS LE BVY *de la Perie, Geneu.* 1600. in 4. *ibid.* 1651. in 4. Petrus de Launay, qui hoc fictum ſibi nomen impoſuit, Gallus Bleſenſis, ſacris Caluinianis addictus, Regi a Secretis, & Senior Carentonienſis fuit. Diem obiit ſupremum an. 1665. Vid. infra PETR. de LAVNAY.

C.

ANDREAE CAESALPINI quaeſtionum peripateticarum libri V. *Geneu.* 1588. in fol.

Haec editio ſeorſum excuſa, & a Cl. Vogtio adducta p. 161. a nobis reperiri non potuit. Sine dubio illa eſt, quae in collectione quadam, *Geneuae apud Euſtath. Vignon* 1588. in fol. edita, vna cum Philippi Mocenici *Contemplationibus*, & Bernardini Teleſii *Libr. VIIII. de rerum natura*, p. 362.—551. inuenitur. Alia vero editio Cl. Vogtio incognita haec eſt: ANDR. CAESALPINI *Quaeſtionum Peripateticarum libri V. Daemonum inueſtigatio peripatetica. Quaeſtionum medicarum Libr. II. de Medicamentorum facultatibus Libr. II. Venetiis* 1604. in 4.

La guerre des Suiſſes, traduite du I. livre de Commentaires, de IVLES CESAR, par Louis XIIII, de Dieu donné Roy de France & de Navarre.

re. *Paris de l' imprimerie Royale 1651.* in fol. cum fig.

Mſr. Voltaire dans ſes *Anecdotes ſur Louis XIIII.* de hac verſione ita ſcribit: *On a imprimé ſous ſon nom* (de Louis XIIII.) *une traduction des Commentaires de* CESAR. *Ce ſont ſes themes, mais on les faiſoit avec lui; il y avoit peu de part, & on lui diſoit qu'il les avoit faits. J'ai ouï dire au Cardinal de Fleury, que Louis quatorze lui avoit un jour demandé, ce que c' etoit que le Prince* quemadmodum, *mot ſur lequel un Muſicien dans un Motet avoit, prodigué, ſelon leur coutume, beaucoup de travail, le Roi lui avoua, à cette occaſion, qu'il n' avoit presque jamais rien ſçu de cette langue* &c. Vid. *Oeuvres de Mſr. Voltaire* Tom. II. edit. Dresdenſis nouiſſ p. 359.

Commentarii di GAIO GIVLIO CESARE, tradotti di latino in volgar lingua per Agoſtino Ortica della Porte Genoueſe nuovamente in piu luoghi, al vero ſenſo dell' auttore ridotti, & con diligentia ricorretti. *In Venetia 1547. nelle caſe de' figlivoli di Aldo,* in 8. folior. 256. cum fig.

Omnes quidem verſionis huius, quae *nella Collana Latina* occupat locum raro inueniuntur editiones. Prima omnium prodiit *in Milano* 1518. in 4. Vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca Latina* T. II. L. I. c. 10. p. 198. Nicol. Franc. Haym *notizia dé libri rari* p. 22. Scipioni Maffei illa incognita fuit, primam enim quam in libro ſuo *de' Traduttori Italiani* p. 41. adducit *Venetam* 1528. in 8. eſſe conſpicimus Haec noſtra vero, neque a Fabricio, neque a Haymio, neque a Scipione Maffei memoratur, niſi editio *Venet.* 1541. in 8. apud Fabricium eadem eſt, quam adduximus.

Digitized by Google

C. IVLII CAESARIS Commentarii poſt omnes omnium editiones, accurata ſedulitate, & ſumma denuo vigilantia ex multorum tam veterum quam neotericorum exemplarium collatione emendati, & ſtudioſisſime recogniti a Ioanne Roſſeto Aurimontano. Hiſce cum locorum, vrbium & populorum nominibus, & expoſitionibus, ac item rerum verborum copioſisſimo indice, acceſsit variarum lectionum libellus perquam vtilis, eodem Roſſeto collectore. *Lauſannae excud. Ioannes Probus Illuſtrisſimorum dominor. Bernenſium in ciuitate Lauſannenſi Typographus* 1571 in fol.

Inter rariores *Commentariorum* IVLII CAESARIS editiones, haec non poſtremum occupat locum. In epiſtola ad Conſulem & Senatores vrbis Lauſannenſis, Ioannes Roſſetus Aurimontanus, ſe hanc IVLII CAESARIS editionem, ad fidem veterum Codicum, tum olim Romae, tum etiam alibi, decimo quinto, vel decimo ſexto ſeculo impreſſorum, recognouiſſe, & exemplarium praeſtantiſſimorum fidem ſequutum eſſe, teſtatur. Si vero Franciſci Oudendorpii praefationem, editioni IVLII CAESARIS *Commentar.* quam cum Variorum notis in vulgus emiſit, *Lugd. Bat.* 1737. in 4. praemiſſam, euoluimus, Ioannem Roſſetum in eorum conſpicuimus numero, *qui vel deprauatis aut vulgaribus Codicibus addicti, vel nimis ingenio indulgentes, aut meras aliorum coniecturas recipientes hallucinati ſunt, & alter alteri aduerſantes, lectorem verae ſcripturae incertiſſimum reddiderunt.* Reperiuntur praeter IVLII CAESARIS *Commentarios* in hac editione *Paulli Manutii ad Paullum Rhamuſium de hiſtoriae laudibus epiſtola*: *Index in Caeſaris commentarios, ordine alphabetico digeſtus*: *Picturae pontis in Rheno, Auarici, Alexiae, Vxel-*

leduni & Maſſiliae, per Iucundum Veronenſem, ex deſcriptione CAESARIS; *Veterum Galliae locorum, populorum, vrbium, montium, ac fluuiorum breuis deſcriptio, per Raymundum Marlianum, nonnullis in locis emendata; Pictura totius Galliae & Hiſpaniae; Libellus variarum lectionum*, ex vnico Codice, manuſcripto, Carrarienſi & ſeptem editionibus typis exſcriptis; *Nomina locorum, vrbium, populorum Galliae, quae in* CAESARIS *commentariis habentur, vt olim latine nunc gallice dicuntur, ordine alphabetico.*

C. IVLII CAESARIS quae extant, ex nupera viri docti accuratisſima recognitione. Accedit nunc Vetus Interpres librorum VII. de bello Gallico ex bibliotheca P. Petauii. Praeterea Notae, adnotationes, Commentarii, partim veteres, partim noui, in quibus notae tum politicae, tum criticae Io. Brantii Antuerpiani. Adhaec indices rerum, & locorum vtiles. Editio adornata opera & ſtudio Gothofredi Iungermanni Lipſienſis. *Francof. ap. Claudium Marnium, & haeredes Ioannis Aubrii 1606.* in 4.

Repetita fuit haec editio *Francofurti* 1669. in 4. ſed priorem a nobis adductam, hac poſteriore, multo praeſtantiorem, & rariorem eſſe teſtantur *die Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. I. p. 159.

CONSTANTINI CAIETANI de religioſa S. Ignatii, ſiue S. Enneconis fundatoris Societatis Ieſu, per Benedictinos inſtitutione, deque libello exercitiorum eiusdem, ab excitatorio Garciae Cisnerii, Abbatis Montisferratenſis, magna ex parte deſumto, libri duo. *Venet. 1641.* in 8.

In-

Digitized by Google

Inuenerat CONSTANTINVS CAIETANVS, Monaſterii S. Barontis Abbas & Prior S. Nicolai de Latino, in Sicilia in antiquo martyrologio, quod S. Ignatius, in Monaſterio S. Mariae Montisferratenſis, ordinis S. Benedicti, *habitum ordinis* acceperit, *vota vt vocantur particularia*, in eccleſia S. Mariae de Monte Martyrum (Montmartre) haud procul ab vrbe Pariſienſi; *Solemnia* vero *vota* in eccleſia S. Mariae de S. Paullo intra manus monachorum Benedictinorum depoſuerit: inde vero in Abbatiam Montis Caſſinenſis ſe contulerit, ac *nouae ſuae Societatis exercitio* apud monachos Benedictinos fecerit, & *regulas* denique *ſuae Societatis*, adiuuantibus Patribus Montis Caſſinenſis conſcripſerit, monachusque Benedictinus fuerit mortuus. Calamum contra illum ſtrinxit Ioannes de Rho, e Societate Ieſu, in *Achate ad* CONSTANTINVM CAETANVM. Vid. Mongitoris *Biblioth. Sicula* T. I. p. 143. Leonis Allatii *apes Vrbanae* p. 73.

DANIELIS CAIETANI Apologia & commentarius in Senecae tragoedias. *Venetiis* 1483.

Michael. Maittaire teſte in *Annal. Typogr.* T. I. p. 450. liber rariſſimus eſt, in *Catalogo Officin. Commelin. Auction.* 1646. B. 3. n. 191. Addit Maittaire: *Gronouio V. C. in edit. Amſterd.* 1682. *in Nomenclatore non antiquior* CAIETANI *editio quam anni* 1492. *memorata.* In *Nomenclatore* vero Gronouii, quem Ioann. Caſpar Schroeterus ſuae editioni *Tragoediarum Senecae* praemiſit, annum legimus 1493. & in eam inducimur ſententiam, forte per errorem, loco anni 1483. ſcriptum fuiſſe 1493. Vid. de DANIEL. CAIETANO Cremonenſe humaniorum litterarum Doctore, Mediolani 1528. mortuo, Ariſii *Cremona litterata*, Ioſ. Simleri *Biblioth. Geſner.* p. 155. qui illum minus recte *Daniel. Galetanum*, librum vero illius *Veneriis* 1598. excuſum fuiſſe ſcribit.

IOHANNIS CAII Scripta.

Cum IO. CAII, ſeu vt anglice vocatur *Iohn Kaye* ſcripta Michael. Maittaire in *Annal. Typ gr.* T. III. p. 419 & Cl. Vogtio p. 161. teſtibus, hodie rariora ſunt, catalogum eorum hic adiiciemus. Natus fuit IO. CAIVS Noruici an. 1510. & ob inſignem in arte medica peritiam Eduardi VI. Mariae, & Eliſabethae reginae medicus inclaruit. Obiit anno 1573. Pitſeus illum valde irreligioſum fuiſſe ſcribit. Conf. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 351.

IO. CAIVS de medendi methodo e Claudii Galeni, & Io Bapt. Montani Veronenſis principum medicorum ſententia. L. II. *Baſil.* 1544. in 8.

CAIVS hunc librum compoſuit, cum in Italia commoraretur anno 1542. Sequitur in illo Galenum, & Io. Bapt. Montanum Veronenſem, cuius ductu in Academia Patauina ſtudia tractauerat. Recuſus poſtea liber fuit *Louanii* 1556. Vid. *Catalog. Biblioth. Bodleian.* P. I. p. 125. *Baſileae* 1558. in 8.

Claudii Galeni Pergameni libri aliquot graeci, partim hactenus non viſi, partim a mendis, quibus ſcatebant, innumeris, ad vetuſtiſſimos codices repurgati, & integritati ſuae reſtituti, annotationibusque illuſtrati. *Baſil.* 1544. in 4.

Illum librum CAIVS, ex Italia redux factus, edidit. Plurima in illo indicia philautiae occurrunt; Inter alia, ſingularem quamdam laudem inde captat, quod obſeruationes ſuae, in editione librorum Galeni *Lugd.* 1551. recuſae fuerunt.

Galeni Liber de ſanitate tuenda. *Baſil.* 1549. in 12.

Liber

Liber Galeni, qui graece inſcribitur ὑγιεινῶν λόγοι, in hac editione ſine omni commentario conſpicitur. Miſerat quidem CAIVS an. 1563. Commentarium *Baſileam*, ſed ille, quod nos quidem ſciamus, nunquam lucem vidit.

IO. CAII de Ephemera Britannica liber. *Londin* 1551. in 12.

Sweating Sickneſs, Sudor Anglicus, morbus, quo anno 1551. ingens hominum multitudo in Anglia correpta periit, in hoc opuſculo deſcribitur. Conf. Iean Freind *hiſtoire de la Medecine* P. III. p. 186. edit. *Leidenſis* 1727. in 12. Nominat vero CAIVS morbum *Ephemeram*, quoniam vnius diei tantummodo morbus fuit. Cum haec editio feſtinanter facta, minus perfecta videretur, vno auctam libro, *Ephemeram* poſtea edidit, in collectione ſequenti.

IOANNIS CAII Opera aliquot & verſiones, videlicet de medendi methodo L. II. de Ephemera Britannica L. II. Galenus de libris ſuis & librorum ordine L. II. de ratione victus Hippocratis, in morbis acutis. De placitis Hippocratis & Platonis. *Louanii* 1556. in 8.

Liber *de Ephemera Britannica* tertia vice prodiit *Londini* 1721. in 8.

Galeni libri de oſſibus ad tyrones, de Pryſana &c. *Baſil* 1557. in 8.

IOANNIS CAII de Canibus Britannicis liber vnus, de rariorum animalium & ſtirpium hiſtoria Liber vnus. De libris propriis liber vnus. *Londin.* 1570. *per Guil. Sereſium* in 12.

Digitized by Google

Rariſſimis quidem Cl. Vogtius l. cit. librum *de canibus Britannicis* adnumerandum eſſe ſcribit, ſed recuſus ille inuenitur in Chriſtiani Franciſci Paullini *Cynographia curioſa Norimb.* 1685. in 4. nec non in Gerard Kempheri *poetis latinis, rei venaticae Scriptoribus & bucolicis antiquis Lugd. Bat.* 1728. in 4. p. 571. ſqq it. a Samuel. Iebb cum libro ſequenti *London.* 1728. in 8.

IO. CAIVS de pronunciatione Graecae ac latinae linguae, cum ſcriptione noua. *Lond.* 1574. in 4. & ex editione Samuel. Iebb. *ibid.* 1728. in 8.

IO. CAIVS de antiquitate Cantabrigienſis academiae. *Londin.* 1568. in 8. *ibid.* 1574. in 4. auctior editio.

Omne opus duobus conſtat libris. In editione anni 1568. CAII nomen libro tantum ſecundo praefixum conſpicitur, in totius operis vero titulo *Londinenſem* ſe nominat *autorem.* Cauſſam vero, quam ob rem hunc librum ederet, hanc fuiſſe memorant. Cum anno nimirum 1564. Eliſabetha Angliae regina Cantabrigiae eſſet, Academiae Orator, Cantabrigienſem Academiam, multo antiquiorem eſſe Oxonienſi pronunciauerat. Id aegre tulerant Oxonienſes, & Thomas Kaye Praeſes Collegii cuiusdam, in illa Academia, Oratori Cantabrigienſi oppoſuit *Adſertionem Antiquitatis Oxonienſis Academiae,* ſine nomine editoris. Brianus Twyne in *Antiquitatis Academiae Oxonienſis Apologia, Oxon.* 1608. in 4. edita p. 2. Caium iſtum ſ. Kaye, *Ioannem* adpellat & publicum Academiae Oxonienſis Oratorem fuiſſe ſcribit, illum vero *Thomam* fuiſſe adpellatum, libri ab ipſo conſcripti titulus docet, quem cum aliis libellis in lucem emiſit Th. Hearne *Oxon.* 1730. II. T. in 8. Illam itaque Thomae Kaye Adſertionem IO. CAIVS in libro, quem adduximus, *de Antiqui-*

Digitized by Google

tiquitate Cantabrigienſis Academiae, confutare adgreſſus eſt, & nouis argumentis ſuam ſententiam ſtabilire & confirmare ſtuduit. Animo quidem conſtituerat Thom. Kaye illum refellere, & hanc ob cauſſam conſcripſit *Animaduerſiones aliquot, in Londinenſis Autoris de Antiquitate Cantabrigienſis Academiae libros II.* morte vero abreptus an. 1572. illas edere non potuit. Illas tandem protraxit & *Oxon.* 1730. vti iam diximus, II. Tom in 8. edidit Thomas Hearne, cum titulo: *Thomae Caii Collegii Vniuerſitatis, regnante Elizabetha magiſtri, vindiciae Antiquitatis Academiae Oxonienſis, contra* IOANNEM CAIVM *Cantabrigienſem. In lucem ex Autographo emiſit Th. Hearnius. Porro non tantum Antonii a Wood vitam a ſe ipſo conſcriptam, & Humphredi Humphreys, Epiſcopi nuper Herefordienſis de viris claris Cambro-Britannicis obſeruationes; ſed & reliquias quasdam ad familiam religioſiſſimam Ferrariorum de Gidding parua in agro Huntingdonienſi pertinentes ſubnexuit.* Vid. de hac controuerſia Niceron *Memoires* Tom. XX. p. 6. Iſaac Wake in *Rege Platonico, ſiue de potentiſſimi Principis, Iacobi, Britanniarum regis ad illuſtriſſ. Academiam Oxonienſem aduentu d.* 27. *Aug. an.* 1605. *narratione* p. 107. edit. tertiae *Oxonienſ.* 1615. in 12. ſcribit, IO. CAIVM malitioſe egiſſe in hac controuerſia, propter ea quod fuerit pontificiae religioni addictus. Conf. Chriſtophor. Auguſt. Heumanni *Bibliotheca Hiſtorica Academica*, Hermann. Conringii *Antiquitat. Academicis* adiecta, p. 39.

Hiſtoria Cantabrigienſis Academiae ab Vrbe Condita, duobus Libris. *Londini* 1574. in 4.

Illum librum a ſuperiore diuerſum Ioſias Simlerus l. cit. Thom. Hyde in *Catalogo Bibliothecae Bodleianae* l. cit. Niceron *Memoires* Tom. XI. p. 16. num idem, alio forte titulo, inſignitus ſit, ii viderint, qui-

Digitized by Google

bus inſpiciendi, conferendique vtrumque poteſtas facta fuerit.

FRANCISCI CALCEOLARI *iunioris* Muſeum, a Benedicto Ceruto inceptum, & ab Andrea Chiocco luculenter deſcriptum & perfectum, in quo multa & naturalem & moralem philoſophiam ſpectantia, & ad rem medicam pertinentia explicantur. *Veronae 1622.* cum figuris aere inciſis, in fol.

Liber admodum rarus, neque a Ghilino in *Teatro d'Vomini letterati*, neque a Lindenio, qui de Andr. Chiocci ſcriptis expoſuit, memoratus.

EDVARDI CALDERAE *Icti Luſitani*, de erroribus pragmaticorum libr IIII. & totidem variarum lectionum iuris. *Matriti e typogr. Coſmae Delgadi 1610.* in fol.

De libri raritate vid. Cl. Vogtius p. 162. Hanc editionem inuenimus in *Catalogo Bibliothecae Tellerianae* p. 217. In *Catalog. Biblioth. Bodleian.* P. I. p. 126. editio memoratur Matrit. 1612. in fol.

ELISII CALENTII *poetae clariſſimi* Opuſcula. *Romae per Ioan. de Beſicken anno a nat. Domini 1503.* in fol. folior. 110.

ELISIVS CALENTIVS Amphracta, quod oppidum Apuliae eſt, oriundus, Pontano, Altilio, Angelo Colotio, & Sannazario amiciſſimus fuit. Paullus Iouius in *elogiis doctor. viror.* p. m. 106. inter alia, de eo ſcribit: *Extant eius elegiae teneris affectibus peramoenae, & Ranarum cum muribus proelia, Homerico ſpiritu latiue decantata* —— *Porro* CALENTIVS *ipſe, quum amore perditus, oblitusque rei elegiis inanibus*

Digitized by

bus diu haeſiſſet, fortunam, ſibi ad parandas opes defuiſſe ſero ſenſit, vti hoc ſuo carmine teſtatur.

Talia poſt cineres de me toto orbe legantur
Scripta, quae ſint tumulo carmina digna meo.
Ingenium natura dedit, fortuna poetae
Defuit, atque inopem viuere fecit amor.

In hac operum collectione rariſſima inueniuntur *Elegiarum Aurimpiae ad Colotium Libri IIII. Epigrammaton libellus, Epiſtolarum ad Hiaracum L. III. Hectoris horrenda apparitio liber vnus, De bello ranarum & murium L. III. Satyra contra poetas, Satyra ad Longum, quod non ſit locus amicitiae, Carmen nuptiale, & noua fabula.* Carmina quidem eius, teſte Morhofio in *Polyhiſtor. litterar.* L. VII. Cap. III. §. 8. p. m. 1065. ſatis venuſta ſunt, & arguta, multis tamen inficetiis, & obſcoenitatibus, pro illius ſeculi genio, referta. Eius poema *de bello ranarum & murium* ſeorſum etiam prodiit *Argentorat.* 1511. in 4. *Antwerp.* 1547. in 8. vna cum *formulis colloquiorum familiarium.* Epiſtolae nonnullae reperiuntur in *farraginibus II. Epiſtolarum Laconicarum, quarum vna, quae e Graecis verſae ſunt, altera latinae tantum continentur,* quae Gilberto Cognato collectore 1554. in 16. ex *officina Oporiniana* prodierunt. Vid. Ios. Simleri *Bibliothec. Geſner.* p. 180. *die Merkwürdigkeiten der Koenigl. Bibliothek zu Dresden* T. III. p. 18. ſqq. & p. 26. Conf. quoque I. A. Fabricii *Bibliotheca Graeca,* qui L. II. c. II. p. 264. ELYSII CALENTINI *libros tres de bello ranarum & murium* cum incerti Autoris *Galeomyomachia*, Homeri *Batrachomyomachia*, Cebetis *tabula*, aliisque *Baſil.* 1541. in 8. euulgatos fuiſſe ſcribit.

Poſthumum CALVINI Stigma, in tria lilia, ſiue tres libros diſpertitum, a Rhetoribus Collegii Societatis Ieſu. *Bruxell. 1611.* Nieusgierige

coopt myn, want hier is in een werck Caluini Beul, Calvyn zyn Luyſen, zyn Brantmerck. *Bruxellae ex officina Rutgeri Velpii & Huberti Antonii Typog. iur. Anno 1611. Cum Conſenſu ſuperiorum*, in 8. pp. 301.

Eximiae raritatis liber, qui neque a P. Baile in *Dictionaire*, & illius *hiſtoire du Calviniſme & celle du Papiſme, miſes en parallele, ou apologie pour les Reformateurs, pour la reformation, & pour les Reformés* 1683. neque a Conrado Henrico Barchuſen in *vita Caluini*, memoratus fuit. Sed nihil vnquam illo libro deteſtabilius, inficetius, & iniurioſius, in virum doctum, & ſuis meritis conſpicuum, prodiit. Complectitur varia epigrammata, & alia hominum maleferiatorum carmina, e vapido profecta ingenio, quibus CALVINI, *Buceri*, *Bezae*, *Oſiandri* & aliorum fama commaculatur. Specimina eiusmodi ſpurciſſimarum elegantiarum inueniuntur in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* Tom. I. p. 360. ſqq. vbi etiam liber paullo copioſius recenſetur.

B. AMBROSII *Abbatis* CAMALDVLENSIS, Hodoeporicon, a Nicolao Bartholino Bargenſi publicae luci adſertum e bibliotheca Medicaea. *Florent. ac Luccae*, ſine anni mentione in 4. pp. 72.

Hoc AMBROSII CAMALDVLENSIS *Hodoeporicon* rariſſimum eſt, id quod inter alios teſtatur Mſr. de Vigneul-Marville dans *les Melanges d'hiſtoire & de litterature* T. II. p. 136. edit. *Paris* 1725. Impreſſum eſſe videtur circa annum 1680. 1681. 1682. In *Catalogo Bibliothecae Tellerianae* p. 252. annus impreſſionis legitur 1678. id quod ſine dubio inde factum eſt, quoniam adprobatio, & priuilegium, libro praemiſſum, eundem annum, ſubſcriptum habent.

Anto-

Antonius Magliabechius,' illudſ opuſculum, ſed valde imperfectum, cum editore communicauerat. Iter nimirum ingreſſus eſt AMBROSIVS, cum Sylueſtro itineris ſocio, Eugenii IIII. pontificis iuſſu, d. II. Octobr. an. 1431. & opuſculum cum menſe Iulio 1434. finitur. Deſcribit in illo, ſtatum monaſteriorum Ordinis ſui in Italia; Inuenit, vt p. 4. ſcribit, monaſterium virginum, in quo deprehendit ἑταιρίδια commorari, non ſanctimoniales. In alio, omnes ferme πόρνας εἶναι inuenit. Vid. p. 26. & ex Abbatiſſae confeſſione ſimplici, τέκνον ποιῆσαι intellexit. Alia adhuc editio, rari huius libelli extare videtur ex titulo, quem Wharton in Adpend. ad Guil. Cauei Hiſtor. Scriptor. Eccleſiaſticor. adducit, a noſtra editione diuerſa. *Hodoeporicon ſeu deſcriptio itineris Eugenii papae Autoritate anno 1431. a ſe, per Italiam ſuſcepti, vt corruptos monachorum, virginum clauſtralium mores emendaret.* Mſr. de Vigneul-Marville l. a nobis cit. de opuſculo hoc tulit iudicium: *Ce livre eſt curieux & aſſez rare. On y trouve des ſingularitez remarquables; mais ce qu' il y a de bon, eſt comme etouffé par un grand nombre de badineries, indignes de la plume d'* AMBROISE CAMALDVLE. Plura vid. de Vita AMBROSII CAMALDVLENSIS in Auguſtini de Florentia *Hiſtoria Camaldulenſi Florent.* 1575. in 4. cui Vita AMBROSII CAMALDVLENSIS adiecta eſt. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 735. & inprimis not. D. Niceron *Memoires* T. XVIIII. p. 1. ſqq. Jean le Clerc *Bibliotheque Choiſie* Tom. XX. p. 183. I. A. Fabricius in *Bibliotb. med. & infim. Latinit.* T. I. p. 218. ſqq. *Act. Eruditor. Lipſienſia* ann. 1682. p. 159. Conf. Poſſeuini *Apparat. S.* T. I. p. 71. qui AMBROSIVM mortuum eſſe anno 1490 apud Camaldulenſem Eremum, triginta millibus paſſibus Florentia diſtantem, ſcribit.

Cl. V. IOACHIMI CAMERARII *Papebergenſis*, hiſtorica narratio de Fratrum orthodoxo-

rum

rum eccleſiis, in Bohemia, Morauia & Polonia; nunc primum edita. Acceſſerunt ad eam & alia quaedam cognitione dignisſima. Ex bibliotheca Ludouici Camerarii I. C. *Heidelberg. typis Voegelianis 1605.* pp. 572. in 8.

Hunc librum rariorem recenſum eſſe *Francofurti* 1625. in 8 legimus apud Niceron Tom XVIIII p. 120. Inueniuntur in illo praeter CAMERARII narrationem 1) Esromi Rüdigerii Papeb. Profeſſoris olim Wittebergenſis *de fratrum orthodoxorum in Bohemia & Morauia eccleſiolis* narratiuncula, ſcripta Euanzizii in Morauis Anno Ieſu Chriſti 15 9. De Esromo Rudigero infra dicendi locus nobis erit, *quae vide.* 2) *Vita & mors Iohannis Huſſi Bohemi*, deſcripta fideliter & excerpta, ex actionibus & monumentis martyrum. 3) *De vltimo ſupplicio Hieronymi pragenſis*, vera narratio, ex iisdem monumentis martyrum. 4) Narratio Poggii Florentini *de Hieronymi pragenſis obitu & ſupplicio* ad Leonardum Aretinum, vna cum Leonardi Aretini *reſponſione.* 5) Oratio *de Huſſiticis motibus*, recitata Calendis Maii ab inclyto & generoſo Domino Michaele Slauata, Barone a Chlum & Coſſumberg &c. Academiae Witebergenſis Rectore An. Chr. 1572. 6) *De Origine eccleſiarum Bohemiae &c. & Confeſſionibus ab iis editis.* 7) *Methodus quam obſeruant fratres, vulgo Waldenſes dicti, in eligendis, ordinandis, & confirmandis ſuis miniſtris.* 8) *Epiſtola fratrum ad Ill. Principem Electorem Fridericum III de cantionibus in ipſorum eccleſiis vſitatis.* 9) *De Cantionibus ſacris, inter fratres conſuetis, deque tota Chriſtianorum muſica*, diſſertatiuncula Eſromi Rudigeri Papeberg. Exulis, ex ipſius prooemio in L. II. paraphraſeos Pſalmorum ad illuſtr. Dom. Ianum Zerotinum D. Nameſti &c. in Morauis, Adiicitur IOACH. CAMERARII *Epiſtola, ad Ornatiſſ. Iuuenem Iſaiam Caepollam* Lipſ. 1569. 10) *De*

exci-

Digitized by Google

excidio reliquiarum Valdenſium & Albigenſium Merindolii, & in vicinis locis Prouinciae ſub rege Galliarum Franciſco I lugubris narratio, e monumentis martyrum. 11) Petri Weſenbecii Oratio *de Waldenſibus & Albigenſibus chriſtianis*, anno 1586. Ienae publice habita. 12) *De iisdem Albigenſibus inſignis locus*, ex Caroli Molinei I. C. & libellorum ſupplicum Magiſtri tractatu de Monarchia Francorum Lugduni edito an. 1564. 13) *Index.* 14) *Conſenſus in fide & religione Chriſtiana, inter eccleſias Euangelicas, maioris & minoris Poloniae, magnique Ducatus Lithuaniae, & ceterarum eius regni prouinciarum; primo Sendomiriae an 1570. in ſynodo generali ſancitus: & deinceps in aliis, ac demum Wlodislauienſi Generali ſynodo anno 1584. confirmatus, & Sereniſſ. Poloniae regibus, Auguſto, Heinrico ac Stephano oblatus:* ex decreto autem ſynodico in publicum typis editus anno Chr. 1585. Acceſſerunt in hac editione *Acta & Concluſiones ſynodi Generalis Torunienſis Haidelberg. typis Voegelianis.* 1605. Adcuratam totius collectionis recenſionem cum eruditis nuper communicauit V. S. R. Sigism. Iacob. Baumgarten in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* T. II. p. 186. ſqq.

IOACHIM. CAMERARII Commentarius explicationis primi libri Iliados Homeri. *Argentorat. 1538.* in 4. *Eiusd.* Commentar. explicationis ſecundi libri Iliados. *ibid. 1540.* in 4.

Non 1640. vt forte typothetarum vitio, in Cl. Vogtii *Catalogo libr. rar.* p. 165. legitur, ſed 1540. altera libri pars prodiit. Nos recentiorem poſſidemus editionem, cuius titulus eſt: *Commentarii in librum I. Iliados Homeri, auctore* IOACHIM. CAMERARIO *Papeb. Eiusdem libri I. Iliados conuerſio in latinos verſus eodem auctore. Acceſſerunt inſuper graeca verba, cum interpretatione latina e regione poſita. Omnia nunc denuo fidelius & accuratius quam ante poſita. Cum Indice*

accu-

accurato. Francof. ap. Io. Wechel. 1584. in 8. pp. 123. ſine praefat. & indic. *Commentarius in librum II. Iliados Homericae, ibid. eod.* pp. 178. except. epiſtola dedicator. & indice.

IOACHIMI CAMERARII Notatio figurarum ſermonis, in libris quatuor euangeliorum, & indicata verborum ſignificatio, & orationis ſententia, ad illorum ſcriptorum intelligentiam certiorem. Cum locuplete indice rerum & verborum inſignium ad obſeruandum. *Lipſiae procurante Erneſto Voegel.* anno 1572. in 4. pp. 303. praeter indicem, praefat. & adiect. nonnull. ſententias Patrum.

Eiusdem Notatio figurarum Orationis & mutatae ſimplicis elocutionis, in Apoſtolicis ſcriptis, ad perſpiciendam de intellecto ſermone, ſententiam autorum. Acceſſere & in librum Πράξεων & Ἀποκαλύψεως, ſimiles notationes, nunc primum elaboratae. *Lipſ.* 1572. in 4. pp. 369. except. praefat.

Inſignem libri raritatem Daniel Gerdeſius in *Florileg. libr. rarior.* edit. nouiſſ. p. 47. commemorat, qui verba Colomeſii dans *la Bibliotheque Choiſie* p. 213. inter Opera Colomeſii p. 497. *Ces notes eſtoient devenues, extremement rares*, adducit. Nos poſſidemus hanc libri editionem, ſed praeter illam, tres aliae nobis innotuerunt. Scilicet primae editionis Pars I. prod. *Lipſiae* 1552. in 8. P. II. 1556. in 8. Deſiderantur vero in illa editione index rerum, & Notationes in Acta Apoſtolorum & Apocalypſin. Recuſus poſtea liber fuit vna cum Theodori Bezae commentario in N. T. hoc titulo: *Commentarius in Nouum foedus elaboratus ſtudio* IOACHIMI CAMERA-RII,

RII, *nunc demo plurimum illuſtratus & locupletatus. Cantabrig.* 1642. in fol. it. titulo: *Exegeſeos N. T. Francof.* 1712. in 4.

IOACHIMI CAMERARII Synodica, id eſt de Nicaena Synodo. *Lipſ.* 1543. in 8. pl. 5.

De raritate libelli iſtius vid. *Non-Antiqua* ann. 1712. p. 241. vbi & illius inuenitur recenſio. Adiectus etiam eſt *Chronologiae ſecundum Graecorum rationem, temporibus expoſitis, Autore Nicephoro Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, conuerſae in latinam linguam & illuſtratae a* IOACH. CAMERARIO. *Baſil.* 1561. in fol. *Paris.* 1573. in 8. *Lipſ.* 1574. & 1583. in 4. Vid. Niceron Tom. XVIIII. p. 106.

IOACHIMI CAMERARII Erratum, in quo circiter quadraginta loca Auctorum cum veterum tum recentiorum notantur. Aeolia carmen elegiacum de ventis, ad Mauricium Huttenum cum tribus figuris, de ordine, nominibus & ſitu ventorum. Phoenomena, id eſt, ſiderum & ſtellarum deſcriptiones, verſibus elegis ad Danielem Stibarum, Prognoſtica tempeſtatum, ad eundem elegia, qua ſupra trecenta & triginta iudicia tempeſtatum memorantur. *Norimberg.* 1535. in 8.

Miramur hic παρόραμα Io. Alb. Fabricii, & Niceroni, quorum ille in *Bibliotheca Graeca* L. VI. c. X. p. 508. hic vero Tom. XVIIII. *Memoir.* p. 87. Opuſculo in hac collectione, titulum tribuit: *Aeolia, Carmen Elegiacum de Euentis*, cum vox *Aeolia*, quam ventorum patriam fingebant poetae, illos docere potuiſſet, de *Ventis* agere CAMERARIVM, non de *Euentis.* Et talis eſt opuſculi titulus in exemplari, quod ob oculos habuimus, nec non apud Ioſiam Simlerum in *Biblioth. Gesner.* p. 330. Recuſa vero iſta co-

collectio fuit, *cum acceſſione epigrammatum aliquot, de ratione victus, per quatuor anni partes, ſingulos menſes, & poſt inciſam venam. De operibus quae fieri ſolent per XII. menſes, Diſtichorum variorum & facetiſſimorum quae e graeco conuertit, Baſil. apud Robert. Winter* 1536. in 8. Opuſculum, quod in hac collectione rariſſima, primum occupat locum, *Erratum* ſcilicet, poſtea Henricus Auguſtinus Groſchufius *Nouae librorum Rariorum Collectionis* Faſciculo primo p. 89. ſqq. inſeruit.

Ornatisſimi cuiusdam viri de rebus gallicis, ad Stanislaum Eluidium epiſtola, & ad hanc de iisdem rebus gallicis reſponſio. *ſine loci mentione facta.* 1573. in 4. pp. 102.

Prima huius epiſtolae, quae a paucis conſpecta eſt, prodiit editio *Paris* in 4. pp. 47. item in lingua Gallica hoc titulo: *Traduction d'une epitre latine d'un excellent perſonnage de ce Royaume, faite par forme de diſcours, ſur aucunes choſes depuis peu de tems, advenues en France Paris chez Fred'ric Morell.* 1573. in 4. pp. 52. In his vero editionibus Stanislai Eluidii reſponſio non inuenitur. Niceron Tom. XXXIIII. p. 252. Guidonem du Faur de Pibrac, Aduocatum Parlamenti Pariſienſis Regium, epiſtolae autorem fuiſſe ſcribit. Reſponſionem vero l. cit. p. 253. & Tom. XVIIII. p. 115. IOACHIMO CAMERARIO tribuit, & *Lipſiae* prodiiſſe putat, id quod facile nobis perſuaſerimus, cum litterarum character, quo exſcripta eſt, illi, quo *officina Voegeliniana*, tunc temporis, vtebatur, admodum ſimilis eſt. Illi, qua vtimur, editioni, manu, ſatis quidem antiqua, haec verba adſcripta ſunt. *Illi* (ſcil. Ornatiſſimo viro) *nomen eſt Bibuario* (Pibrac) *qui eſt Advocatus Fiſci in Parlamento Pariſienſi: cui ſpem fecit Rex Galliae opulentiſſimae Abbatiae, ſi regiam caedem defenderet.* Alia quoque ad hanc epiſtolam, facta eſt reſponſio, quam Thua-

Digitized by

Thuanus Petro Burino tribuit; haec diem 1. *Ianuar.* 1573. CAMERARII vero 13. *April.* & *Eleutheropoli*, prae ſe fert. Inuenitur iſta quoque Pibraci epiſtola cum duabus reſponſionibus dans *les Memoires du regne de Charles IX.* p. 600. ſqq. Chriſtoph. Auguſt. Heumannus in *notis ad Sammarthani Elogia* L. III. n. XVI. p. 154. obſeruat inter alia, hanc epiſtolam denuo editam eſſe, a Iacobo Thomaſio *Nuptiarum Pariſinarum* titulo *Lipſ.* 1672.

THOMAE CAMPANELLAE de ſenſu rerum, & magia libri quatuor mirabilis occultae philoſophiae, vbi demonſtratur mundum eſſe Dei viuam ſtatuam beneque cognoſcentem, omnesque illius partes, partiumque particulas, ſenſu donatas eſſe, alias clariori, alias obſcuriori, quantum ſufficit, ipſarum conſeruationi, ac totius in quo conſentiunt, & fere omnium arcanorum naturae rationes aperiuntur. Correcti & defenſi a ſtupidorum incolarum mundi calumniis. *Pariſiis* 1636. in 4. pp. 229.

De prima libri rariſſimi editione *Francof.* 1620. in 4. vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 166. Haec ſecunda editio eſt, ab ipſo THOMA CAMPANELLA in lucem emiſſa, & Richelio Cardinali dedicata. Athanaſius Rhetor, Presbyter Byſantinus, qui tunc temporis Pariſiis viuebat, ibique d. 13. Mart. 1663. anno aetat. 92. moriebatur, contra hunc CAMPANELLAE librum, opus ſatis amplum, graeca lingua conſcripſit, quod in bibliotheca Coisliniana MStum adſeruabatur, & nondum editum fuit. Huius vero libri epitome hoc titulo edita fuit. ANTI-CAMPANELLA, *in compendium redactus, aduerſus librum de ſenſu rerum & Magia.* Reperitur in collectione opuſculorum Athanaſii, quae prodierunt titulo:

 tulo:

tulo: *Athanaſii Rhetoris, Presbyteri Byſantini, Antipatellarus de Primatu B. Petri, Epiſtola de vnione Eccleſiarum ad Alexandrinum & Hieroſolymitanum Patriarchas*, ANTI-CAMPANELLA *in Compendium redactus, Parthenii Patriarchae Conſtantinopolitani Decretum Synodale in Caluinum graece & latine. Pariſ. apud Iul. Iaquin* 1655. in 4.

THOMAE CAMPANELLAE de libris propriis, & recta ratione ſtudendi ſyntagma ad Gabriel. Naudaeum. *Paris.* 1642 in 8.

Editionem ann. 1688. in 8. adfert Niceron Tom. VII. p. 85. Recuſus liber fuit in *Collectione diſſertat. de Methodo ſtudiorum*, quae *Amſtelod.* 1645. in 12. prodiit. Etſi quidem in libri titulo, is, ad Gabriel. Naudaeum ſcriptus dicitur, illum tamen ipſe Gabriel Naudaeus edidit, id quod ex dedicatione adparet, in qua refert, quod CAMPANELLA hunc librum horis ſubceſſiuis in calamum ei dictauerit. Colligitur id praeterea e ſtylo, ſatis quidem eleganti, qui in reliquis CAMPANELLAE operibus deſideratur. Dedicationem ſequitur encomium CAMPANELLAE a Caeſare Branchedauria, qui in *Oratione praemonitoria ad Imperatorem, Reges &c. de mutatione imperii Romani & ortu Pontificum, Francof.* 1609. edita in 4. de CAMPANELLA dixit: *in hoc homine, quid ingenium humanum poſſit, videtur naturae daemon experiri voluiſſe, ita omnes ignei, & ſubtiliſſimi animi vires, in eo ſcintillant, & excellunt maxime*: Liber ipſe quatuor abſoluitur capitibus: I. *de libris* CAMPANELLAE *propriis.* II. *de optimo genere philoſophandi.* III. *de recta ratione libros ſcribendi.* IIII. *iudicia de multis ſcriptoribus* complectitur. Plura de hoc, & reliquis CAMPANELLAE libris, qui omnes paullo rariores ſunt, nec non de eius vita vid. Erythraei *Pinacotheca* P. I. p. 41. Ernesti Salomon. Cypriani *vita & philoſophia* THOM. CAMPANELLAE *Amſtelod.* 1705. in 8. Niceron *Memoires* Tom. VII. p. 67. ſqq. Chriſtophor. Aug. Heumanni

Digitized by

manni *Acta philoſoph.* Tom. I. p. 545. ſqq. Gottlieb Stolle *Hiſtorie der Gelahrheit* p. 404. ſqq. 549. & 711. it. *die kurtze Nachricht von den Büchern und deren Urhebern in der Stollſchen Bibliothec* Tom. I. p. 330. ſqq. & 653. Io. Franciſc. Buddeus in *Iſagoge hiſtorico-Theologica* T. I. p. 231. 257. 264. 301. 425. T. II. p. 1385. Conſuli etiam poterunt de CAMPANELLA, eiusque ſcriptis, qui de Atheis, & Atheiſmi hiſtoria ſcripſerunt. Id addere licebit, quod Io. Adam Oſiander in Theſ. 9. Exercit. V. de *Not. Dei contra Atheos*, CAMPANELLAE magis cum daemone, quam cum Deo commercium interceſſiſſe ſuſpicetur, propterea quod CAMPANELLA de ſemetipſo ſcripſerit, (in quo libro, non memorat) *Mihi cum imminet mali quippiam, intra ſomnum & vigiliam audire ſoleo vocem clare loquentem:* CAMPANELLA! CAMPANELLA! *& interdum alia verba addentem, & ego attendo, nec intelligo, quis ſit? At profecto! ſi Angelus non eſt, aut daemon, ſicut Socrati aſſiſtebat, neceſſe eſt, aerem ſic vociferare, turbatum mea paſſione futura, aut affectum mihi praeparante malum, aut ex ſimili ſimilem alteram imaginantem.* His verbis addit Oſiander: *En ut prodat ſe ſorex iſte!* Dum haec ſcribimus, nos ſimilem hiſtoriam legere meminimus de Hieronymo Cardano, in *vita* eius *propria* a Naudaeo edita p. 157. ſqq. & 187. ſqq. edit. *Amſtelod.* 1654. in 12.

FILIPPO CAMPANILE delle armi overo Inſegne de' Nobili Napoletani. *In Napoli 1680.* in fol.

Liber oppido rarus, qui arma, inſignia gentilitia familiarum illuſtrium Neapolitanarum, earumque genealogias ob oculos ponit. Autor initio Seculi XVII. floruit. Vid. Toppi *Biblioteca Napoletana.* Haec libri editio multo melior & auctior eſt illa, quae an. 1610. *Neapol.* in fol. prodiit, vid. Nicol. Franceſc. Haym *Notizia de' libri rari* p. 106. In Langleti

du Freſnoy *Catalogo hiſtoricorum* p. 503. edit. Mencken. titulus typothetarum vitio admodum corruptus adparet. PH. CAMPANILE *l' anniosro inſegne*, pro *delle armi overo Inſegne.* Haec poſtea in *bibliothecam Struuianam hiſtoricam* edit. nouiſſ. irrepſerunt p. 1369.

IO. ANTONII CAMPANI Opera. *Venetiis* 1476. in fol.

Si eiusmodi editio extat, illa certe rariſſima eſt; Illa memoratur in *Bibliotheca Kilmanſeggiana* P. I. p. 2. n. 30. Sed rem in dubium vocare videtur Maittaire in *Annal. Typogr.* T. I. p. 368. vbi haec leguntur: *Rariſſima haec editio in Bibliotheca Kilmanſeggiana P. I. p. 2. n. 30. vix duorum imperialium pretio veniit. De huius tamen editionis anno valde dubito; neſcio enim an* CAMPANI *Opera vnquam prodierint, ante quam Fernus* (Michael, Mediolanenſis) *haec collecta ediderit an.* 1495. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. III. p. 900. editionem quoque *Operum* CAMPANI *Venetam* 1518. in fol. adfert ex *Catalogo Bibliothecae Theodori Haſaei* p. 714. Sed haec etiam editio, a nemine eorum, qui de I. A. CAMPANO, eiusque ſcriptis commentati ſunt, memoratur. Conf. Niceron *Memoir.* T. II. p. 268. le Clerc *Bibliotheque Choiſie* T. XIIII. p. 56. *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dr.* T. III. p. 36. ſqq.

FRANCISCI CAMPANI *Collenſis* Quaeſtio Virgiliana, per quam diligentiſſ. Poeta negligentiae, quam Tucca & Varus, ac caeteri hactenus obiecerunt, abſoluitur, & ſine qua multa, in diuina Aeneide, ad hanc diem obſcurisſima loca, ſed in ſecundo praeſertim & ſexto intelligi non poſſunt, ideoque lectores iure torquebant, quod

ex

Digitized by Google

ex iis eſſent, quae inſolubilia dicuntur. Non pauca item apprime erudita adiiciuntur. *Mediolani 1540.* in 4.

Hic liber a paucis viſus eſt. Continet diſquiſitionem, num verſus illi 22. e libro Virgilii Aeneid. II. quos a Tucca & Varo in Virgilii codice detractos eſſe perhibent, verſus nimirum 567. vsque ad 589. illis aduerſentur, qui libro VI. leguntur, vbi Deiphobus ait: *Nihil tibi o amice relictum* &c. Epiſtula dedicatoria ad Herculem Gonzagam Mantuanum Epiſcopum, annum 1536, vrbemque Bononiam prae ſe fert, id quod ſine dubio Iulium Negri permouit, vt in opere ſuo *degli Scrittori Fiorentini* p. 189. primam libri editionem *Bononiae* 1536. prodiiſſe ſcriberet, cuius rei veritatem aliis inueſtigandam relinquimus. Recuſus vero liber fuit *Pariſiis apud Io. Foucher* 1541. in 8. pp. 57. & cum Iani Parrhaſii *quaeſitis per epiſtolam ab Henrico Stephano Pariſ.* 1567. & 1573. in 8. editis. Inueniuntur etiam iſtae CAMPANI explicationes in nonnullis Virgilii editionibus v. c. in illa, quae *Venet.* 1562. *apud Io. Mariam Bonellum* in fol. prodiit. Vid. *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dr.* T. II. p. 511. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. III. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 101.

PIETRO MARIA CAMPI Iſtoria univerſale, coſi, delle coſe eccleſiaſtiche, come ſecolari di Piacenza ed altre citta d' Italia. *In Piacenza appreſſo Giovann. Bazachi 1651. e 1662.* III. Tom. in fol.

Quo anno liber prodierit, pro certo definire haud ſuſtinuerimus, quoniam annum 1651. in *Catalogo Bibliothecae Bodleianae* T. I. p. 131. *Menckenianae* p. 587. in *Catalogo hiſtoricor. Langleti du Fresnoy* edit. Mencken. p. 389. in *bibliotheca hiſtorica Struuio - Buderi* -

na p. 1444. annum 1651. & 1662. in *Bibliotheca Telleriana* p. 283. apud Nicol. Franc. Haym *nella Notizia de' libri rari* p. 78 annum vero 1659. in *bibliotheca hiſtorica Hamburgenſi* Centur. V, p. 65. & in Cl. Vogtii *Catalogo libror. rarior.* p 168. deſignatum inuenimus; Niſi forte quispiam tria illa volumina non vno eodemque tempore, ſed vndecim annorum ſpatio prodiiſſe, aut plures vna, libri extare editiones, dixerit. Fuit vero PETRVS MARIA CAMPI Canonicus eccleſiae Cathedralis Placentinae, qui totum opus quidem ad finem perduxit, ſed morte praeuentus, ipſe in publicam lucem proferre non potuit. Illud poſtea vnus e cognatis illius, qui eodem nomine gaudebat, prodire iuſſit, & Rainucio II. Parmae & Placentiae Duci dedicauit, quae dedicatio annum 1651 indicat. Ita vero Clariſſ. Chriſtian. Gottlieb. Buder. in editione *Bibliothecae Struuianae hiſtoricae* recentiſſima l. cit. de ſplendido hoc opere ſententiam ſuam exponit: *ex bibliothecae Vaticanae egregiis ſubſidiis, occaſione quaeſitae canoniſationis Gregorii X. Papae, qui Placentinus ciuis fuerat, conducta eſt haec hiſtoria, qua res nonſolum eccleſiaſticae, ſed etiam ſeculares, immo repetitis a Troiano principe Placentulo, ciuitatis originibus, plane aliena, & ſuppoſititia ſunt illata. Commendant tamen opus hoc & raritas, & quam maxime bullarum, diplomatum, & chartarum vetuſtarum vtilis adparatus.* Pleniorem recenſionem inuenies in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* l. cit.

Los cincos libros primeros della coronica general de Eſpanna que recopilava el Maeſtro FLORIAN DE CAMPO *Zamora* 1544. it. *Complut.* 1578. in fol.

AMBROSIO MORALES Coronica general de Eſpanna proſequiendo los cincos libros, que el

el Maeſtro FLORIAN DE CAMPO *Coroniſta del Emperador D. Carlos V.* dexò eſcritos. *Complut.* 1574. T. II. 1579. Tom. III. *Cordua* 1586. in fol.

Priusquam operis huius hiſtoriam, paucis verbis exponamus, audiemus de illius raritate Io. Petr. de Ludewig in *Catalog. Bibliotb.* p. 928. *Hic liber auro contra mibi carus fuit. Raro in Germania inuenias, quia diuerſis locis & annis impreſſus eſt. Vtiliſſimus tamen, ob plurimam, quam pandit antiquitatem, inſcriptiones etiam & diplomata. Autor eruditiſſimus hiſtoriographus regis, Philippo II* (id de Continuatore FLORIANI DE CAMPO accipiendum) *perpetuus itineris comes haeſit, & commentariis credidit, quae quouis die agerentur, quorum Autographum Nicolaus Antonius, Eques S. Iacobi vidiſſe ſe teſtatur in Bibliotheca Hiſpana.* FLORIANVS DE CAMPO, ſeu *de Ocampo*, ſeu *Docampo*, Canonicus fuit Zamorae & Caroli V. Hiſtoriographus. Chronicon generale totius Hiſpaniae, ab origine mundi, IIII. Tomis conſcribere conſtituerat, ſed morte opinione citius abreptus, nihil ipſe edidit, quam IIII libros priores *Zamorae* 1544. In editione recentiori vero *Complutenſi* ſ. *Alcalenſi* 1578. quae poſt mortem FLORIANI DE CAMPO prodiit, quintus liber conſpicitur additus. Poſt mortem FLORIANI, AMBROSIVS DE MORALES Cordubenſis, Profeſſor Complutenſis & Philippi II. Hiſpaniarum Regis hiſtoriographus, chronicon Hiſpanicum continuare coepit. Primus Tomus prodiit *Alcalae* 1574, qui, ab eo tempore, hiſtoriam exponit, vbi FLORIANVS deſiit, a Punico ſcilicet bello, ad ea vsque tempora, quibus Hiſpania Imperatorum Occidentalium ditioni adiecta fuit. Tomus ſecundus in lucem emiſſus eſt *Alcal.* 1579, cuius pars I. hiſtoriam regni Viſigothici complectitur. II. vero illius Tomi pars deſcribit antiquitates praecipuarum Hiſpaniae ciuitatum, quae etiam ſeorſum excuſae ſunt tit. *Antiguedades de las Cividades*

de Eſpanna, Alcal. 1575. in fol. In tertio Tomo *Cordubae* 1586. edito memorat AMBROSIVS DE MORALES res geſtas Pelagii & hiſtoriam ſuam, ab anno 718. ad annum vsque 1037. quo Veremundus III. Rex Legionenſis diem obiit ſupremum, deducit. De reliquis huius operis hiſtorici Continuationibus vid. infra *Don Fray Prudentio de Sandoval* & *Eſtevan de Garibay.* Conf. *Bibliotheca hiſtorica Struuio-Buderiana* p. 261. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. IIX. p. 112. ſqq.

HENRICI CANISII antiquae lectiones Tom. VI. in quibus vetera monumenta primum edita, & notis illuſtrata. *Ingolſtad. ap. Ederum* 1601. & 1604. in 4. Tom. VI.

Quam rara fuerit haec editio, docet Io. Alb. Fabricius in *Bibliotheca Graeca* L. VI. c. X. p. 760. Hanc aeſtimationem non imminuit, multo minus ei ademit, noua huius operis editio, quam titulo *Theſauri Monumentorum Eccleſ. & Hiſtor. cum praefationibus hiſtoricis, Antverp.* 1725. IIII. Tom. in fol. in lucem emiſit Iacobus Basnagius. Haud ſatis enim Caniſiani operis notitia inſtructus Baſnagius, ad novam editionem ſe adcinxerat. Praemiſerat HENRIC. CANISIVS Tomo V. *lectionum ſuarum* anno 1608. nouum titulum, *Promtuarii* ſcilicet *Eccleſiaſtici*, vbi ab initio quatuor ſcripta, ante non edita & in fine vnum, quod in prima illa editione non inuentum fuerat, in conſpectum prodierunt. Reliqua, in prima illa editione, prorſus intacta reliquit CANISIVS, vt neque paginam 1064. neque titulum P. II. Voluminis, poſt paginam 202. mutatum conſpicias. Ne tamen fraus, ad vendenda facilius exemplaria, excogitata, ſtatim detegeretur, omiſit CANISIVS dedicationem ad Schellenberginm, & praefationem, e quibus tamen nonſolum multa, ad noti-

notitiam voluminis neceſſaria, cognoſci poſſunt, ſed & hoc patet, quod hoc *Promtuarium* ſic dictum *Eccleſiaſticum*, quintum *lectionum antiquarum* conſtituat volumen. Iacobus vero Basnagius, has *lectiones antiquas* denuo in lucem producens, haec omnia ignoraſſe videtur, quo factum eſt, vt haec quinque opuſcula in *Promtuario eccleſiaſtico* conſpicua, in noua eius editione non adpareant. Ea vero, quae iam retulimus, nos docuit Adam Fridericus Glafey in *Catalog. Bibliothecae Rinckianae* p. 287. & p. 298. vbi etiam ea commemorantur, quae ab eruditis in editione Iacobi Baſnagii deſiderari ſolent. Conf. Niceron *Memoires* T. IIII. p. 307. Io. Franciſci Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologica* T. I. p. 595.

BENECH de CANTENAC Oeuvres. *Paris.* 1661. & 1665. in 12.

Etſi quidem *les Oeuvres de* CANTENAC non adeo rara ſunt, vt hic locum mereantur, illa tamen rariſſima ſunt, in quibus carmen illud ſotadicum, quod inſcribitur *l'Occaſion perduë & recouvrée*, & quidem in fine *des poeſies nouvelles & galantes*, quae primam operis conſtituunt partem inuenitur. Cum enim ſupremus curiae Gallicae praeſes Mſr. Lamoiſſon de carminis argumento certior factus eſſet, ex omnibus exemplaribus, quorum quidem maxima pars, apud bibliopolam Theodorum Girardum adſeruabatur, illud exſcindi iuſſit. In editione ſecunda an. 1665. illud plane omiſſum fuit. In *Carpenterianis* quidem illud poema Petro Cornelio (Pierre Corneille) tribuitur, ſed refellunt illam narrationem *Memoires de Trevoux* 1724. Mois Decembre p. 2273. Error inde enatus fuerat, quod *les Oeuvres de* CANTENAC, ſine nomine Autoris prodierant, & in fine poematum legebatur: *Fin des poeſies nouvelles & galantes du Sr. de C.* quam ob cauſſam homines rei ignari illa opera Petro Cornelio tribuebant, ſed

nonſolum bibliopola, ſed etiam priuilegium bibliopolarum, libro, vt in Gallia mos eſt, additum, teſtantur BENACH CANTENAECVM Regium poetam, verum opſculorum, & carminis Sotadici eſſe autorem.

GVILIELMI CAORSINI Volumen Stabilimentorum Rhodiorum militum Sacri Ordinis Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani. *Venetiis per Bernardinum Stagninum de Monte Ferraro 1495.* in fol.

Liber a paucis viſus. Conf. Michael Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 597. Reperitur etiam in *Operibus* Guil. Caorſin, in vnum volumen collectis, de quibus mox dicemus. Fuit GVIL. CAORSINVS Rhodio patre prognatus Duaci in Flandria, & per quadraginta amplius annos, Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, ſeu equitum Rhodiorum, & vt hodie vocantur, Meliteņſium Vicecancellarius inclaruit. Diem obiit ſupremum, an. 1501. Nicerono, qui vitam illius breuibus expoſuit Tom. XV. *Memoir.* p. 142. ſqq. rariſſima haec editio incognita fuit. Omiſſa etiam eſt in *Bibliotheca hiſtorica Struuio - Buderiana*, vbi p. 1695. de GVIL. CAORSINO, qui ab aliis quoque perperam *Coaſinus*, *Caourſinus*, *Caouerſinus*, *Coauerſinus*, *Canoerſinus*, *Caorinſinus*, & a Voſſio *Courinus* adpellatur, agitur. Conf. quoque *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XXI. p. 412. ſqq. vbi omnium adcuratiſſima, de hoc autore reperitur narratio.

GVILIELMI CAORSINI Opera omnia. *Vlm. 1496. per Ioan. Reger de Kemnat* in fol. folior. 56.

De hoc opere Niceron l. cit. p. 146. ſcribit: *Tous ſes Ouvrages* (ſcil. du GVILLAVME CAORSIN) *ont été imprimés, à Vlme l' an.* 1496. *en un volume in fol. qui eſt orné de pluſieurs planches, en bois, dont la groſ-*

ſeur

Digitized by Google

ſter été fait le prix, *& qui eſt tres rare.* Valer. Andreae in *Bibliotheca Belgica* p. 310, & cum eo Maittaire Tom. I. *Annal. Typogr.* p. 598. Collectionem Operum GVIL. CAORSIN *Vlm.* 1495. in fol. impreſſam memorat, quam vero editionem nos plane in dubium vocamus. Idem Maittaire Tom. I. p. 609. GVIL. CAOVRSIN *Stabilimenta militum Hieroſolymitanorum*, *Vlm.* 1496. *per Io. Reger de Kemnat* & GVIL. CAOVRSIN *Rhodiorum Vicecancellarii deſcriptionem obſidionis Rhodiae vrbis cum figuris per Io. Reger Vlm.* 1496. in fol. veluti libros diuerſos adducit. Conſentire cum illo videtur *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. V. p. 303. Si vero recenſionem ibi adlatam paullo adcuratius contemplamur, illico patet, integram CAORSINI opuſculorum eſſe collectionem, quae titulo: *Deſcriptionis obſidionis vrbis Rhodiae* adducitur, & Maittairium duorum opuſculorum ex hac collectione, titulos, veluti libros diuerſos, & ſeorſum excuſos adtuliſſe. Reperiuntur vero in hac opuſculorum collectione, per ordinis ſummum Magiſtrum d'Aubuſſon, & per Capitulum ordinis generale die V. Auguſti 1493. comprobata 1) *Obſidionis Rhodiae vrbis*, a Mahumede II. Imperatore Turcarum an. 1480. irrito conatu ſuſceptae *deſcriptio.* Illam deſcriptionem a Ioanne Adelpho Argentinenſi, e latina lingua, in vernaculam translatam, & *Argentorati* 1513. in 4. impreſſam eſſe memorat Ios. Simlerus in *Bibliotheca Geſner.* p. 254. 2) *De terrae motus labe, qua Rhodii an.* 1480. ante obſidionem *affecti ſunt.* 3) *Oratio in Senatu Rhodiorum de morte magni Turci* Mahumedis II. *habita* an. 1481. prid. Kal. Iun. 4) *De caſu Regis Zizimi* ſiue Syſimi, qui frater fuit Baiazetis II. Imperatoris Turcarum, *commentarius.* 5) *De celeberrimo foedere cum Turcorum Rege Bagyazit per Rhodios inito.* 6) *De admiſſione Regis Zizimi in Gallias*, *& diligenti cuſtodia*, *& aſſeruatione exhortatio*, ſcripta XIII. Kal. Octobr. an. 1483. 7) *De translatione ſacrae*

dextrae

Digitized by Google

dextrae S. Ioannis Baptiſtae, *Chriſti praecurſoris ex Conſtantinopoli ad Rhodios* an. 1484. *commentarius cum Oratione de eiusdem Ioannis laudibus*. Dextram S. Ioannis Rhodii acceperant dono a Baiazete II. Turcarum Imperatore. 8) *Ad ſummum Pontificem Innocentium IIX. Oratio* habita V. Kal. Febr. an. 1485. coram pontifice, ac ſacro Senatu, Praelatorum & Curialium frequentia adſtante. 9) *De Traductione Zizimi ad Vrbem Romam* anno 1488 comment. 10) *Volumen Stabilimentorum Rhodiorum militum ſacri Ordinis Hoſpitalis S. Iohannis Hieroſolymitani*. Iſta vero Stabilimentorum collectio denuo *Rom.* 1556. *per Anton. Bladum* in fol. recuſa & porro ibidem *poſt Sixti V. confirmationem* 1586. *ib.* 1588. *cum figuris & Magn. Magiſtrorum iconibus, & indice egregio cura Ptolemai Veltronii Equitis*, edita fuit. Vid. *Bibliotheca hiſtorica Struuio - Buderiana* p. 1695. Aliam Stabilimentorum Militum S. Ordinis S Iohannis Hieroſolymitani, vna cum bulla ipſis conceſſa a Clemente VII. editionem *Salmanticenſem* 1534. in fol. inuenimus in *Bibliotheca Telleriana* p. 154.

FRANCESCO CAPECELATRO Storia di Napoli. *In Napoli 1640.* in 4.

Hic *Catalogum hiſtoricorum Langleti du Fresnoy* hallucinatum eſſe, illumque ex vno Autore, & libro, duos feciſſe crediderimus. Adfert enim p. 372. edit. Menken. FRANCESCO CAPECE *Storia della citta & regno di Napoli, In Napol.* 1640. in 4. & p. 373. FRANCESCO CAPECELATRO *Storia di Napoli, in Napoli* 1640. in 4. Nullum enim vsquam *Franciſcum Capece*, inuenire potuimus & cum Autoris cognomen, libri forma, & annus impreſſionis, in vtroque libro adducto, prorſus conueniant, ſine omni dubio, *Franciſc. Capece Storia Napoletana*, inter ea referenda erit, quae non extant. Irrepſit etiam illud erratum in *Bibliothecam Struuianam hiſtoricam* p. 1400. recentiſſimae

Digitized by Google

tiſſimae edit. Recuſa fuit *Iſtoria della citta e regno di Napoli, detto di Sicilia di D.* FRANC. CAPECELATRO, *in Napoli* 1724. II. Tom. in 8.

GALEACIVS CAPELLA de rebus factis in Italia pro reſtitutione Franciſci Sforzae II. Mediol. Ducis, ab anno 1521. vsque ad annum 1530. *Antwerp.* 1533. in 8.

A raritate laudatur in Gerdeſii *florilegio* p. 47. Habemus praeter illam, editionem *Norimb.* 1532. in 4. ibid. 1553. in 8. Inſertus quoque extat in Io. Georg. Graeuii *Theſauro Italiae* Tom. II. nec non in Simonis Schardii *Scriptoribus rerum Germanicar.* T. II. p. 1104. ſqq. edit. *Baſil.* 1574. in fol. in edit. *Hieron. Thomae* T. II. p. 176-218. Italicam verſionem edidit Franceſco Filipopoli hoc titulo: *Commentarii di* GALEAZZO CAPELLA, *delle Coſe fatte por la reſtitutione di Franceſco Sforza II. Duca di Milano, In Venezia preſſo Giovanni Giolito* 1539. in 4. pp. 172. Conf. Franc. Nicol. Haym *Notizia de' libri rari* p. 28. In Germanicam linguam hunc librum etiam tranſlatum, & editum eſſe nos docet Ioſias Simlerus in *Biblioth. Gesner.* p. 214. Conf. *Biblioth. Hamburg. hiſtorica* Centur. III. p. 318. Jean le Clerc *Bibliotheque Choiſie* Tom. V. p. 21.

CAPILVPORVM Carmina. *Rom.* 1590. in 4.

Rara dicuntur in Gerdeſii *florileg.* p. 47. In ea vero editione teſte P. Baile in *Dictionaire* T. I. p. 750. LAELII CAPILVPI *Cento Virgilianus de vita monachorum, quos vulgo fratres adpellant*, non inuenitur, a curia enim Romana prohibitus fuit. Io. Matth. Toſcanus L. IIII. *Pepli Italiae* num. CLXXXVI. LAELIVM CAPILVPVM, *Hippolyti fratrem*, *Virgilianos Centones ea ſcripſiſſe felicitate* teſtatur, *vt non modo Probam Falconiam, ſed ipſum etiam Auſonium longo inter-*

teruallo ſuperarit. Neſcimus quare Olaus Borrichius, & Gerdeſius IVLIVM CAPILVPVM, e numero poetarum gentis CAPILVPORVM omiſerint. Habemus ab illo etiam *Centones Virgilianos*, qui cum LAELII CAPILVPI *Virgilio-Centonibus ſummo ſtudio correctis Colon. ap. Bernard. Gualterum* 1601. in 8. prodierunt. Inueniuntur etiam in Henrici Meibomii *Collectione Autorum, qui Centones Virgilianos ſcripſerunt, Helmſtad.* Tom. I. 1597. & Tom. II. 1600 in 4. qua nos vtimur, dum haec ſcribimus. Conf. quoque de LAELII CAPILVPI *Centonibus* Henrici Stephani *Centonum & parodiarum exempla ſelecta, & illuſtrata*, eius *Parodiis Moralibus* 1575. in 8. adiecta, p. m. 96. Inſeruit praeterea Henricus Stephanus illius *Centonem de vita Monachorum* p. 104. ſqq. In *collectione Meibamiana* ille reperitur Tom. I. In Iani Gruteri *Deliciis poetarum Italorum*, vbi Tom. I. p. 572-670. quatuor CAPILVPORVM LAELII, HIPPOLYTI, CAMILLI, IVLII, reperiuntur Carmina, iſte *Cento* omiſſus eſt. Conf. Ghilini *Teato d' Vomini letterati* T. I. p. 145. Anton. Poſſeuini *Bibliotheca Selecta* L. XVII. cap. XXIIII. p. 436. ſqq. vbi nonnulli IVLII CAPILVPI *Centones* reperiuntur. Initio ſtatim capitis ita ſcribit: *Quod adoleſcens feci, cum emitterem in lucem* LAELII CAPILVPI *Centones e Virgilio collectos, id multo magis mihi iam ſeni* &c. Quo vero anno iſta Poſſeuini editio prodierit omni adhibita opera indagare non potuimus, Niceronus, & alii qui Poſſeuini vitam conſcripſerunt, de illa plane tacent. Forte illa eſt, a nobis adducta *Rom.* 1590. in 4.

CAMILLI CAPILVPI Stratagema. *Romae 1572.*

Vid. Gerdeſius in Florileg. p. 48. Huius libri gallicam poſſidemus verſionem, hoc titulo ornatam: *Le Stratageme de Charles VIIII. contre les Huguenots* 1574. in 8. Conf. de libri autore P. Baile *Dictionaire*

re Tom. I. p. 750. Antoine Teiſſier *Addit. aux Eloges des Hommes Savans* T. I. p. 179.

WOLFGANGI FABRICII CAPITONIS Scripta omnia.

Illa rariora eſſe, & non niſi in vetuſtiſſimis, iisque probe inſtructis bibliothecis, obuia reperiri adfirmat Gerdeſius in *florilegio* p. 49. Innotuerunt nobis ex illis *Hexaemeron opus Dei explicatum*, *Argentorat.* 1539. in 8. *Commentarius in Hoſeam*, *Argentor.* 1528. in 8. *Ad Zwinglium epiſtola cum duabus epiſtolis, quibus illum Concionatores Argentinenſes ad collationem ſcripturarum prouocarunt*, *Tiguri Typis Froſchouianis* 1526. in 8. *Epiſtola ad Huldericum Zwinglium contra Fabrum Conſtantienſem.* ſine l. & ann. in 8. Quod ad vitam Oecolampadii a CAPITONE conſcriptam adtinet, quae a Gerdeſio l. cit. memoratur, illa hoc inſignita prodiit titulo: *De morte & vita Io. Oecolampadii a Simone Grynaeo &* WOLFG. CAPITONE 1617. in 8. Vitam WOLFGANG. FABRICII CAPITONIS breuibus expoſitam inuenimus in Melchior. Adami *Vitis Theologor. Germanicor.* p. 41. ſqq. edit. *Francofurtenſ.* in fol. & ex illis in Paulli Freheri *Theatro virorum eruditione clarorum* p. 113. ſqq. Natus fuit Hagenoae, in oppido Alſatiae anno 1478. Baſileae per aliquot annos ſacerdos fuit, & in ea vrbe, doctrinae euangelicae dogmata, omnium primus expoſuit. Anno 1520. ab Alberto Moguntino Electore, in aulam arceſſitus, eiusque Concionator, & Cancellarius factus, & paullo poſt iuris vtriusque Doctor renunciatus fuit. Anno 1523. a Carolo V. Imperatore non ipſe ſolum, ſed & poſteri eius, nobilitatis inſignibus ornati ſunt. Eodem etiam anno Moguntia relicta, Argentoratum conceſſit, temploque S. Thomae praefectus fuit. Peſtilentia correptus diem obiit an. 1541. aetatis anno LXIII. cum e comitiis Ratisbonenſibus domum rediiſſet. Inter ſcripta illius edita a Melchiore Adami & Paul. Frehero adducta,

inue-

Digitized by Google

inuenimus *Inſtitutionum Hebraicarum L. II.* & librum *de reformando a puero theologo.*

PETRI CAPONSACCHI *de Pantaneto Aretini* Obſeruationes in Apocalypſin. *Florent. 1586.* in fol.

Incognita haec editio Danieli Gerdeſio fuit, qui p. 51. edit. *Florent.* 1572. in 4. adfert. Vid. Iacobi le Long *Bibliotheca ſacr.* T. II. p. 666. qui vero *Obſeruationes in Apocalypſin* non ſeorſum, ſed vna cum eiusdem autoris *Obſeruationibus in Canticum Canticorum* prodiiſſe ſcribit. Antonius autem Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* T. III. p. 45. *Obſeruationes in Canticum Canticorum* plane omiſit, librumque hoc adfert titulo: PETRI CAPONSACCHI *de Pantaneto Aretini in Ioannis Apoſtoli Apocalyſin Obſeruatio, ad Selymum II. Turcarum Imperatorem Florent.* 1572. Quocum congruit Nicolai Baſſaei *Collectio, omnium, in vnum Corpus librorum, qui in nundinis Francofurtenſibus ab an.* 1564. *vsque ad nundinas autumnales* 1592. *vernales exſtiterunt.* P. I. p. 180. Conf. Ioſ. Simleri *Biblioth. Geſner.* p. 555.

CAROLI CARAFA *Epiſcopi Auerſani* Commentaria de Germania ſacra reſtaurata, ſub ſummis PP. Gregorio XV. & S. D. N. Vrbano IIX. regnante Aug. & Piiſſimo Imp. Ferdinando II. *Colon. Agrippin. ap. Cornel. ab Egmond. 1619.* in 8.

Vid. de hac editione, quae omnium cenſetur optima Cl. Vogtii *Catal. libr. rar.* p. 170. Nuper quidem noua, in lucem prodiit, hoc titulo CAROLI CARAFA, *Epiſcopi Auerſani Commentaria de Germania S. reſtaurata, ſub ſummis pontificibus Gregorio XV. & Sanctiſſimo D. N. Vrbano IIX. regnante Auguſtiſſimo & Piiſſimo Imperatore Ferdinando II. ab illuſtriſſima*

Soda-

by Google

Sodalitate Dominorum ſub tutela aſſumtae in caelos Deiparae. Viennae Auſtriae in domo Profeſſorum S. I. congregata. P. I. 1748. pp. 343. exceptis dedicationibus, P. II. 1749. pp. 313. excepto indice. Nil vero impedit, quo minus editio *Colonienſis*, vel potius *Bataua*, huic recentiori ſit praeferenda. Nonſolum enim *dedicatio*, *ad Vrbanum IIX. Pontificem*, quae in *Colonienſi* legitur, in hac recentiore deſideratur, ſed *Decreta* quoque, *diplomata*, *priuilegia aliqua, ex multis, quae in fauorem religionis catholicae, & catholicorum, in Germania emanarunt ab anno* 1620. *ad ann. vsque* 1629, quae *Colonienſi* editioni adiecta ſunt, in *Viennenſi*, quam ob cauſam, neſcimus, plane omiſſa fuerunt.

VICTORIS de CARBEN *olim Iudaei, nunc chriſtiani Sacerdotis* de vita & moribus Iudaeorum libellus. *ex officina Henrici Stephani, Paris.* 1511. vltima April. in 4.

Cum omnes editiones librorum raro occurrunt, quae ex Henrici Stephani ſenioris Franciſci I. Roberti I. & Caroli, Stephanorum patris officina prodierunt, haec profecto vna e rariſſimis eſt. Vid. Michael. Maittaire *Annal.* Tom. II. p. 221. Complectitur vero haec editio, quae non ſeorſum vti ex titulo a Maittaire adlato colligere quiſpiam poſſet, ſed cum *Ricoldi de Monte Crucis* & *Anonymi* cuiusdam libellis *contra ſectam Mahumedicam*, prodiit, non integrum opus, quod VICTOR de CARBEN *contra Iudaeorum errores* conſcripſit, & a Cl. Vogtio p. 171. adlatum fuit, ſed illius tantummodo librum I. qui ex XXXV. non quinque, vt apud Poſſeuinum in Appar. S. T. III p. 314. legimus, componitur, ob oculos ponit. Vid. *die Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. III. p. 456. De VICTORE de CARBEN, qui in epiſcopatu Colonienſi baptizatus, circa initium Seculi XVI. inclaruit, vid. Wolfii *Biblio-*

bliotheca Hebraea Vol. I. p. 355. III. p. 238. IIII. 568. 815. Chriſtian. Schoettgenii *Supplementum Biblioth. Fabric. med. & inf. Lat.* L. XX. p. 812. Ioſephi Hartzheim *Bibliotheca Colonienſis* p. 315.

HIERONYMI CARDANI *Mediolanenſis medici* de ſubtilitate libri XXI. Ab authore, plus quam mille locis illuſtrati, nonnullis etiam cum additionibus. Adiecta inſuper apologia aduerſus calumniatorem qua vis horum librorum aperitur. *Baſileae* ſine anno in fol. pp. 561.

Caractere admodum nitido, & figuris ligno inciſis, haec editio inſignis, & ſine dubio ſecunda eſt, quae prodiit, quo vero anno prodierit, id pro certo adfirmare non poſſumus, propterea, quod nullum indicium anni in illa adparet. In titulo conſpicitur CARDANI icon, ligno inciſa, addito anno 1553. cum his verbis circulo inſcriptis: HIERONYMVS CARDANVS *Aetatis anno XLVIIII.* eadem vero imago in libro *de rerum varietate* edit. *Baſil.* 1557. in fol. comparet. Sub CARDANI imagine legitur *autoris carmen.*

Non me terra teget, caelo ſed raptus in alto
Illuſtris viuam, docta per ora virum.
Quidquid venturis ſpectabit Phoebus in annis
CARDANOS *noſcet, nomen & vsque meum.*

Titulum ſequitur epiſtola dedicatoria ad illuſtriſſ. & excellentiſſ. Fernand. Gonzagham Principem Malfetae, Arrianique ducem, Dom. Vaſtallae, Prouinciae Inſubrum & Caeſaris exercituum praefecto. Subſcript. XI. Kal Mai. anno 1552. Lutetiae in itinere. *Apologiam aduerſus calumniatores*, cuius in libri titulo mentio facta eſt, fruſtra quaeſiuimus. Locus ille offenſionis pleniſſimus, de legibus quatuor, idolorum cultorum Iudaeorum, & Muhamedanorum, p. 351. haec initio, verba praefert: *Idolorum*

lorum cultor, ſuam praefert legem quatuor argumentis. &c. p. vero 354. ita finitur: *verum res ad arma traducta eſt, quibus plerumque maior pars vincit meliorem. Igitur his arbitrio victoriae relictis, ad prouinciarum diſcrimina tranſeamus.* Errat Mr. de la Monnoye Tom. IIII. *Menagianor.* p. m. 305. cum ſcribit: *Paroles qu' il corrigea de lui meme, dans la ſeconde edition, & des quelles cependant il ne laiſſa pas trois ans aprés d' être repris aigrement par Iule Scaliger à cauſe du ſens terrible, qu' elles renfermoient,* &c. Non enim *ſecunda* in editione, quam nos inſpeximus, ſed in *quarta Baſil.* 1560 in 8, editionem enim *Baſileenſem* 1554. *apud Ludouicum Lucium* editam, *tertiam* eſſe cenſemus, haec verba a CARDANO mutata fuerunt. Verba iſta Mr. de la Monnoye a nobis adducta, etiam a Cl. Vogtio in *catalogum libror. rar.* p. 171. edit. recentiſſ. transſcripta ſunt. Sed typothetarum incuria factum eſt, vt legatur: CARDAN *fait encore puisque Pomponace*, cum legi potius debeat, CARDAN *fait encore pis que Pompouace.* Conf. de CARDANO, eius vita & libris, *Vita* ab ipſo conſcripta *propria*, quam Gabriel Naudaeus *Paris.* 1653. in 8. edidit, & poſtea recus. *Amſtelod.* 1654. in 12. & *Operibus* CARDANI a Carolo Sponio *Lugd.* 1663. X. Tom. in fol. editis inſerta eſt. Niceron *Memoires* Tom. XIIII. p. 233. ſqq. *Ducatiana* T. II. p. 287. Sam. Parcker *diſputat. de Deo, & prouidentia diuina Londin.* 1678. in 4. p. 68. ſqq. Io. Franc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologic.* T. I. p. 265. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 761. ſqq.

HIERONYM. CARDANI Offenbahrung der Natur und natürlichen Dingen, auch mancherley wunderbarlichen, und ſubtilen Wirckungen, in teutſch vertirt durch Hulderichum Froelich von Plawen. *Baſel.* 1591. in fol.

Digitized by Google

Libri praecedentis verſio admodum rara, paucis eruditorum cognita, nedum viſa.

HIERON. CARDANI metopoſcopia libris XIII. & octuaginta faciei humanae iconibus complexa. *Paris. 1658.* in fol.

Hic liber in *Operibus* CARDANI, in vnum Corpus collectis, omiſſus fuit. Vidimus eum in Bibliotheca illuſtrisſimi Comitis de W. manuſcriptum, & figuris penna coruina expresſis, ornatum. Iis autem figuris, quae caput humanum referebant, nomen viri ſubſcriptum conſpiciebatur, cuius faciem imago repraeſentare debebat.

D. Frai BARTHOLOME CARRANZA Commentarios ſobre el catechismo chriſtiano. *En Amberes 1558.* in fol.

De aduerſis fatis BARTHOL. CARRANZAE e Miranda Hiſpani, & Dominicani Ordinis, Regentis, vt vocant, in Collegio S. Gregorii eiusdem Ordinis, in Valle Oletana, & poſtea Archiepiſcopi Toletani, qui ob maxima merita in eccleſiam Romanam, & ob ſeueritatem, qua perſequebatur haereticos, *Mazza* haereticorum vocari ſolebat, vid. Nicol. Antonii *Biblioth. Hiſpan. noua* Tom. I. p. 147. ſqq. Niceron Tom. IIII. p. 254. vbi haec adfert: CARRANZA *trouva en arrivant en Eſpagne Charles Quint à l'extrémité, & ce fut lui qui l'aſſiſta à la mort, & lui adminiſtra les derniers Sacremens. Après s'être acquitté de cette triſte fonction, il ſe rendit à Tolede, où il commença à remplir tous les devoirs d'un paſteur, & à faire la viſite des egliſes de ſon Dioceſe. Les ſoupçons qu'on eut après la mort de Charles-Quint, qu'il n'étoit pas mort dans des ſentimens fort catholiques, retomberent ſur* CARRANZA: *Ferdinand de Valdez, Archevêque de Seville, Grand*

Digitized by Google

Grand Inquiſiteur d' Eſpagne le fit arrêter, *le* 22. *Août* 1559. *dans les Cours de ſes viſites*, *après en avoir obtenu la permiſſion du Roi & du Pape, ſur une accuſation vague d' hereſie. On le mit en priſon, à Valladolid* &c. Miſit BARTHOL. CARRANZA, inter alios Martinum ab Azpilcueta Nauarrum, Ictum ſeculi XVI. celeberrimum, Romam, vt cauſſam illius coram pontifice peroraret, eiusque innocentiam, contra maleuolos obtrectatores, & iudicium inquiſitionis iniquum, vindicaret, ac tueretur. Vid. Guido Panzirollus *de claris legum interpretibus* cap. LV. n. LXXII. p. 379. qui BARTHOL. CARRANZAM nihilominus *in quoddam eccleſiae oppidum ad decennium fuiſſe relegatum*, *magnaque parte redituum ſui epiſcopatus*, *qui CC. millia aureorum excedebat*, *mulctatum eſſe* ſcribit. Illum vero Romae poſtquam d. XIIII. April. e carcere Caſtelli S. Angeli dimiſſus fuerit, diem obiiſſe ſupremum an. 1576. d. 22. Mai. anno aetatis 72. teſtatur Niceron l. cit. p. 257. De *Catechiſmo*, & diſſidio propter illum librum, inter inquiſitores Hiſpaniae & Congregationem librorum examinandorum, exorto, vid. Fra Paolo Sarpi *Storia del Concilio Tridentino* L. IIX. Thomas Hurtado in *elogio* CARRANZAE, *quod Reſolutionibus orthodoxo moralibus de reſidentia S. Lugd.* 1661. in fol. adiectum eſt, de hoc catechiſmo ſcribit: *non eſt prohibitus*, *quia expreſſe haereticus ſit*, *ſed quia continet plura verba*, *& propoſitiones*, *quae vehementem generant ſuſpicionem*, *de haereſi in foro ſoli*, *& ſecundum allegata & probata*, *quod bene compatitur cum hoc*, *quod in foro poli*, *nulla macula*, *nulloue fideinaeuo ſit auctor infectus*, &c. vid. fol. 450. Tertiam, & quartam huius Catechiſmi partem in linguam gallicam tranſtulit Binetus Academiae Pariſienſis Rector, & cum adprobatione theologorum celeberrimorum tit. *Des Sept Sacremens de l'Egliſe & des diſpoſitions*, *neceſſaires pour les recevoir avec fruit*, *Paris*. 1692. in 12. *De la priere*, *du jeune*, *& de l' aumone*, *avec une explica-*

Digitized by Google

plication de l'oraiſon dominicale, Paris. 1694. in 8. in lucem emiſit. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* T. I. p. 183.

Ritratti de' Seren. Principi d'Eſte, Signori di Ferrara, con l'aggionta de' loro fatti più memorabili, ridotti in Sommario dal *Sr.* ANTONIO CARIOLA. *In Ferrara appreſſo Catarino Doino 1641* in 4.

Eximiae raritatis, hunc eſſe librum tredecim iconibus, principum Ferrarienſium, aere expreſſis, ornatum, nos docent *die Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. III. p. 168.

Rime e proſe di *Meſ.* GIOVANNI della CASA. *In Venez. 1579.* in 8.

Rariſſima haec eſt editio, ipſique Nicolao Franc. Haym ſagaciſſimo eiusmodi rerum inueſtigatori, incognita. *Capitoli*, vti apud Italos carmina ſotadica vocantur, di *Mes.* GIOVANNI della CASA, in iuuentute, ab ipſo, confecta, hic quidem non reperiuntur, plus tamen vice ſimplici impreſſa fuerunt cum aliis, Berni, Mauri, & aliorum eiusmodi furfuris carminibus, de quibus collectionibus vid. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua Italiana* p. 141. ſqq. Niceron *Memoir.* Tom. XII. p. 113. Cl. Vogtii *Catalogus libror. rar.* p. 502. ſqq. Quinque vero eiusmodi carmina, a CASA conſcripta dicuntur, nimirum *Capitolo del Martello, della Stizza, del Forno, degli Baci, & ſopra il nome del Giovanni.* Quae de *Capitolo del Forno*, a viris doctis, in vtramque partem diſputata ſunt, e Menagii diſſertatione T. II. *Antibaillet* p. 88. Io. Hieron. Gundlingii Tomo vnico *Obſeruat. ſelectar. Halenſ.* p. 120. P. Baile *Dictionaire* T. IIII. p. 2782. repeti poterunt. Inde autem patebit, opinione fuiſſe deceptos, qui ſpur-

ſpurcum & obſcoenum eiusmodi librum, a CASA, latine ſcriptum, prodiderunt. Errat igitur Ferdinandus Stoſchius Prof. & Rect. Lingenſis, in *Appendicula ad Daniel. Gerdeſii & Ioannis Vogtii illius florilegium, & huius Catalogum librorum rariorum* p. 7. cum librum, qui non extat, anno 1550. *Venetiis apud Troianum Nauum*, prodiiſſe ſcribit. Narrant de Gisberto Voetio, id quod ὡς ἐν παρόδῳ, hic adiiciamus, quod carmen illud CASAE *del Forno*, pyxidi incluſum adſeruauerit, *ne amplius memoria eius ſupereſſet.* Exagitauit hanc ob cauſſam Voetium, illumque omnium ludibrio expoſuit Nicol. Hieron. Gundling in *Collegio hiſtorico-litterario* Cap. VI. §. LXVI. p. 856. In operibus CASAE, quae Abbas Giovanni Battiſta Caſotti tit. *Opere di Mes.* GIOVANNI *della* CASA, *con una copioſa Giunta di Scritture non piu Stampate in Firenze* 1707. III. Tom. in 4. in lucem emiſit, nonniſi duo *Capitoli del Martello*, & *della Stizza*, quae reliquis paullo ſunt honeſtiora, inueniuntur. Vitam IO. della CASA, Archiepiſcopi Beneuentani, omnium optime deſcriptam inuenimus Tom. I. Operum ab Abbate Caſotti praemiſſam. Conf. quoque *Giornale de' letterati d' Italia in Venezia* T. IIII. p. 164. ſqq. Niceron l. cit.

ISAACI CASAVBONI, de Satyrica Graecorum poeſi & Romanorum Satyra Libri II. *Paris* 1605. in 8.

Vid. Cl. Vogtius p. 176. Inſeruit hunc librum Thomas Crenius *Muſeo philologico & hiſtorico Lugd. Bat.* 1699. in 8. p. 1 - - 364. ISAACVS CASAVBONVS in hoc opere, inter ſatyram Graecorum, & ſatyram Romanorum diſcrimen intercedere ſtatuit. Impugnauit illius ſententiam Daniel Heinſius in libro *de ſatyra Horatiana Lugd. Bat.* 1629. in 12. Defendit tamen aliqua ex parte CASAVBONI ſententiam

tiam Ezechiel Spanhemius in praefat. des *Ceſars de l'Empereur Iulien.*

ISAACI CASAVBONI corona regia, id eſt panegyrici cuiusdam vere aurei, quem Iacobo I. Magnae Britanniae Regi, Fidei defenſori, delinearat, fragmenta, ab Euphormione, inter ſchedas τȣ̃ μακαρίτȣ, inuenta, collecta, & in lucem edita. *Londini, pro officina Regia Io. Bill 1615.* in 12. pp. 127.

Huius ſatyrae, qua nihil mordacius, & impudentius vnquam prodiit, verus autor eſt Gaspar Scioppius, qui illam adſumto ISAACI CASAVBONI nomine edidit, & in illa Henricum IIX. & Iacobum I. Reges Angliae perſtrinxit. Niceron hanc editionem Tom. XXXV. p. 201. vocat *extrement rare*, & Baile dans ſes *lettres* T. II. p. 530. de illa ſcribit: *C'eſt une ſanglante Satire, de Scioppius, contre le Roi Jaques, dont il étoit presque impoſſible, de trouver des exemplaires.* Chriſtianus Thomaſius illam poſtea Tom. I. *Hiſtoriae Sapientiae, & ſtultitiae Hal.* 1693. in 8. p. 125. ſqq. inſeruit. Conf. Vincent. Placcii *theatrum Pſeudonymor.* p. 165.

MERICI CASAVBONI Treatiſe concerning Enthuſiasmes. *Londin. 1655.* in 8.

Raritatem huius libri cognoſcimus e *Nou-Antiquis* ann. 1708. p. 599. vbi plenior illius inuenitur recenſio. D. Io. Frideric. Mayer, Theologus quondam Gryphiswaldenſis, illum in linguam latinam ab Adam. Fabricio Concionatore Stralſundano edi curauit *Gryphisw.* 1708. in 4. vid. Io. Franciſc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologic.* T. II. p. 1360. Breue MERICI CASAVBONI elogium, una cum Iſaaci patris vita, praemiſſum conſpicitur ISAACI & MERICI

RICI CASAVBONORVM *epiſtolis*, quae curante Theodoro Ianſonio ab Almeloveen prod. *Rotterod.* 1709. in fol. p. 75. ſqq. Conf. Niceron *Memoir.* T. XIIX. p. 148. ſqq.

PETRI CASTELLI Balſamum examinatum. *Meſſanae 1640.* in 4. mai.

Liber multis figuris aere expreſſis, & admodum rarus eſt.

SEBASTIANI CASTELLIONIS Dialogi IIII. de praedeſtinatione, electione, libero arbitrio, & fide; nec non eiusdem opuſcula. *Goudae apud Gaſpar. Tournaeum 1613.* in 8.

Perrara eſt haec editio, ob Foelicis Turpionis Vrbeuetani, quo nomine ſe occuluit Fauſtus Socinus, praefationem. Vid. Chriſtoph. Sandii *Bibliotheca Antitrinitariorum* p. 68. Fridericus Spanhemius in *Elencho hiſtorico-theologico ſelectiorum de religione controuerſiarum*, Oper. Tom. III. p. 798. Vincent. Placcius in *theatro Pſeudon.* p. 279. & 245. vbi haec leguntur: *Proſper, Felix, & Fauſtus idem ſunt, & rurſus Dyſidaeus, & Socinus, & Turpio.* Δυσειδὴς *enim ſignificat Turpem ſeu deformem quem Itali Sozzo appellant.*

IO. ANTONII CASTELLIONAEI Florilegium antiquitatum paroeciae S. Vincentii in Prato, ſiue Mediolanenſes antiquitates ex vrbis paroeciis collectae, ichnographicis ipſarum tabulis, recentibus rerum memoriis, variis eccleſiaſticis ritibus auctae & illuſtratae. *Mediolan. 1625.* in 4.

Digitized by Google

IOANNES ANTONIVS CASTELLIONEVS ſeu *Caſtiglione*, quem Cl. Vogtius p. 178. *Io. Andream* nominat, S. Theol. Doctor, & Vicarius perpetuus Abbatiae S. Vincentii in Prato fuit. Liber illius Carolo Caraffae Epiſcopo Auerſano dedicatus, & in X. faciſculos diuiſus, non adeo magni momenti eſt. Nihil enim in illo, praeter deſcriptionem quarundam antiquitatum, & reliquiarum, quae in nonnullis Mediolani templis, adſeruantur, inuenies. Io. Georg. Graeuius tamen librum inſeruit Tom. III. *Antiquitat. Italiae* p. 335. ſqq. Vid. *Bibliotb. Hamb. Hiſtoric.* Centur. V. p. 24. ſqq.

LODOVICO CASTELVETRO Correzione di alcune coſe del Dialogo delle lingue dell' Varchi, & una giunta al primo libro delle proſe di M. Pietro Bembo, dove ſi ragiona della volgar lingua. *In Baſilea 1572.* in 4.

Bibliothecae Dalmannianae Catalogus p. 302. raritatis eſt teſtis. Conf. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari* p. 217. Talem autem occaſionem LVDOVICVS CASTELVETRO, ſibi oblatam exiſtimauit, vt hunc euulgaret librum. Annibal nimirum Caro, poeta Italus, non incelebris, in laudem Regiae Domus Gallicae anno 1553 conſcripſerat Carmen hoc titulo: *Canzone de' Gigli d'Oro*, cuius eſt initium:

Venite all' Ombra de Gran Gigli d' oro.

Illud cum LVDOVICO CASTELVETRO communicauerat ea lege Aurelius Bellincini, Nobilis Mutinenſis, vt ſuam, de illo, perſcriberet ſententiam. Cum vero CASTELVETRO, limam paullo acriorem huic carmini adhibuiſſet, Annibal Caro, hac re adeo offenſus fuit, vt non ſolum ipſe anno 1558. contra LVDOVICVM CASTELVETRO publicaret *Apologia degli Accademici di Banchi di Roma contra* LODOVICO CASTELVETRO *da Modena, in forma d' uno ſpaccio di Maeſtro Paſquino, con alcune Operette del Pre-*

Predella, del Buratto, di Ser Fedocco in difeſa della ſequente Canzone del Commendatore Annibal Caro, appartenenti tutte all uſo della lingua Toſcana e all vero modo di poetare. In Parma per Set. Viotto in 4. ſed etiam amicos ſuos, contra illum excitaret. Inter eos praecipue Benedictus Varchi extitit, qui librum compoſuit, *L'Ercolano Dialogo di Benedetto Varchi, in Firenze per Filippo Giunti* 1570. in 4. in *Venez.* eodem anno *per i Giunti* in 4, de quo infra dicendi nobis locus erit. Hic autem liber, poſt mortem Benedicti Varchi, quae anno 1566. accidit, diuulgatus fuit. Reſpondit igitur LVDOVICVS CASTELVETRO, & contra Annibal. Caro, librum acerbiſſimis iniuriis, euulgauit refertum, omiſſo ſuo nomine: *Ragione di alcune coſe, ſegnate nella Canzone di Annibal Caro: Venite all'ombra di Gran Gigli d'oro*, ſine loci & anni indicio, in 4. Fuit haec editio impreſſa *Viennae in Auſtria.* Recuſus liber fuit, in *Venezia per Andrea Arrivabene* 1560. in 8. & adiecta Annibal. Caro *Apologia degli Accademici di Banchi*, cuius iam mentionem fecimus, in *Parma per Set. Viotto* 1575. in 8. Poſteriori Varchi dialogo, illum, quem ſupra nominauimus, CASTELVETRO oppoſuit librum, quem eius frater Ioannes Maria CASTELVETRO, in lucem emiſit. Finis tandem huius exorti diſſidii is fuit, vt Annibal Caro, aduerſarii ſui nomen, ad inquiſitores haereticae prauitatis deferret, qui illum ob haereſeos ſuſpicionem, aliquamdiu captiuum detinuerunt; ſed fuga ſibi conſuluit LVDOVICVS CASTELVETRO, relictoque carcere, omnique Italia, in Germaniam ſe contulit, & extra patriam, Chiauennae, non vero Baſileae, aut Mutinae, vt nonnulli ſcribunt, anno 1571. aetatis anno LXVI. diem obiit. Pluribus hanc rem expoſuit Niceron Tom. VIIII. p. 216. ſqq. Ludouicus Antonius Muratorius *nella Vita di* LODOVICO CASTELVETRO *& ſue opere critiche in Milano* 1727. in 4. Ea, quae in LVDOVICI CASTELVETRO libro, ad Petrum Bembum

bum ſpectant, operibus poſtea Petri Bembi proſaicis adiecta fuerunt, quae Octauius Ignatius Vitalliano edidit titulo: *le Proſe del Bembo* &c. *in queſta nuova edizione unite inſieme con le Giunte di* LODOVICO CASTELVETRO; *non ſolo con quelle giunte ch' erano prima ſtate publicate, ma ancora alcune altre, che conſervavanſi manuſcritte nella libreria del Sereniſſimo Duca di Modena, con copioſiſſime tavole. In Napoli per Bernardo Michaele Raillard e Felice Moſca* 1714 II. Tom. in 4.

BONAVENTVRAE CASTILIONAEI *Mediolanenſis* Gallorum Inſubrum antiquae ſedes. *Mediolan. 1541.* in 4.

Hiſtoriam huius operis, cuius tres libri, ab Autore, Canonico Mediolanenſi, conſcripti fuerunt, primus autem tantum a Ioh. Anton. Caſtiglione typographo Mediol. editus fuit, pluribus expoſitam inuenies in *Biblioth. Hamburgenſi hiſtorica* Centur. V. p. 22. ſqq. Librum rarum eſſe, teſtatur quidem Daniel Gerdeſius in *florileg. libror. rar.* p. 65. recuſus tamen eſt, *Bergom. typis Comini Venturae* 1593. in 8, minime autem in 4. vt Io. Albert. Fabricius, in *Conſpectu Theſaur. litterar. Italiae* p. 68. ſcribit. Inſertus etiam inuenitur, in Io. Georg. Graeuii *Theſauro Antiquitat. Italiae* Tom. I. p. 161. ſqq. nec non in Andr. Schotti *Italia illuſtrata Francof.* 1600. item in Gaudentii Roberti *Miſcellaneis Italic. erudit. Parm.* 1691. Tom. II. Conf. *Catalogus omnium librorum, qui nundinis Autumnalibus Francofurti ad Moenum & Lipſ.* 1594. *venales expoſiti fuerunt.*

CATALOGVS graecorum Codicum Bibliothecae Auguſtanae. *Auguſt. Vindelicor. ad inſigne pinus 1595.* in 4.

Hunc

Digitized by Google

Hunc CATALOGVM nitidiſſime impreſſum, edidit Dauid Hoeſchelius, Rector gymnaſii S. Annae, & Bibliothecae ciuitatis Auguſtanae praefectus. Laudant illum a raritate, & praeſtantia, Sam. Engel in *biblioth. Selectiſſ.* p. 23. Iacob Brucker in dem *Ehrentempel der Deutſchen Gelehrſamkeit* Decur. III. p. 101. Paul. Colomeſius dans *la Bibliotheque Choiſie* p. 492. edit. Io. Alb. Fabricii dicit: *Nous n'avons point de* CATALOGVE *de Manuſcrits, plus docte, ni mieux digéré que l'eſt celui-ci.* & P. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1485. ſcribit: *le* CATALOGVE *des Manuſcrits grecs de cette bibliotheque composé par Hoeſchelius eſt de main de Maitre.* Anton. Reiſerus anno 1675. illum denuo edidit & Manuſcripta latina graecis addidit.

Bibliotheca Norfolciana, ſeu CATALOGVS librorum manuſcriptorum & impreſſorum, quos Henricus Dux Norfolciae Regiae ſocietati Londinenſi donauit. *Londin. 1681.* in 4.

Liber apud nos perrarus, & in ipſa Anglia non adeo obuius.

MATTHIAE FLACII *Illyrici* CATALOGVS teſtium veritatis. *Francof. 1666.* in 4. CATALOGI teſtium veritatis Auctarium. *Cattopoli 1667.* in 4. Aeneae Syluii L. III. de Concilio Baſileenſi. *Cattop. 1667.* in 4.

De primis editionibus, quibus nihil detractum fuit, Cl. Vogtius in *Catalog. libror. rarior.* nonnulla adtulit. Quibus addi meretur Io. Conradi Lauterbachii verſio germanica, anno 1573. viuo adhuc FLACIO, in lucem emiſſa. Simon Goulardus, conſilio neſcimus quo, adductus, poſtea in illo, multa addidit, reiecit, emendauit, permutauit, & ita transforma-

Digitized by Google

formatum *Lugd.* 1597. II. Tom. in 4. & poſtea auctiorem, *Geneuae* in fol. ediderat. Cum igitur hac ratione, editiones integrae, atque incorruptae, paullo fierent rariores, Ioan. Conradus Dietericus Graecar. litterar. & Hiſtoriar. apud Gieſſenſes Profeſſor, CATALOGVM priſtinae integritati reſtitutum, denuo edidit *Francof.* 1666. in 4. & talis haec noſtra eſt editio, cui tamen Dietericus nomen ſuum non praefixit. In ſecunda vero, quam illi acceptam referimus, editione, de ann. 1672, ſe editorem eſſe profitetur. Sed nouum tantummodo titulum, illa in fronte gerit, verbis: *opus inſigne* &c. ad verba vſque, *alibi extant*, nec non verbis *iuxta editionem*, &c. cum ſequentibus omiſſis, ac demta *hiſtoria Aeneae Syluii de Concilio Baſileenſi*, quae noſtrae editioni in fine adiecta eſt, quae ideo paullo rarior facta, magni aeſtimatur. Incognita haec fuiſſe videntur Io. Franciſco Buddeo, qui alioquin de MATTH. FLACIO ILLYRICO in *Iſagoge hiſtorico-theologica* T. I. p. 570, multa ſingularia, & notatu digna, adtulit. Bartholomaeus Keckermannus *de natura & proprietat. hiſtoriae*, Operum Tom. II. p. 1364. Catalogo autorum, ab Abbate Hirsaugienſi, Ioanne Trithemio edito, MATTHIAM FLACIVM permotum, ſuum CATALOGVM conſcribere coepiſſe, ſcripſit. En illius verba: *Catalogum* (ſcilicet Trithemii) *cum vidiſſet* MATTHIAS FLACIVS, *temperare ſibi non potuit, quin diſſimulata perſona & habitu, aliquot in Germania, monaſteriorum bibliothecas perluſtraret, artemque arte eluſerit, quos commode poſſet hiſtoricos, clam auferret, atque adeo eximium iſtum librum, qui dicitur* CATALOGVS *teſtium veritatis, iſto adminiculo conſcriberet.* Errat igitur Henricus Spondanus, in *Annalibus ſacris* ad ann. 1560. p. m. 602. & qui illum poſtea errorem recoquit, Adrianus Baillet dans le *Iugement des Savans* Tom. I. p. 537. ſqq. cum ſcribunt, FLACIVM ex aemulatione & ad obſcurandum illud opus, quod

Guil.

Guil. Eiſingrenius, Germanicus Catholicus, edide-
rat eodem titulo, CATALOGI *teſtium veritatis, quo Patrum & Eccleſiaſticorum omnium, qui ad eum vſque diem haereſes expugnauerunt, non paruo labore teſtimonia, pro veritate fidei catholicae* protulerat, hunc ſuum conſcripſiſſe CATALOGVM. Sed Eiſingreinius potius ex inuidia, ſuum commentarium, eodem titulo ornatum, MATTH. FLACIO oppoſuit, id quod clariſſime ex eo elucet, quod MATTH. FLACII, *Catalogus* prima vice *Baſil.* 1556. Guil. Eiſingreinii vero *Dilling.* ann. 1565. prodierit. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* T. I. p. 611. P. Baile *Dictionaire* T. II. p. 1541. Niceron Tom. XXIIII. p. 13. & Ioh. Balthaſar. Ritteri *Leben und Tod M.* MATTHIAE FLACII ILLYRICI §. XV. p. 57. ſqq. §. XIIX. p. 81. ſqq. edit. ſecundae *Francof. & Lipſ.* 1725. in 8.

CATECHISMVS Racouienſis.

De variis illius editionibus, earumque raritate, vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 183. ſqq. Conf. quoque die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothec* Tom. III. p. 208. ſqq. p. 221. ſqq. Poſſidemus huius CATECHISMI, & quidem primae editionis exemplar, quod haud ita pridem hoc titulo prodiit: CATECHISMVS *Racouienſis ſeu liber Socinianorum primarius, ad fidem editionis ann.* 1609. *recenſuit, Socinianam vero impietatem & hoc libro traditam, & a recentioribus aſſutam, adcurate profligauit Georg. Ludouicus Oederus, Antiſtes Feuchtwangenſis, & eius dioeceſeos Decanus, Francof. & Lipſ. apud Io. Andr. Schmidt* 1739. in 8. mai. pp. 1046. Dedicatio ad Iacobum Britanniae regem, nos docet, quod editio anno 1609. cura Hieronymi Moſcorouii a Moſcorow, prodierit. Sub Oliuerio Cromwellio, haec CATECHESIS, publice combuſta fuit in Anglia, id quod accidit an. 1653.

NICO-

NICOLAI CATHERINOT Scripta omnia.

NICOLAVS CATHERINOT, Regis Galliae aduocatus, & Conſiliarius *dans le Preſidial & Baillage de Bourges*, inſignem multitudinem Opuſculorum, quae omnia paucis conſtant plagulis, in lucem emiſit, quae quidem non adeo magni aeſtimantur, rariſſima tamen ſunt. Niceron Tom. XXX. p. 194. ſcribit: *Ses opuſcules peu recherchés autrefois, commencent à le devenir maintenant à cauſe de leur rareté, & de la difficulté de les raſſembler; circonſtances qui font le merite de bien des livres, dont on ne feroit point de cas, ſans cela. On ne les trouve plus, que dans les Cabinets des Curieux, dont aucun meme n'en a le Recueil complet. On aſſure qu' il a mais cent trente traités au jour, mais je n'en ai pu decouvrir que 118. dont la plus grande partie m' a paſſé par les mains.* Inter illa praecipuum obtinent locum, & prae reliquis aeſtimantur

Scholarum Bituricarum inſcriptio. *Bourg.* 1672. in 4. pp. 12.

Illud opuſculum Scholarum Bituricenſium elogium, & Catalogum Profeſſorum, qui ius & medicinam Biturici docuerunt, complectitur. Niceron l. cit. p. 199. hac ratione de illo ſententiam ſuam exponit: *Cet Ouvrage qui eſt un des plus curieux de* CATHERINOT, *contient bien des dates, qu'on ne trouve point ailleurs; il ſeroit à ſouhaiter qu' elles fuſſent toutes juſtes.*

La main de Scevola. *Bourges* d. 8. Juillet 1682. in 4. pp. 12.

Hiſtoriam quam Titus Liuius de Scaeuola commemorat, qui ad regem Porſennam perductus, manum ſuam, ipſe flammis intulerat, in hoc opuſculo, NICOLAVS CATHERINOT, fabulis accenſet. Eandem cum illo fouere conſpicimus ſententiam, Chriſtophorum Adam. Rupertum in *Obſeruationibus ad Florum*, qui L. I c.X. p, 165. ſqq. hanc de Scaeuola, variis

Digitized by Google

variis argumentis, impugnat narrationem, illamque fabuloſam, & ab adulatoribus in gratiam Muciorum Scaeuolarum confictam eſſe ſcribit. Subdubitare etiam videtur de ea, Chriſtophor. Auguſt. Heumannus, in *Poecile* Tom. I. Libr. I. p. 9. Illam vero hiſtoriam defendit, & rem, prout Liuius eam commemorat, eueniſſe, demonſtrare adgreſſus eſt Chriſtophor. Ludouicus Crellius, in *diſſertatione, qua Caium Mucium Scaeuolam Cordum, Regis parricidam ex antiquitate eruit.* Lipſ. 1722.

Annales typographiques de Bourges le 23. Juillet 1683. in 4. pp. 8. L'art d'imprimer le 10. Mars 1685. in 4. pp. 12.

Hic libellus, cum praecedente nonnunquam confundi ſolet. Fridericus Chriſtian. Leſſerus in *typogaphia iubilante*, p. 7. ſcribit: *So rar dieſes Werck iſt, ſo angenehm iſt es auch. Er handelt darinne vom Anfange, Buchſtaben, Zierrathen, berühmten Buchdruckereyen, und Buchdruckern und derer letztern Patronen, Armuth, Rechten, Freyheiten, Adel, Wahlſprüchen, und Zeichen.* In latinam linguam conuerſum hoc opuſculum, inſeruit Io Chriſtian. Wolfius, *Monumentis Typographicis, Hamburg.* 1740. II. Tom. in 8. editis. Tom. II. p. 935-964. Ipſe vero NICOLAVS CATHERINOT illud opuſculum, ſe omnibus libris deſtitutum, conſcripſiſſe fatetur. De reliquis eius ſcriptis editis, & ineditis, vid. Wolfius l. cit. Niceron l. cit. qui p. 206. Carmen illius adfert, quo breuitatem libellorum ſuorum excuſat. Inuenitur in fine libelli, cui titulus eſt *Les patronnages de Berry. Bourges* le premier Mars 1683. in 4. pp. 8.

Autor ad Publium & Aulum.

Edo breues libros; vitio mihi vertitis, atqui
Tu nullos, Publi, tu facis Aule malos.
Edo breues libros; quia deſunt otia: magnos
Edam, aut maiores, otia cum fuerint.

P Edo

Edo breues libros; nobis ſtudioſus Apollo,
Perſpicua melius, nil breuitate dedit.
Edo breues libros; breuis eſt inſania noſtra,
Et quo ſit breuior; ſit minus illa mala.
Edo breues libros; quia paſſim gaudeo ferri,
Gaudeo tractari, gaudeo ſaepe teri.
Edo breues libros; tot paruos iunge libellos,
Et tibi non vnum grande volumen habes.
Edo breues libros; tales feciſſe videntur,
Hippocrates magnus, magnus Ariſtoteles.
Edo breues libros; quia qualia qualia nempe
Impenſis noſtris, edimus haec breuia.
Edo breues libros; quia magnus dicitur eſſe,
Et vere magnum, dicitur eſſe malum.
Edo breues libros; odio eſt mihi, maxima fama,
Aut minus, aut minimum cognitus eſſe volo.

D. IACOBI CAVACII, *Patauini, Caſinenſis Congregationis monachi*, Hiſtoriarum Coenobii D. Iuſtinae Patauinae Libri VI. quibus Caſinenſis Congregationis origo, & plurima ad vrbem Pataiuium, ac finitimos adtinentia, opportune interſeruntur. *Venetiis 1606.* in 4.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 186. cui tamen editio repetita, *Rom. e typographia Seminarii* 1696 in 4. incognita fuit. Habemus ab eodem autore, qui iam an. 1612. aetatis anno XLV. diem obiit, *illuſtrium Anachoretarum elogia, ſiue Religioſi viri Muſeum, a Laurentio Pignoria* 1625. in 4. editum *Venetiis.* Vid. Niceron Tom. XXI. p. 345, qui vero librum *Rom.* 1662. in 4. recuſum, & imaginibus Anachoretarum, aere expreſſis, ornatum fuiſſe, ignorauit. Plura de IACOBO CAVACIO exhibuit Marianus Armellini, in *Bibliotheca Benedictino-Caſinenſi.*

Digitized by Google

PIERRE VICTOR PALMA CAYET Chronologie Septenaire, ou l'hiſtoire de la paix entre les Rois de France, & d'Eſpagne, contenant les choſes les plus memorables advenuës en France, Eſpagne, Allemagne, Italie, Angleterre &c. depuis le commencement de l'an. 1598. jusqu' à la fin de l'ann. 1604. diviſée en ſept livres. *Paris chez Iean Richer. 1606.* in 8. *ibid. 1609.* in 8. fol. 506.

Eiusd. Chronologie Novenaire contenant l'hiſtoire de la guerre, ſous le regne de Henry IIII. diviſée en trois parties. La premiere comprend les choſes les plus memorables avenües par tout le monde, depuis le commencement de ſon regne l'an. 1589. jusqu' à la paix faite à Vervins en Iuin 1598. entre le Roi de France, & le Roi d'Eſpagne. La ſeconde comprend les choſes les plus memorables, depuis le meme tems. Et la troiſiesme comprend les memes choſes jusqu' à l'ann. 1608. *Paris 1608.* III. Tom. in 8.

Iſti libri ob memorabilia, quae in iisdem recenſentur, lectu digni ſunt, & Mercurio, ſic dicto, Gallico, prodromorum inſtar, viam aperuerunt. Contra priorem librum prodierat, *Cenſura facultatis theologicae Pariſienſis in librum inſcriptum: la Chronologie Septenaire* &c. *Paris* 1610. in 8. Defendit vero CAHIERVS, dans *les defenſes, pour Maitre* PIERRE VICTOR CAYET *contre la pretendue Cenſure, de la Chronologie Septenaire* 1610. in 8. Fuit autem PETRVS VICTOR PALMA CAYET, qui & *Cayer*, *Cahier*, & latine CAHIERVS, & *Caietanus* nominari ſolet, natus 1525. Montrichardi. A pontificiis ſacris tranſierat ad Caluinianos, a quibus rurſus ad Pontificios ſe contulit, id quod & Beza, hoc epi-

grammate in duplices Apoſtatas, factum eſſe teſtatur:

Ad noſtros Roma CAHIERVS *venerat olim,*
A noſtris Romam nunc, CAHIERE, *redis.*

Varia munera eccleſiaſtica geſſit, & tandem Doctor theologiae creatus, in Franciſci Iordani locum ſuffectus, in Collegio Nauarreo linguam Hebraicam docuit. Mortuus eſt an. 1610. A Scriptoribus ſuae aetatis, inter homines, ob impudicitiam, & magiam ſuſpectos, referri ſolet. Theodore inprimis Tronchin, Profeſſor Theologiae Geneuenſis, & Theodore Agrippe d'Aubigné famam illius maxime laceſſiuerunt. Ille enim, in praefatione libri cui titulus *Defenſe de nos Verſiones, ou Coton plagiaire, contre Geneve plagiaire de Pierre Coton. Genev.* 1620. in 8. de illo ſcribit: PIERRE CAYER *entre autres faits pour lesquels il fût deposé du St. Miniſtere,* (ſcil a Caluinianis,) *fut accusé par teſmoins dignes de foy, d'avoir communication avec les demons. Après qu'il fut deposé, au lieu de ſe recognoiſtre, il alla de mal en pis, & ſe revolta de la vraye religion. En ſuite il fut tellement abandonné de Dieu, qu'il contracta avec Satan, ſous le nom de Terrier, Prince des Eſprits ſousterrains, ſe donna à luy corps & ame à preſent & à jamais, à condition, que luy promiſt ledit Eſprit, qu'il le rendroit heureux, és diſputes, contre ceux de la Religion, & le rendroit accomply, en la cognoiſſance des langues. Ce contract ſigne de ſang, fut trouvé apres ſa mort, & a eſté veu, par pluſieurs des gens du Roy.* Hic vero, non ſolum illum magiae incuſauit in ſuis ſcriptis, ſed etiam impudicitiae arguit Sic inter alia dans *l'hiſtoire univerſelle* Tom. III. Livr. IIII. Chap. XI. p. m. 502. de illo refert: *Avint auſſi que* CAYER *travaillant à la magie, quelque temps après fut deposé, eſtant auſſi accusé d'avoir composé deux livres, l'un pour prouver que par le ſixieſme Commandement la fornication, ni l'adultere, n'eſtoient poins defendus: Mais ſeulement le péché d'Onan; l'autre eſtoit pour prouver*

la

Digitized by Google

la neceſſité de reſtablir par tout les bourdeaux. La deſſus eſtant dejetté, il paſſa en l'autre religion: où il fut bien venu de la Sorbonne: mais des Jeſuites aſſez mal. Id quidem negari poteſt, quod CAHIERVS, ob eiusmodi librum, accuſatus in Synodo, minime vero propterea ſacerdotio deiectus fuerit. Libri titulus fuit: *Diſcours contenant le remede contre les diſſolutions publiques, préſenté à Meſſieurs du Parlement.* Huius vero libri, ſe autorem eſſe, conſtanter negauit, & dans *la Chronologie Nouenaire* ad ann. 1595. fol. 545. alium quempiam compoſuiſſe, dixit, librum, quem ipſe tantummodo manuſcriptum, Roberto Stephano mutuo dederit. Dans *les Memoires de la ligue* Tom. VI p. 347. Italus quidam, Nicolaus Perrot, librum conſcripſiſſe, & in lucem emiſiſſe, commemoratur hoc titulo: *Diſcorſo del remedio delle publiche diſſoluzioni*, & gallicam illius verſionem apud CAHIERVM fuiſſe inuentam. Cauſſam veram, quam ob rem CAHIERVS, ſacerdotium apud Caluinianos amiſerit, iuſſu Synodi publice expoſuit, Franciscus Loberan Sieur de Montigny, dans *l'Avertiſſement aux fidelles ſur la depoſition du Sieur* CAYER *du S. Miniſtere, & ſur ſa revolte* 1595. & 1595. in 8. Contra hunc Loberani librum, CAHIERVS poſtea edidit: *Reponſe de Maitre* VICTOR PIERRE CAYER, *au livret intitulé: Avertiſſement aux fidelles &c. ou ſont refutées les calomnies qu' on cuide mettre ſur ſa vraye & volontaire converſion à la vraye egliſe Catholique, Apoſtolique, & Romaine. Paris chez Iean Richer* 1595. in 8. pp. 112. Defendit CAHIERVM aliqua ex parte P. Baile *Dictionair.* Tom. I. p. 712. ſqq. Cum vero nonnulla, quae ſecus ſe habeant, adtulerit Bailius, conferri meretur, *Lettre critique ſur le Dictionaire de Baile*, cuius autor Mr. l'Abbé le Clerc eſſe perhibetur. Conf. quoque Niceron *Memoires* Tom. XXXV. p. 386. ſqq. Paulli Colomeſii *Gallia Orientalis* p. 144. edit. I.A. Fabricii. Eberhard Dauid Hauberi

Bibliotheca acta, & *ſcripta magica* Tom. I. p. 507. ſqq. qui pleraque ex Bailio transſcripſit. Inprimis autem legi meretur, quem a nonnemine communicatum habuimus, T. L. P. *Diſcours funebre, ſur la mort de feu Mr.* CAHIER, *Docteur en Theologie*, & *Profeſſeur du Roy és langues Orientales en l'vniverſité de Paris.* 1610. in 8. pp. 19.

MINI CELSI *Senenſis* diſputatio, in haereticis coercendis quatenus progredi liceat, vbi nominatim eos vltimo ſupplicio affici non debere, aperte demonſtratur. *Chriſtlingae* 1577. in 8.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 187. De hoc libro, eiusque Autore, nuperrime celeberr. I. G. Schellhornius cum eruditis communicauit *Diſſertationem epiſtolicam ad S. Reu. Moshemium perſcriptam, de* MINO CELSO *Senenſi, rariſſimae diſquiſitionis, quatenus in haereticis coercendis progredi liceat, Autore Claudio item Allobroge homine fanatico, ac SS. Trinitatis hoſte*, ex qua intelligimus in Synodo Curienſi quaeſtionem, an haeretici vltimo ſupplicio adficiendi ſint, ventilatam, & a MINO CELSO in Heluetia, hunc librum fuiſſe conſcriptum, & CELSVM, Benedicto Ochino, Aonio Paleario auctorem ſuaſoremque extitiſſe, vt relicta pontificia religione, ad proteſtantium ſacra tranſirent. Quae de MINI CELSI *Nouo Teſtamento Baſil.* 1572. edito, adtulit doctiſſimus Schellhornius in adducta diſſertatione epiſtolari, legi poterunt.

CONRADI CELTIS *Protucii* IIII. libri amorum ſecundum quatuor latera Germaniae, *Norimb.* 1502. in 4. mai.

Vid. Cl. Vogt. *Catalog. libr. rar.* p. 188. CONRAD. CELTES MEISSEL, qui poſtea *Protucii* adſumſit nomen,

men, natus fuit Wupfeldae, pago haud procul ab vrbe Schweinfurt, in Franconia 1459. d. 1. Febr. id quod Trithemius Tom. II. *Annal. Hirsaug.* p. 636. teſtatur, omnes autem fere, qui illius expoſuerunt vitam, praeter clar. Io. Iacob. Bruckerum in dem *Ehrentempel deutſcher Gelehrſamkeit* Decur. IIII. p. 127. ignorarunt. *Libri Amorum*, quos Bruckerus p. 131. non in 4. ſed in fol. minori editos ſcribit, verſibus elegiacis conſcripti ſunt, & amores CELTIS, puellarumque, quas ille amauit, exponunt. Numero fuerunt quatuor, quae Haſilinae, Elſulae, Vrſulae, & Barbarae nominibus, a CELTE, inſigniuntur. De ipſis carminibus Mr. de la Monnoye dans ſes *Additions, au Jugement des Savans de Mr. Baillet*, ita iudicat: *Tout cela eſt decrit avec beaucoup de naïveté, ou plutot de groſſiereté. Il laiſſe quelque fois echapper certaines boutades, qui auroient peine à paſſer aux pais mêmes, qui ne ſont d'inquiſition. Tel eſt un endroit de l'Elegie* VI. &c.

CONRADI CELTIS *Protucii* Odarum libri IIII. *Argentorat.* 1513. in 4.

Illarum raritatem e Bruckeri l. cit. p. 128. not. e cognoſcimus. Poſt mortem CELTIS, illae, a ſocietate Rhenana, cuius ille autor & inſtaurator extitit, vna cum vita illius editae fuerunt. Libros Odarum IIII. ſequitur liber Epodon, & carmen ſeculare, genere Sapphico compoſitum. Ode VIIII. Libri III. illius viri laudes complectitur, qui in Germania artem typographicam inuenit.

CONRADI CELTIS *Protucii* Ars verſificandi & carminum, *ſine loci & anni indicio* in 4. pl. 24.

Admodum infrequens hoc CONRADI CELTIS opuſculum, multa eruditione refertum eſt. Vberius

Digitized by Google

illud recenſuit Iacobus Burkhardus in *Commentar. de linguae latinae in Germania fatis* P. II. p. 211. ſqq. Illam vero, quam adduximus editionem, quae in Bibliotheca Portenſi publica adſeruatur, primam eſſe ex eo coniicimus, quod litterarum, quibus impreſſa eſt, character, antiquitatem prae ſe ferat, & in orthographia, ab illa nonnunquam diſcrepet editione, cuius Burckhardus l. cit. mentionem facit. Sic enim in epiſtola dedicatoria noſtrae editionis legimus, *Frederico* pro *Friderico*, *Martino Melrſtet*, pro *Martino Mellerſtat*, & quae ſunt reliqua. In fine noſtrae editionis, adiectum inuenitur CONRADI CELTIS *Protucii* ad Fridianum Pighinucium Italum, Erneſti incliti ducis Saxoniae Archipraeſulem parthenopolitanum, Germanieque primatis Oratorem, *carmen epiſtolicum. Saphicon Endecaſillabon* Fridiani Pighinucii *pro peſte ad Sanctum Sebaſtianum*. Fridiani Pighinucii *epiſtola* verſibus conſcripta *ad Martinum Melrſter, Medicum mathematice peritiſſimum, in qua illi nunciat ſe ab Hemitriteos conualuiſſe.* Ad hanc epiſtolam CONRADI CELTIS *reſponſio*, cui adſcripſit: *Non potui me continere, Fridiane vates doctiſſime, quin egretudine tua ſublata gauderem: incultoque tibi carmine congratularer. Martinus Meldrſtet vbi veſpere carmina tua recepit: altera luce ex vrbe feſtinus ad Ducem Fridericum profectus, reſpondere non potuit. Malui ego ad te dare litteras ignorantie mee teſtes, quam tue ſalutationi non gratificari. Tuum erit rubiginem carminis expurgare. Vale.* Sequitur *carmen ad lectorem* & CONRADI CELTIS *Protucii Ode ad Apollinem, repertorem poetices, vt ab Italis cum lira ad Germanos veniat.* De reliquis eius ſcriptis & fatis vid. Nicol. Hieronym. Gundling *Obſeruat. Selectae*, c. I. qui pleraque e vita CELTIS, a Societate Rhenana, conſcripta, deſumſit. In iis, quae addita fuerunt a Gundlingio, multa cum errore coniuncta eſſe, Bruckerus teſtatur, in quibus notari omnino merentur, quae ille de *omnium* CELTIS *operum* edi-

editione Argentinenſi, quae nusquam extitit, adferre haud dubitat. Ita vero accidit etiam, vt Niceronus Gundlingium ſequutus nonnulla veritati aduerſa de CONRADO CELTE Tom. XVI. *Memoir.* p. 379. ſqq. commemoraret. Vid. de CONRADO CELTE, & inprimis de Sodalitate litteraria Rhenana Iuſt. Chriſt. Thorſchmidii diſſert. ſingular. in *Analectis Societatis Charitatis & Scientiarum* Tom. I. p. 475. ſqq. Viri Summe Reu. Chriſtophori Haymanni olim Diaconi & Colleg. Extraordinarii apud Portenſes, nunc vero Paſtoris, Superintendentis, & Conſiſtorii Eccleſiaſtici Adſeſſoris apud Glauchenſes meritiſſimi, *Kurtzgefaszte Geſchichte der vornehmſten Geſellſchaften der Gelehrten* Tom. I. p. 38?. ſqq. Conf. quoque I. A. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. III. p. 1019. ſqq. Io. Petri Lotichii *Bibliotheca poetica* P. II. p. 8. ſqq.

PRISCI CENSORINI *Photiſtici*, Hydramyſtica, ſiue de corrupta morali doctrina dialogus. Eſt via, quae videtur homini iuſta, nouiſſima autem deducunt ad mortem. Prouerb. XIIII. 12. *Colon. 1691.* in 4. pp. 17.

Rariſſimi huius opuſculi autor eſt Ioannes Vincentius Grauina Ictus Romanus, & Profeſſor Canonici iuris, in Collegio Sapientiae Romano celeberrimus. Non *Coloniae*, ſed *Neapoli*, libelli quinquaginta tantum exemplaria impreſſa ſunt, quae Grauina, cum ſuis amicis communicauit. Vid. Elogium Ioan. Vincentii Grauinae a Ioſepho Citto Neapolitano conſcriptum Tom. I. delle *Notizie Iſtoriche degli Arcadi morti Rom.* 1720. in 8. p. 205. ſqq. *Giornale de'letterati d'Italia in Venez.* Tom. XXXI. p. 318. Tom. XXXIIII. p. 270. Niceron Tom. XXVIIII. p. 233. ſqq.

Digitized by Google

ASCANIO CENTORIO *degli Ortenſi* Commentarii delle guerre di Tranſilvania dopo 1530. ſino al 1543. la Ima parte *in Venezia per il Giolito 1565.* la IIda parte *ſono* I commentarii delle Coſe di Europa del medeſimo CENTORIO contenendo libri IIX. *in Venez. per il Giolito 1569.* in 4.

Vid Cl. Vogtius in *Catalog. libr. rar.* p. 188. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua Italiana,* qui p. 35. ſcribit: *E autore ſtimatiſſimo, e Rariſſimo.* In *Catalogo Bibliothecae Menckenianae* p. 382 liber rarus, & e Ferrantis Caſtaldi Marchionis de Caſſano, qui in eo bello Exercitus Caeſarei dux extitit, commentariis (Memoires) depromtus dicitur. Id notandum eſt, quod dux ille exercitus Caeſarei, non *Ferrantes* ſed *Io. Baptiſta* Caſtaldo fuerit nominatus: Vid. Filippo Tomaſſino & Giovan. Turpino *Ritratti di Cento Capitani illuſtri, con li lor fatti in Guerre, intagliati da Aleſſandro Capriolo in Rom.* 1596. in 4. p. 107. Quod vero ad ASCANIVM CENSORIVM adtinet, ille, non 1075. & 80. vt in dem *Allgemeinen Hiſtoriſchen Lexico* Tom. I. p. 752. in *lexico Eruditorum* Ioecheriano & in Nicol. Hieron. Gundlingii *Diſcours über Heumanni Conſpect. Hiſt. litterar* Tom. II. p. 1551. per errorem ſcribitur, ſed Seculo XVI. floruit. Eius *Commentarii della guerra di Tranſilvania, con la tavola delle coſe, digne di memoria*, recuſi fuerunt *Venetiis* 1573. in 4. Vid. Nicol. Baſſaei *Collectio omnium librorum* P. III. p. 33. Habemus ab illo *Harangues militaires, & concions de Princes, Capitaines, Ambaſſadeurs, & autres manians tant la guerre, que les affaires d'Eſtat. Pariſ.* 1573. in fol. in quibus multa, ad hiſtoriam bellorum, aliarumque rerum, illius ſeculi ſpectantia inueniuntur. De moralibus illius opuſculis, editioni delle *Novelle del Bandello Venez.* 1566. in 4. adiectis vid. die *Merckwurdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. I. p. 80. De Ope-

Operibus eius Tacticis & Strategicis vid. Haym *notizia de' libri rari* p. 12. ſqq.

CEREMONIALE Brandenburgicum. *Tremoniae 1699.* in 8. pl. 7. *Friburgi* vel potius *Lipſiae* vna cum CEREMONIALI Palatina 1700. in 8. pl. 13.

Cauſſam duplicem, qua Io. Petrus de Ludewig adductus fuit, vt in *diſſertatione de iure ablegandi Ordinum Imperii* Tom. I. Opuſculor. miſcellan. p. 301. paullo iniquius de hoc libello ſentiret, adtulit nuper Adam Fridericus Glafey in *Bibliotheca Rinkiana* p. 835. vbi ſcribit: CEREMONIALE *Brandenburgicum ab Archiuario quodam Berolinenſi, iuſtis ſubſidiis inſtructo, optima fide in vſus priuatos conſcriptum eſt. Quia vero ante adeptam regiam dignitatem compilatum, iuraque Electorum contra Reges, in eo defenſa erant, aula Berolinenſis ſolio regio conſcenſo, principiisque mutatis, illud ſuppreſſit. Ita accipiendum ac temperandum eſt iudicium, quod Io. Petrus de Ludewig de hoc libello fert.* Conf p. 1047. vbi adhuc alia huius rei cauſſa adlata conſpicitur.

PAVLLI CERRATI *Albenſis Pompeiani*, de virginitate ſacra libri III. *Paris 1528. apud Simon. Colinaeum* in 8.

Liber verſibus conſcriptus oppido rarus. In Iani Gruteri *Deliciis poetarum Italorum* eiusdem CERRATI extat *epithalamion, in Gulielmi & Annae Montisferrati principum nuptiis* Tom. I. p. 746. Conf. Ios. Simleri *Biblioth. Geſner*. p. 543.

Farraginis actionum iuris ciuilis & prouincialis Saxonici, Municipalisque Magdeburgenſis L. VII. per IOANNEM CERVVM *Tucholienſem*

ſem collecti & reuiſi: in libro quinto continetur formula proceſſus iudiciarii, iuris terreſtris prouincialis ac Caſtrenſis Polonici, iuſſu regio per quosdam Iuriſperitos, in compendium & modum vnum reducta, & deinde per eandem ſacram maieſtatem regiam, conſiliariosque regni Poloniae adprobata. *Cracouiae per Matthiam Scharffenberg* an. 1542. in 8. folior. 331.

De hoc libro, Autoris fatis, & ſcriptis, aliisque libri editionibus, haec enim quam adtulimus tertia eſt, multa lectu digna inuenies in Iohan. Daniel Ianozki *Nachricht von denen in der Hochgräflich Zaluskiſchen Bibliothec ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 25. ſqq.

Les Oeuvres de *Mr.* ALAIN CHARTIER, contenant l'hiſtoire de ſon temps, & du regne de Charles VII. depuis 1402. jusqu' en 1460. & ſes autres traitez, en vers & en proſe, revûs, & corrigez, avec des Annotations, par A. du Cheſne. *Paris* 1617. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 191. *Catalog. libr. rar.* Fuit ALAIN CHARTIER, qui latina *Alanus Auriga*, ſiue *Aurigarius* nominari ſolet, Caroli VI. & VII. Galliae Regum Secretarius, qui diem obiit an. 1458. aetatis LXII. Indicem opuſculorum, quae in hac Andreae du Cheſne Collectione reperiuntur, videſis in Io. Alb. Fabricii *Bibl. oth. med. & inf. Latin.* L. III. p. 1033 ſqq. Reperitur inter alia in ea collectione *l'hiſtoire des troubles de France ſous les Roys Charles VI. & VII.* Haec hiſtoria ſeorſum excuſa *à Nevers* prodiit 1591. in 4, quae editio rariſſima eſt. Andreas du Cheſne hiſtoriam hanc, primo Caduceatori (Roy d'Armes) Carolorum VI. & VII. Iacobo le Bou-

Digitized by Go

Bouvier dicto Berry, adſcripſit, ſed Thaumas de Thaumaſiere dans *l' hiſtoire de Berry* L. I. c. XCVII. p. 79. & Iacob. le Long in *Bibliotheca hiſtoricorum Galliae* p. 375. verum ſcriptorem fuiſſe Aegidium (Gilles) de Bouvier docent. Conf. *Bibliotheca hiſtorica Struuio-Buderiana* p. 359. Vincent. Placcii *theatrum Anonym.* p. 582. num. 2314. *β. theatr. Pſeudonym.* p. 19. n. 69.

CHRISTOPHORI CHEF-FONTAINE *ſeu a Capitefontium, Ordinis Minorum*, tractatus de neceſſaria correctione theologiae ſcholaſticae. *Paris.* 1586. in 8.

Verba Ludouici Martin. Kahlii de hoc libro ex *Bibliotheca Philoſoph. Struuiana* T. I. p. 228. a Cl. Vogtio p. 101. adducta, plane eadem ſunt, quae in Richardi Simon *Lettres choiſies* Tom. II. p. 100 ſqq. gallice leguntur. Octo autem in omnibus fere exemplaribus, huius libri, deſiderari folia Richard. Simon l. cit. monet. Plura ſcripſit CHRISTOPHORVS a CAPITE-FONTIVM, e quibus nobis innotuerunt. *Defenſio fidei maiorum noſtrorum, qua haereticorum ſeculi noſtri ſtratagemata deteguntur*, *Antverp. ex officin. Plantin.* 1575. in 8. Eiusd. *liber ſecundus Rom. litteris Anton. Bladii* 1576. in 8. *De libero arbitrio & meritis bonorum operum adſertio catholica*, *Antuerp. apud Plantin.* 1576. in 8. *Defenſio perpetuae Mariae virginis, ac Ioſeph. ſponſi eius virginitatis, Lugd. litteris Io. Pillebotte* 1578. in 8. *Compendium priuilegiorum Fratrum Minorum, & Religioſarum ſub eorum cura viuentium, & aliorum Fratrum mendicantium, ordine alphabetico digeſtum, Paris. litteris Simon. Caluarini* 1578. in 8. *Confutatio puncti, quem vocant honoris, ſuper quo, contentionum, monomachiarum, ſiue duellorum ſuorum fundamenta, Chriſtiana hodie nobilitas iacit, in quo de vero, falſoque diſputatur honore, Colon.* 1585. in 8. *Nouae illuſtrationis chriſtianae*

fidei

ſidei aduerſus impios, Libertinos, Atheos, Epicureos, & omne genus infideles epitome. Adiectae ſunt duae Authoris de beata virgine conciones, Paris. 1585. in 8. *Defenſionis fidei maiorum, quam de vera & reali corporis Chriſti, in Eucbariſtiae Sacramento, habuere, praeſentia, liber in actiones octo diuiſus, Colon. apud Matern. Cholinum* 1587. in fol. *Varii tractatus & diſputationes, de eo, quod ſit vtile ac neceſſarium, nonnullas ſecum pugnantes Scholaſticorum ſcriptorum opiniones, licet in eis, quae fidei, ſumma ſit inter illos concordia, ad Decretorum Concilii Tridentini normam conciliare & corrigere, Paris. apud Arnold. Sittart.* 1587. in 8. Illi vero libri omnes raro hodie conſpiciuntur.

EDVARD. HERBERT DE CHERBVRY, de veritate prout diſtinguitur a reuelatione, a veriſimili, a poſſibili & a falſo. *Paris 1624. ibidem 1633.* in 4. *Londin. 1645.* in 4.

Liber infrequens & plane impius; quo auctor Naturaliſmi, & Deiſmi fundamenta poſuit, quibus Hobbeſius & Spinoſa poſtmodum nefanda ſua dogmata ſuperſtruxerunt. De EDVARDI HERBERT DE CHERBVRY vita, libellum nuper ſingularem edidit Chriſtoph Gottlob Grundig A. M. V. D. M. titulo *Geſchichte und wahre Beſchaffenheit derer heutigen Deiſten und Freydencker, worinne beſonders von dem Leben, Schrifften, Nachfolgern und Gegnern des berühmten und gelehrten Engliſchen Lords* EDOARD. HERBERT *de* CHERBVRY *&c. als deren Vorgängers und Anführers gehandelt wird, aus ſeinen eignen Schrifften und vielen beſondern Nachrichten zuſammen getragen, und mit nöthigen Anmerckungen erläutert, Coethen* 1748. vbi *gallice ſcriptum* fuiſſe librum, & *latine redditum* dixit. Verſio autem

Gal-

Gallica, quam Grundigius non vidit, docere eum poterat, latine conſcriptum a Cherburio fuiſſe librum. Id ſane titulus prodit, qui hoc modo libro praefixus legitur: *De la verité en tant, qu'elle eſt diſtincte de la revelation du vraiſemblable, du poſſible, & du faux, par* EDOVARD HERBERT de CHERBVRY *traduit du latin & augmenté par lui même* 1639. in 4. Conf. Chriſt. Kortholt *diſſertatio de tribus impoſtoribus magnis* EDOARDO HERBERT, *Thom. Hobbes, & Benedict. Spinoſa, Kilon.* 1680. in 8. iterum *Hamburg.* 1706. in 4.

EDVARDI HERBERT de CHERBVRY tractatus de cauſſis errorum, vna cum tr. de religione Laici, & Adpendice ad Sacerdotes, nec non quibusdam poematibus. 1656. in 12.

Liber ſimili ratione noxius, & occulto imbutus veneno; qui etiam prima vice *Londini* 1645. in 4. cum praecedente libro editus fuerat.

EDVARD. HERBERT de CHERBVRY Liber de religione gentilium, errorumque apud eos cauſſis. *Amſtelod.* 1663. in 4.

Prima pars huius libri prodierat *Londini* 1645. in 8. in noſtra vero editione Pars II. adiecta eſt. Michael Lilienthal in der *Theolog. Bibliothek* p. 216. & Io. Alb. Fabricius in *delectu Argument. & Syllabo Scriptorum de Veritate Religion. Chriſtian.* p. 303. nos docent huius libri etiam extare editionem *Amſtelod.* 1656. in 4. ſed nobis non tam felicibus eſſe licuit, id quod ingenue fatemur, vt illam oculis luſtrare potuiſſemus. Innotuit vero nobis, praeter editionem iam memoratam *Amſtelodamenſis* editio 1700. in 8. In anglicam liber translatus linguam prodiit *Londin.* 1708. in 8. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XIIX. p. 178. ſqq.

A. D. C. T.

Digitized by Google

A. D. C. T. Antiquités & recherches de la grandeur & Majeſté des Rois de France *Paris* 1621. in fol.

Rariſſimi libri autor eſt ANDRÉ *du* CHESNE *Tourangeau*, quem litterae initiales deſignant. Prima editio prodierat *Pariſ.* 1609. in 8. Niceron Tom. VII. p. 324. illum in ipſa Gallia rarum eſſe ſcribit: *ce traité eſt curieux & rare.*

ANDRÉ du CHESNE Hiſtoire de la maiſon de Chaſtillon ſur Marne juſtifiée par titres, & bonnes preuves, avec les genealogies & les armes des illuſtres familles de France & de Pays bas, les quelles ont été alliées à celle de Chaſtillon. *Paris* 1621. in fol.

Eiusd. Hiſtoire genealogique de la maiſon de Montmorency & de Laval. *Paris chez Cramoiſy* 1624 in fol.

Eiusd. Hiſtoire genealogique de la maiſon de Vergi. *Paris* 1625. in fol.

Eiusd. Hiſtoire genealogique des maiſons de Guines, d'Ardres, de Gand & de Coucy, & de quelques autres familles qui y ſont alliées. *Paris.* 1631 in fol.

Eiusd. Hiſtoire genealogique des maiſons de Dreux, Bar-le-Duc, de Luxembourg, & de Limbourg, du Pleſſis, de Richelieu, de Broyes, & de Chatteauvillain. *Paris* 1631. in fol.

Eiusd. Hiſtoire genealogique de la maiſon des Chaſtegniers, Sieurs de la Chaſtaignerage. *Paris* 1639. in fol.

Eiusd.

Digitized by

Eiusd. Hiſtoire genealogique de la maiſon de Bethune. *Paris.* 1639. in ſol.

Rariſſime corpus illud integrum VII. Tom. in fol. genealogiarum Francicarum in bibliothecis conſpicitur. Niceron Tom. VII. p. 330. de illo ita ſcribit: *Les ſept volumes de Genealogies que du* CHESNE *a publiés, ſont tous éſtimés, & rares.* & p. 332. de Autore illorum teſtatur, *On peut même dire, qu'il a fait la genealogie des principales maiſons de France, ſans donner atteinte à la verité.*

ANDRÉ CHEVILLIER Traité de l'origine de l'imprimerie de Paris. *à Paris chez Iean de Laulne* 1694. in 4.

Raritatem Fridericus Chriſtian. Leſſerus in *typographia iubilante* p. 7. teſtatur. Autor fuit Sorbonnae Bibliothecarius, illudque opus iuſſu Ioannis Baptiſt. Colberti conſcripſit. In illo commemorat, quod adnitente Sorbonna, in Galliae regno, typographia primum fuerit introducta, & Vlricus Gering primus fuerit, qui Lutetiae in Pariſiis libros typis impreſſit. Iura tandem Sorbonnae in typographicas officinas exponit. Primum illius libri caput Proſper Marchand hiſtoriae inſeruit *de l'Origine & des premiers progrès de l'Imprimerie, à la Haye* 1740. in 4. mai. P. II. p. 97. ſqq.

IO. CHIFLETII *ICti Veſontini* Conſilium de Sacramento Euchariſtiae, vltimo ſupplicio afficiendis non denegando. *Bruxell. typis Mommartianis* 1644. in 8.

Errorem admiſit Niceron, cum Tom. XXV. p. 270. ſcriptum illud in 4. excuſum eſſe dicit. Errant etiam collectores *Bibliothecae Hamburgenſis hiſtoricae,*

cum Centur. X. p. 245. illud Petro Franciſco Chiffletio adſcribunt, & *Bruxell.* 1664. prodiiſſe confirmant.

PETRI FRANCISCI CHIFFLETII S. Bernardi Abbatis Clareuallenſis genus illuſtre adſertum. Accedunt Odonis de Diogilo, Ioannis Eremitae, Herberti Turrium Sardiniae Archiepiſcopi & aliorum Scriptorum Opuſcula Seculi XII. hiſtoriam eccleſiaſticam ſpectantia. *Diuione 1660.* in 4. pp. 768.

De inſigni operis iſtius raritate, conſulenda ſunt *Nou-Antiqua* ad ann. 1726. p. 240. vbi plenior illius recenſio reperitur.

BARTOLOMAEI CHIOCCARELLI Antiſtitum Neapolitanae eccleſiae Catalogus, ab Apoſtolorum temporibus, ad noſtram aetatem. *Neapol. litteris Franciſc. Savii 1643.* in fol.

Idem ſine dubio liber eſt, qui a Io. Georg. Lottero in *Commentario de vita & philoſophia Bernardi Teleſii* p. 4. a Cl. Vogtio p. 196. aliisque titulo *de inluſtribus regni Neapolitani Scriptoribus* citari ſolet.

CHRISTIANA de fide & Sacramentis, contra haereticorum id temporis errores, explanatio. Acceſſit praeterea edictum Caroli V. Caeſaris cum articulis, quibus docetur fidei & religionis chriſtianae vera obſeruantia. *Cracouiae apud Hier. Victorem 1545.* in 8 pp. 256.

Hunc librum deſcribit paullo copioſius Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von der Zalusk. Bibl.* P. I. p. 23. vbi autorem illius fuiſſe Philippum Archintum

tum Burgenſem Epiſcopum, qui illam prima vice *Romae* titulo: *Edictum Chriſtianum de fide & Sacramentis* 1545. in 4. ediderit, ſcribit, & illius rei teſtem adfert *Indicem librorum Bibliothecae Barberinae* T. II. p. 66. Nos poſſidemus editionem paullo recentiorem *Romanam ex officina Philippi Baldini* 1578. in 4. in cuius titulo *edictum* illud *Chriſtianum de fide & Sacramentis, Romae exaratum* dicitur, *per Philippum Archintum Saluciarum* non Burgenſem *Epiſcopum*. Illa editio *Cracouienſis* e Ianozki libro a nobis adducta, ſumtibus Ioannis Dantiſci, cuius vitam expoſitam habemus a Georg. Daniel. Seylero in dem *Erleuterten Preuſſen* Tom. I. Part. IIII. N. XIII. p. 237. ſqq. Part. XII. in additament. p. 861. ſqq. ſub Auſpiciis Stanislai Hoſii Canonici Cracouio-Ermelandi prodiit. Idem Philippus Archintus, id quod *ὡς ἐν παρόδῳ* hic adiiciamus, edidit quam vidimus, *Orationem, de noua chriſtiani orbis pace, Paris.* 1545. in 8.

IO. BAPTIST. CHRISTINAEI, iurisprudentia heroica, ſiue de iure Belgarum circa nobilitatem, & inſignia, demonſtrato in commentario ad edictum Sereniſſimor. Belgii principum Alberti & Iſabellae euulgatum d. XIIII Dec. 1616. in quo interpretationes ſeu declarationes regiae eiusdem edicti, leges Romanae, variae ſupremorum Senatuum deciſiones, hiſtoriae, antiquitates, fragmenta genealogica, tituli & ordines equeſtres, a rege Catholico concedi ſoliti, Belgique & aliarum gentium mores confirmantur, confutantur, illuſtrantur. *Bruxell.* 1668. II. Tom. in fol. it. *ibid.* 1689. in fol. Tom. II. *cum multis figuris aere expreſſis.*

Vid. Cl. Vogtius p. 196. quocum conferri merentur, quae in *Catalogo Bibliothecae Ludewig.* P. I. p. 718. de

 hoc

hoc libro legimus: *Eſt hic liber rariſſimus inuentu. Magni pretii ideo, quod argumentum deſcribat intractatum aliis: magno rerum ſingularium atque omnis aeui monumentorum adparatu. Pars altera in lucem prodiit paullo poſt, vbi nonſolum filum complete pertexit, ſed etiam ſpicilegium addit eorum, quae in prima parte deſiderari videbantur. Alii huius generis libri enarrant tantum heroicas imagines, ſed noſtra inquirit pariter in cauſſas earundem, aeſtimatque ſingula iuris, & aequi pondere & lance, vt iurisprudentiae nomen omnino mereatur. Dubito autem an recentior editio ſuperſit* 1689. *Nam eſt potius opinabile in numeris annorum erratum eſſe a librario. Tot enim aeri inſcripta heroica idola, impenſas non leues requirant, quas feciſſe nouum bibliopolam vix eſt credibile. Addo quod exempla in libellariis officinis non proſtant. Vtinam eſſet aliquis Germanus, qui ad patria inſtituta hic reſpiceret, cum auctor in Belgicis & Hiſpanicis tantummodo verſetur.* Editio autem recentior, quae annum 1689. praefert, & a Io. Petro de Ludewig hoc loco in dubium vocatur, omnino extat. Nos enim ipſi illam vſurpauimus oculis, cum bibliotheca Weidmanniana Lipſiae venderetur. Conf. *Catalogus illius Bibliothecae* P. II. p. 101. *Bibliotheca hiſtorica Struuio - Buderiana* p. 1693. Hic vero ſilentio praeterire non poſſumus, quod in *Biblioth. Struuio - Buderiana* vnus idemque liber, duobus tribuatur autoribus, loco enim citato editio anni 1689, non 1698. vti etiam ibidem per typothetarum legitur errorem, IOANNI BAPTISTAE CHRYSTIN, pag. vero 556. editio prior anni 1668. PAVLLO CHRYSTIN. adſcribitur.

PAVLLI CHRISTINAEI deciſiones. *Antverp. 1671.* in fol.

Vid. Cl. Vogtius p. 196. PAVLLVS CHRISTINAEVS ſeu *Chryſtinen* Mechlinienſis Belga, natus anno 1553. Ictus ſui Seculi celeberrimus, & patriae vrbis Syndicus fuit. Diem obiit anno 1631. Antiquior libri

bri huius editio extitit in Bibliotheca Weidmanniana, cuius titulus P. II. *Catalogi* p. 58. hoc modo adlatus conſpicitur. PAVLLI CHRISTINAEI *practicarum quaeſtionum, rerumque in ſupremis Belgarum curiis, actarum & obſeruatarum deciſiones, in VI. Volumina diſtributae, iam ad ipſa autoris autographa emendatae a Sebaſtiano de* CHRYSTINEN, (qui PAVLLI fuit filius, eiusque in Mechlinienſis vrbis Syndicatu Succeſſor) *Antverp.* 1626. - 1633. *ex officina Hieron. Verduſſ.* in fol. Conf. Thom. Hyde *Catalog. Biblioth. Bodleian.* Tom. I. p. 160.

CHRONICON *lingua vernacula conſcriptum. ſine loco & anno* in 4. folior. 36.

Inter rariores codices, qui in bibliotheca Portenſi adſeruantur publica, hoc quoque CHRONICON iure ſuo referri meretur. Admodum breue eſt, multasque refert fabulas. Ex latino ſermone translatum eſſe propterea colligimus, quod fol. 28. haec leguntur verba: *So ferr hat der maiſter dieſer cronic, die er flores temporum genennet hat, das iſt die blümen der zyt geſchriben, vsz der ich och ditz büchlin gekurczt vnd getütſchet hab. Fürbas iſt es von ainem anderem gemeret.* His verbis adſcripſit, manus vt videtur coaeua: *Huc vsque Henricus Skynhewd Doctor.* Sequuntur additamenta alius Scriptoris, cuius nomen non compertum habemus. Ex his vero additamentis elucet, quo tempore illud CHRONICON fuerit impreſſum. Ita enim fol. 30. legitur: *Friderich ain Fürſt von oeſterich ward nach im* (poſt Albertum Auſtriae Archiducem) *erwelet vnd ſo er noch vff den hütigen. ſant ſcolaſticen tag anno dni.* M.CCCCLXXIII. *als dicz büchlin vsz getruckt ward in leben geweſen, ſo wil ich ſyn keiſerlich güte regierung den künftigen coronick ſchrybern befelchen nach ſynem tod ze ſamlen zy ſynen Ziten.* In primo CHRONICI folio comparent duo ſcuta, ſine dubio typographi,

 in

in altero, duo malleoli inſtar crucis diſpoſiti, in altero ſcuto quod diuiſum eſt, ſuperior pars nigra, inferior alba conſpicitur. In CHRONICI principio, haec legimus verba: *Hie hebt an ayn tütſche Cronica von anfang der welt vncz vff Keiſer fridrich.* De arca Noachi ita ſcribit: *Archa noe hett an der lengy IIIc elenbogen. Ein elnbog hat X ſchuch. Cam noe ſun, ward zoroaſtes ein künig bactrianorum.* De muris babylonicis fol. 2. *Babiloniam gewan Cirus. derſelben ſtat mur was ſo dick vnd ſo hoch das es dem gemeinen man vngeloplich iſt. darumb wil ich es nit ſchreiben.* De Capitolio eod. fol. p. 2. *Capitolium das ſtund da nun das barfuszen cloſter ſtaat.* Imperatorem Romanorum Auguſtum, a diuitiis, quas ex Aegypto Romam tranſtulerat, legimus fol. 3. ita adpellatum fuiſſe: *Er furet unſeglich groſſe rychtung von Egipten, mit im gen Rom, darumb ward er auguſtus geheiſſen, das iſt merer. Von dem werden alle keiſer ſemper auguſti geheiſſen, das iſt daz ſie allezyt das rych meren ſoellen.* Ibidem: *Tiberius nero ward gereiniget von der vſſeczikeit durch veronicam im XXI. jar ſyner regierung.* Ibidem p. 2. *Vnſer libe frow ward in die himel enpangen nach der geburd ires kindes XLIIII. jar.* ibidem *Von den bäpſten Petrus helt den bapſt ſtul IIII jar in orient, in anthiochia VII. iaar. Vnd kam gen Rom anno dni XLV. iar und regieret allda XXV iaar. VII. monet. VIII. tag. Vnd haat kein bapſt nach im ſo lang regieret. Er hett die erſten Mesz und ſprach allein das pater noſter.* Folio 3. *Nero ward im XIIII. jar ſyner regierung, von den römern verurteilet. daz man in nackend mit ruten ſchlagen ſoelte, vnd von einen hohen turn abwerfen. Aber er entſloch vff das feld, da ſpiczet er einen ſtecken mit ſynen zenen, und fiel daryn vnd ward von den Wolffen gefreſſen da er XXXI. iar alt was.* Perſecutor chriſtianorum ibi vocatur p. 2. *ein durchächter der criſtenheit.* Aelius Pertinax nominatur fol. 6. *Lelius der ſtreng und gerecht.* Ibidem p. 2. de vndecim mille virginibus: *die*

die eilfftuſend mägt wurden ze köln gemartert von Athila dem künig hunorum da man zalt von criſti geburt IIcXLVI. fol. 7. *Probus das iſt biderb.* De Merlino Britannico, quem auctor chronici, anno quadringenteſimo ſeptuageſimo quinto poſt Chriſtum natum lucem conſpexiſſe dicit, fol. 11. legimus: *Merlinus der warſager, ward zu denſelben zyten geboren, von einer cloſterfrowen desz küniges Tochter von britania, von eines böſen geiſtes beſchloſſen (als man ſagt) von dem beda mangerley wonder werkes ſchrybet.* Multa quidem ſuperſunt, commemoratione digna, ſed plura referre, inſtituti noſtri ratio prohibet, ea tamen quae dici poterant, aliis forte temporibus reſeruamus. Id modo adiiciendum cenſemus, quae de Ioanna Papiſſa folio leguntur 17. *die frow babſt, die ſich Iohan̄es von engelland nemmen lieſſe. Anno dni VIIIcLIIII. ſasz. IV. Iar. V. monet. da ward ſie ſchwanger. Vnd vff ein tag beſchwur ſie einen beſeſſen menſchen, vnd alsz der tüffel nit vsz wolt ſprach ſie zu im. Sag du böſer geiſt, wann wilt du vsz diſem lyb faren. antwurt er mit diſen latiniſchen verſen. Papa pater patrum papiſſe pandito partum. Tibi tunc edam de corpore quando recedam! das iſt ſo vil. Wann du bäbſtin din geburt wilt offenbaren, ſo will ich dir ſagen wann ich vsz will faren. Sie gebar vff dem weg zwiſchen dem Coliſeum vnd ſant peterskirchen. vnd ſtarb allda. In dieſelben gaſſen ſol kein babſt me kommen.* CHRONICO huic imponitur finis, cum *temporum deſcriptione, ſecundum Yſidorum.*

CHYMICA Vannus. *Amſtelod. 1666.* in 4. pp. 392. Commentatio de pharmaco catholico pp. 76.

Huius libri, qui chryſopoeiam docet, nos poſſidemus exemplar. Autorem illius omni adhibita opera indagare non potuimus. En integrum libri titulum! *Reconditorium ac recluſorium opulentiae ſapien-*

Digitized by Google

tiaeque Numinis Mundi Magni, Cui deditur in titulum CHYMICA *Vannus, Obtenta quidem & erecta Auſpice Mortale Coepto; Sed Inuenta Pro authoribus Immortalibus Adeptis, Quibus Concluſum eſt, ſancitum & decretum, Vt Anno hoc per Myſteriarcham Mercurium, Velut Viocurium, ſeu Medicurium, ſtat Vta ora CV-La ſVa eX or DIne InoLesCerent, & aVrea VerItas perſpICaCIor IbVs IngenIIs nVDe breVIterqVe InnotesCeret. Orbe poſt Chriſtum natum Milleſimo, ſexcenteſimo, ſexageſimo ſexto, Idibus Majis. Amſtelodami apud Ioan. Ianſſonium a Waesberge & Elyzeum Weyerſtraet Anno* 1666. Editionem recentiorem *Lugd. Bat.* 1695. in 4. cum hoc titulo paullulum mutato CHYMIAE *aurifodina incomparabilis, quam recludit praeludium proſimetricorum &c.* adfert *Bibliotheca Chemica Rothſcholziana* P. I. p. 41. Liber multis figuris, aere expreſſis, ſatis quidem elegantibus, ornatus eſt. Titulum ſequitur *epigramma in Zoilum*, in quo haec talia verba leguntur:

Gelria mi patria eſt, ſed Venloa propria terra
Me mihi ſcito data non niſi lege loqui.

In *idoneo ad Lectorem interuerbio*, autor p. 6. ita ſcribit: *Iudicioſe mi frater, quia hodie infinita maledicendi laſciuia, & ego non ſemel hac parte grauiter vapulaui, quod nimirum aliquid vigiliarum, publico bono, aliquando feciſſem, ac forte nonnulla iuxta adeſſent, metaleptice aut tropologice ſumpta, cuiusuis captui non ita ſtatim obuia, neque reconditiorum tamen vocum phraſiumque indicem adieciſſem, idcirco nunc damno meo cautior inde effectus, vocabulorum abſtruſiorum, ſententiarumque acutiorum gloſſemata atque paragraphos aſtituere* (forte conſtituere) *propoſui.* Autor vbique ingenium fanaticum, & inſignem ſtili barbariem prodit. Adpendicis loco, libro adiecta eſt *Commentatio de pharmaco catholico; quomodo nimirum iſtud, in tribus illis naturae regnis, mineralium, animalium ac vegetabilibum, reperiendum, atque exinde conficiendum per excellentiſſimum vniuerſale menſtruum,* vi

Digitized by Google

vi pollens recludendi occludendique tum metallum quodlibet, in primam ſui materiam, reducendi. Inſuper qualiter per id ipſum (ſupple Menſtruum) alias fixum illud indeſtructibile aurum, redigendum ſit in verum & inculpatum aurum potabile, quod nullo ſe inpoſterum artis ſtratagemate, in ſolidum iterum aureum corpus patitur reduci. Cumprimis ab honore Dei excelſi & glorioſi; deinde in ſingulare ſolatium, & emolumentum generis humani, propalata, inque publicam data lucem per &c. *Atque Londini in Anglia, ab vno eodemque paraphraſte, qui vſque adhuc Chymicam Vannum inſtituit; celeriter ſed tamen fideliter e Germaniſmo in Latiniſmum traiecta; Aera chriſtiana Milleſima ſexcenteſima ſexageſima quinta Kalendis Octobribus.*

ALPHONSI CIACONII Bibliotheca libros & ſcriptores fere cunctos, ab initio mundi ad ann. 1583. ordine alphabetico complectens. Nunc primum in lucem prodiit ſtudio, & cum obſeruationibus Franciſci Dionyſii Camuſati, *Veſuntini. Paris.* 1731. in fol.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. varior.* p. 198. Expectabant quidem viri docti vehementer hanc CIACONII *bibliothecam*, vix autem in lucem ea prodierat, cum ſtatim communem quaſi contemtum ſecum traheret. Omnia enim fere CIACONIVS, e Geſneri *bibliotheca* in ſuam transſcripſerat. Et inde arceſſenda eſt cauſſa raritatis, quod nemo facile inuentus fuerat, qui librum emeret. Cum vero in auctione quadam bibliopolae Io. Caſpar. Arckſté & Henric. Merkus, multa huius libri, ſibi comparauiſſent exemplaria, abiectis quinque aut quatuor prioribus plagulis, nouum libro titulum, & praefationem Cel. Kappii praefixerunt, vt emtoribus perſuaderent, nouam editionem eſſe, quam recuſam exhiberent. Id praeterea obſeruari meretur,

quod illa bibliotheca, nonniſi quatuor litteras A. B. C. D. contineat, & in littera E. cum *Epimenide* finiatur. Vitam ALPHONSI CIACONII vid. in Iacob. Quetif & Echardi *Scriptor. Ordinis Praedicatorum* Tom. II. p. 344 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXVI. p. 171. ſqq.

IOANNIS CIAMPINI vetera monumenta, in quibus praecipue muſiua opera, ſacrarum profanarumque aedium ſtructura, ac nonnulli antiqui ritus, diſſertationibus, iconibusque illuſtrantur. *Romae 1690.* in fol.

Neſcio quid cauſſae fuerit, cur CIAMPINVS vnum ſuorum praenominum in ſuis ſcriptis omiſerit, nempe *Iuſtini.* Secundus huius libri Tomus prodiit *Romae* 1699. id quod Cl. Vogtium ignoraſſe, ex ſilentio illius coniicimus. Conf. de IOANNE IVSTINO CIAMPINO & reliquis eius ſcriptis, vita eius a Vincentio Leonio de Spoleto conſcripta, in Tom. II. *delle vite degli Arcadi.*

M. TVLLII CICERONIS officia, & paradoxa, *per Io. Fuſt typis exſcripta.* in 4. fol. 88.

Hunc librum rariſſimum eſſe, & quouis auro pretioſiorem, nemo facile in dubium vocabit, qui perſpecto typographi nomine, in hiſtoria typographiae litteraria, non hoſpes plane, ac peregrinus fuerit. Adſeruat illud cimelion, e munificentia, Ioannis Friderici Lauhnii, Hardislebienſis Thuringi, gratiſſimi quondam ſcholae Portenſis alumni, Bibliotheca eiusdem ſcholae publica. In libri fronte haec leguntur verba: MARCI TVLII CICERONIS *Arpinatis. ꝯſulisque. romani. ac oratorũ maximi. Ad M. Tuliũ Ciceronem filiũ ſuũ. Officior. liber incipit.* Litterae initiales omnes, non typis exſcriptae, ſed pro genio illorum temporum, rubro, caeruleo,

leo, & viridi colore, adpictae ſunt in fine librorum de officiis, hi conſpiciuntur verſus.

Tulius heſperios cupie͂s ↄponere mores
Edidit hos libros appellans officiorum.
Quo ſolo ferus extinctus eſt furor cateline
Conſcilio ſuperu͂ cuſtos directus ad vrbem
Lux orbis. pr͂ieque ſalus mens tota ſenatus
Hic plus ſole micat cruciatus ꝑpter honeſtu͂.

Poſt paradoxa, inueniuntur *Uerſus XII. ſapientu͂, ſcilicet. baſilii. Aſmenii. Liomani. Euforbii. Iuliani. Hilaſy. Palladi. Aſclemadiſ. Euſtenii. Pompeliani. Maximini. & Vitaliſ. poſiti in Epitaphio.* MARCI TVLII CICERONIS. In fine eorum legitur: *Prèſens Marci tulii clariſſimu͂ opus. Iohannes fuſt Mogu͂tinus ciuis. no͂ atrame͂to. plumali ca͂na neque aerea. Sed arte quadam perpulcra. manu Petri de gernſzhem pueri mei feliciter effeci finitum. Anno MCCCCLXVI. quarta die menſis februarii. a͂e.* Haec omnia demum claudit Horatii carminum L. IIII. od. 7. cum hoc titulo: *Maulio Torquato Flaccus. de vite humane breuitate p ↄpaconem tpris.* (propter comparationem temporis) *hec.*

Diffugere niues. redeu͂t iam gramina campis. &c.

Huius odae verſus 25. ibi ſic legitur:

Infernis neq;. a tenebris dyana pudicum
Liberat ypolitum.

neglecta eliſione. Vberiorem, rariſſimi huius codicis, recenſionem, litterarumque ductus, adcuratiſſime exhibuit Michael Maittaire Tom. I. *Annal. Typogr.* p. 274. ſqq. qui editionem, quae annum 1465. prae ſe fert, cum hac noſtra, vnam eandemque eſſe ſcribit, ſed non nihil diſcriminis, inter vtramque intercedere, inſtituta collatione adcuratiore, nos docet autor *der Merkwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dreszden* Tom. III, p. 506.

CLAVIS Homerica, ſiue lexicon vocabulorum omnium, quae in Iliade Homeri, nec non

in potiſſima Odyſſeae parte continentur, Accedit breuis de dialectis appendix. *Rotterod. ex officina Arnoldi Leers* 1655. in 8. pp. 470. except. indice.

De raritate vid. *Bibliotb. Maſtricht.* p. 797. vbi editio *Goud.* 1649. inuenitur. Innotuit nobis praeterea editio, tali inſignis titulo: CLAVIS *Homerica reſerans ſignificationes etymologicas, deriuationes, compoſitiones, & dialectos omnium fere vocabulorum, quae in XXIIII. libris Iliadis Homeri continentur, eodem ordine, quo in ipſis libris leguntur. In gratiam ſtudioſae iuuentutis, Societ. Ieſu. autore R. P. Anton. Robert. Anglo. Duaci* 1636. in 8. Contulimus hanc forte primam editionem, cum *Rotterodamenſi*, poſterioremque multo auctiorem inuenimus. Reperiuntur etiam in *Rotterodamenſi*, praeter adpendicem *de dialectis* Michael. Apoſtolii *paroemiae* p. 390 - 470. Dum haec ſcribimus *Bibliothecae Fabricianae Graecae* Tom. I. p. 302. docet, hanc *Rotterodamenſem* editionem, non ad Antonii Roberti, ſed ad Georgii Perkins, Angli, qui illam prima vice *Londini* 1641. in 8. edidit, exemplar excuſam eſſe. Alias quoque editiones adfert Fabricius l. cit.

P. CLAVDII CLEMENTIS *Ornacenſis in Comitatu Burgundiae, e Societate Ieſu, Regii Profeſſoris eruditionis, in Colleg. Imperiali Madritenſi*, Muſei ſiue Bibliothecae, tam priuatae, quam publicae extructio, inſtructio, cura, vſus L. IIII. Acceſſit accurata deſcriptio Regiae Bibliothecae S. Laurentii Eſcurialis: Inſuper Paraeneſis allegorica ad amorem litterarum. Opus multiplici eruditione ſacra ſimul & profana refertum: praeceptis moralibus & litterariis, archi-

tectu-

tecturae & picturae ſubiectionibus, inſcriptionibus & emblematis, antiquitatis philologicae monimentis, atque oratoriis ſchematis vtiliter & amoene teſſellatum. *Lugdun. 1635.* in 4. mai.

Operis huius deſcriptionem, nuper dedit Io. Henricus a Seelen in den *Hamburgiſchen Berichten* an. 1748. n. 42. Omnia vero autoris illius opera, hodie ſunt rariora. Innotuerunt nobis: *Clemens IIII. Galliae ſuae & Groſſorum gentis, illuſtre ornamentum, Lugdun* 1624. in 12. *Machiauel'iſmus iugulatus*, 1637. in 4.

IVLIVS CLEMENS *Placentinus*, vid. infra, IVLIVS CLEMENS SCOTTI.

NICOLAI CLENARDI epiſtolae de rebus Muhamedicis. *Louan 1551.* in 8.

Vid Cl. Vogtius p. 202. Haec prima ſine dubio editio eſt, ſed partem tantummodo epiſtolarum primam complectitur. Editionem vero *Louanienſem* 1561. extare, nobis vix perſuadere poſſumus, cum a nemine praeter Reimmannum, & Vogtium, illius mentionem factam eſſe, inuenimus, etiamſi complures catalogos, dedita opera euoluerimus. In editione *Antverpienſi* 1566. in 8. liber ſecundus epiſtolarum adiectus conſpicitur. Adtulit illum ex Hiſpania Carolus Cluſius, illiusque copiam fecit Plantino. Recuſa illa editio fuit *Hanouiae* 1606. *typis Wechelianis* in 8. pp. 340. qua nos vtimur, dum haec ſcribimus. Acceſſerunt ad eam adpendicis loco, *excerpta* ex Huberti Thomae Leodii *Annalium de vita Friderici II. Comitis Palatini, Ducis Bauariae, S. R. I. Electoris* L. VI. & XI. vbi nimirum *de diuerſoriis Hiſpanicis* agitur.

IOAN-

IOANNIS CLEREE *Ordinis Praedicatorum* Sermones quadrageſimales. *Paris 1530.* in 8.

Minus recte Cl. Vogtius p. 201. hunc autorem *Claree* vocat. Vid. Samuel Engel *Biblioth. Selectiſſ. libror. rar.* p. 45. In *Bibliotheca Telleriana* p. 102. editio memoratur antiquior *Pariſienſis apud Englebertum Marnef.* 1526. in 8. Eiusdem autoris *Sermones de Aduentu* prodiiſſe *Paris.* 1529. in 8. teſtatur *Catalog. Biblioth. Bodleian.* T. I. p. 166.

MERLINI COCCAII *Poetae Mantuani* Opus Macaronicorum. Totum in priſtinam formam, per me Magiſtrum Acquarium Ladolam optime redactum, in his infra notatis titulis diuiſum. ZANITONELLA, quae de amore Tonelli erga Zaninam tractat. Quae conſtat ex tredecim ſonolegiis, ſeptem eclogis, & vna ſtrambottolegia. PHANTASIAE, Macaronicon, diuiſum in viginti quinque Macaronicis, tractans de geſtis magnanimi & prudentisſimi Baldi. MOSCHEAE facetus liber, in tribus partibus diuiſus, & tractans de cruento certamine Muſcarum & Formicarum. LIBELLVS Epiſtolarum & Epigrammatum, ad varias perſonas directarum, *Venetiis apud Bevilacquam 1613.* in 12. pp. 541. excepto indice pp. 6.

Vid. Clariſſ. Vogtius p. 202. Hanc editionem nos poſſidemus ipſi, charta autem, & litterarum character, tum & alia, illam non *Venetiis*, quam vrbem, titulus quidem indicat, ſed in Germania excuſam eſſe, illico produnt. *Argentinae* illam impreſſam eſſe crediderimus, cum libri, qui, in ea vrbe, ſumtibus *Lazari Letzneri* prodierunt, idem in-

inſigne capitis galeati, cubo impoſiti, cum epigraphe: *Scientia immutabilis*, plerumque prae ſe ferant. Cl. quidem Vogtius primam editionem omnium 1521. excuſam eſſe ſcribit; Mſr. de la Monnoye vero dans ſes *notes ſur les Iugemens des Savans*, editionem, ſe vidiſſe teſtatur *Venet.* 1517. in 8. *apud Alexandrum Paganini.* Illam vero XVI. tantum macaronica complecti carmina, & ab inſequentibus editionibus, multis in locis, diſcrepare, ſcribit. Memoratur iſta etiam editio, in *Ducatianis* P. I. p. 49. Autor vero per errorem *Hieronymus* Folengius vocatur. Extant praeterea editiones *Venet.* 1520. in 8. editio 1521. in 12. cui ſubſcriptum fuit: *in priſtinam formam per me magiſtrum Acquarium Lodolam optime redactum Tuſculani apud lacum Benacenſem.* Vtramque adducit Niceron dans les *Memoires* Tom. IIX. p. 4. Conf. Tom. X. P. I. p. 177. vbi editio *Veneta* 1552. in 12. occurrit. *Venet.* 1554. in 12. extat in *Catalogo Biblioth. Hulſianae* P. IIII. p. 489. nec non in *Catal. Biblioth. Sellianae* in Adpend. p. 57. *Veneta* 1561. in 12. cum praefat. Viſagi Coccaii, in qua nonnulla, haud vbiuis locorum obuia, de vita Theophili Folengi reperiuntur. Editor illam ex manuſcripto Folengi emendatiorem, & reiectis iis, quae bonos offenderent mores, edidit. Quare euenit, vt multum diſcrepet illa editio a praecedentibus. *Venet.* 1564. in 8. *Venet.* 1573. in 12. Vid. Samuel Engel *Biblioth. ſelectiſſ.* p. 46. *Venet.* 1581. *apud de Gobbis*, *Venet.* 1584. in 12. *ibid.* 1585. in 12. *Amſtelod.* 1691. in 12. Inueniuntur praeterea tres editiones *ſine loci & anni indicio* in 12. in *Bibliotheca Hulſiana* l. cit. & vna *Cipadae apud Lodolam* ſine addito anno in 8. in *catalogo Bibliothecae Sellianae* l. cit. Gallica verſio prodiit hoc titulo: *Hiſtoire Macaronique de* MERLIN COCCAYE, *Prototype de Rabelais. Plus l'horrible bataille des mouches & des fourmis. Paris.* 1706. II. Vol. in 12. Haec de editionibus, quae nobis innotuerunt, adferre libuit. Quod ad ludicrum

crum illud carminis genus adtinet, de illo nuper Vir Cl. Io. Gottlob Biedermann, apud Freibergenſes Rector, in programmate *de poeſi macaronica*, ex inſtituto egit. Conferri etiam meretur Franciſci Vauaſſoris *de ludicra dictione* liber, quem recenſuit, variisque notis illuſtrauit Io. Erhard Kappius Lipſ. 1722. in 8.

Eiusd. L'Orlandino per Limerno Pitocco da Mantoua compoſto, *in Venezia. preſſo Agoſtino Bindoni 1550.* in 8.

Duae, huius poematis, ſtilo Macaronico conſcripti, extant editiones, quae, vt titulus prae ſe fert, eodem anno, ab eodem typographo impreſſae ſunt. Illa, melior exiſtimatur altera, quae litteras Z. A. V. inſignibus, typographi, adiunctas non habet. Vtraque autem perrara eſt. Vid. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua Italiana*, p. 123. Nomen Limerno, per Anagramma Merlino, Pitocco mendicantem, quoniam Theophil. Folengo monachus erat, deſignat, Mantua vero illius fuit patria. De reliquis MERLINI COCCAII, ſ. Theoph. Folengi ſcriptis, vid. Niceron *Memoires* Tom. IIX. p. 1. ſqq. Tom. X. P. II. p. 249. ſqq. vbi inſignes Iacobi Philippi Thomaſini errores deteguntur, & emendantur.

IOANNIS COCCEII Coheleth ſiue eccleſiaſtes Salomonis. *Bremae 1636.* in 4.

Ex quo tempore liber iſte, iuſſu ordinum Hollandiae & Weſtfriſiae ſuppreſſus fuit, paullo rarior factus eſt. Putabant enim, multa loca, in illo, nouae verſioni Belgicae bibliorum, quam multis impenſis adornari iuſſerant, aduerſari. Vid. Niceron *Memoires* Tom. IIX. p. 210. Eius vero *Operum* Tom. II. inſertus poſtea liber fuit. Conf. Iacob. le Long *Bibliotb. ſacr.* Tom. II. p. 680.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNIS COCHLAEI vita Theodorici Regis, quondam Oſtrogothorum, & Italiae, *Ingolſtad.* 1544. in 4. cum additamentis & Adnotationibus Ioannis Peringskiöld. *Holmiae* 1699. in 4.

Liber admodum infrequens eſt. IOANNES COCHLAEVS alio & proprio nomine Joannes Dobneck vocabatur, COCHLAEI vero nomen a patria Wendelſtein, oppido Norimb. vicino, adſciuit Fuit primo Canonicus Wormatienſis, tandem Decanus Francofurtenſis, & denique in aula Georgii Ducis Saxoniae Cancellarius. Luthero fuit valde inimicus, id quod eius ſcripta, contra illum edita, teſtantur, quae admodum rara ſunt. Illorum indicem ipſe exhibet, in ſcripto duarum pl. *Catalogus breuis eorum, quae contra nouas ſectas ſcripſit* IOANNES COCHLAEVS. *Mogunt.* 1549 in 4. Vitam Theodorici COCHLAEVS Vratislauiae poſt mortem Georgii Ducis 1544. conſcripſit. Oſtrogothos, ex Suecia oriundos eſſe, ſtatuit, vt procerum Sueciae fauorem captaret, quoniam regnum illud adire conſtituerat; quod vero conſilium mox abiecit, cum reſciſceret, in comitiis regni, eodem anno, quo liber prodiit, celebratis, lege publica ſtatutum eſſe, vt ne in poſterum alius, quam religioni euangelicae addictus toleraretur. Editio *Holmienſis* Ioannis Peringskiöld, Archiui Antiquitatum Secretarii regii, patriaeque Antiquarii, multis Additamentis & figuris aere incifis, ornata prodiit. Vitam Io. Peringskiöld exponit Niceron Tom. I. *Memoires* p. 68 ſqq. De IOAN. COCHLAEI vero vita, vid. Paull Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 157. Anton Poſſevini *Apparat. S.* Tom. II. p 160 ſqq.

Le COCHON mitré dialogue 1689. in 12 pp. 36.

Colloquium ſatyricum virulentum inter Scarron & Furetiere, publica autoritate in Gallia ſuppreſſum, ob dicta, quibus Harlaei Epiſcopi Pariſienſis, Cardinalis d' Etrées, Tellerii Archiepiſcopi Rhemenſis, du Bouc Epiſcopi Petricorienſis & Maſcaroni Epiſcopi Agenſis famam autor foedauerat.

PHILARETIS AMYNTAE CODOMANI apologia pro Georgio Popelio Barone de Lobkowitz, Regni Boiohaemiae quondam ſupremae aulae praefecto; poſt ab Imperatore Rudolfo II. Hungariae ac Boiohaemiae Rege, per duodecim annos, contra ius faſque carcere attento. Ad reges, Principes, caeteroſque Chriſtiani nominis mortaleis. *Dicaeopoli apud Theophil. Agathonem 1606.* in 8. pl. 18.

De hoc libro rariſſimo vid. *die Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dresden* Tom. III. p. 462.

ANTONII CODRI *Vrcei* opera, quae extant omnia, ſine dubio non vulgarem vtilitatem allatura, grammaticen, dialecticen, rhetoricen & phyſicen profitentibus, in vtriusque enim linguae graecae & latinae autoribus, loca hactenus non intellecta explicantur, mirabili ingenii iudiciique acumine. *Baſil. 1540, apud Henric. Petri* in 4.

Vid. Daniel. Gerdeſii *Florileg. libr. rarior.* p. 290. Optimo iure libri titulus, a nobis adlatus, in Menkenii *Charlataneria eruditorum* locum meretur. Haec CODRI quarta & optima eſt editio, atque ita rara, vt ne Bailius quidem illam, neque vnam e praecedentibus, ſibi parare potuerit. Quare euenit, vt articulus

culus de *Vrceo*, Tom. IIII. p. 2846. multis erroribus refertus ſit. Prima omnium editio, prodiit *Bononiae, impreſſa per Ioannem Antonium Platonidem, Benedictinorum bibliopolam, nec non ciuem Bononienſem anno* 1502. *VII. Mart. Io. Bentiuolo II. Patre patriae feliciter rempublicam adminiſtrante*, in fol. In fine legitur hoc CODRI epitaphium:

Quis tumulo tegitur CODRVS, *num Martius ille*
Pro patria certus, non timiduſque mori?
Longe hic eſt alius: quisnam precor? Vrceus ille
CODRVS, *amor Phoebi, Pieridumque decus,*
Nec minor illo eſt, tetigere cacumina vterque
Virtutum, ille armis, floruit iſte toga.

Vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 159. Secunda, in lucem emiſſa fuit, *Venet.* 1506. in fol. *mandato & impenſis Petri Liechtenſteyn, Colonienſis Germani.* Vid. Maittaire l. cit. p. 180. *Bibliotheca Ludewigiana* P. I. p. 1293. vbi vocatur *liber inuentu rariſſimus, litteratiſſimus tamen, vt mereatur a pluribus legi.* Illam ſequebatur tertia impreſſa *Parrhiſiis in ſole aureo vici diui Iacobi pro Iohanne Paruo librario iurato. Anno* 1515 *die vero III. Auguſti*, in 4. folior. 168. Haec editio incognita fuit Maittairio; vberiorem vero illius recenſionem exhibent *Matanaſiana, ou memoires litteraires, hiſtoriques & critiques du Docteur Matanaſius S. D. L. R. G.* Tom. II. Art. V. p. 259 ſqq. it. p. 309. ſqq. vbi vita ANTONII CODRI *Vrcei*, cum imagine illius inuenitur, & errores Bailii, qui Spizelium ſequutus eſt, deteguntur & emendantur. Conf. quoque vita CODRI, a Barthol. Blanchino deſcripta, noſtrae editioni praemiſſa, & Niceron *Memoires* Tom. IIII. p. 332. ſqq. *Die Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dreszden* T. III. p. 178 ſq. p. 185 ſqq.

GABRIEL de COLLANGE, vid. infra TRITHEMII polygraphia.

Compendio della ſtoria, del regno di Napoli, di PANDOLFO COLLENVCCIO *da Peſaro*, è di Mambrino Roſeo da Fabriano, con l' aggiunta di Tomaſo Coſto Napolitano, & alcune vtili annotazioni del medeſimo. *In Venezia* 1591. in 4.

Haec ſine dubio ſecunda editio eſt. Prima teſte *Catalogo hiſtoricorum Fresnoio - Menkeniano* p. 371 prod. *Venetiis* 1551. in 4. De tertia auctiore vid. Nicol. Franc. Haym *notizia de' libri rari nella lingua Italiana* p. 61. & Cl. Vogtii *Catalog. libror. rarior.* p. 205. qui vero COLLENVCCII continuatorem haud ſatis adcurate Tomaſo *Coſta* adpellat. Haymius l. cit. editionem *Venet.* 1551. in 4. non adtulit, & COLLENVCCII librum cum continuatione Mambrini Roſci prima vice *Venet.* 1543. in 8. & deinde ibidem 1558. II. Tom. in 8. prodiiſſe ſcripſit. Verſionem adornavit latinam Nicolaus Stupanus, illamque edidit *Baſil.* 1572. in 4. & recuſ. *Dord.* 1618. in 8. Conf. *Bibliotheca Struuio-Buderiana hiſtorica* p. 1400. Samuel. Engel. *Bibliotheca ſelectiſſ.* p. 46. Ad hoc COLLENVCCII opus aliud quoque ſpectat, nimirum *Apologia Iſtorica del Regno di Napoli di* Tomaſo Coſto. *In Napoli* 1613. in 4. De PANDVLPHO COLLENVCCIO Piſaurenſi Icto, & Oratore ſuae aetatis celeberrimo, qui anno 1500. Ioannis Sfortiae, Piſaurenſium tyranni, non vero Alexandri VI. vt in *lexico Eruditorum* legitur *Ioecheriano*, iuſſu, in carcere, laqueo ſuffocatus fuit, vid. Iſaac Bullart *Academie des Sciences & des Arts* Tom. II. p. 142. Gerard. Ioannes Voſſius *de Hiſtoricis Latinis* L. III. p. 603. Paull. Iouius *in Elogiis doctorum virorum* p. 108. Io. Matth. Toſcani *Peplus Italiae* L. I. p. 413. edit. I. A. Fabricii. Conf. quoque I. A. Fabricii *Bibliotheca Med. & inf. latin.* L. III. p. 1118 ſqq.

ANTONII COLLINS Scripta pleraque

In

In cenſum librorum rariorum veniunt, propterea quod impietatem ſpirant, & odium aduerſus clerum luculentis produnt indiciis, ideoque publica autoritate ſuppreſſa ſunt. Vid. de illis, eorumque Autore, qui anno 1676. natus fuit, diem vero obiit an. 1729. aetatis anno LIIII Io. Franciſc Buddei *Theſes theologic. de Atheiſmo & Superſtitione* p. 10. 91. 97. 99. 197. Iac. Frideric. Reimmanni *Hiſtoria vniuerſal. Atheiſmi & Atheorum* p. 459. *Nov-Antiqua* 1710. p. 130. *Bibliotheque Angloiſe* Tom. XI. Part. I. n. 3. Omnium vero optime de iis diſſeruit, S. R. Baumgarten Tom. II. der *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek.* p. 133 ſqq. 148 ſqq. 269 ſqq 354 ſqq. 441 ſqq.

FRANCISCI COLLII *Collegii Ambroſiani Doctoris* de animabus paganorum libri V. ſeu pars I. *Mediolani typis Collegii Ambroſiani 1622.* in 4. Pars II. quatuor libris *ibid. 1633.* in 4.

Cl. Vogtio, qui librum recenſet p. 205. & Samuel. Engel. prima tantum libri pars cognita fuiſſe videtur, cum de ſecunda parte nihil apud illos inueniatur. Integer igitur liber VIIII. libris abſoluitur.

Rime della diva VITTORIA COLONNA. *In Venez. 1540.* in 8.

Haec editio carminum rhythmicorum VICTORIAE COLVMNAE Marchioniſſae de Peſcara, & Ferdinandi Franciſci d' Avalos coniugis Nicolao Franc. Haym incognita fuit. Vid. *Catalog. Biblioth. Sellianae* P. I. in Append. p. 62.

Memoires de *Meſſire* PHILIPPE de COMINES *Seigneur d' Argenton*, contenant l'hiſtoire des Rois Louis XI. & Charles IIX. depuis l'ann 1464.

jusqu'en 1498. revus, & corrigez ſur divers manuſcrits, & anciennes impreſſions, augmentez de pluſieurs traitez, contrâts, teſtamens, autres actes, & diverſes obſervations par Denys Godefroy. *Paris de l'imprimerie Royale 1649.* in fol.

Etſi huius libri recentiores, & auctiores extant editiones, noſtra tamen ſemper in pretio, & rariſſima fuit. Niceron Tom. XVII. *Memoires* p. 79. illam *fort belle & aſſez rare* vocat. Theodorus Godofredus hoc opus inchoauerat, cum vero Monaſterii, anno 1649. moreretur, illud Dionyſius Godofredus, ad finem perduxit, & in lucem emiſit.

Las memorias de FELIPE de COMINES, *Sennor d'Argenton*, de los hechos y empreſas de Luis vndecimo, y Carlos Octavo Reyes de Francia, traducidas de Frances con Eſcolios propios por Don Juan Vitrian, Prior y Proviſor de Calatayud Aſeſor del ſancto officio, y Capellan del Rey nueſtro Sennor; dirigidas a ſu Sobrino el Sennor Don Juan Vitrian, Preſidente de la Eſpannola, Cavallero del Orden de Calatrava; Dedicatoria que es prooemio, y dos tablas, que ſon ſummario de la hiſtoria y Eſcolios, y vna breve annotacion. Tomo primero y ſegundo. *Amberes en la emprenta de Iuan Meurſio.* Anno 1643. in fol.

De inſigni huius verſionis raritate, vid. *das XXXI. Stück der Hamburgiſchen freyen Vrtheile auf das Iahr* 1749.

Cate-

Catena in beatiſſimum Job abſolutiſſima, e quatuor & viginti Graeciae Doctorum explanationibus contexta, a PAVLLO COMITOLO, *S. I.* lat. conuerſa. *Venetiis apud Giolitos 1587.* in 4.

Tribuit quidem PAVLL. COMITOLVS, hanc catenam, graece conſcriptam, Olympiodoro, Alexandrinae Eccleſiae diacono, qui vt hodie extra omnem fere controuerſiam poſitum eſt, ſeculo quinto vel ſexto floruit; ſed potiores eorum rationes eſſe videntur, qui Nicetam Heracleenſem Archiepiſcopum, qui ſeculo XI. vixit, huius Catenae autorem eſſe contendunt. Prodierat PAVLLI COMITOLI verſio latina, primum *Lugduni litteris Ioan. Stratii* 1586. in 4. Cum vero iſta editio, non ab ipſo COMITOLO, ſed vt Antonius Poſſeuinus ſcribit, *ab alio non ſincere emiſſa, & minus adpoſite fuerit excuſa, illam pro ſua non agnouit* COMITOLVS, ſed hanc, quam adduximus, *recognitam* & *auctam* ipſe curauit. Vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca Graeca* L. V. cap. XVII. p. 737. De aetate Olympiodori, Io. Erneſti Grabii *Spicilegium SS. Patrum, Seculi II. Tom. I.* p. 245. in notis. PAVLLVS COMITOLVS, Peruſinus, e Societate Ieſu, cui Se addixerat, anno 1560. aetat. anno XV. Rhetoricam publice docuit, & ſacras litteras interpretatus eſt. Obiit in patria anno 1626. aetat. anno XXC. Reliqua ſcripta illius recenſet Oldoinus in *Athenaeo Auguſto* p. 270. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* T. II. p. 269. T. III. p. 23. Iacobi le Long *Bibliotb. ſacr.* T. II. p. 683.

Das CONCILIVM zu Conſtanz.

Prima huius libri editio prodiit *Auguſtae Vindelicorum* 1483. *per Anton. Sorg* impreſſa in fol. 247. folior. adeo vero rara eſt, vt codicibus manuſcriptis aequiparetur. Conf. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 449. qui titulum libri latinum adfert. In illa editio-

Digitized by Google

ne inſignia gentilitia, & quidem arte heraldica, adcurate exhibentur. Neque vero poſt inuentam, in Germania, typographiam, iſte liber primus eſt, qui inſignia, ſecundum artis heraldicae regulas, deſcripta exhibet. Iám enim anno 1471. in *Vitis Sanctorum*, quas *Ginther Zainerus Reutlingenſis*, teſte *bibliothecae Rinkianae Catalogo* p. 21. *Aug. Vindelicor.* impreſſit, inſignia gentilitia, figuris heraldicis expreſſa, inueniuntur. Secunda CONCILII Conſtantienſis editio prodiit *Auguſt. Vindelicorum* 1536 *per Stainerum* in fol. Figuris vero nouis, & non nihil mutatis ac orthographia emendatiore, inſignis eſt. Inſignia tamen, vt in *Catalogo Rinkiano* obſeruatum legimus, ſecundum primam editionem fideliter expreſſa repetit, niſi quod in ordine confuſio quaedam adpareat. Hanc poſtea *Sigismundus Feirabend*, qui primam non vidit, ſe, in tertia *Francofurtenſi* 1575. in fol. absque omni mutatione ſequutum, in praefatione gloriatur; ſed mentitum eum eſſe, praeter figuras omiſſas, plura loca, in textu interpolata, ac ſtilus interdum non ſine ſenſus corruptione, emendatus, euincunt. Auctor in primae editionis vltima pagina, nomen ſuum profeſſus eſt, vnde *Vlrich Reichenthal*, eum dictum fuiſſe intelligimus. Errant igitur, qui cum B. Loeſchero, illum *Vlrich Reichtalers*, & cum Cl. Vogtio p. 207. *Vlricum ab Reichenbach* nominant. Et hoc verum Auctoris nomen, etiam adfert Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. m. 308. *Huldrichus Richental, ciuis Conſtantienſis, deſcripſit geſta* CONCILII *Conſtantienſis, Germanice impreſſa Auguſtae, & ni fallor Latine etiam.* Ipſe autem Vlricus Reichenthal, Conſtantienſi praeſens interfuit CONCILIO, quare accidit, vt inter ſcriptores bonae fidei locum mereatur, licet quaedam adferat, quae eccleſiae Romanae haud adeo fauere cenſentur. Conf. Iaques L'Enfant *hiſtoire du Concile de Conſtance, Amſterd.* 1714. II. Tom. in 4.

Actes

Digitized by Google

Actes du CONCILE de Trente en l'an 1562. & 63. contenans les memoires, inſtructions & depeſches, des Ambaſſadeurs de France, enſemble les demandes, & proteſtations par eux, faictes au dit Concile, au nom du Roy tres chreſtien, & de l'egliſe Gallicane. Pris ſur les originaux. 1607. in 12. mai. pp. 288.

Quatuor habemus documentorum & actorum publicorum, quae ad concilium ſpectant Tridentinum, collectiones, quarum haec prima inter rariores, quarta vero inter rariſſimos libros, locum hucusque obtinuit. Secunda & tertia vero, paullo ſunt frequentiores. Primam Iacobo Gillot, curiae gallicae ſenatori, acceptam referimus, qui diem obiit ſupremum 1619. Complectitur illa XLIIX ſcripta publica, praeter epiſtolas, quae ad ſingula ſcripta ſpectant. Recenſio eius, non quidem omnibus, vt aiunt, numeris abſoluta, in Paulli Colomeſii *Bibliotheque Choiſie* p. 470 ſqq. edit. I. A. Fabricii, inuenitur. Secunda, & tertia, ſuperſtite adhuc Gilloto prodierunt, & quidem illa 1608. haec vero an. 1613. Quartae editionis editor fuit Petrus Puteanus, quam non ſolum Cl. Vogtius p. 68;. ſed Gerdeſius etiam in *Florileg.* p. 143. ſqq. paullo vberius deſcripſerunt. Conf. Chriſtian. Auguſt. Saligs *hiſtoria litteraria* CONCILII *Tridentini* § XIX. p. 222 ſqq. die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* Tom. III. p. 468 ſqq.

Le bureau du CONCILE de Trente, auquel eſt monſtré, qu'en pluſieurs poincts iceluy Concile eſt contraire aux anciens Conciles & canons, & à l'autorité du Roy: diviſé en cinq livres. Au Roy de Navarre par Innocent Gentillet, *Iuriſconſulte Dauphinois. Par Denis Preud'hom-*

me 1586. in 8. pp. 382. excepto indice & dedicatione.

Haec verſio gallica, quidem plus vice ſimplici, recuſa fuit, ſed inter omnes editiones haec prima hodie paullo rarior eſt. Liber a Gentilleto ſermone latino conſcriptus, hoc titulo: *Examen* CONCILII *Tridentini, in quo demonſtratur, hoc Concilium in multis articulis, antiquis Canonibus, conciliis, regiaeque Autoritati contrarium eſſe. Geneuae typis Dionyſii Probi* 1586. in 8. Gallica verſione frequentior eſt. Edidit idem Gentilletus, *Apologiam, pro chriſtianis Gallis reformatae religionis. Geneu. apud Iacob. Stoer* 1588. in 8. quae eodem anno, & *ibidem* Gallice prodiit.

Reviſion du CONCILE de Trente, contenant les nullitez d'iceluy, les griefs des Rois, & Princes chretiens, de l'egliſe gallicane & autres catholiques. *l'an de grace 1600.* in 8. pp. 837. non computatis, indicis & additionum 22. & prooemii 15. paginis.

In *Continuatione hiſtoriae litterariae* CONCILII *Tridentini*, a Saligio editae §. XXV. p. 293 ſq. liber ſatis adcurate recenſetur, vbi & anglicae verſionis fit mentio. Libri admodum rari autor eſt Guilielm. Ranchinus, Cauſſarum patronus Montisbelligardenſis Gallus, qui *Geneuae* hunc ſuum librum, id quod ex inſignibus typographi colligimus, edidit.

LVCA CONTILE Ragionamento ſopra la proprietà delle impreſe, con le particolari degli Academici Affidati. *In Pavia per Girolamo Bartoli 1574.* in fol.

De inſigni libri raritate vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari* p. 284. Academia Affidatorum

Digitized by Google

rum, qui, in *Bibliotheca Menkeniana* p. 724. minus recte *Aſſidati* nominantur, floruit Papiae circa annum 1562.

CONFVCIVS Sinarum philoſophus, ſiue ſcientia Sinenſis, latine expoſita, ſtudio & opera Proſperi Intorcetta, Chriſtiani Herdtrich, Franciſci Rougemont, Philippi Couplet Patrum ſocietatis Ieſu, iuſſu Ludouici Magni, eximio miſſionum orientalium & litterariae reipublicae bono, e bibliotheca Regia in lucem prodit *Paris.* 1687. in fol.

Libri dedicatio, declaratio prooemialis, & CONFVCII vita 124 paginas complectitur. Scientiae Sinicae L. I. & II. pp. 108. Libri III. prima pars pp. 21. ſecunda pars 159 pp. abſoluitur. Adpendicis loco adiecta eſt, duplex tabula chronologica monarchiae Sinicae, iuxta cyclos annorum LX. ab anno ante Chriſtum natum 1683. auctore P. P. Phil. Couplet Belga, Soc. Ieſu, Sinenſis miſſionis, in vrbem procuratore, nunc primum in lucem prodit, e bibliotheca Regia *Paris.* 1686. in fol. pp. 105. praeter praefationem I. pp. 20. A Cl. Vogtio p. 213. Chriſtianus Herdtrich, minus recte Chriſtian. *Hendtrich* vocatur. Id vero hic adiicere libet, quod haec editio CONFVCII, manca ſit & mutila, plus quam dimidia ſui parte, quodque patres Societatis Ieſu, minus bona fide egerint, & tam Galliae Regem, quam Pontifices, cum omnibus ſedis Romanae patribus purpuratis deceperint, id quod oſtendit Aymonius V. D. apud Hagienſes miniſter, qui editionem meditabatur integram, cuius etiam obſeruatio, circa hanc ſcientiam Sinenſium vniuerſalem, recenſetur in *Actis Eruditor.* menſ. Ianuar. ann. 1713. p. 46 ſqq.

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM Gregorio XV. exhibitum, de adhortando Maximilianum Bauariae ducem, ad petendam confirmationem dignitatis electoralis, a ſede apoſtolica. *Artenni 1623.* in 4.

Haec prima ſcripti eſt editio, quod deinde Gerard. Io. Voſsius *cum praefatione*, *& cenſura*, eodem anno, *Lugd. Batauor.* iterum in 4. edidit. Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 214. Errant autem, qui cum Paullo Colomeſio in *Colomeſianis* p. 820. edit. Io. Alb. Fabricii, & cum Placcio in *theatr Anonymor.* fol. 122. Voſſium faciunt libelli autorem. Conſcriptus enim fuerat a Michael. Lonigo d' Eſte, cuius & *aphoriſmos de ſtatu eccleſiae reſtaurando* habemus, quos Voſſius eodem anno, *cum praefatione & cenſura* in 4. emiſit. Vid. *Bibliotheca Telleriana* p. 424. Inſertus inuenitur, vterque libellus Tom. IIII. *Operum* Gerardi Ioannis Voſſii.

LVCII ANTISTII CONSTANTIS de iure Eccleſiaſticorum liber ſingularis, quo docetur: quodcunque diuini humanique iuris eccleſiaſticis tribuitur, vel ipſi ſibi tribuunt, hoc, aut falſo impieque illis tribui, aut non aliunde, quam a ſuis, hoc eſt eius reipublicae, ſeu ciuitatis praediis, in qua ſunt conſtituti, accepiſſe. *Alethopoli apud Caium Valerium Pennatum 1665.* in 8. pp. 162. excepta praefat. 13. pp.

Alii libri huius impii, quem iam attulit Cl. Vogtius p. 214. autorem, Benedictum Spinoſam, alii Ludouicum Meyerum, alii Lambertum Velthuyſen, alii denique Hermannum Schellium eſſe, contendunt. Illorum nobis veriſimilis eſſe videtur ſententia, qui cum Autore de *la vie & de l'eſprit de Mſr. Spinoſa*, a van den Hooft illum librum eſſe conſarcinatum dicunt. En verba ipſa Galli! *On l' attribue à Mſr.*

Mſr. Louis Meyer, Medecin d' Amſterdam, à Mſr. Hermann Schellius, & à Mſr. van den Hooft, qui a ſignalé ſon zele dans les provinces unies contre le Stadthouderat. Toutes les apparences ſont, que c'eſt le dernier, qui en eſt l' auteur; & qu' il l'ecrit pour ſe venger, des miniſtres de Hollande, qui etoient grands partiſans de la maiſon d' Orange, & qui declamoient perpetuellement en chaire, contre le Penſionnaire de Witt, &c. Conf. Chriſtoph. Auguſt. Heumanni *Conſpectus hiſtor. reipubl. litterar.* p. 380. edit. nouiſſ. Plura de infauſto hoc libro, legimus Tom. III. der *Nachricht. von einer Halliſchen Bibliothek* p. 25 ſqq.

CONTROVERSIAE memorabilis inter Paullum V. Pontificem max. & Venetos de excommunicatione contra eosdem Venetos, Romae promulgata XVII. April. 1606. acta & ſcripta varia, ſumma fide ex italico in latinum ſermonem conuerſa, prout Romae & Venetiis excuſa prodierunt. Index ſcriptorum, pagina ſequenti exſtat. *In villa Sanuincentiana, apud Paull. Marcellum ſumptibus Caldorianae ſocietatis* an. 1607. P. I. pp. 242. P. II. pp. 276. in 8.

Satis adcuratam huius collectionis rarae, & admodum memorabilis, nuper exhibuit recenſionem Vir S. R. Baumgartenius P. III. der *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* p. 355 ſqq. Maxima pars ſcriptorum, quae in hac collectione reperiuntur, in gallicum ſermonem conuerſa, cum aliis inuenitur in alia collectione gallica rariori, cui titulus: *Pieces du memorable procès esmeu l' an 1606. entre le Pape Paul V. & les Seigneurs de Veniſe, touchant l' excommunication du Pape publiée contre iceux Venitiens, recueillies, & fidelement traduites de latin, & d' italien, en François, ſur les exemplaires, imprimés à Rome & à Ve-*

à Veniſe. L' inventaire des pieces encloſés au preſent Sac, ſe void au feuillet ſuyvant. a S. Vincent par Paul Marceau 1607. in 8. pp. 690. Vid. de hac quoque collectione die *Nachricht. von einer Halliſchen Bibliothek* l. cit. p. 358. In *Bibliotheca Telleriana* p. 172 ſqq. ſcriptorum, quae tunc temporis, in hac CONTROVERSIA, evulgata fuerunt, egregius inuenitur adparatus, quo ampliorem, nos legere haud meminimus.

MOSIS CORDVERI commentatio cabbaliſtica.

Raro obuia dicitur a Gerdeſio in *florileg. libror. rarior.* p. 73. e Io. Chriſt. Wolfii epiſtola in *Theſauro epiſtol. Croz.* T. II. p. 68. qualem vero hiſce verbis commentationem indicare voluerit, diuinare non poſſumus, cum MOSES CORDVERVS plures libros Cabbaliſticos conſcripſerit, qui omnes quidem non adeo ſunt frequentes. Innotuit nobis ex illis, *Hortus Malogranatorum* ſ. l. & ann. in 4. *Palma Deborae. Mantuae* 1623 in 8. *Lux aduesperaſcens Compendium τῶ Pardes, Venet.* ſine anni indicio, in 8.

BERNARDINI CORII *viri clariſſimi Mediolanenſis* patria hiſtoria; eiusd. vitae Caeſarum continenter deſcriptae a Iulio ad Federicum Aenobarbum. Italice *apud Alexandrum Minutianum Venet.* 1503. in fol.

Cette premiere edition eſt tres rare & tres recherchée, à cauſe des changemens, qu' on a fait dans les ſuivantes, Niceron ait, Tom. VII. *Memoires* p. 377. Duplici liber titulo innotuit. Alterum quidem latinum, ex *Maittaire Annal. typogr.* T. II. p. 163. deſcripſimus; Alterum lingua italica, in qua liber ſcriptus eſt, his verbis conceptum, legimus: *Dello excellentiſſimo*

Ora-

Oratore Meſſer BERNARDINO CORIO *Milaneſe Iſtoria, continente de la origine di Milano tutti li geſti fatti, detti preclare e le coſe memorande Milaneſi, in fino al tempo di eſſo autore, con ſumma fede in idioma Italico, compoſta, con il repertorio. In Milano per il Minuziano* 1503 in fol. Hunc titulum, & alia, ad hanc editionem ſpectantia, adfert Niceron l. cit. p. 376 ſqq. Conf. Haym *Notizia* p. 58. Geſnerus, Simlerus p. 96. & alii Gesneri epitomatores, nec non Filippo Picinelli in *Ateneo de'letterati Milaneſi Milano* 1670 in 4. Auctorem, Imperatorum vitas, a Iulio Caeſare ad Henricum XII. vſque, expoſuiſſe, ſcribunt, qui error valde lepidus eſt, cum VII. tantum Henrici imperio Romano praefuerint. BERNARDINO CORIO ex illuſtri Mediolanenſium familia natus anno 1459. d. VIII. Mart. vt ipſe p. 408. edit. *Patauin.* 1646. in 4. memoriae prodidit. Cum anno 1477. Ioannes Galeacius Maria Sforcia, octo annorum puer, Dux Mediolanenſis eſſet, BERNARDINO CORIO, dignitatem, quam Itali *Cameriero* vocant, obtinuit. Hiſtoriam iuſſu Ludouici Sforciae Mori conſcripſit, quam, vti Paull. Iouius teſtatur, ſuis ſumtibus imprimendam curauit. Tempus, quo obiit, incertum eſt. Voſſius *de Hiſtoricis latinis* L. III. p. m. 557. illum 1499. obiiſſe ſcribit, id quod cum veritate minus congruere videtur, quoniam hoc modo, hiſtoriam ad annum vſque 1503. pertexere non potuiſſet. Paull. Iouius in *Elogiis doctor. viror.* p. 136. illum periiſſe dicit, ante LX. aetatis annum, cum Galli Mediolano potirentur, nempe Ludouici principis & Aſcanii Cardinalis calamitate perturbatum, qua ratione mors eius, in annum 1519. incideret. Superioribus temporibus de BERNARDINO CORIO, & eius hiſtoria, inter quosdam eruditos Italos, controuerſia exorta eſt, cuius origo, e ſeculi, proxime elapſi, medio tempore repetenda eſt, quo certamen, de praecedentia, vt aiunt, inter ciuitatem Papienſem & Cremonenſem exortum fuerat,

e quo

e quo Papienſes, qui ad autoritatem CORII prouocauerant, ſuperiores diſceſſerunt. Inuenitur enim in hiſtoriae P. IIII. ad annum 1402. vbi exequiae Ioannis Galeacii Ducis Mediolan. deſcribuntur, carmen latinum, in quo, vrbs Papia, poſt Mediolanum, nulla intercedente alia vrbe, poſita conſpicitur. Id anno 1550. Hieronymus Vida Cremonenſis aegre ferens, librum euulgauerat, cum titulo *Orationes tres Cremonenſium, aduerſus Papienſes in controuerſia Principatus. Cremonae* in 8 & *Paris.* 1562. in 8. in quo BERNARDINVM CORIVM, nullivs autoritatis, & fidei ſcriptorem dicere ſuſtinuerat. Cum vero anno 1704. Antonius Gattus gymnaſii Papienſis Anteceſſor, *gymnaſii Ticinenſis hiſtoriam & vindicias a Seculo V. ad finem XV. Mediolani* in 8 ederet, & inter alia Papiam, priſcis iam temporibus, *ſecundam Romam* fuiſſe adpellatam ſcriberet, ſuae autem ſententiae, autoritatem CORII obſtare intelligeret, Vidae argumenta, contra CORIVM prolata, in ſubſidium vocauit, & in libro ſuo repetiit. Quare etiam factum eſt, vt Ioannes Paullus Mazzuchellius Congregat. Somaſchor. Cler. Reg. adſcito nomine Iuſti Vicecomitis, *diſſertationem apologeticam*, hoc titulo: *Mediolanum Secunda Roma, Bergomi* 1711 in 8 ederet, in qua Gattum refellere, & praerogatiuam *ſecundae Romae*, Mediolano ſuo adſtruere adgreſſus eſt. Hanc apologiam paullo poſt, vnius tantum plagulae, ſine die & conſule ſcripta, ſequebatur epiſtola, hac inſcriptione: *Iuſto Vice-Comiti, ſecundae Romae defenſori, Profligatori Stephanus Abdua Admonitionem & S.* Id vero perſonatus autor, qui ſe Mediolanenſem, & Gatti ſimulat familiarem, quem vero Gattum ipſum eſſe credunt, in ea agere videbatur, vt CORII famam & autoritatem imminueret. Oppoſuit igitur illi Iuſtus Vicecomes, *Pro* BERNARDINO CORIO *Mediolanenſi Hiſtorico diſſertationem Bergomi* 1712. in 8. nec non *Coloniae Ticiniae Romanae Commentum exſufflatum Diſſer-*

ſertat. Iuſti Vice-Comitis pro regia Ticinenſi vrbe aduerſus Cl. V. Antonium Gattum. Bergom. 1712. in 8. Recenſio iſtorum Scriptorum, nec non controuerſiae hiſtoria ipſa, inuenitur in *Actis Erudītor.* Ann. 1705. p. 394 ſqq. 1712. p. 474. 478. & 502. Antonii Gatti *hiſtoria gymnaſii Ticinenſis* inſerta conſpicitur Tom. V. *Theſauri Scriptorum Italiae* Graeuiani.

RAINALDI CORSI Indagationes iuris Libri III. *Venet. apud Io. Andream Valuaſſorem* 1568. in 8.

De raritate vid. Gerdeſius in *florileg. libr. rar.* p. 74. Fuit vero RAINALDVS CORSVS, quem Ioſias Simlerus in Bibliotheca p. 598. minus recte *Corſum* adpellat, Herculis ac Margarethae de Merbis filius, natus an. 1425. non in inſula Mileto, vt Ferdinand. quidem Vghellus Tom. VIIII. *Italiae ſacrae* ſcribit, ſed in oppido Canalis Campi laurei regni Cyrni. A Gregorio XIII. P. R. renunciatus epiſcopus Strugulenſis an 1492. diem obiit. *Indagationes iuris* ad finem perducere non potuit, quae poſt mortem illius demum editae fuerunt. Editio *Colonienſis* 1575. in 8. *Venet.* 1584. & 1585. Gerdeſio incognitae fuerunt. Vid. Auguſt. Oldoini *Athenaeum Liguſticum* p. 488. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. III. p. 117.

EIVSD. Eſpoſizione ſopra le Rime de Vittoria Colonna Marcheſa di Peſcara. *In Venezia per Gio. Battiſta, e Melchior Seſſa fratelli* 1558. in 8.

Admodum rarus iſte liber eſt, & explicationem carminum rhythmicorum Victoriae Columnae, de quibus paullo ante diximus complectitur. Editionem iſtam curauit, & carmina Victoriae praemiſit Hie-

ronymus Ruſcelli. Vid. Nicol. Franc. Haym *noti-zia de' libri rari nella lingua Italiana* p. 138.

ANTONII CORVINI liber de miſerabili conditione Anabaptiſtarum in obſidione Monaſterienſi. *Marp. 1536.* in 8.

Liber e rarioribus inter CORVINI ſcripta eſt, quorum Catalogum etſi non integrum adtulit Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 41. Iſte liber, quem nos adduximus, inſertus quoque eſt, Io. Gaſtii Briſacenſis, *de Anabaptismi exordio, erroribus, hiſtoriis & confutationibus Libr. II Baſil. ap. Robert. Winter* 1544. in 8.

ANGELO di COSTANZO Storia del regno di Napoli. *In Aquila per il Cacchio 1582.* in fol.

Hiſtoria illa, quam in ipſa Italia perraram eſſe teſtatur Niceron Tom. XI. p. 400. Nicol. Fr. Haym nella *Notizia de' libri rari* p. 60 in XX. libros diuiſa eſt, & a morte Friderici II. anno nimirum 1250. ad annum vsque 1489. res in Neapolitano regno geſtas, exponit. Libri quidem IIX. priores iam an. 1572. *Neapoli* in 4. prodierant, quos emendatiores auctioresque ipſe Auctor in lucem emiſit. Editio, quantum nos quidem ſciamus, recentiſſima eſt, quae *Neapol.* 1710. in 4. prodiit. Langlet du Fresnoy dans *la methode pour etudier l' hiſtoire*, Tom. III. p. 360. duplicem admiſit errorem, cum librum anno 1682. prodiiſſe, & res geſtas ad annum 1389. expoſitas eſſe perhibet. Conf. *Giornale de' letterati d' Italia. Venez.* Tom. I. p. 204 ſqq.

IOANN. BAPTISTAE COTELERII, ſanctorum Patrum, qui temporibus apoſtolicis floruerunt, Barnabae, Clementis, Hermae,

Igna-

ſgnatii, Polycarpi Opera, edita & non edita, vera & ſuppoſita, graece & latine, cum notis. *Paris.* 1672. II. Tom. in fol.

Admodum rara haec prima editio eſt, ingens enim exemplarium copia, quae Petitus bibliopola ſuis ſumtibus excuderat, incendio Collegii Montaguienſis (Montaigu) perierunt, Vid. Niceron Tom. IIII. p. 248.

LVDOVICI COVLON lexicon Homericum, ſeu accurata vocabulorum omnium, quae in Homero continentur, explanatio, ad illuſtriſſ. Principem Henricum a Sabaudia. *Paris. ſumtibus Sebaſt. Cramoiſy* 1643. in 8. pp. 452.

Liber admodum rarus, & dignus, qui, in vſum ſcholarum, denuo prelo ſubiiciatur.

Hiſtoire de l'Empire d'Occident de la traduction de *M/r.* COVSIN. *Paris.* 1684. in 12. Tom. II.

Opus quidem integrum LVDOVICVS COVSIN, ad noſtra vsque tempora, continuare ſtatuerat, ſed nihil praeter illos tomos, qui, & in ipſa Gallia raro hodie inueniuntur, edidit. Complectitur collectio illa Eginhardi vitam Caroli M. vitam Ludovici Pii, Annales Bertinianos, Luitprandi hiſtoriam, Eiusdem legationem ad Imperatorem Nicephorum, & Phocam, Ludouici II. Epiſtolam ad Baſilium Imperatorem, & alia. Vid. Niceron Tom. XIIX. p. 193. qui de illa ſcribit collectione: *Ce peu que l'on en a, eſt devenu fort rare, & on ne le trouve pas, communement.*

IOANNIS COWELL Iuris Romani Pro-

ſeſſoris Cantabrigienſis, Inſtitutiones iuris Anglicani, ad ſeriem inſtitutionum imperialium. *Oxon.* 1660 in 8.

Haec editio Cl. Vogtio aliisque fuit incognita.

IOANNIS CRASSINII Polonia. Ad sereniſſimum, & potentiſſimum Henricum I. Valeſium, Dei gratia, vtriusque Poloniae Regem. *Bononiae apud Peregrinum Bonardum, venia ab Superioribus conceſſa* 1574. in 12. fol. 147.

Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Bibliothek ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. vocat *ein Werkgen von erſtaunender Seltenheit*, & p. 18. docet, quod illud opuſculum, in priuatorum Bibliothecis fere nunquam, & in publicis admodum raro inueniatur; quid? quod in ipſa Italia, in qua editum fuit, illud adeo rarum eſſe ſcribit, *daſs man es in der Ottoboniſchen Bibliothek, ehemals denen polniſchen reiſenden Gelehrten, als eine der groeſten Seltenheiten gezeiget hat. Vermuthlich müſſen ſehr wenige Exemplare davon abgedruckt worden ſeyn.* Idem Ianozkius, vberiorem libri recenſionem, vitamque Autoris, breuiter deſcriptam, exhibet.

EIVSDEM Oratio ad Senatum & Equites Polonos, de electione Henrici Valeſii, Polonorum Regis. *Bonon.* 1573. in 4.

Antecedens opuſculum, haec oratio raritate aequat, niſi forte ſuperat: Ianozkio etiam citato incognita fuiſſe videtur.

Elogi di Vomini letterati, ſcritti da LORENZO CRASSO con i loro ritratti, intagliati in

in Rame. *In Venezia per Combi e la Noù.* 1666. II. Tom. in 4.

De inſigni libri raritate vid. Nicol. Fanc. Haym *notizia de' libri rari* p. 100. Lenglet du Fresnoy dans le *Catalogue des hiſtoriens* p. 1784. librum vocat *exſtimé, & peu commun.* In duas partes diuiſus eſt, prima 474. pp. abſoluitur, & elogia cum iconibus LXXII. Virorum eruditorum, aere expreſſis complectitur. Secunda pp. 336. LXX. eruditorum elogia, & imagines exhibet. Conf. Baillet *Iugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 39 edit. ann. 1725. vna cum Additionibus Mſr. de la Monnoye, cuius de libro iſto ea eſt ſententia: *Ghilini &* CRASSO *ſont deux ecrivains peu judicieux, grands & fades louangeurs, le premier ſurtout.* Idem dicendum erit de eiusdem Autoris *Elogi de Capitani illuſtri. In Venezia* 1683 in fol. qui liber eruditorum elogia raritate fere ſuperat.

CREMONENSIVM Orationes tres, aduerſus Papienſes in controuerſia Principatus. *Cremonae* 1550. in 8. it. Paris 1562. in 8.

Hae ſunt orationes tres, quibus controuerſia iſta, cuius ſupra iam fecimus mentionem, a CREMONENSIBVS contra Papienſes, perorata fuit. Marcum vero Hieronymum Vidam CREMONENSEM, Albae Epiſcopum orationum eſſe autorem, nullum eſt dubium, cum Franciſc. Ariſius in *Cremona litterata* Tom. II. p. 101. Sctum produxerit CREMONENSE, quo Hieronymo Vidae, actorum publicorum ad has declamationes conſcribendas, conceditur vſus. Ita vero rarae ſunt iſtae orationes, vt pauci inueniantur, qui eas vnquam viderunt. Conf. de Hieron. Vida, Girolamo Ghilini *Teatro d' Vomini letterati* P. I. p. 167. Ioannis Imperialis *Muſaeum hiſtoricum* p. 35 ſqq. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 471. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. II. p. 384. Paull. Freheri

ri *Theatrum Virorum eruditione claror*. p. 1462. Niceron *Memoir*. Tom. XXVIIII. p. 401. ſqq.

CAESARIS CREMONINI diſputatio de caelo, item apologia pro Ariſtotele de via lactea, & de facie in orbe lunae. *Venet. 1613.* in 4.

Inter rariores CREMONINI libros, hic non vltimum obtinet locum, a Cl. Vogtio & aliis non memoratus. Ablegat quidem Ludouicus Martinus Kahlius in *Bibliotheca philoſophica Struuiana* Tom. I. p. 376. lectores, qui de CREMONINI *illuſtribus de anima contemplationibus*, quandam ſibi parare cupiunt notitiam ad *Recueil de litterature de philoſophie, & d'hiſtoire* p. 31. edit. *Amſtelod.* 1730. in 12. ſed ea quae in libro iſto l. cit. leguntur, nullius plane ſunt momenti. En! omnia: CREMONIN *fameux Profeſſeur d' Italie a fait un livre, qui eſt devenu fort rare*: Illuſtres de anima contemplationes: *Gabriel Naudé du de lui*, Nihil habebat pietatis, & tamen pius haberi volebat.

PETRI CRESCENTIENSIS tractatus de omnibus agriculturae partibus, & de plantarum animaliumque natura & vtilitate libri XII. *Baſil. 1548.* in fol.

Rarus liber, Cl. Vogtio incognitus fuiſſe videtur, qui p. 222 italicam tantummodo verſionem adfert. Plures eius extant editiones, e quibus vnam alteramue antiquiorem, hic adiiciemus. Inueniuntur in *Catalogo Bibliothecae Hulſianae*, P. I. p. 109. PETRVS de CRESCENTIIS *in Commodum Ruralium L. XII. cum fig. edit. antiqua ſine loco & anno.* In eodem *Catalogo* l. cit. nec non in Michael. Maittaire *Annalibus typograph.* Tom. I. p. 338. extat PETRI de CRESCENTIIS *opus ruralium commodorum*, cuius in fine legitur: *quodam induſtrioſo caracterizandi ſtilo, nouiſſime omni-*

omnipotentis Dei ſuffragio adiuuento; extitit hac littera vera modernata abſciſa & formata, impreſſum per Ioannem de Weſtfalia Paderbornens. Dioces. in alma ac florentiſſima Lovanienſi Vniuerſitate reſidentem anno 1474. *Decembris die nona.* in fol. Hae certe editiones librorum de agricultura, plantarum & animalium natura, antiquiſſimae & rariſſimae ſunt. Conf. Io. Albert. Fabricii *Bibliotheca Med. & infim. latinitat.* L. III. p. 1221. ex quo adparet, quod liber initio, lingua latina ſit ſcriptus, in italicam vero & alias poſtea linguas translatus. Nominat Fabricius autorem, Scriptorem operis, pro illa aetate eximii, & Bononiae eum circa annum 1280. floruiſſe ſcribit. In Ioſiae Simleri *Bibliotheca* p. 556. illum Bononiae fuiſſe Senatorem legimus. Editionis quoque *Lovanienſis* mentionem facit Fabricius l. cit. errat autem ex parte, cum illam 1473. excuſam eſſe ſcribit. Praeter germanicam libri verſionem *Argentinenſem* 1518. in fol. a Fabricio memoratam, innotuit nobis alia titulo: PETRI de CRESCENTIIS *neww Feldt vnd Ackerbau Bücher. Frankfurdt am Mayn bey Siegmund Feyrabend* 1583 in fol.

ABRAHAM IOANN. CVFFELER *I. V. D.* ſpecimen artis ratiocinandi naturalis & artificialis, ad panſophiae principia manuducens. *Hamburgi apud Henric. Khunrath* 1684. in 8. cum fig. P. I. pp. 258. P. II. pp. 229. P. III. pp. 140.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 226. Librum hunc denuo recuſum eſſe *Londini* hoc titulo: *Methodus artis ratiocinandi*, nos docuit *Bibliotheca Anonym. Norimb.* p. 199.

LAVRENTII CVMDII Bibliotheca homiliarum, & ſermonum, e priſcis eccleſiae patribus collecta. *Lugduni* 1588. IIII. Tom. in fol.

Digitized by Google

Laudat hanc bibliothecam praeter ſcriptores a Cl. Vogtio p. 227. citatos, Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacro* T. II. p. 330. qui autorem *Cundium* ſiue *Gundium* nominat, illumque ex vrbe Ripatranſonia, in agro Firmiano Piceni Italum fuiſſe, neque ipſum CVMDIVM hanc bibliothecam edidiſſe ſcribit: morte enim praeuentus, edendi laborem in ſe ſuſcepit Franciſcus Gerardus Moſanus Germanus, ordinis Praedicatorum.

FRANCISCI CVPERI Arcana Atheismi revelata, philoſophice & paradoxe refutata, examine tractatus theologico-politici, duobus libris comprehenſa. Priori ipſe tractatus examinatur, atque refellitur. Altero ipſiſſima Atheorum, primo contra S. S. deinde contra Religionem, & Dei exiſtentiam, argumenta explicantur atque eneruantur, & Deum eſſe, nouis argumentis demonſtratur. Operi praefixa eſt praefatio, ad operis intellectum penitus neceſſaria, & in calce additamenta & mutationes, nonnullae itidem neceſſariae. *Roterod. ap. Iſaacum Naeran 1676.* pp. 304. excepta praefat. 14 pp. in 4.

FRANCISC. CVPERVS Amſtelodamenſis librarius, Io. Bredenburgi, primo amicus, poſtea vero adverſarius fuit. Ob frequens cum Socinianis commercium, errorum ipſe ſuſpectus factus eſt, diemque obiit Rotterodami 1695. Sunt qui hunc librum Atheismi, quo auctor infectus fuerit, teſtem eſſe contendunt; ſed defendit illum aliqua ex parte, & librum a raritate ſimul commendat Summe Reu. Baumgarten in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* P. I. p. 131. Conf. Io. Wolfgang Iaegeri diſſertatio: FRANCISCVS CVPERVS *mala fide, aut ad*

ad minimum frigide Atheiſmum Spinozae oppugnans 1710. Io. Franc. Buddeus *de Atheiſmo* C. I. p. 173. ſqq. Reimmann. *Hiſtoria Atheiſmi* p. 484. *Catalog. Biblioth. ſuae* Tom. I. p. 987. Niceron *Memoir.* T. XIII. p. 48.

COEL. SECVNDI CVRIONIS de amplitudine beati regni Dei Libr. II. 1554. in 8. *Goud.* 1614. in 8. *Francof.* 1617. in 8.

COEL. SECVND. CVRIO in *Apologia* huius libri, illum prima vice, curante Horatio filio ſuo, in vrbe quadam regionis Griſonum excuſum eſſe, ſcribit, quod vero falſum eſt, cum ex *Catalogo librorum, per Ioannem Oporinum impreſſorum*, qui Andreae Jociſci *Orationi, de ortu, vita, & obitu Io. Oporini, Argentor.* 1569. in 8. adiectus eſt, adpareat, illum *Baſileae ex Oporini officina* prodiiſſe. Neque vero a *Catalogo Bibliothecae Bodleianae* Tom. I. p. 193. deceptus fuit Vincentius Placcius, vt quidem Gerdeſius p. 80. ſcribit, quoniam Thom. Hyde nihil minus Vicarſio tribuit, quam CVRIONIS nomen, ſed tantummodo verbis: *vid. Thom. Vicarſius*, ſignificat, de CVRIONE plura reperiri ſub tit. Thomae Vicarſii ſeu de Vicariis T. II. p. 2;0. qui CVRIONIS fuit aduerſarius & dictum libellum refutare adgreſſus eſt libro, qui inſcribitur *Refutatio libelli de amplitudine regni Coeleſtis Oxon.* 1627. In Opuſculo autem ipſo COELIVS SECVNDVS CVRIO, illud παράδοξον numerum electorum, & beatorum, numero damnatorum, & reiectorum eſſe maiorem, tradidit. Argumenta, quibus, ad confirmandam hanc ſententiam, vſus eſt, vid. apud Niceron Tom. XXI. p. 20. Hoc opuſculum CVRIONIS impugnauit Petrus Paull. Vergerius, & hanc doctrinam veluti erroneam ad ſenatum Baſileenſem detulit. Hanc igitur potiſſimum ob cauſam COEL. SECVND. CVRIO *Apologiam* illam *librorum de Amplitudine regni coelorum*

Digitized by Google

aduerſus P. P. Vergerium, it. *Summariſche Antwort* COELII S. CVRIONIS, quae in Schellhornii *Amoenitat.* Tom. XII. p. 620. legitur, conſcripſit.

D.

FRANCISCI DAVENNE Scripta omnia.

FRANCISCVS DAVENNE homo fanaticus, natus Fleurentiae (Fleurence), Morini, eiusdem furfuris hominis, diſcipulus fuit. Vixit Seculo praeterito iam adulto, & nonnulla, adiutore vſus Morino, ſcripta euulgauit, quae fere omnia ſeditioſa, & calumniis referta, autoritate publica, e medio ſublata fuerunt. Indicem eorum exhibet Niceron Tom. XXVII. p. 75. ſqq. Praecipuum inter illa obtinent locum: *La Hieruſalem Celeſte, l' Aſſomption de la theologie de Dieu, le Lion de la tribu de Iuda, & l' inventaire de la verité* in 4. pp. 32. Autor in illo indicem ſcriptorum ſuorum exhibet. *Inventaire des pieces, que met & baille par devers vous, Noſſeigneurs du Parlament, la ſageſſe eternelle, eſtimée folie des ſages du monde demandereſſe en reſtitution de la Monarchie Françoiſe, de laquelle elle pourvoit par un don a jamais . . . afin d'entretenir la paix du Ciel, qu'il portera aux hommes ſur la terre, leur adminiſtrer la juſtice, & de reduire tout ſous l' empire de Ieſus Chriſt, ſuivant les prophetes.* in 4. pp. 4. Niceron l. cit. p. 83. de eo ſcribit: *la lacune qui ſe trouve ici, doit être remplie par le nom de Simon Morin, & une autre qui ſuit, doit l' être par celui de Louis XIIII. Cette piece eſt le comble des extravagances de* DAVENNE. *Les ouvrages de ſa façon dont il y parle ſont au nombre de dix ſept.*

LAMBERTI DANAEI geographiae poeticae, id eſt vniuerſae terrae deſcriptiones, ex optimis ac vetuſtiſſimis quibusque latinis poetis L. IIII. *Lug-*

Lugduni apud Iacob. Stoer 1580. pp. 322. praeter indicem.

Inuentu admodum difficilis eſt liber, qui e bibliotheca Conradi Samuel. Schurzfleiſch. ad nos peruenit. Claudius Franciſcus Milliet Dechales in *Mundo Mathematico* Tom. I. p. 49. edit. *Lugdunens.* 1690. IIII. Tom. in fol. *opus* vocat *optimum*, *ad veterum geographiam cognoſcendam.* Liber. I. Europam, II. Africam, III. Aſiam, IIII. mare & inſulas continet. In ſingulis libris, cuiusque partis regiones, populi, populorumque mores, vrbes, flumina, & montes illuſtriores, ex antiquis poetis deſcribuntur. Prima editio prodiit *Geneuae* 1579. in 8. Vid. Nicol. Baſſaei *Collectio librorum* P. I. p. 587. Vitam LAMBERTI DANAEI, Aurelianenſis Galli, nati an. 1530. & in Academia regni Nauarraei Orthoſiana anno 1596. mortui, pluribus expoſuerunt Melchior Adami in *Vitis Theologor. Exteror.* p. 89. edit. Francof. in fol. Paull. Freher in *theatro virorum eruditione claror.* p. 2;8. Niceron *Memoir.* Tom. XXVII. p. 21 - 36.

La DECOVVERTE de la verité, & le monde detrompé à l'egard de la philoſophie, & de la religion, ſur tout à l' egard de la philoſophie dont l' auteur donne un Siſteme entierement nouveau, qui developpe tous les myſteres, les plus importans de la nature; ſ'il bien qu'il prouve, l' exiſtence de Dieu, & l' immortalité de l' ame, par demonſtration. Traduit de l' Anglois, corrigé & augumenté par l'auteur, le Chevalier Veridicus Naſſauienſis; approuvé par le celebre Profeſſeur Wolf, ſouscrit par pluſieurs Princes, & autres perſonnes de Diſtinction. *à la Haye* 1745. in 8. pp. 413.

Digitized by Google

Vid. Cl. Vogtius p. 234. Impii & abominandi libri autor fuit Hatzfeld dictus, qui illum non ex anglico, vt titulus prae ſe fert, tranſtulit, ſed lingua gallica conſcripſit. Complectitur liber Dedicationem ad omnes principes, aliosque viros in dignitate conſtitutos, potentia ratione, & ſinceritate praeditos; ſequitur *Diſcours à la plus excellente nation Angloiſe & plus vaillante ſocieté civile.* Hic libertatem nationis anglicanae, ſummis extollit laudibus, in theologos autem, & philoſophos acerrime inuehitur, inprimis Neutonum impoſtorem nominat, qui exiſtentiam Dei, & animae immortalitatem ex ignorantia impugnauerit. Poſtea, inuenitur *Supplement au Diſcours a la plus excellente Nation Angloiſe, & plus vaillante Societé civile*, & Catalogus Virorum, in ſumma dignitate conſtitutorum, quos huic operi ſubſcripſiſſe, autor maleſanus fingit. Ita vero tractatio ipſa, in ſex capita diuiſa, ſequitur, cuius vberiorem recenſionem dedit Vir ſumme Reu. Fridericus Wilhelm Kraft Theol. D. & Profeſſ. apud Goettingenſes celeberrimus in der *Neuen theologiſchen Bibliothek* T. I. p. 672. ſqq. Scripſerat Hatzfeldus librum ſuum ab illuſtri Wolfio, philoſopho noſtrae aetatis celeberrimo, comprobatum, prodiiſſe in lucem: ſed aegre, pro eo ac par fuit, impudens mendacium tulit Wolfius, & in quibusdam diariis litterariis, *Actis* ſcilicet *Eruditorum Lipſienſibus novis* menſ. Septembr. 1745. p. 523. ſqq. *Nouuelle Bibliotheque Germanique* T. II. p. 189. ſqq. & al. haec omnia ex fraude & mendacio auctoris profecta fuiſſe, declarauit. Conf. *Bibliotheque Raiſonnée* Tom. XXXVI. p. 367. ſqq.

DEDVCTIO iuris, in cauſſa Waldeck contra Münſter, die Baronie Werth betreffend. in fol.

Ad-

Adſcripſit huic DEDVCTIONI Io. Petrus de Ludewig: *Eſt hoc Volumen rarum inuentu, vtiliſſimum tamen, ad intelligendum litigioſa argumenta, exemtionem imperii, & diſcrimen inter ſubditi, & vaſalli ſolius nexus diuerſos. Re autem vera, nemo litigatorum penetrauit, in cauſſas genuinas rerum, iuriumque medii aeui, vnde tamen filum pendet, euadendi ex hoc labyrintho.* Vid. *Catalog. Biblioth. Ludewig.* P. I. p. 628.

IOANN. DÉE opera per Caſaubonum, *Londin.* 1659. in fol.

Niceron Tom. I. p. 366. ſcribit: *Caſaubon a fait imprimer la plus grande partie de ſes* (Ioan. Dée) *Ecrits, avec une ſcavante preface, à Londres in fol. An.* 1659. *Ce livre eſt fort rare, même en Angleterre.* Eum eſſe librum credimus, quem Mericus Caſaubonus cum tit. *Relation concerning* D. DÉES *Converſing with Spirits, Lond.* 1659. in fol. edidit. Conf. de IO. DÉE vita & ſcriptis, Thom. Smith *vitas eruditiſſimor. & illuſtrium virorum Londin.* 1707. in 4. Niceron l. cit.

Gemina aduerſus Melchiorem Guldinaſtum Caluinianum Replicatorem, vel potius Quadruplicatorem DEFENSIO Prior pro S. R. Orthodoxi & Catholici imperii auita Maieſtate, Replicationem Caluinianam, imperii huius vaſtatricem, accurate examinat, & refutat. Auctore Iacobo Gretſero S. I. Theologo. Poſterior complura monumenta, hactenus inedita, pro Gregorio VII. aliisque pontificibus Romanis lectori exhibet. Editore C. V. Sebaſtiano Tengnagel I. V. D. & Caeſareae Bibliothecae Viennenſis Prae-

fecto.

Digitized by Google

ſecto. *Ingolſtadii excudebat Andreas Angermarius 1612.* in 4. Pars I. pp. 327. P. II. pp. 454.

Ediderat Io. Melchior Goldaſtus 1607. *Francofurti* in fol. *Rationale Conſtitutionum imperialium*, in quo libro fidem Caeſaris Cardinalis Baronii ſuſpectam fecerat. Hoc aegre ferens Iacobus Gretſerus, edidit *Commentarium Paulli Bernriedenſis* in diœceſi Auguſtana Canonici Regularis, *de rebus geſtis S. Gregorii VII. & B. Herlucae*, virginis Boicae *cum prolegomenis & notis, Ingolſtadii* 1610. in 4. illique libro alium adiecit adpendicis loco, cui fecit titulum: *Caeſar Baronius S. R. E. Cardinalis; a Goldaſti Caluiniſtae criminationibus vindicatus, & in eo cum alii Pontifices Romani, tum S. Gregorius VII.* Cum vero Goldaſtus *Replicationem pro Imperio, aduerſus Iacobum Gretſerum*, nec non *Apologias reuerendiſſ. & illuſtriſſim. Principum pro Henrico IIII. Imperatore Hanou.* 1611. II. Tom. in 4. opponeret Gretſero: ille ne cauſſam deſerere videretur, librum, cuius adtulimus titulum, loco defenſionis in lucem emiſit. Liber vt titulus docet, duabus abſoluitur partibus, quarum prior Gretſerum habet auctorem, poſterior vero, qui priore multo rarior eſt, a Sebaſtiano Tengnagel conſcripta eſt, & vetera monumenta contra ſchiſmaticos, pro Gregorio VII. complectitur. Illa monumenta reperiuntur, in Io. Georg. Eccardi *Corpore hiſtoriae medii aevi* Tomo II. qui codicem eorum manuſcriptum, e bibliotheca acceperat Vindobonenſi. Recenſentur in *Bibliotheca Struuio-Buderiana hiſtorica* p. 911. ſqq. Conf. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliothek zu Dresden* T. III. p. 567. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & inf. lat.* L. XV. p. 614. & ea, quae ſupra diximus, cum Goldaſti *Apologiam Principum* recenſeremus.

LVDOVICI DEMONTIOSII Gallus Romae hoſpes, vbi multa antiquorum monimenta

ta explicantur, pars priſtinae formae reſtituuntur. *Rom. apud Io. Oſmarinum* 1585. in 4.

Vid. de hoc libro Gerdeſii *floril.g.* p. 85. ſqq. qui inter alia ſcribit: *Sunt adeo hi ipſi libri, quos ſub tit.* Gallus Romae hoſpes *edidit, propter inſignem eorum, cum praeſtantiam tum raritatem, a Cl. Graeuio inſerti Theſ. Ant. Rom. Tom. IX. fol.* 777 *ſqq.* At enim non in Graeuii theſauro, ſed in Gronouii *Theſauro Antiquitat. graecarum* T. IIII. p. 782. ſqq. inuenitur LVD. DEMONTIOSII *Commentarius, de Sculptura, Caelatura gemmarum, Scalptura, & Pictura Antiquorum* L. II. qui *Galli Romae hoſpitis* P. III. & IIII. conſtituvnt. Iidem libri, etiam adiecti conſpiciuntur, a Ioanne de Laet Antuerpiano, cum aliis Leonis Baptiſtae de Albertis, & Pomponii Gaurici *de pictura & Sculptura* libellis, Marci Vitruuii Pollionis de Architectura libris, edit. *Amſtelod.* 1649. in fol. in Adpendice p. 47. ſqq. nec non Abrahami Gorlaei *Dactyliothecae, Antuerp.* 16 9. in 4. Hos vero libros haud adeo magni eſſe momenti docet Baudelot de Dairval Tom. I. *de l' vtilité des voyages, & de l' avantage que la Recherche des Antiquités procure aux Savans* p. 338. cum ſcribit: *un certain* LVDOVICVS DEMONTIOSIVS *a joint au traité qu'il a fait de la peinture, & de la ſculpture, quelques lignes de la gravûre des pierres, mais ce n'eſt proprement qu'un titre, ou une propoſition de la moindre partie de ce qu'il y a de plus trivial.* E prioribus vero *Galli Romae hoſpitis* partibus, multa excerpſit Petrus Zornius in *Bibliotheca antiquaria & exegetica* Tom. I. P. XI. p. 984-1021.

PETRI DELFINI, *Prioris ſacrae Eremi & Generalis totius Ordinis Camaldulenſis*, Epiſtolarum volumen. *Impreſſum arte & ſtudio Bernardini Benalii. Venet.* 1524. in fol.

Suis ſumtibus hanc collectionem, in XII. libros diviſam, edidit Iacobus de Breſcia, DELFINI diſcipulus,

lus S. Martini de Opitregio Prior, monachuſque Camaldulenſis. Adiecit *Orationem* Euſebii Prioli, Abbatis Carcerum Ord. Camaldulenſis, antea Monachi S. Michaelis de Muriano, *in* P. DELFINI *funere* pronunciatam. *Ces lettres ſont extremementr ares,* inquit Niceron Tom. XV. p. 341. *& elles fûrent pouſſées à la vente de la Bibliotheque de Mſr. du Fay jusqu' à* 301. *livres, & à celle de Mſr. Colbert jusqu' à* 389. Plura raritatis teſtimonia adtulit iam Cl. Vogtius p. 235. Mabillonius *epiſtolas CCXLII.* quae in editis deſiderantur, & ab anno 1462 ad annum vſque 1514 ſcriptae ſunt, e codicibus Camaldulenſium manuſcriptis eruit, & vna cum *Oratione* PETRI DELFINI *ad Leonem X. Pontificem max.* nec non Euſebii Prioli *oratione funebri* iam memorata, Tom. III. p. 915 ſqq. p. 1211 ſqq. p. 1215 ſqq. *Veterum ſcriptorum & monumentorum hiſtoricorum, moralium ampliſſimae Collectioni*, quam Edmundus Martene, & Vrſinus Durandus edidere *Paris.* 1724. in fol. inſeruit. Conf. de PETRO DELFINO, qui Venetiis 1444. natus fuit, anno vero 1525. mortuus eſt, Antonii Poſſeuini *Apparat.* S. T. III. p. 51. Baile *Dictionaire* T. II. p. 977.

Reponſe de Msr. IEAN DESLYONS, Docteur de Sorbonne, Doyen & theologal de Senlis, aux lettres de Msr. Arnauld, auſſi Docteur de Sorbonne, imprimées & produites, par Maitre Iean Gontin, Dauphinois, Curé de St. Hilaire de Senlis. Pour ſervir au procès, pendant en la Tournelle pour François Deslyons Ecuyer, Sieur de Theuville, & ſes enfans demandeurs & intimez, contre le dit Gontin, & Robert Garteron Notaire priſonniers és priſons de la Concier-

ciergerie, & Fabry Solliciteur, accuſez & appellans. in fol. *ſine l. & ann.* pp. 104.

Hanc Speciem, vt vocant, facti, contra Arnaldum mordaciſſimam, *Paris.* 1684. impreſſam eſſe adſerit Niceron Tom. XI p. 334. illamque *fort rare* eſſe ſcribit, ſimulque contentionis cauſam & occaſionem paullo vberius exponit. In cenſum librorum IOANNIS DESLYONS rariorum idem Niceron p. 332. refert *Traitez ſinguliers & nouveaux contre le Paganisme du Roy boit. Le premier du jeûne ancien de l'egliſe catholique, la veille des Rois. Le ſecond de la Royauté des Saturnales remiſe & contrefaite par les Chretiens charnels en cette fête. Le troiſieme, de la ſuperſtition du Phoebé, ou de la ſottiſe du Febué. à Paris chez C. Savreux* 1670. in 12. Prima editio prodierat *Paris.* 1664. in 12 Oppoſuit huic libro Bartholomaeus, Cauſſarum patronus Siluanectenſis *Apologie du Banquet ſanctifié de veille des Rois. Par Maitre* Nicolas Barthelemy, *Avocat au Parlement, & au Baillage & Siege Préſidial de Senlis. Paris,* 1664. in 12. pp. 156. Haec apologia conſcripta fuit, antequam IOANNIS DESLYONS liber in lucem prodieret. Cauſſam huius rei exponit Niceron l. cit.

Le livre de la DIABLERIE *editio antiqua ſine loci & anni facta mentione* in fol.

In *Bibliothecae Sellianae Catalogo* Tom. I. in Append. p. 6. *liber extremae raritatis* vocatur. Quid rerum autem contineat, ignoramus. Idem liber in *Catalogo librorum Bibliopolii Caroli Levier*, quod Hagae Comitum 1735. diuenditum fuit, p. 26. hoc titulo inuenitur: *Le livre de la* DIABLERIE *en vers François à Paris chez Michel le Noir ſans date* in fol.

WILHELMI SCHAEFFERS genannt DILLICH Vngariſche chronica, Beſchreibung des Ober-

 und

und Nider-Vngarn, beneben ſeinen Landtaffeln, Feſtungen, ſtaedte unnd Laeger Verzeichnüsz. *Caſſel 1599.* in 8. ibid. 1606. in 4.

Hic BILLICHII liber, multis figuris exornatus, paucorum oculis ſe obtulit. Edidit idem Auctor eodem anno *Beſchreibung und Abriſz der Weitberümbten Keyſerlichen Stadt Conſtantinopel. Caſſel* 1606. in 4. De *Chronico*, quod idem edidit, *Haſſiaco* vid. Cl. Vogtius p. 236. qui editionem primam anni 1605. optimam eſſe cenſet, quoniam figuras omnivm Haſſiae & Wetterauiae Caſtrorum ac oppidorum, cum genealogiis Comitum, Dominorumque, contineat, quae cum variis aliis, in ſequentibus editionibus omiſſa fuerint. Quod ad editionem anni 1606. adtinet, illa nonſolum ea, quae in prima reperiuntur, complectitur omnia, ſed etiam quibusdam aucta eſt acceſſionibus, id quod eius ſtatim manifeſtat titulus, in quo legimus verba, cum *chronicon*, illud manu tractaremus: *Auffs new uberſeben vnd corrigiert, mit vielen Hiſtorien vnd Bildniſſen vermehrt.*

Le Vite delli illuſtri Filoſofi di DIOGENE LAERZIO, dal Greco ridotti nella lingua commune d'Italia. *In Venezia per Vincenzo Valgriſi 1545.* in 8. & titulo mutato, *in Venezia per Domenico Farri 1561.* in 8.

Extant verſiones quidem italicae huius autoris antiquiores. *Bologn.* 1494. & *Firenze* 1489. in 4. de quibus vid. Haym *notizia* p. 98. ſqq. nec non recentior *Venez.* 1535. in 8. id quod *Catalogus editionum Laertii ab infantia typographiae vsque ad annum* 1663. ſplendidiſſimae Marci Meibomii editioni *Amſtelod.* 1692. II Tom in 4. edit praemiſſus, nec non Io. Alb. Fabricius L. IIII. *Bibliothecae Graec.* c. XVIIII. p. 610. docet.

Digitized by Google

docet. Prima nulla interpretis facta mentione prodiit, Secunda per Iacopo Chierico e Onofrio de Bonacorſi ex graeco conuerſa dicitur. Qui tertiae verſionis autor ſit, nos ignorare fatemur; illam & ſimiliter noſtram Felici Aſtolfo tribuit I. A. Fabricius l. cit. Vindicat vero poſteriorem fratribus Roſitinis da Pratalboino Nicol. Franciſc. Haym l. cit. p. 99. & doctiſſimus Italiae Marchio Scipio Maffei ne'ſuoi *Traduttori Italiani* p. 46. vbi etiam hanc verſionem 1566. in 8. recuſam eſſe ſcribit.

DIONYSIO *Alicarnaſſeo* delle coſe antiche della citta di Roma, tradotto in Toſcano da Franceſco Venturi Fiorentino. *In Venezia per Nicolao Baſcarini, a iſtanzia di Michel Tramezino 1545.* in 4. pp. 648.

De inſigni huius verſionis, quae partem, della *Collana*, vt apud Italos vocatur, *graeca*, conſtituit, praeſtantia, & raritate vid. Lenglet du Fresnoy *Tablettes chronologiques* P. I. p. CXCIIII. Nicol. Fr. Haym *Notizia de'libri rari nella lingua Italiana* p. 5 ſqq.

DIONYSII *Genuenſis Ordinis Capucinorum Profeſſor.* Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Franciſci Capucinorum. *Genuae apud Io. Baptiſt. Scionicum 1691.* in fol. pp. 324.

Prior huius libri editio prodierat 1680. in 4. Sed vtraque editio, adeo eruditorum ſe ſubduxit oculis, vt ab Aug. Bayero in *Memoriis hiſtorico-Criticis libror. rar.* p. 153. ſqq. & a Cl. Vogtio in *Catalog. libr. rar.* p. 237. omni iure inter raros libros relata fuerit. Nunc vero cura F. Bernardi a Bononia, noua, multoque auctior edita fuit, quae hoc ornata eſt titulo: *Bibliotheca Scriptorum Ordinis Minorum S. Franciſci Ca-*

Capuccinorum retexta, & *extenſa a* F. Bernardo a Bononia *ibidem S. Theologiae lector e Capuccino*, *quae prius fuerat*, *a P.* DIONYSIO *Genuenſi*, *eiusdem Ordinis Concionatore, contexta. Venetiis ap. Seb. Coleti* 1747 in fol. pp. 322.

RAMBERTI DODONAEI hiſtoria vitis vinique, & ſtirpium nonnullarum aliarum, it. medicinalium obſeruationum exempla. *Colon* 1580. in 8.

E rarioribus hic liber in *Catalogo Bibliothecae Plattnerianae* P. I. p. 190. eſt. Fuit RAMBERTVS DODONAEVS Belga, Maximiliani II. & Rudolphi II. Imperatorum Archiater. In patriam Redux, & Lugduni-Batauor. Profeſſor Medicinae factus, diem obiit d. X. Mart. 1585. Aetat. anno LXIIX. Multa ſcripſit haud facile obuia, quorum Catalogum contexuit Suffridus Petri *de Scriptoribus Friſiae*, Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica*, Franciſc. Sweertius in *Athenis Belgicis*, Io. Meurſius in *Athenis Batauis*, Petrus Caſtellanus in *vitis illuſtr. Medicorum* p. 230. & Niceron Tom. XXXIIII. p. 43.

STEPHANI DOLETI formulae latinarum locutionum illuſtriorum in tres partes diuiſae. *Lugdun.* 1539.

Admodum rarus hic liber eſt, cuius nonniſi pars prima, quae conflatas e nomine & verbo locutiones habet, e typographia STEPHANI DOLETI prodiit. Secunda DOLETVS parte ſignificationem & conſtructionem verborum proferre, tertia vſum particularum, demonſtrare, declinabilium conſtituerat. Recuſae fuerunt iſtae formulae cum praefat. Ioannis Sturmii, adiectoque *connubio aduerbiorum Ciceronianorum* Huberti Suſſanaei *Argentorat.* 1576. 1580. & 1610. in 8. quae editiones paullo frequen-

quentiores ſunt prima. Vid. Ioan. Frid. Noltenii *Lexicon Antibarbarum* p. 1927. edit. nouiſſ. Ea quae de his formulis ſcripſerunt Ioannes Crato a Craftheim in *epiſtola ad Io. Baptiſt. Cratonem* an. 1575. & Io. Sturmius in *epiſtola ad eundem Baptiſtam* 1576. ſcripta, vid. in Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. III. p. 77 ſqq.

De imitatione Ciceroniana STEPHANI DOLETI aduerſus Floridum Sabinum, liber. *Lugduni ex officina autoris 1540.* in 4.

Euulgauerat Franciſcus Floridus Sabinus *Subciſiuorum Libr. III. Ludolpho Pio Cardinali Campenſi dedicat. ab authore per epiſtolam, Bononiae* 1539. in 4. in quibus DOLETVM multis calumniis & iniuriis petierat, illique inter alia nimium in Ciceronem ſtudivm, obiecerat, vitioque dederat, quod animae negaret immortalitatem. Purgauit igitur ſe in hoc libro DOLETVS ab eiusmodi criminationibus. Recenſionem libri vid. ap. Michael. Maittaire in *Annal. Typogr.* T. III. p. 89 ſqq. Niceron Tom. XXI. p. 124. Floridi Sabini liber inſertus eſt Tom I. *Lampadis* Iani Gruteri p 995 ſqq. Maittaire l. cit. p. 92. hoc de illo tulit iudicium: *Franciſci Floridi Sabini opus illud, cui reſpondet* DOLETVS, *perlegi: nec ſatis mirari poſſum, quae rabies viros, litteratorum nomine gaudentes, eo adigat, vt morum bonorum, modeſtiaeque obliti, odio iraque efferati, ſe inuicem dilanient maledictis, quibus tamen ne minimum quidem ſuam promovent cauſſam* &c.

STEPHANI DOLETI liber de officio legati; de immunitate legatorum; de legationibus Ioannis Langiaci Epiſcopi Lemouicenſis. *Lugd. 1541.* in 4.

Commoratus STEPHANVS DOLETVS fuerat, id quod ex illo libro adparet, per vnum annum cum Epiſcopo illo, cui legationes ſuas obeunti, ab epiſtolis fuerat, Venetiis, quam ob cauſſam id ſibi negotium datum fuiſſe exiſtimauerat, vt quae in illius Epiſcopi legatione acciderant, paullo luculentius exponeret. De reliquis STEPHANI DOLETI, poetae, rhetoris, critici & Lugdunenſis typographi clariſſimi, libris, & fatis illius aduerſis, praeter ſcriptores a Cl. Vogtio p. 240 ſqq. citat. vid. Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 107 - 128. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1011.

De DONATIONE Conſtantini quid veri habeat, eruditorum quorundam iudicium, vt inverſa pagella videbis. in 4. folior. 49.

Rariſſima haec collectio, loci, anni, & typographi indicio deſtituitur. Inueniuntur in illa 1. DONATIONIS, quae Conſtantini dicitur, priuilegium, Bartholomaeo Pincerno de monte Arduo ad Iulium II. Pontificem Max. interprete. 2. Laurentii Vallenſis, patricii Romani, contra ipſum, vt falſo creditum, & ementitum priuilegium declamatio, cum Vdalrici Hutteni equitis Germani ad Leonem X. praefatione. 3. Nicolai de Cuſa Cardinalis titulo Sancti Petri ad vincula, ſententia de DONATIONE Conſtantini, quam ſcripſit ad concilium Baſileenſe de concordantia catholica Libr. III. cap. II. 4. Particula ex Antonini Archiepiſcopi Florentini primae partis hiſtorialis tit. VIII. c. 2. §. 8. 5. Excerptum e Raphael. Volaterrani vita Conſtantini M. Io. Albertus Fabricius in *Bibliotheca med. & inf. lat.* L. XV. p. 877. hanc collectionem, curante Vlrico Hutteno & Leoni X. dicat. addito Hieronymi Paulli, Catalani, Canonici Barcinonenſis, Cubicularii Alexandri V. teſtimonio ex eius practica cancellariae apoſtolicae prodiiſſe ſcribit, *Baſil.* 1517. in 4. Inſer-

ſerta etiam inuenitur in Orthuini Gratii *Faſciculo rerum expetendar. & fugiendar.* fol. LXII-LXXX. it. in Simonis Schardii *Collectione Scriptorum de iurisdictione, autoritate, ac praeeminentia imperii* p. 734 ſqq. Plura vide in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* Tom. I. p. 417 ſqq. Conf. Niceron *Memoir.* Tom. XV. p. 265.

DONATVS editio antiqua in 4. nulla anni facta mentione.

Satis externa ſpecie haec editio ſe commendat oculis, & haud facile in Bibliothecis occurrit. Quaelibet pagina figuris, pro ingenio illorum temporum, elegantiſſimis, ligno inciſis (*in Holz geſchnittne Leiſten*) circumſcripta eſt. Integer liber XXVII. abſoluitur foliis. Prima pagina, hanc initio interrogationem poſitam habet: *Partes Orationis quot ſunt?* In fine legitur: *Impreſſum Maguntie per Ioannem Schöffer.*

Fra GIOSEPPE DONDORI *Miniſtro provinciale de' Capuccini di Toſcana*, della pietà di Piſtoia. In gratia della ſua patria ſcritta. Dedicata all eminentiſſ. Sign. Cardinale Giulio Roſpiglioſe Arciveſcovo di Tarſo, Secretario di Stato della Santità d'Aleſſandro VII. da Franceſco Dondori, Nipote dell' Autore, e Decano della Cattedrale. *In Piſtoia, per Pier' Antonio Fortunati 1666.* in 4. pp. 369.

Liber in ipſa Italia rarus, qui & in Bibliothecis inſtructiſſimis non facile inuenitur. In partes diſpeſcitur duas, quarum prior originem, & ſtatum hodiernum templorum, monaſteriorum, aliorumque aedificiorum, pietati conſecratorum, quae Piſtoiae conſpiciuntur, exponit. Poſterior vero vitas

Digitized by Google

Sanctorum, beatorum, celeberrimorum virorum, nec non eorum, qui Piſtoiae nati, ſcriptis inclaruerunt, ob oculos ponit. Plura vide in den *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliothek zu Dreszden* T. III. p. 152.

JOHN DONNE Βιαϑάνατος, that Self-murther, is not ſo naturally a ſin that it may never be otherwiſe. *Lond. 1648. ibid. 1664.* in 4. *ibid. 1700* in 8.

IOANNES DONNE, cuius vitam Iſaacus Walton anglice expoſitam, *Lond.* 1658. in 12. edidit, hoc opuſculum exitioſum & peſtilens conſcripſit, quod poſt mortem auctoris editum fuit. Quod vero de Cyrenaico Hegeſia, πεισιθάνατος dicto, referunt Cicero, & Valerius Maximus, quod eloquentia ſua, multis voluntariae mortis oppetendae cupiditatem ingenerauerit, idem de IO. DONNE libro teſtatur Morhofius, cum Tom. I *Polyhiſt.* L. VI. c. 4. p. m. 495. ſcribit: *Mox cum prodiiſſet liber, adeo ſe multis hominibus probauit, vt haud pauci eius lectione ad mortem voluntariam adacti memorentur.* Prodiit contra illum Anonymi *Pellicanicidium, or the chriſtian adviſer againſt ſelfmurther; together with a Guide and the Pilgrims Paſz tho the land of the Living in III. Bookes, London* 1653. in 8. De reliquis IO. DONNE Scriptis vid. Niceron Tom. IIX. p. 149 ſqq.

Dottor GIOSEPPE DONZELLI Partenope liberata, overo racconto dell' Eroica riſoluzione fatta dal populo di Napoli, per ſottrarſi dal Giogo de' Spagnuoli. Parte prima. *In Napoli 1647.* in 4.

Queritur Cl. Vogtius in *Catalogo libr. rar.* p. 243. quod librum anxie vbique quaeſitum, nondum re-

pe-

Digitized by Google

perire, imo ne titulum quidem in Catalogo quodam indagare potuerit; inu niri tamen potuit, in libro, quem Cl. Vogtius ſaepe numero excitauit teſtem, nimirum in Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 63.

FRANCISCI DVARENI in Conſuetudines feudorum commentarius. *Colon. Agrippin. 1570.* in 8.

Haec eſt rariſſima DVARENI *editio*, Adam Frideric. Glafey ait, in *Catal. Biblioth. Rinkianae* p. 195. *quacum ſimul prima vice, vetuſtus liber de beneficiis prodiit, quem poſtea Thomaſius in Selectis ſeudalibus, e codice membranaceo Eibeniano denuo produxit.* Conf. de FRANCISC. DVARENO Baile *Dictionaire* T. II. p. 1037. ſqq.

Dell' arcano del mare di D. ROBERT DVDLEO *Duca di Nortumbria e Conte di Warwich.* Libri ſei. *In Firenze nella ſtamperia di Franceſco Onofri. 1646* ſqq. III. Tom. in fol. form. Atlant.

Vberiore ſplendidiſſimi & rariſſimi huius operis deſcriptione, iam ſuperſedemus, quia illam Tomus I. der *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth.k zu Dr.* p. 379. dedit. In Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 249 pro *dell, arcano del mare*, typothetarum vitio legitur: *Ariano del mare.*

THADDAEI DVNI Locarnenſis de peregrinatione filiorum Iſrael in Aegypto tractatus chronologicus. *Tiguri apud Ioannem Wolphium 1595.* in 4.

Vt aliam praeceſſiſſe editionem credamus, hanc, quam Cl. Vogtius p. 249. adtulit, libri titulo adducimur, vbi teſte *Catalogo omnium librorum qui nundi-*

nis Autumnalibus Francofurti ad Moenum, & Lipſiae an. 1595. *celebratis, nouiter impreſſi, venales expoſiti fuerunt,* fol. 15. haec *editio noua* dicitur. Impugnavit opus, Daniel Angelocrator & in lucem emiſit *Appellationem contra D.* THADDAEVM DVNVM, *ſuper quaeſtione, quamdiu Iſraelitae habitauerint in Aegypto, Caſellis* 1603. in 4. Prodiit poſtea D. THADDAEI DVNI *Reſponſio apologetica ad calumnias Daniel. Angelocratoris de tempore peregrinationis Iſraelitarum in Aegypto.* Vid. Cl. Vogtii *Catalog.* l. cit. Iacob le Long *Bibliotheca Sacra* Tom. II. p. 609. & 707.

GVILIELMI DVRANDI Rationale diuinorum officiorum Libri IIX. *edit. antiquiſſ.* in fol. maior.

Adſeruatur antiquiſſima & rariſſima editio, quam eandem eſſe cenſemus, cuius Michael Maittaire Tom. I. *Annal. typogr.* p. 749. mentionem facit, in bibliotheca Scholae Portenſis publica. Foliis illa CCV. abſoluitur, & loci, anni, & typographi indicio plane deſtituitur. Fol. I. librorum & capitum reperitur index, cuius haec prima verba ſunt: *Hic liber diuiditur in octo libros.* Folio II. liber ipſe ita inchoatur: *Incipit racionale diuinorum officiorum.* Litterae initiales, non typis exſcriptae, ſed diuerſis coloribus adpictae, & multis figuris aliis exornatae conſpiciuntur. Charta cui impreſſa, ſunt litterae, admodum craſſa eſt, & ſcribendi compendia, quae freq. occurrunt, libr. reddunt lectu difficilem. Plura de hoc codice adferre, & temporis, & inſtituti ratio prohibet, alii forte occaſioni vberiorem illius deſcriptionem reſeruamus. Editionibus variis, quas Cl. Vogtius p. 250. adtulit, haec accenſenda erit, quam in Mich. Maittaire *Annal.* Tom. I. p. 700. hoc titulo conſpicuam inuenimus: *Rationale diuinorum officiorum, ante mille locis deprauatum: obnixa elucubratione magiſtri Boneti de Locatellis Bergomenſis correctum & impreſſum anno ſalu-*

Digitized by Google

ſalutiferę incarnationis 1499. *Lugdun.* in 4. Vid. de GVILIELMO DVRANDO Seniore, Ordinis Praedicator. monacho & Mimatenſis, in Gallia Aquitanica Epiſcopi, qui Seculo XIII. floruit, Fratr. Sammarthanorum *Gallia Chriſtiana* Tom. III. p. 730. Caeſaris Egaſſii Bulaei *Hiſtoria vniuerſitatis Pariſienſis* Tom. III. p. 473 ſqq. Anton. Poſſeuinus Tom. I. *Apparat. S.* p. 611. Nicol. Staphorſtii *Hiſtoria Eccleſiaſtica Hamburgenſis diplomatica* Tom. III. p. 181. Guido Panzirolus *de claris legum interpretibus* L. III. cap. XIIII. p. 330. edit. Chriſt. Godofr. Hofmanni, Iacob. Echardi *Scriptores Ordinis Praedicator.* p. 480 ſqq. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. lat.* L. IIII. p. 205 ſqq. Bellarminus, Caueus, Oudinus aliique. Prae reliquis vero Simonis Maioli *vita* GVIL. DVRANDI *Speculatoris dicti*, quam eius *Commentario in SS. Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio X. Fani* 1569. in 4. edito, praemiſit.

ALBERTI DÜRERI Clariſſimi pictoris, & geometrae, de Symmetria partium, in rectis formis humanorum Corporum libri in latinum conuerſi. *Norimb.* 1533. in fol.

Ioachimus Camerarius ALBERTI DÜRERI amicus huius verſionis latinae autor eſt, quae raritate ſe commendat. Ex verſione poſtea latina, in ſermonem tranſcripti italicum ALBERTI DÜRERI de Symmetria libri, hoc editi fuerunt titulo: *Di* ALBERTO DVRERO *Pittore e Geometra Chiariſſimo delle Simetria de' Corpi Vmani libri IIII. nuovamente tradotti dalla liugua latina, nella italiana da Gio Paolo Gallucci Salodiano, & accre ſecuti del V. libro, nel quale ſi tratta con quai modi poſſono i Pittori e Scultori mouſtrare la diverſità, della natura degli Vomini e Donne, e con quali, le paſſioni che ſentono per i diverſi accidenti che gli occorono, ora di nuovo ſtampati. In Venezia preſſo Roberto Mainetti* 1591. in fol. Gallice extat *Traité de la pro-*

por-

Digitized by Google

porti n des parties & portraits des Corps humains par ALBERT DÜRER. *Arnhem.* 1614. in fol.

ALBERTI DÜRERI de varietate ſigurarum, & flexuris partium ac geſtibus imaginum Libri II. in latinum conuerſi. *Norimb.* 1534. in fol.

Liber qui antecedenti raritate non concedit, & eodem Ioachimo Camerario interprete editus fuit. Conſtituit vero hic liber ſecundam partem operis antecedentis, quod libros II. priores complectitur. Vtraque pars ſumtibus viduae ALBERTI DVRERI in lucem emiſſa fuit. Vid. Io. Hieron. Lochneri *Sammlung merkwü diger Medaillen IIII Iahr* 1740. p. 289 ſqq. 417 ſqq vbi & alii autores, qui de ALBERTO DÜRERO commentati ſunt, adducuntur. Conf. Baile *Dictionaire* T. II. p. 1043.

E.

ECCLESIAE Anglicanae tropaea, ſeu S. Martyrum, qui pro Chriſto, catholicaeque fidei veritate aſſerenda, antiquo recentiorique ſub Regina Eliſabetha, perſequutionum tempore, mortem in Anglia ſubierunt. *Romae* 1584. in fol.

Inter rariſſimos, qui & elegantia, & ſplendore, ſe oculis intuentium commendant, libros, haec ECCLESIAE *Anglicanae tropaea*, iure ac merito referuntur. Figurae a Io. Baptiſta de Caualleriis, aere expreſſae, in Collegio Anglico, quod Romae eſt, a Nicolao Circiniano, depictae inueniuntur.

L' ECOLE des filles.

Vid. ſupra, quae dicta ſunt de la Bibliotheque d' ARETIN.

GE-

GEORGII EDERI Catalogus Rectorum, & illuſtrium virorum, Archi-gymnaſii Viennenſis, in quo praeter elegantiſſimam temporum ſeriem, ſumma capita earum rerum continentur, quae celeberrimae huic academiae, ſub cuiusque magiſtratu, memoria contigerunt digna, ab anno 1237. vſque ad annum 1559. *Viennae* 1559. in 4.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 253. Vberior huius libri inuenitur notitia, in Io. Chriſtophori Coleri *Nützlichen Anmerkungen über allerhand Materien* p. 490. qui librum vocat *opuſculum imperfectiſſimum.* Conf. Theodori Cruſii *Vergnügung müſziger Stunden* P. VIIII. p. 77 ſqq. Editiones libri, quae hanc primam inſequutae ſunt, acceſſionibus quibusdam auctae conſpiciuntur. Nimirum prima, prodiit cum *Auctario Rectorum, & aliorum academiae eiusdem illuſtrium virorum ab anno* 1559. *ad annum* 1644. *Viennae* 1645. in 4. pp. 120. Secundam, Paullus de Sorbait Hannonienſis Belga, Medicinae Doctor & Profeſſor, Eleonorae Gonzagae Imperatricis viduae archiater, tunc temporis, quo Catalogus prelo ſubiiciebatur, Rector Viennenſis Academiae magnificus, hoc edidit titulo: *Hiſtoria Rectorum ac illuſtrium virorum, Archigymnaſii Viennenſis, in qua praeter elegantiſſimam temporum ſeriem, & hiſtorias de ſereniſſima domo Auſtriaca, aliisque chriſtiani orbis moderatoribus, notatu digniſſimas, quae primo ad Catalogum* EDERIANVM, *vltimamque hanc editionem, copioſius acceſſerunt, praecipue, quae ſub cuiusque Rectoratu, memoratu digna contigerunt, breuiter enarrantur ab anno* 1337. *vſque ad annum* 1669. *Item acceſſerunt tranſactio inter vniuerſitatem, & PP. Societatis pragmatica, & ordo procedendi. Anno, quo CanDIa poſt LongIores barbarorVM oppreſſIones eXpIrabat.* (1669) *Viennae Auſtriae, typis Mathaei Coſmerouii* in

in 4. pp. 227. Vid. de hac tertia *Catalogi* EDERIANI editione die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliothek zu Dr.* T. III. p 378 ſqq. vbi vero haud ſatis adcurate ſecunda dicitur. His libris accenſendus eſt alius, qui ἀνωνύμως prodiit, tit. *Nomina eorum, qui poſt Catalogum* EDERIANVM, *Academiam Rexerunt, itemque Cancellariorum, ac Superintendentium Academicorum, nomina. Viennae* 1693. in 4.

GEORGII EDERI evangeliſche Inquiſition, wahrer vnd falſcher Religion, wider das gemain unchriſtliche Claggeſchray, dass ſchier niemands mehr wiſſen kunde, wie oder was er glauben ſolle: In forma aines chriſtlichen Rathſchlags, wie ain jeder chriſtenmenſch, ſeines glaubens halben gäntzlich vergwisſt und geſichert ſeyn möge: Dermaſſen das er leichtlich nicht künde betrogen noch verfurt werden. *Dillingen.* in 4.

Librum *Dillingae* prodiiſſe intelligimus, ex Decreto Imperatoris Maximiliani II. a Cl. Vogtio p. 253. prolato. Quo vero tempore ille prodierit, pro certo adfirmare non ſuſtinuerimus, quoniam tres diuerſas inuenimus ſententias, niſi forte librum vice plus ſimplici impreſſum eſſe, quiſpiam dixerit. Cl. Vogtius illum exiiſſe *Dillingae* 1572. in 4. ſcribit: Nicol. Baſſaeus in *Collectione in vnum corpus omnium librorum* etc. P. II. p. 196. editionem *Dilling.* 1573. in 4. adtulit: & Gerdeſius tandem in *Florileg. libror. rar.* p. 89. librum *Coloniae per Dietericum Baum* 1574. in 4. impreſſum eſſe teſtatur. Illum vero GEORGIVM EDERVM, Sacrae Caeſareae maieſtatis conſiliarivm aulicum, Proteſtantibus fuiſſe inimicum, ex duobus eius aliis ſcriptis, contra illos, euulgatis intelligimus, quae Nicol. Baſſaeus l. cit. adfert. Nimirum

mirum *güldene Flüſz Chriſtlicher Gemain und Geſell-ſchafft, das iſt ain allgemaine richtige Form der erſten, vhralten, Prophetiſchen und Apoſtoliſchen Kirchen, gleich als eine kurtze Hiſtoria, von der H. Statt Gottes, wie es umb dieſelbe vor diſer Spaltung, ein Geſtalt gehabt, und wie ſich das ietzige Religion Weſen damit vergleiche. Ingolſtat* 1579. in 4. *Warnungs Schrift an den vierdten Standt der löblichen Stätt und Märkt einer E. Landſchaft in Oeſterreich, vnder vnd ob der Enns, daſſ man Gott in Religions-und Glaubens Sachen mehr gehorſamen ſol als den Menſchen, vnnd was inhalt diſz ſpruchs von dem Gehorſam der Augſpurgiſchen Confeſſion zu halten ſey. Ingolſtat.* 1580. in 8. Vid. de GEORGIO EDERO, librisque ab illo editis, Anton. Poſſeuini *Apparatus Sac.* T. I. p. 538. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 225. Iacob. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. II. p. 708.

Sermoni di *Sant*-EFREM nuovamen te dal greco, nella volgar Lingua tradotti, da Ambrogio Eremita, Camaldoleſe. *In Venezia al Segno del Pozzo* 1545. in 8.

Vid. Nicol. Franc. Haym *notizia de'libri rari nella lingua Italiana* p. 297. De interprete Italo adhuc ſub iudice lis eſt; Nonnulli illam verſionem Ambroſio Camaldulenſi, cuius *hodoeporicon* paullo deſcripſimus vberius, tribuunt, alii autem dubitant. Verſionem vero latinam Sermonum XXI. EPHRAEMI Syri ab Ambroſio Camaldulenſi translatorum in Bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi adſeruari manuſcriptam, docet Lambecius Tom. I. *Commentarior. de Bibliotheca Vindob.* p. 119. Sed XVIIII. tantum ſermones vertit Ambroſius Camaldulenſis, qui etiam *Argentorati* 1509. in 4. & 1585. in 8. excuſi fuerunt. Tituli eorum legi poſſunt in I. A. Fabricii *Bibliothec. Graeca* L. V. c. II. p. 333. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XIX. p. 19. & Scipion. Maffei *Traduttori Italiani* p. 47.

RAPHAELIS EGLINI *Iconii* Coniecturae Halieuticae, deſumtae a tribus piſcibus marinis, prodigioſis characteribus ad latera inſignitis. *Francof.* 1611. in 4.

Editio, Melchior. Hurtero, qui apud Gerdeſium in *Florileg.* p. 89. *Tigurinam* 1589. adtulit, incognita fuiſſe videtur. Idem ſine dubio liber eſt, qui germanice extat titulo: *Newe Meermunderiſche Prophezey, aus Daniel und der Offenbahrung Iohannis Zeitrechnung* in 8. RAPHAEL EGLINVS Iconius, germanice *Goetz von Münchhof*, perantiquo ad Turgeram feudo oriundus, natus fuit an 1559. Tiguri a Senatu, monaſterii maioris Diaconus, & Noui foederis profeſſor conſtitutus, anno 1606 a Mauricio, Haſſiae principe euocatus, Principis beneficentia dignitatem Doctoris Theologiae, nec non munus Profeſſoris, & in arce Paſtoris, obtinuit. Diem obiit alui profluuio correptus, ſupremum, anno 1622. Vitam eius pluribus expoſitam inuenimus in Paull. Freheri *Theatro virorum eruditione clarorum.* p. 414 ſqq.

Sermon preché dans la grande aſſemblée des Quakers de Londres par le fameux frere E. ELLWALL, dit *l'inſpiré*, traduit de l'Anglois. *Proinde perfectam illam religionem, quae Chriſti praedicatione nobis tradita eſt, non nouam aut peregrinam, ſed ſi verum dicere oportet, primam, ſolam, veramque eſſe liquido apparet*, Euſeb. Eccleſ. hiſt. L. I. cap. 4. *Londres, au depens de la Compagnie* 1737. in 8. pp. 47.

Liber, qui impietatis merito arguitur, *Londinum* quidem in fronte praefert, in Belgio tamen, vt certis quibusdam indiciis colligimus, impreſſus eſt. Au-

Digitized by Google

Auctori perſonato laruam detraxit Vir Summe Reu. Baumgarten in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* T. III. p. 38 ſqq. & ſub ELLWALLI fratris adſcititio nomine Albertum Radicati Comitem de Paſſeran latere, multis argumentis iisque firmiſſimis demonſtrauit.

POMPONIO EMIGLIANI, Guerre d' Italia tra la Sereniſſ. republica di Venezia, e gli Arciducali di Caſa d' Auſtria; e tra Filippo III. Re di Spagna, e Carlo Emanuele Duca di Savoia. Seguite dall anno 1615. *In Poiſtorf per Peter Gat.* in 4. pp. 91.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog.* p. 256. Nicol. Fr Haym *Notizia de' libri rari* p. 49. Autorem e familia Miniani, Nobilem Venetum fuiſſe, quem propterea, quod nimis libere bellum Foroiulienſe deſcripſerat, in carcerem fuiſſe detruſum, legimus apud Vincentium Placcium in *Theatro Pſeudonymor.* p. 251. Conf. Adrian Baillet *liſte des Auteurs deguiſés* p. 550.

IO. ENGERDI Almae Ingolſtadienſis Academiae Tomus I. in ſeptem diuiſus partes, quarum I. Acclamationes poeticas, II. Cancellarios, & Procancellarios ampliſſimos, III. Principes illuſtriſſimos, IIII. Comites illuſtres, V. Barones generoſos, VI. Archiepiſcopos, & Epiſcopos reuerendiſſ. VII. Profeſſores Theologiae SS. venerandos complectitur. *Ingolſtad.* 1581. in 4.

Inchoatum illud opus fuerat a M. Valentino Rotmaro P. L. & Eloquentiae Profeſſore Ordinario, qui iam an. 1580. *Annales Academiae Ingolſtadienſis II. Partibus* in 4. ediderat, morte vero praeuentus, totum opus ad finem perducere non potuerat. Hanc

ob cauſſam in ſe curam ſuſcepit M. IO. ENGERDVS SS. Theol. Baccal. P. L. ac poeſeos Prof. Ord. ſed in Tomo etiam primo ille ſubſtitit. Optat autem, vt opus continuetur, Franc. Ioſ. Grienwaldt, in praefat. ad *Bauariam* ſuam *Iatricam* p. 3. Idem huius Operis recenſionem exactiſſimam inſeruit den *Arbeiten der Gelehrten im Reiche* P. VI. p. 501 ſqq. & p. 508-520. nosque docet, tam rarum eſſe librum in Bauaria, vt ne in Academiae quidem Ingolſtadienſis Bibliotheca reperiatur. Conf. Chriſtophor. Auguſt. Heumanni *Bibliotheca hiſtorica Academica*, nouae editioni *Antiquitatum* Conringii *Academicar.* adiecta p. 98. die *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dreszden* Tom. III. p. 362. Io. Georg. Hagelgans *Orbis litteratus Germanico-Europaeus in Synopſi repraeſentatus* p. 12.

HELII EOBANI *Heſſi* Heroidum chriſtianarum epiſtolarum, opus. *Lipſ.* 1514. in 4.

Ouidium, EOBANVS his epiſtolis imitatus eſt, quarum praeſens editio, admodum rara, & eo nomine *Pariſienſi* an. 1546. in 12. praeferenda eſt, quod epiſtola quae inſcribitur: *Eccleſia captiua Luthero*, in *Pariſienſi* omiſſa fuerit. Conf. HEL. EOBANI vita, a Ioachim. Camerario deſcripta, & Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 303 ſqq. Iacob Brucker *Ehrentempel der Deutſchen Gelehrſamkeit* Decur. IIII. p. 132 ſqq.

EPISTOLA nobiliſſimi & litteratiſſimi viri, Patauio ad Gaſpar Sciopppium Romam ſcripta. 1610. in 4.

Daniel Eremita, huius EPISTOLAE autor eſt. Illa adeo rara fuiſſe perhibetur, vt nullum Ioannes Georgius Graeuius illius inuenire potuerit exemplar, cum illam reliquis Eremitae, quae edidit *Vltraiect.*

1701.

Digitized by Google

1701. in 8. *opuſculis* adiungere, conſtituiſſet. Defendit in illa Ioſephum Scaligerum, amicum ſuum, contra Scioppii inſultus, qui nomine Oporini Grubinii *Mantiſſam Amphotidum Scioppianarum* ei oppoſuit, *Ingolſtad.* 1611. in 4. vbi de illius fama, omni, qua fieri potuit ratione detrahere ſtuduit, eumque more ſuo, id eſt acerbiſſime perſtrinxit. Conf. de Daniel. Eremitae vita, Graeuii praefatio, *opuſculis* Eremitae *variis* praemiſſa, Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1102. Niceron *memoires* Tom. XXVIIII. p. 31 - 39. Tom. XXXV. p. 195.

EPISTOLA ornatiſſimi cuiusdam viri, *vid. ſupra* IOACH. CAMERARIVS.

EPISTOLAE B. Mariae virginis, ad Meſſanenſes, veritas vindicata, ac plurimis grauiſſimorum Scriptorum teſtimoniis, & rationibus erudite illuſtrata, Auctore P. Melchiore Inchofer Auſtriaco e Societ. Ieſu. *Meſſanae e typographia Petri Breae, ſumptibus Ioſephi Matarozii* 1629. in fol. pp. 412.

Vix Melchior Inchofer hoc opus ediderat, cum ſtatim id ſupprimeretur. Aegre enim tulerat Curia Romana, Auctoris conatum, qui de re incredibili, veluti, de re certiſſima, & extra omnem dubitationem poſita, diſputauerat: quare euenit, vt rariſſime haec, quam nominauimus, editio inueniatur. Vid. *Naudaeana* p. 102. Prodiit poſtea ab eodem autore, *de* EPISTOLA *B. Virginis Mariae, ad Meſſanenſes, coniectatio, plurimis rationibus, & veriſimilitudinibus locuples. Viterb. apud Ludouicum Grignani* 1632. in fol. Nonnulla exemplaria *Romam*, ac ſi in ea vrbe edita fuerint, prae ſe ferunt, quae vero reliquis rariora cenſentur. Illius rei, hanc eſſe cauſſam aiunt, quod cum liber *Romae* typis exſcriberetur, *Congregatio*, vt dicitur, *Indicis*, ſuo eum

ſuffragio comprobare noluerat. Ne igitur liber ſine Adprobatione & permiſſione *Romae* impreſſus videretur, in plurimis exemplaribus loco *Romae*, *Viterbium* inuenimus. Vid. Niceron Tom. XXXV. p. 328. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 348. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1544. Io. Mabillon. *de re diplomatica* p. 25. qui e Rocchi Pirri *Siciliae* L. I. p. 247. narrat, graecum quendam fuiſſe Antiſtitem, *qui, vt Meſſanenſium gratiam iniret, ſpem iniecit reperiundi autographi* EPISTOLAE *beatae Virginis ad Meſſanenſes hebraice conſcripti, quod in membrana confictum, cum ſub lateribus certo in loco abſcondiſſet, viri quidam Religioſi tandem eius impoſturam detexerunt.* EPISTOLAM autem illam praeter Inchoferum multi alii ediderunt, e. g. Biuarius, Caniſius, Leracus, Baptiſta Laurus, Riuetus, Varenius, I. A. Fabricius in *Codice Apocrypho N. T.* p. 849. &c.

EPISTOLARVM Miſcellanearum ad Fridericum Nauſeam Epiſcopum Viennenſem Libri X. cum Catalogo eiusd. Nauſeae lucubrationum. *Baſil.* 1550. *ex officin. Oporin.* in fol.

Fridericus Nauſea Blancicampianus Epiſcopus Viennenſis Seculo XVI. iam adulto inclaruit. Multa reliquit ſcripta, quorum catalogum exhibet Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 210. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. I. p. 516. *Faciunt hae* EPISTOLAE *ad hiſtoriam ſupplendam Reformationis. Nauſea enim ore & calamo purioribus contradixit ſacris. Vnde factum eſt, vt plures viri eruditi eius ſtudium in Proteſtantes concitarent. Liber rarus eſt. Hiſtoriae quoque litterariae lumen magnum adferunt hae* EPISTOLAE, *partim quod Nauſea polyhiſtorem adſectaret, vt plures eum de diuerſiſſimi generis ſtudiis conſulerent, partim quod ingens eſt copia virorum, quorum litterae hic exhibentur.* Ita vero I. P. de Ludewig (verba protulimus, qui-

quibus is vſus eſt in *Catalogo Bibliothecae* ſuae Tom. II. p. 1505. Conf. de Friderici Nauſeae vita Wolfgang Lazii *Commentar. Rerum Vienneuſium.* Hieron. Pantaleonis *Proſopographia herouм atque illuſtrium virorum Germaniae* P. III. Nicolaus Serarius *de Rebus Moguntinis* L. I. C. XL. n. 18. p. 176. Paulli Freheri *theatrum Virorum eruditione clarorum* p. 154.

Centuria EPISTOLARVM Theologicarum ad Io. Schwebelium, ante annos LXXV. eccleſiae Ducatus Bipontini Praeſidem, a Philippo Melanchthone, Bucero, Capitone, Hedione, Conventu theologico Argentinenſi, Pellicano, Gerbelio, & aliis, ab anno 1519. vsque ad annum 1540. de rebus grauiſſimis, neceſſariis, ac vtiliſſimis, cum deſcriptione vitae Io. Schwebelii: gemino perſonarum & rerum indice, additis argumentis ſingularum epiſtolarum, iisque ſecundum annorum ſeriem, ordine diſtributis. *Ex Typogr. Bipontina per Caſpar Wittelium* 1597. in 8.

Recuſa fuit haec EPISTOLARVM centuria, cum variis Schwebelii *Scriptis theologicis atque tractatib. abſolutiſſimis, nec non vita eius, Biponti apud Ludouicum Koenig* 1605. in 8. vid. *Catalogus vniuerſalis pro nundinis Francofurtenſibus vernalibus* an. 1606. Thom. Hyde *Catalogus Bibliothecae Bodleianae* P. II. p. 149. Conf. *Noua antiqua* anni 1704. p. 387. Melchior. Adami *vitae Germanor. Theologorum* p. 29. edit. *Francof.* in fol. Paull. Freheri *theatrum virorum eruditione clarorum* p. 112. Io. Henrici Maii *vita Io. Reuchlini Phorcenſis* p. 68 ſqq.

EPISTOLAE Principum, Rerum publicarum, ac Sapientum virorum. *Venet.* 1574. in 8.

Librum rarum eſſe ſcribit Gerdeſius in *Florileg.* p. 90. ſed ſaepius recuſae ſunt illae EPISTOLAE. Nouimus editionem *Argentinenſem* 1593. in 8. & editionem nitidiſſimam, *Amſtelod. ex officina Ludouici Elzeuirii* 1644 in 12. pp. 432. ipſi poſſidemus.

Paraphraſes zu tütſch die Epiſteln ſancti Pauli I. zu den Epheſiern I. zu den Philippenſern I. zum Coloſſenſeren II. zu den Theſſalonicenſeren, II. zum Timotheo, I. zum Titto, I. zum Philemon. In Latyn durch *Doctor* ERASMVM *von Roterdam* kurtzlich beſchriben, vnd klarlich vſzgeleget, durch meiſter Leonem Iud Pfarherren zu Eynſidlen gentzlich dem Latyn nach vertütſcht. *Zurich* 1521. in 4. pp. 300.

Hanc primam editionem admodum raram eſſe, ex eo colligimus, quod apud Iacobum le Long in *Bibliotheca ſacra*, nulla illius mentio facta eſt. Plura de illa vide in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* Tom. I. p. 401 ſqq.

In Acta Apoſtolorum paraphraſis ERASMI *Rotterodami*, nunc primum recens nata, & excuſa. *Baſileae in officina Io Frobenii* 1524. in 8. mai. pp. 278.

Et haec libri editio prima, teſte Tomo I. p. 402 ſqq. der *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek*, rariſſime inuenitur, neque in Iacobi le Long *Bibliotheca ſacra* legitur.

D. THOMAE ERASTI de Aſtrologia diuinatrice epiſtolae, iam olim ab eodem, ad diuerſos ſcriptae, & in duos libros digeſtae, ac nunc demum in gratiam veritatis ſtudioſorum, in lucem

cem editae, opera & ſtudio Ioannis Iacobi Grynaei. Origenes. *Si quis veſtrum Mathematicorum deliramenta ſectatur, in terra Chaldaeorum eſt. Siquis natiuitatis* &c. *Chriſtianos fieri* &c. Hom. 3. in Ierem. *Baſileae per Petrum Pernam* 1580. in 4. pp. 236. except. praefat. & indice.

Admodum infrequentes hae ſunt epiſtolae, propterea quod illae, quod nos quidem ſciamus, nunquam recuſae fuerunt. Impugnat in illis ERASTVS' aſtrologiam iudiciariam, ſeu diuinatricem, multaque lectu digna adfert. Inprimis placuerunt, quae epiſt. XV. contra Lucium Bellant. Senenſem Mathematic. artium & Medicinae Doctorem, hominem, Savanorolae inimiciſſimum diſputat. Dixerat Bellantius in *libro quaeſtionum de Aſtrologica veritate, Baſil.* 1554. edito, ſe quinque ante obitum Sauanorolae menſibus, praedixiſſe, illum ad haereſin propenſum, vitam laqueo finiturum eſſe. Monſtrat igitur ERASTVS, quod, cum iam Sauanorola an. 1497. librum edidiſſet, in quo multa dogmata, pontificiae doctrinae contraria inueniebantur, non difficile fuerit, praedicere, quinque menſes ante obitum Savanorolae, quod ad haeresin inclinaret. Quid? ea ex parte vaticinio ſuo deceptum fuiſſe Bellantium demonſtrat ERASTVS, cum laqueo periturum Savanorolam praediceret, qui viuus igne combuſtus fuit. His tandem addit: p. 208. *Mirari debemus, quod praeuidere propriam calamitatem non potuit Bellantius, tantus ſcilicet vates, & tam oculatus, in cognoſcenda aliena Aſtrologus.* & p. 210. pergit: *Multo meliore ego poſſem iure, ſi quid ad rem faceret, patrono veſtro Bellantio iugulato inſultare. Ille* (Sauanorola) *namque propter Chriſtum combuſtus eſt: hic propter facinus ab hoſtibus ſuis foede trucidatus eſt. Nec profuit diligentiſſima illi coeli inſpectio. Quamuis enim domo nunquam egreſſus dicitur, quin fauſta coeli ominari viderentur,*

tur, deceptus tamen in ſua ſapientia fuit. Quis miretur infauſtas ſtellas bona, & fauſtas mala facere?

THOMAE ERASTI Medici, explicatio quaeſtionis. Vtrum excommunicatio, quatenus religionem intelligentes, & amplexantes, a Sacramentorum vſu arcet, propter admiſſum facinus, mandato nitatur diuino, an excogitata ſit ab hominibus? Adiectae ſunt aliquot theologorum epiſtolae, quibus ſuum rogati, hac de re iudicium proferunt. *Peſclauii* 1591. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 263. Hanc editionem adfert Nicol. Baſſaeus in *Collectione omnium librorum* P. I. p. 87. De controuerſia iſta, ob quam ERASTI adſeclae, *Eraſtiani* vocantur, vid. Chriſtian. Thomaſius in *Hiſtoria Contentionis, inter imperium & ſacerdotium* Adpend. Cap. I. §. XVIIII. p. 344. Io. Georg. Pertſchius in dem *Rechte der Beichtſtüble und des Kirchenbannes* Cap. XI. §. III. p. 337 ſqq. Io. Henric. Heidegger in *Corpore theolog. Chriſt.* loc. XXVII. Sect. I. §. 93. p. 606. §. 130. p. 626. Io. Franciſcus Buddeus in *Iſagoge hiſtorico-theologica* Tom. II. p. 828 ſqq. Vitam THOMAE ERASTI breuibus expoſitam conſpicimus in Melchioris Adami *Vitis Medicorum* p. 107. edit. *Francof.* in folio. Paull. Freheri *theatro virorum eruditione claror.* p. 1280.

IO. PETRI ERICI *Iſenacenſis Thuringi Lingu. & Geogr. Profeſſ. & Correct. publici.* Renatum è myſterio principium philologicum, in quo vocum, ſignorum, & punctorum, tum & litterarum maxime ac numerorum origo, nec non nouum variarum rerum ſpecimen etymologicum forma dialogi propalatur. *Patauii* an. 1686.

e ty-

e *typographia Seminar. Superiorum permiſſu* in 8. pp. 156.

Libellus παράδοξος, in quo auctor, qui a Lutheranis ad Pontificios tranſiit, & aliis libellis ſimiliter παραδόξοις inclaruit, mirum in modum ingenio ſuo indulſit. Dialogi formam refert hoc myſterium, in quo Theopranicus praeceptor, & philologus diſcipulus colloquuntur. Ex epigrammatibus encomiaſticis Michael. Stahel Wirtembergenſis Medic. Candidat. & Chriſtophori Michael. Erici, autoris e fratre nepotis, libro praemiſſis, & adiectis, Auctores a fanaticiſmo prope abeſſe intelligimus. Inſcripſit ERICVS libellum *Philoglottis Muſarum Mecoenatibus Optimis ſumma obſeruantia colendis*, ſeque *de omnium vocabulorum Europaeorum originibus, ex Aegyptiaco, & graeco dehinc fonte, vt prima ipſorum & vnica ſcaturigine deriuatis*, opus moliri, teſtatus eſt.

De furoribus gallicis, horrenda & indigna Amirallii Caſtillionei, Nobilium atque illuſtrivm virorum caede, ſcelerata ac naudita piorum ſtrage, paſſim edita, per complures Galliae ciuitates, ſine vllo diſcrimine generis, ſexus, aetatis, & conditionis hominum: Vera & ſimplex narratio ERNESTO VARAMVNDO FRISIO Auctore. *Vis Conſili expers mole ruit ſua. Edimburgi* 1573. in 4. pp. 135.

Prima libri editio eſt, cuius auctor, vt Iacques le Long dans la *Bibliotheque hiſtorique de la France* & Niceron Tom. XI. p. 131. teſtantur, Franciſcus Hottomannus eſt, neque vero vt nonnulli volunt Theodorus Beza, neque Hubertus Languetus. Secunda editio prodiit *Londin*. 1573. in 8. Adiectus poſtea hic libellus fuit Hottomanni *Origini & Hiſtoriae Belgicorum tumultuum immaniſſimaeque Crudelitatis per Cliviam*

viam & Weſtphaliam patratae, cuius editiones a Cl. Vogtio p. 264. & a Gerdeſio p. 90. memorantur. Verſionem Germanicam 1573. in 4. prodiiſſe teſtatur nota, manu cuiusdam, exemplari noſtro, charactere ſatis antiquo, adſcripta. Titulum illius verſionis in Nicolai Baſſaei *Collectione librorum* ſaepius citat. P. II. p. 291. talem inuenimus, *Erzelung von dem verfolgen vnnd wüten der Frantzoſen auch deſz vnbilligen Mords des Ammirals vnnd anderer Leuth in Franckreich zuvor von* ERNESTO WARMVNDO *in Latein beſchrieben, ietzt aber verteutſcht* 1573. in 4. Id notandum exiſtimamus, quod in noſtro exemplari, Auctor non *Eremundus*, vt plerumque ſcribitur, ſed *Varamundus* nominetur.

ERODOTO *Alicarnaſſeo*, delle Guerre de Grĕci, e de' Perſi tradotto per il Conte Matteo Maria Boiardo nuovamente ſtampato e corretto. *In Venezia preſſo Lelio Bariletto* 1565. in 8. pp. 672.

Queſta e la migliore edizione, ait Nicol. Fr. Haym nella *Notizia de libri rari nella lingua Italiana* p. 2. Prima editio prodiit *in Venezia per Gio. Antonio de Nicolini* 1533. in 8. ſecunda *ibidem per Bernardino Bindoni* 1539. in 8. Omnes tamen admodum rarae ſunt, & Fabricio, & Maittairio non innotuiſſe videntur. Conf. Scipionis Maffei *Traduttori Italiani* p. 49. Quod ad verſionem Comitis Boiardi adtinet, Haymius l. cit. mentem ſuam ita exponit. *La traduzione d'* ERODOTO *del Boiardo non è d'apprezarſi, che per eſſer neceſſaria in queſta raccolta* (ſcil. nella Collana Iſtorica de' Scrittori Greci) *e perche non ve n'è altra verſione; non ſolo è in moltiſſimi luoghi, e conſiderabilmente mancante; ma lo ſtile, e la Lingua anche ſono inſoffribili; a ſarebbe deſiderabile che in un corpo di traduzioni tanto pregiate, vi foſſe anche un* ERODOTO *migliore di queſto.*

HEN-

HENRY ETIENNE l'introduction au traité de la conformité des merveilles anciennes avec les modernes, ou preparatif à l'Apologie pour Herodote.

In ſermonem anglicum translatus liber prodiit *Londini* 1607. in 8.

Praeclariſſimus liber Elementòrum EVCLIDIS perſpicaciſſimi in artem Geometrie incipit quam foeliciſſime. *Venet.* 1482. in fol.

Erhardus ratdolt Auguſtenſis impreſſor Sereniſſimo alme vrbis venete Principi Ioanni Mocenico, hunc codicem ſatis vetuſtum conſecrauit. In epiſtola dedicatoria, ſe primum eſſe gloriatur Typographus, qui libros mathematicos impreſſos, figuris exornauerit mathematicis, id quod ex his eius colligimus verbis: *Solebam antea ſereniſſime princeps mecum ipſe cogitans admirari, quid cauſſe eſſet, quod in hac tua prepotenti & fauſta vrbe cum varia auctorum veterum novorumque volumina quottidie imprimerentur in hac mathematica facultate vel reliquarum diſciplinarum nobiliſſima aut parva quedam frivola in tanta impreſſorum copia, qui in tua vrbe agunt, viderentur impreſſa. Hec cum mecum ſepius diſcuterem inveniebam id difficultate operis accidiſſe. Non enim adhuc quo pacto ſchemata geometrica: quibus mathematica volumina ſcatent ac ſine quibus nihil in his diſciplinis fere intelligi optime poteſt excogitaverant. Itaque cum hoc ipſum tantummodo communi omnium vtilitati que ex his percipitur obſtaret mea induſtria non ſine maximo labore effeci vt qua facilitate litterarum elementa imprimuntur. ea etiam geometrice figure conficerentur. Quam ob rem vt ſpero hoc noſtro invento diſcipline* &c. Sunt autem iſtae figurae margini adpoſitae. Refert Codex libros Elementorum XV. e verſione Ioannis Campani Nouarienſis Lombardi, de cuius aetate, qua floruit, adhuc ſub iudice

lis

lis eſt, qui illos non e graeco, ſed ex Arabico in latinam linguam transtulit. Vid. Petrus Daniel Huetius *de interpretatione.* & *de claris interpretibus* p. 227. qui, EVCLIDEM, ait, *ex Arabico vertit Ioannes Campanus circa A. C. ſi Volaterrano fides eſt, milleſimum. Arabum autem interpretationem perſequutus, foede peruerſum nobis* EVCLIDEM *reliquit.* In fine Codicis haec leguntur verba: *Opus elementorum euclidis megarenſis in geometriā artē. In id quoque Campani per ſpicaciſſimi Commentationes finiunt Erhardus ratdolt Auguſtenſis impreſſor ſolertiſſimus Venetiis impreſſit. Anno Salutis M. CCCC. lxxxij. Octauis Caleñ. Iuñ. Lector Vale.* Typothetarum igitur ſine dubio vitivm eſt, cum in Io. Alberti Fabricii *Bibliotheca med.* & *infim. latinit.* L. III. p. 897. Campani verſionem *Venetiis* 1472. in fol. editam eſſe legimus. Per omnem codicem ſignum diſtinctionis, praeter punctum, reperitur nullum. Signum autem diuiſionis commate exprimitur hoc modo; *quadra, tum, expli, cit,* &c. Conf. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 435. I. A. Fabricii *Bibliotheca Graeca* L. III. C. XII. I. p 373. Cornelii a Beughem *incunabula typographiae* p. 57. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliothek zu Dreszd.* Tom. II. p. 212.

Contenta. EVCLIDIS *Megarenſis* geometricorum elementorum libri XV. Campani Galli trans-Alpini in eosdem Commentariorum libri XV. Theonis Alexandrini Bartholomaeo Zamberto Veneto interprete in tredecim priores Commentariorum libri XIII. Hypſiclis Alexandrini in duos poſteriores, eodem Bartholomaeo Zamberto Veneto interprete commentariorum libri II. *Pariſiis* 1516. *in officina Henrici Stephani e regione ſcholae decretorum* in fol. folior. 261.

Quam-

Digitized by Google

Quamuis hoc volumen verſiones tantum complectitur, tamen e rariſſimis eſt, cum ex officina Henrici Stephani aui prodierit. Franciſco Bricon uero poſtulante, hanc editionem curauit Iacobus Faber Stapulenſis, id quod ex dedicatione adparet. Verba eius hic transſcriberemus, niſi iam illa in Michael. Maittaire *Annal. Typog. apb.* Tom. II. p. 285. reperiantur. In Samuel. Engel *Bibliotheca ſelectiſſima* p. 55. hic liber per errorem 1576. impreſſus dicitur. Id nos, libri inſpectio, docuit. Conf. Io. Alberti Fabricii *Bibliotheca graeca* L. III. c. XIIII. p. 373. vbi etiam editiones repetitae inueniuntur. Claud. Franciſci Milli et Dechales *Mundus mathematicus* Tom. I. p. 12.

EVCLIDIS Elementorum L. XV. vna cum ſcholiis antiquis, a Federico Commandino Vrbinate. Nuper in latinum conuerſi, commentariisque quibusdam illuſtrati. *Piſauri* 1572. *cum priuilegio Pontif. max. Iacobus Chriegher Germanus.* In folio, ſolior. 255. except. Pontificis priuileg. Commandini dedicat. prolegom. & indice.

Vid. quae de Federico Commandino, eiusque verſionibus ſupra diximus, cum ARCHIMEDIS *opera nonnulla*, ab illo, in latinum ſermonem conuerſa, recenſeremus. Hac vero verſione, quae omnium cenſetur optima, Commandinus magnam nominis ſibi comparauit famam. Dedicauit illam Franciſco Mariae II. Vrbinatum Principi. In prolegomenſis primum nonnulla de nobili mathematicarum artium facultate dixit, quae ſubiecta illis materia ſit, tum generatim, tum particulatim, quis ordo, ac dignitatis gradus, quae ſit earundem definitio, quis ortus. Deinde vero miram ipſarum ad humanos vſus opportunitatem enarrauit. Poſt de Auctore videlicet de EVCLIDE ipſo, de operis inſcriptione, de ſcopo, ac de ipſius demonſtrationibus, deque co-

eorum, quae in his libris complexus eſt, diſpoſitione & methodo, quaedam minime inutilia, commentatur. Denique ſummam vniuerſae ςοιχειώσεως eo conſilio adiunxit, vt nonſolum facilius, quidquid de hoc genere, praecipit EVCLIDES, intelligatur, verum etiam vt fidelius memoriae mandatum cuſtodiatur. Omnis liber figuris ligno, ſatis quidem eleganter, inciſis, ornatus eſt. In fine haec leguntur verba: *Piſauri cum licentia ſuperiorum apud Camillum Franciſchinum* 1592. Vid. de rariore hac editione die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dreszd.* T. II. p. 214. I. A. Fabricii *Bibliotheca Graeca* L. III. c. XIIII. p. 373. Claud. Franciſc. Milliet Dechales *mundus mathematicus* T. I. p. 13. vbi *Opus quidem*, ait, *bonum eſt, meo tamen iudicio nimis prolixum. Tyronem enim diutius in minutiis detinet, dum ſcrupuloſius ea notat, quae cuique in mentem venire poſſunt.* Niceron *Memoires* Tom. VI. p. 372. Repetita editio fuit *Piſauri* 1619. in fol. Adiecit quoque Io. Hudſon, hanc Commandini verſionem ex Edwardi Bernhardi libris emendatam, ſplendidiſſimae editioni *Operum* EVCLIDIS, quam *Oxon.* 1704. *e theatro Sheldoniano* in fol. in lucem emiſit.

Analyſis geometricae ſex librorum EVCLIDIS. Primi & quinti factae a Chriſtiano Herlino. Reliquae vna cum commentariis, & ſcholiis perbreuibus, in eosdem ſex libros geometricos a Cunrado Daſypodio. Cum indice πορισμάτων καὶ λημμάτων: item aliarum rerum atque verborum memorabilium. Pro ſchola Argentinenſi. *Excudebat Ioſias Ribelius* 1566. in fol. folior. 98. except. praefat. & indice.

Liber, graece & latine editus, figuris ligno inciſis illuſtratus, Fabricio incognitus fuit. Ioannes Sturmius librum hac breui commendatione lectoribus tra-

Digitized by Google

tradidit: *Ioannes Sturmius Lectori S. Magna laus Chriſtiano Herlino Mathematico noſtro debetur, qui libri primi & quinti ſcholas, atque συνουσίας Theonis compleuit; ſed non etiam parua, Conrado Daſypodio, qui Reliquorum voluminum perficit, & dum viuit oſtendet, quid Herlinus ſi vixiſſet, perficere conſtitutum habuerit.* De controuerſia inter eruditos exorta, vtrum EVCLIDI, an Theoni hi libri ſint tribuendi vid. I. A. Fabricii *Bibliotheca Graeca* L. III. c. XIIII. p. 369 ſqq. De Conrado Daſypodio vid. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 135. Cl. Franc. Milliet Dechales in *mundo Mathem.* T. I. p. 15. hunc librum nullius plane eſſe momenti his verbis docet: *Anno 1565. Chriſtianus Herlinus verſionem & Commentarium edidit VI. priorum librorum* EVCLIDIS. *Conradus Daſypodius reliquorum. Ratio commentarii huius in eo conſiſtit, vt notet, quot in vnaquaque propoſitione ſint Syllogiſmi, & quomodo in forma poni poſſint. Quae notatio eſt exigui momenti, demonſtrationesque nimis prolixas efficit. In fine oſtenditur nexus earumdem propoſitionum. Totum opus invtile.* Duplicem vero in his verbis deprehendimus errorem, primum quod opus 1565. prodierit, ſecundum quod Herlinus EVCLIDIS ſex priores libros, Daſypodius vero reliquos illuſtrauerit commentario. Totum enim opus VI. priores tantum EVCLIDIS complectitur libros, e quibus I. & V. Herlinus, reliquos vero Daſypodius illuſtrauit commentario.

ANDREAE EVDEMON - IOANNIS, *Cydonii e Soc. Ieſu* ad actionem proditoriam Edward. Coqui Apologia pro R. P. Henrico Garneto, Anglo, eiusdem Societatis Sacerdote. *Colon. Agrippin.* 1610. in 4.

De autore huius libri nonnulla adtulit P. Ribadeneira in *Catalogo Scriptorum Religionis Societ. Ieſu.* p. m. 16.

16. Contra hunc librum Robertus Abbot, Epiſcopus Salisburienſis, edidit, *Antilogiam aduerſus Apologiam* ANDREAE EVDAEMON-IOANNIS *Ieſuitae, pro Henrico Garneto Ieſuita proditore. Londin.* 1613. Reſpondit Abboto EVDAEMON-IOANNES in libro cui titulum fecit: *Reſponſio ad Caput IIII. primae exercitationis Caſauboni, & ad Antilogiam Roberti Abbatis, adverſus Apologiam P. Garneti. Colon. Agripp. litteris Io. Kinckii* 1615. in 8. Idem EVDAEMON-IOANNES edidit *Confutationem Anti-Cotoni, qua reſpondetur calumniis ex occaſione caedis chriſtianiſſimi Regis Franciae, & ſententiae Marianae in P. Cottonem, & Ieſuitas. Moguntiae* 1611. in 8. quae raro etiam hodie conſpicitur. Vid. Andr. Caroli *Memorabilia Eccleſ. Seculi XVII.* L. II. p. 328. Qua ratione Schurzfleiſchius *Apologiae pro Henrico Garneto* particeps factus fuerit, memorat I. C. Nemeitz in den *vernünftigen Gedanken über allerhand Materien* P. VI. p. 131 ſqq. penes quem fabulae Auctorem fides ſit.

D. EVGYPPII *Abbatis Africani* Theſaurorum e D. Auguſtini Operibus, mille ante annos, ingenti labore de emendatiſſimis exemplaribus ſelectorum Tomi II. iam recens diligenti cura Ioannis Herold Acropolitae, cum indice trigemino in lucem editi. *Baſil. apud Robert. Winter* 1542. in fol. folior. 139.

EVGIPPIVS non Abbas *Africanus*, ſed *Italus*, S. Severini, & Gelaſii Pontificis Rom. diſcipulus, Presbyter & Abbas Lucullanenſis prope Neapolin fuit, qui anno circiter 511. a Chriſto nato floruit. Nonnulli quidem, qui hunc librum EVGIPPIO *Africano* tribuunt, duos fuiſſe EVGIPPIOS ſtatuunt, alterum *Italum*, alterum *Africanum*; ſed eos errare, praeter alios etiam demonſtrauit I. A. Fabricius in *Bibliotheca med. & inf. latin.* L. V. p. 379 ſqq.

Re-

Digitized by Google

Recuſus hic liber fuit *Venet.* 1543. in fol. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 460. Lenglet du Freſnoy *Tablettes chronologiques* P. II. p. 247. vbi *un livre tres-rare*, vocatur.

EVNVCHI nati, facti, myſtici, ex ſacra & humana litteratura illuſtrati. Zacharias Pasqualigus puerorum emaſculator, ob muſicam, quo loco habendus. Reſponſio ad quaeſitum per epiſtolam Io. Heriberti Cemelienſis. *Diuione* 1655. in 4.

Theophilum Rainaldum adſumto Io. Heriberti Cemelienſis nomine, auctorem eſſe, inde patet, quod opuſculum inter *opera* eius *Lugduni* 1665-1669. XX. Vol. in fol. editis, Tomo XIIII. inſertum fuerit. Cum vero auctor omnia adtuliſſe videatur, quae de EVNVCHIS dici poterant, quaeſtionem: num, EVNVCHO vxorem ducere liceat? ab eo omiſſam fuiſſe, miramur. De eiusmodi matrimonio iam ante Rainaldum diſputauerat Marcellus Francolinus *de matrimonio Spadonis vtroque teſticulo carentis*, qui tractatus cum eiusdem Francolini libro *de tempore horarum canonicarum Venetiis litteris Damian. Zenarii* 1605. in 4. prodiit. Conf. e recentioribus Scriptoribus *Traité des* EVNVQVES *par* C. d'Ollincan, qui eſt Charles Ancillon 1707. in 12. Zacharias Paſqualigus Veronenſis Canonicus Regularis Ordinis Theatinor. & Profeſſor theologiae floruit medio ſeculi praeterlapſi tempore, ſub Pontificibus Rom. Vrbano IIX. & Innocentio X.

EVSEBII Chronicon. *Venetiis* 1483. in 4. folior. 179.

Pro ſeculi illius, quo prodiit, genio, hoc EVSEBII *chronicon*, mirificam prae ſe fert elegantiam, & inſignem prodit laborem, quem ei excudendo impen-

dit Typographus. Totum e tabulis (*tabellen*) compoſitum eſt. Initium voluminis index facit, ordine alphabetico diſpoſitus, cuius in fine ſequentes leguntur verſiculi:

C. I. L. H. Lectori Salutem

Ne vagus in totum ferreris ſaepe libellum
Hiſtoriam quaerens, & noua geſta virum
Iunximus hanc operi tabulam, quae candide lector
Qua carta hiſtoria eſt quaque notata docet.
Ne tamen ingratus ſis tanti muneris: heia
Quod volo, quod cupio, dent mihi fata roga.

Chronici ipſius, initium tale eſt: EVSEBII *Caeſarienſis epiſcopi chronicon id eſt temporum breuiarium incipit foeliciter: Quem Hieronymus Praesbyter diuino eius ingenio latinum facere curauit: & vsque in Valemē Caeſarem Romano Adiecit Eloquio. Quē & Proſper deinde Matheꝰ Palmeriꝰ Qui ea quae conſecuta ſūt adiicere curauere eidē poſtpoſiti ſubſequuntur. At primū Hieronymi in huiꝰ codicis aliquādo deſcriptores vt archetypus deſcribatur adiuratio. Verba divi litterarum principis Hieronymi.*

Adiuro te quicūque hos deſcripſeris libros per dominū noſtrū ieſū chriſtū & glorioſu eius aduentū: in quo ueniet iudicare uiuos & mortuos ut cōferas quod ſcripſeris & emēdes ad exēplaria ea de quibꝰ ſcripſeris diligenter. Et hoc adiuratiōis genus tranſcribas & transferas in eum codicem quem deſcripſeris.

In fine legitur:

C. Ioannes Lucilius Hippodamus
Helbrūnenſis lectori Salutem.

Perlege quisquis ades vultu quaecunque benigno
Hoc etiam falſi, ſiquid habebit opus.
Sed nihil erratum niſi quid fortaſſe pugillum.
Inuenies: calamus quod dare poſſit erit.
Quicquid erit facilis parces mihi dūmodo poſthaec,
Scripta manu: vel quae preſſa fuere legas.

Erhardus Ratd[illegible] Auguſtenſis ſolerti vir ingenio maxima

cura

cura plurimis vndique comparatis exemplaribus Euſebii libros chronicos ac reliquas in hoc volumine de temporibꝰ additiones: nō paruo ſtudio impenſisque, emendatiſſime impreſſit Uenetiis Duce inclyto Ioan. Mocenico Romanor. Imperatore Phrederico. III. anno Imperii ſui 44. *Anno Salutis* 1483. *Idibus Septembris. Gloria Deo.* Hic liber niſi forte omnium primus, tamen e primis eſt, qui verbis & numeris rubris, vt hodie calendaria noſtra ſolent, impreſſi fuerunt. EVSEBIVS hiſtoriam ſuam ad annum vsque Chriſti 329. perduxit. Hieronymi interpretatio in EVSEBIVM *de temporibus* cum anno a nato Chriſto 381. finitur. Quae Proſper poſtea adiecit, pertingunt ad annum vsque 449. Proſperi laborem excipit Matthaei Palmerii Florentini continuatio, cui cum anno 1448. finis imponitur. Sequitur Matthiae Palmerii Piſani *opuſculum de temporibus*, ab anno 1449. ad annum vsque 1481. quocum noſtrae editioni finis imponitur. Germanis gloriam inuentae typographiae ille vindicauit his verbis ad an. 1456. *Quantum litterarum ſtudioſi Germanis debeant, nullo ſatis dicendi genere exprimi poſſet. Namque a Ioanne Gutenberg Zumiungen equiti Maguntie Rheni ſolerti ingenio librorum imprimendorum ratio* 1440 *inuenta: hoc tempore in omnes fere orbis partes propagatur: qua omnis antiquitas paruo aere comparata: poſterioribus infinitis voluminibus legitur.* Ioannem Lucilium Hippodamum, qui epigrammata, quae adtulimus, conſcripſit, alio nomine Ioannem Lucilium Santritter adpellatum fuiſſe, ex alio diſcimus epigrammate, quod is *Calendario Ioannis de Monteregio*, eodem anno *Venetiis apud Ratdoltum* impreſſo, addidit. Conf. de hac noſtra EVSEBII editione Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 442.

EVTHYMII *monachi Zigabeni* Commentationes in Pſalmos, e graeco in latinum conuer-

ſae, per Phil. Saulum Epiſcopum Brugnatenſem *Veronae* 1530 in fol. *Paris.* 1547. in 8. *ibid.* 1560. in 8. *Venetiis* 1568. in 8. *Lugdun.* 1573. in 8.

De inſigni libri raritate vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 734. a quo editionum, quas adduximus, nullam mentionem factam conſpicimus. Fuit EVTHYMIVS *Zigabenus*, ſiue vt ab aliis ſcribitur, *Zigabonus*, item *Zigadenus*, Monachus graecus Conſtantinopolitanus, Alexio Comneno Imperatori familiaris, & initio Seculi a Chriſto nato XII. celebris. Inter rariores libros pertinet eiusdem *Panoplia orthodoxae fidei dogmatica*, quam e graeco tranſtulit Petrus Franciſcus Zinus Canonicus Veronenſis, non vero Petrus Franciſcus, vt, omiſſo cognomine, adpellatur a Ioſia Simlero p. 192. Edita fuit iſta *Panoplia Lugdun.* 1536. in fol. *Venetiis per Hieron. Scotti* 1555. in fol. *ibid. per Franciſcum Rampazetum* 1575. in fol. De aliis editionibus. & inprimis graeca, quae, ſuadente Chryſantho Patriarcha Hieroſolymitano, ab Athanaſio 1710. edita fuit in fol. vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. c. XI. p. 460 ſqq. Conf. Sixti Senenſis *Bibliotheca ſancta* L. IIII. p. 247. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* T. I. p. 474. Iacobi Tollii *Inſignia itinerarii Italici* p. 106 ſqq. vbi EVTHYMII *Zigabeni* Ἔλεγχος καὶ θρίαμβος *Victoria & triumphus de impia & multiplici exſecrabilium Maſſalianorum Secta, qui & Phundaïtae, & Bogomili, nec non Euchitae, Enthuſiaſtae, Encratitae, & Marcionitae adpellantur*, graece & latine inuenitur. In nota ſubiecta, Tollius, de hoc opuſculo, haec adnotavit: *Appendix eſt haec Panopliae dogmaticae* EVTHYMII *Zigabeni, hactenus quidem, quod ſciam, nec graece nec latine vnquam edita, multas tamen ob cauſſas editu digniſſima, qua continentur Anathematiſmi XIIII. contra Maſſalianorum, & Bogomilorum haereſin, & Triumphus de eorumdem repreſſione, per Imperatorem Alexium Comnenum, cuius iuſſu Baſilius haereſiarcha,* pro-

profeſſione quidem medicus, habitu autem monachus in Hippodromo Conſtantinopolitano viuus combuſtus eſt &c. Eſt vero haec adpendix *Panopliae*, e Codice Bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis, deſcripta.

EXAMEN de la Religion, dont on cherche l' eclairciſſement de bonne foy attribué à Mſr. de S. Evremond. *A Trevoux aux depens des peres de la Societé de Ieſus* 1745. in 12. pp. 145.

Deteſtabilis libellus, vix prodierat in lucem, cum a Patribus Curiae Pariſienſis, flammis adiudicaretur vltricibus. Duplici titulo, emtores adlicere ſtudet, quicunque fraudis fuerit artifex. Alterum iam adtulimus; alterum, his verbis conceptum, legimus: *La vraie religion, demontrée par l' Ecriture Sainte, traduite de l' Anglois de Gilbert Burnet. A Londres chez G. Cook* 1745. Librum ipſum recenſere ſuperſedemus, quia nonnullae ephemerides litterariae v. g. *Noua litteraria Goettingenſia* & al. illius recenſionem exhibent. In germanicam linguam translatus, & cum confutatione auctus, liber prodiit titulo: *die wahre Religion, oder die Religionsprüfung aus dem Franzoeſiſchen überſetzt, und mit einer doppelten Wiederlegung heraus gegeben. Frf. und Leipzig.* 1747. In 8. pp. 280. Strinxerunt quoque calamum, contra Gallum impium, George Friderich Meier in *Rettung der Ehre der Vernunft wider die Freygeiſter. Halle* 1747. in 8. Vir ſumme Reu. D. Sigiſm. Iacob. Baumgarten, in *praefatione*, Antonii Friderici Buſching *Introductioni hiſtorico-theologicae in Epiſtolam Paulli ad Philippenſes* 1747. in 4. praemiſſa. Io. Georg. Pfotenhauer in der *vollſtaendigen Widerlegung des Edelmanniſchen Glaubens-Bekänntniſſes* P. I. & II. Auctorem libri, gallice conſcripti, initio, Varennium (*Vareme*) qui iam aliis

Digitized by Google

quibusdam eiusmodi libris editis innotuerat, eſſe nonnulli dixerant, ſed ſe autorem ipſe profeſſus eſt, Mſr. de la Serre, *Lieutenant de la Compagnie franche du Chevalier de Vial*, qui conſcientiae ſtimulis excitatus, agitatusque palinodiam cecinit. Neque vero ingratum lectoribus fore ſperamus, ſi illam hoc loco, adiiciamus, cum ideo illam, infelix libri auctor, cum Mr. Vernede, Paſtore apud Wallones, qui Traiecti ad Moſam commorantur, communicavit, vt in conſpectum prodiret omnium. Inſertam illam habet la *Bibliotheque Raiſonnée* Tom. II. p. 475. Nos eam, prout in *Nouis Hallenſibus*, in germanicam verſa linguam, legitur, hic adducimus: *Da ich im Begriff ſtehe, meine Seele in die Hände Gottes zu überantworten, und mit einem ernſten Gefühl, Empfindung und Bereuung dererienigen Aergerniſſe erfüllet bin, die ich auch in Zukunft durch meine Gottesvergeſſne Reden und Schriften anrichten koennte, ſo bezeuge ich hiermit daſs folgendes Buch, ſo den Titel führet:* Gedanken des Herrn William (*in noſtro exemplari legitur* Gilbert) Burnet über den Gottesdienſt, *oder* Unterſuchung des Gottesdienſtes durch den Herrn von SaintEvremond, *wovon ich Verfaſſer bin, die Frucht eines unbaendigen Lasdünkels, und durch und durch mit Freigeiſterei ausgeſpicket und angefüllet ſey. Auch bezeuge ich, daſs ich in meinem Gewiſſen des voelligen Gegentheils von allem demienigen, was ich darinnen geſchrieben habe, überzeuget ſey; und bitte alle und iede, denen dieſes Buch in die Haende gerathen moechte, ſolches als ein höchſtverderbliches Buch, und als eine Brut der Freigeiſterei, zu verbrennen. Ich beſchwere auch dieienigen, ſo ein von mir ausgefertigtes Mſt.* über die Natur der Seele *in Haenden haben, ſolches in das Feuer zu werfen, und als eine höchſtgefährliche, nachtheilige, aus einer unſinnigen Einbildungskraft abſtammende, und mit lauter Ungereimtheiten angefüllte Schrift anzuſehen; wie ich denn vor Gottes Angeſicht verſichere, davon ſelbſt, auf das nachdrücklichſte überführet zu ſeyn. Von Grund meiner*

ner Seelen flehe ich Gott und den Gottesdienſt an, mir dieſer meiner Misgeburthen wegen, meine Sünden zu verzeihen:, wobin ich auch verſchiedne den Gottesdienſt ſchmählernde Dinge rechne, die in dem Buche enthalten ſind, ſo nach Holländiſcher Überſetzung den Titel hat: Brieven over de Zeden en den Inborſt der byzondern Staaten die Vranckryck uytmacken, *welches in des Buchhaendlers - - - - - - - zu - - - - Haenden iſt, an welchen ich dieſe Handſchrift verkaufet habe. Geſchrieben d.* 10. *April.* 1748.

de la Serre.

Fratris NICOLAI EYMERICI, *Ordinis Praedicatorum*, Directorium Inquiſitorum, cum commentariis Franciſci Pegnae. *Rom.* 1585. in fol. pp. 744.

Tam rarum eſſe cenſet Cl. Vogtius, in *Catalogo libr. rar.* p. 273. hunc librum, vt vix centeſimus in Germania, ſe oculis eum vſurpaſſe, gloriari poſſit. Sed ſemel iterumque & ſaepius, liber excuſus fuit. Librum iam, ſuperſtite autore, per Amanuenſes, euulgatum fuiſſe, nos docet Anton. Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* T. II. p. 483. Illum poſtea, an. 1503. in lucem emiſit Guilielmus de Caſelles, Inquiſitor haereticae prauitatis, in inſulis Balearibus, *Barcinonae* in fol. Vid. Iacob. Quetif *Bibliotheca Dominican.* T. II. p. 9. Omnia vero exemplaria, teſte Poſſeuino loco cit. ſic erant deprauata, vt cum viuo Gregorio XIII. Pontifice. liber hic, Romae eſſet recudendus, Franciſcus Pegna, amplius bis mille loca, ſuae reſtituerit integritati, & ſcholiis, librum ipſum, illuſtrauerit, edideritque *Romae* 1578. in fol. praemiſſo Gregorii XIII. diplomate, ne quid iſti labori adderetur, aut demeretur. Hanc excepit editio *Rom.* 1585. in fol. Quam ſequuta eſt editio, ab eodem Pegna, mutatis ſcholiis, in vberiores commentarios, comprobante rem Gregorio XIII.

Digitized by Google

Rom. 1587. *ex officina populi Romani.* Recuſa haec fuit *Rom.* 1597. *Venetiis* 1591. & *ibidem litteris Zalterii* 1607. in fol. Satis luculenta libri recenſio inuenitur, apud Poſſeuinum in *Apparat. Sacr.* l. cit. qui & vitam Auctoris breuiter expoſuit. Natus fuit Gerundae, quae vrbs eſt Catalauniae, in Hiſpania. Ordini Praedicatorum adſcriptus, in Arragoniae regno. Inquiſitor generalis prauitatis haereticae per annos XLIIII. fuit, & demum in patria vrbe 1399. e vita deceſſit. Conf. Ambroſii de Altamura *Bibliothec. Dominicanor.* p. 142. ſqq. Caſimir. Oudinus *Commentar. de Scriptoribus Eccleſiae* Tom. III. p. 1024. & alii, quos recenſet I. A. Fabricius L. V. *Biblioth. med. & inf. lat.* p. 407. ſqq. Franciſcus vero Pegna, ſeu Penna, Hiſpanus fuit, I. V. C. ac Theologus, qui, Decanus Rotae Romanae, diem obiit anno 1612. Vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* T. I. p. 731.

GVILIELMI EYSENGREIN *de Nemeto Spirenſis* Centenarii XVI. aduerſus nouam hiſtoriam Eccleſiaſticam, quam Matthias Flacius Illyricus, & eius Collegae Magdeburgici, contra verum Dei cultum, veraſque eccleſiae catholicae ceremonias, ſcriptis vetuſtiſſimorum hiſtoricorum, deprauatis & corruptis, nuper ediderunt. Centenarius I. ſaluo, in omnibus, Sanctae Sedis apoſtolicae, iudicio, cui nos ſubiicimus. *Ingolſtad.* 1566. in fol.

Eiusdem Centenarius II. Hiſtoriae eccleſiaſticae aduerſus nouam hiſtoriam Magdeburgenſivm, quam Matthias Flacius Illyricus, & eius Collegae, nuper ediderunt. *Monachii* 1568. in fol.

In

In dubium quidem vocauit hunc Centenarium II. Thomas Ittigius in praefatione ad *Hiſtoriam Eccleſiaſticam Seculi I.* p. 10. illum tamen prodiiſſe, docet titulus, quem, e Nicolai Baſſaei *Collectione librorum* ſaepe citat. P. I. p. 377. hic adſcripſimus. Num vero GVILIELMI EYSENGREINII Opus *de Romanis Pontificibus*, *aduerſus hiſtoriam Magdeburgenſium*, idem, vt Cl. Vogtius p. 275. quidem exiſtimat, *Centenarius* ſit *ſecundus*, nos ignorare fatemur.

F.

The FABLE of de Bees; or private vices, publick benefits, whith an Eſſay on Charity, and Charity Schools, and a Search into the nature of Society. The ſixth edition, to whichis added, a vindication of the boock etc. *Lond.* 1732. 1733. Tom. II. in 8. mai.

Minuit opinionem raritatis, quam nonnulli libro tribuunt, editio ſexta, cuius titulum adpoſuimus. Cum impietatis poſtularetur auctor, Apologia munitus eſt liber, quam, haec editio adiunctam exhibet. Inueniuntur, qui libri auctorem Jaques Maſſé, quo nomine Simon Tyſſot de Patot, Dauentrienſis Medicus, occultus latet, fuiſſe exiſtimant, eo, quod is dans *les Voyages & Avantures*, p. 468. ſimilem de Apibus FABVLAM contexuit. Sed opinione eos fuiſſe deceptos, plurimi Ephemeridum Scriptores docuerunt, qui Bernhardum de Mandeville, patria Dordracenum, profeſſione Medicum, verum prodiderunt Auctorem, qui alio libello: *Freethougts on Religion the Church and National Happines*, rem chriſt. infeſtare adgreſſus eſt. Fato ille functus eſt eodem fere, quo Woolſtonus, tempore, menſe nimirum Januar. anno 1733. Vid. *Bibliotheque Britannique* Tom.

I. p. 244. ſqq. Primas apum FABVLAE lineas duxerat, in ſchedis quibusdam, quae ſingulis hebdomadibus, Londini, tunc temporis edi ſolebant. Poſtea illam, ſingularti libro, ornatiorem, auctioremque edidit, anno 1724. Anno 1729. ſecunda pars illi acceſſit. In gallicam linguam translata, prodiit titulo FABLE *des Abeilles où les fripons devenus honnetes gens. Londini* 1740. in 8. Tom. IIII. Confutauit Bernardum de Mandeville, cum aliis eiusdem furfuris hominibus Edmundus Gibſon Epiſcopus Londinenſis, in tribus epiſtolis paſtoralibus, quas ad fideles Dioeceſeos ſuae chriſtianos, ſpecia timque ad Londini Weſtmonaſteriique incolas ſcripſit. Habemus illarum epiſtolarum verſionem Gallicam, quam Abraham le Moyne titulo, *Preſervatif contre l' incredulité & le libertinage en trois lettres paſtorales de Monſeigneur l' Eveque de Londres à la Haye* 1732. in 8. euulgauit. Conf. die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek.* T. III. p. 133. De Iaques Maſſé Apum FABVLA, infra nonnulla exponemus.

In hoc Opere contenta. Arithmetica decem libris demonſtrata. Muſica libris demonſtrata quatuor. Epitome in libros arithmeticos diui Seuerini Boetii. Ritmimachie ludus qui & pugna numerorum adpellatur.

G. Gonterius Cabilonenſis: in laudem Arithmetices & muſices

Tempore iam multo docte latuere Sorores:
Quas retinet comites flaua Minerua ſuas.
Nunc placide terras poſt tempora multa reviſunt.
Grata quoque ante alias Gallica terra placet.

His

Digitized by Google

His olim celebris fuit omnis Aeaica tellus.
Pythagora patriam diffugiente Samon.
Hellada nunc linquunt: & doctas Palladis vrbes.
Sequaniosque petunt. parhiſiosque lares
Hec venit omnimoda numerorum cincta caterua
Atque docet numeris quidquid in orbe ſitum eſt
Altera dulciſono cantu fidibusque canoris
Edomuiſſe viros traditur atque feras.
Que ſua Pieriis tenet vnica nomina Muſis
Qua nichil hac Muſis gratius eſſe ſolet
Attamen artificem Stapule miſere marine:
Qui leta hoc ſtudiis fronte dicaret opus.
Hoc ſolum ſtudium atque hec illi cura: iuvare
Irritus & ne ſit, diſpereatque labor.

in fol. folior. 72.

Editionis huius rariſſimae Opuſculorum IACOBI FABRI ſtapulenſis, mentio iam facta fuit, a Ioſ. Simlero in *Bibliotheca* p. 315. Michael Maittaire in *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 625. Cornel. a Beughem in *incunabilis Typographicis* p. 58. & p. 98. ſed vtrumque poſteriorem, librum oculis non vſurpaſſe, e verbis eorum oppido colligimus. Ille enim librum hoc titulo adfert: *Iordani Nemorarii, & Campani Nouarienſis Arithmeticorum libri decem editi & commentariis illuſtrati a* IACOBO FABRO *ſtapulenſi* etc. Hic vero omnia, quae in hoc libro reperiuntur, praeter Adnotationes FABRI, Iordano Nemorario tribuit. Vtrumque vero erraſſe, ex iis, quae dicemus, manifeſtum erit. Quatuor huic collectioni inſunt opu-

opuſcula. I. *Iordani Nemorarii clariſſimi viri elementa arithmetica, cum demonſtrationibus* IACOBI FABRI *ſtapulenſis Libri X, ad Ioannem de Ganay Senatorem & Preſidentem Pariſienſem.* Claudius Franc. Milliet Dechales in *Mundo mathematico* Tom. I. in Tractat. prooemiali *de progreſſu Matheſeos, & illuſtribus Mathematicis* p. 31. hunc FABRI commentarium iam an. 1480. prodiiſſe ſcribit & opus quidem bonum eſſe cenſet, in quo tamen pleraque e Boethio deſumta ſint. Campani Nouarienſis vero per omnes decem libros, nulla prorſus mentio facta eſt. Adparet praeterea e Catalogo operum, quae ſcripſit Ioannes Campanus, Nouarienſis, a Io. Albert. Fabricio L. III. *Bibliothec. med. & infim. Latinit.* p. 897. adlato, illum, nihil ſcripſiſſe, quod ad Arithmeticam, proprie ſic dictam, pertineat. Iordanus Nemorarius circa annum 1235. floruiſſe dicitur. II. IACOBI FABRI *ſtapulenſis Elementa muſicalia ad clariſſimum virum Nicolaum de Haqueuille inquiſitorum Preſidentem Libri* IIII Laudat in iis ſuos praeceptores Iac. Labin. & Iac. Turbelinum. Hunc vero FABRI librum teſte Cl. Fr. Milliet Dechales l. cit. p. 62. Iacobus Blancanus tanti fecit, *vt inde iuberet auſpiciari, tum ad Boetium accedere Ariſtoxenum, Ptolemaeum, Euclidem.* III. IACOBI FABRI *ſtapulenſis Epitome in duos libros Arithmeticos diui Seuerini Boecii ad magnificum dominum: Ioannem Stephanum Ferrerium Epiſcopum Verſellenſem.* IIII. IACOBI FABRI *ſtapulenſis Ritmimachie ludus Bernardo Vencario doctori medico numerorum amatori* dicatus. Colloquuntur in hoc opuſculo Alcmeon *Pythagore diſcipulus*, & Brontinus & Bathyllus *eiusdem temporis adoleſcentes.* Scripſerunt recentioribus temporibus de hoc ludo, qui rectius Arithmomachia dicitur Godeſcalcus Eberbachius, in *Rythmomachiae ſiue Arithmomachiae ludi mathematici ingenioſiſſimi, deſcriptionibus duabus. Erphord. apud Georg. Baumann.* 1577. in 4. Recuſus libellus fuit *Goerl.* 1705. in 12. Claudius Buxerius Del-

Delphinas edidit *Rythmomachian hoc eſt ludum Pythagoraeum. Lutetiae apud Guil. Cauellatum* 1556. in 8. Franc. Barozzi in lucem emiſit *Il Giuoco Pythagorico nominato Rythmomachia. In Venez.* 1572. in fol. Conf. Guſtaui Seleni *Ausführliche Beſchreibung des Schachs - oder Koenigs - Spieles*, vbi etiam ludi Arithmomachici deſcriptio inuenitur. In fine totius operis, cuius quatuor recenſuimus partes, haec leguntur verba: *Has duas quadriuii partes & artium liberalium, praecipuas atque duces cum quibusdam adminiculariis adiectis: curarunt vna formulis emendatiſſime mandari ad ſtudiorum vtilitatem Ioannes Higmannus & Volgangus Hopilius ſuis grauiſſimis laboribus & impenſis Parrhiſii. Anno ſalutis domini: qui omnia in numero atque harmonia formauit,* 1496. *abſolutumque reddiderunt eodem anno die XXII. Iullii ſuos labores vbicunque valebunt ſemper ſtudioſis deuouentes. Et idem quoque facit Dauid Lauxius Brytannus Edinburgenſis: diligens operis recognitor.* Conf. de IACOBO FABRO Stapulenſi eiusque operibus Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. lat.* L. VI. p. 418. ſqq.

La FACVLTÉ vengée. Comedie en trois actes par Mr. ***. *a Paris* 1747. in 8.

Hac Satyra, in FACVLTATEM medicam Pariſienſem, vehementer inuectus eſt auctor, quem eſſe commemorant eundem qui nouo metamorphoſeos genere, homines in Machinas commutauit, & *l'Homme machine* miro quodam & inaudito artificio compoſuit. Vid. *Noua litteraria Goettingenſia* ann. 1747.

PAVLLI FAGII Verſio ad Targum Onkelos, & notae in Pentateuchum. *Argentorat.* 1546. in fol.

Hunc

Hunc librum Iacob Bruckerus in dem *Ehrentempel deutſcher Gelehrſamkeit* Decur. I. p. 20. *eine ſehr ſeltne und hochgeſchaetzte Uberſetzung des Targum*, it. *ein ſehr rar Buch* nominat. Vid. Chriſt. Wolfii *Bibliotheca Hebraica* Tom. II. p. 1158. Iacobi le Long *Bibliotheca Sacra* T. II. p. 721. qui librum *Iſnae* prodiiſſe ſcribit, ſed *Argentorati* excuſum eſſe, ſuo quoque comprobat ſuffragio Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 545. Notae adiectae in Pentateuchum *Criticis Anglicanis* poſtea inſertae fuerunt.

OCTAVII FALCONERII diſſertatio de nummo Apamenſi Deucalionei diluuii typum exhibente. *Romae typis Fabii de Falco* 1668. in 4.

De raritate vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 96. Inuenitur nonſolum diſſertatio illa, vt iam obſeruauit Gerdeſius in *Antiquitat. Gronov.* T. X. p. 672. ſed etiam adiecta conſpicitur alii libro OCTAVII FALCONERII, ſcilicet, eius *Inſcriptionibus athleticis, notis illuſtratis, quibus additae ſunt, aliae Inſcriptiones ex Africanis marmoribus, vna cum diſſertat. de numo Apamenſi. Romae typis Fab. de Falco.* 1668. in 4. Excerptum ex ea dedit Petrus Zornius in *Bibliotheca Antiquar. & Exegetica* Tom. I. p. I. p. 7. ſqq. Hiſtoriam vero diluvii, perperam in numo iſto demonſtrari, ſingulari diſſertatione docuit idem Petrus Zornius in *Opuſcul. ſacr.* Tom. I. p. 35. ſqq. Conf. Ioannis Hardouin in *Num. Antiqu. populorum & vrbium illuſtrat.* p. 25.

D. FAVSTENS Geiſterzwang.

Iis quae de impio, exſecrabili, & abſurdo libro adtulit Cl. Vogtius p. 277. addere licebit titulum, quo chartae ab inferis, & quaſi ex Acheronte excitatae, noſtris ſe oculis aliquando obtulerunt. Nimirum forte incidimus N. apud bibliopegum in Ms. quadra-

Digitized by Google

draginta foliorum, quod his verbis inſcriptum erat: *Der heimliche und unerforſchliche Hoellenzwang D.* FAVSTENS, *gedrukt zu Lion* 1407. (ſine dubio 1470). Vt voces hebraicas, graecas, & latinas corruptas deprauatasque taceamus, tot putidis ineptiis, tot abſurdis nugis, tot impiis & ſibi contradicentibus adiurationibus omnia repleta conſpiciebantur, vt ſtolidus, fatuus & blennus fuerit, cui non primo ſtatim adſpectu, deteſtanda impietas, quae cum ſumma malitia & ſtultitia coniuncta eſt, in oculos incurrat. In *Catalogo Bibliothecae Hulſianae* P. I. p. 331. inuenitur inter Codices Mſtos *Forçat des Demons, ou autrement magie noire*, qui forte quandam ſimilitudinem, cum Mſto, quod vidimus, habuit. Fuerunt qui FAVSTVM praeſtigiatorem, cuius nomen eiusmodi deteſtabiles chartae, prae ſe ferunt, extra generis humani terminos relegarunt, nempe Gabriel Naudaeus dans le *Maſcurat* p. 520. Io. Conrad. Durrius Prof. Altorfenſis *in epiſtola ad Georgium Sigism. Führerum de* IOHANNE FAVSTO, in I. G. Schellhornii *Amoenitat. litterar.* T. V. p. 50 ſqq. quem tamen intra eosdem reuocarunt Io. Georg. Neumann in *diſquiſitione hiſtorica de* FAVSTO *praeſtigiatore Viteb.* 1693. in 4. & D. Chriſtophor. Auguſt. Heumannus in einem *Schreiben an Herrn D. Haubern*, in *Bibliotheca de Actis & Scriptis Magicis* T. III. p. 184. ſqq. Conf. Io. Georg. Eccardi *Monathliche Auſzüge* ann. 1701 menſ. Mart. p. 58.

VICTORIS FAVSTI *Veneti* Orationes quinque. Eius amicorum cura quam fieri potuit diligenter impreſſae. Ne quis librarius has orationes impune ſuis typis imprimat, alibiue impreſſas vendat, ampliſſimi Senatus Veneti decreto cautum eſt. *Venetiis apud Aldi filios* 1559. in 4. folior. 83.

Digitized by Google

Si litterarum characterem ſpectauerimus, vix elegantiorem, ſi raritatem libri conſiderauerimus, vix rariorem inueniri poſſe, nobis plane perſuaſum habemus. Paucis certe VICTOR FAVSTVS nomine cognitus eſt: paucis *orationes* eius perſpectae ſunt, e quibus ſumma copia, facultaſque dicendi elucet. Dignae ſane nobis videntur, quae prelo iterum ſubiiciantur. I. Oratione gratiae aguntur, pro impetrato graece profitendi honore. II. Maius ſtipendium petitur. III. bonarum litterarum ſtudia commendantur. IIII. Franciſci Rubrii Oratoris Gallici manibus parentatum fuit. V. denique virtutem & litteras per ſe expeti debere oſtenditur. Has orationes Paullus Ramnuſius Petro Franciſco Contareno Thadaei F. conſecrauit epiſtola, e qua nonnulla, quae ad Victorem Fauſtum ſpectant adiiciamus. Vixit VICTOR FAVSTVS initio Seculi a Chriſto nato XVI. qui tum genere ipſo, tum rei familiaris tenuitate facile potuerit eſſe ſemper obſcurus, niſi vno tantum, atque eo magno ingenio clarus extitiſſet. Hieronymi Maſerii diſcipulus fuit, e cuius ſchola egreſſus, Hiſpaniam, Gallias, & Germaniam magna ex parte peragrauit. A Balthaſare Scipione, viro omni doctrinarum genere, & diſciplinae militaris cognitione clariſſimo in contubernium accitus, illi nonſolum in ſcribendis epiſtolis, ſed etiam in re militari tractanda, nauauit operam. Cum vero Marcus Muſurus, repudiato, graece in vrbe veneta, profitendi honore, Romam ad Leonem Pontificem Max. inani cupiditate, atque ambitione ductus ſe conferret, FAVSTVS a caſtris in vrbem reuocatus, cunctis Patrum ſuffragiis, honorem graece profitendi adeptus eſt. Cum vero a prima aetate mathematicas rationes imbibiſſet, & architectura in primis mirum in modum eſſet delectatus, hanc quoque artem docuit, animumque ad aedificandas naues adiecit, & vt ingenio erat perſpicaci, multa ipſe inuenit, atque in iis *nouae* cuiusdam ac

pro-

prope indiſſolubilis contignationis genus & intermiſſum multis ſeculis *quinqueremis vſum* reſtituit, publicoque ſumtu, renitentibus publicis architectis, *quinqueremem aedificauit, qua*, vt Ramnuſius ſcribit, *nullum toto mari nauigium, vel ad adſpectum pulcrius, vel ad celeritatem velocius, vel ad pugnam accommodatiuſ ac firmius ſpectatum fuit, a qua vna, reliquae omnes, quotquot hodie vſquam quinqueremes ſunt, qu ſi ab archetypo quodam, effictae formataeque ſunt.* Ex illo tempore vberiore ſtipendio auctus, in ſummo honore atque auctoritate, nonſolum apud Reipublicae Venetae patres, & vniuerſam ciuitatem, ſed apud omnes principes ac Reges FAVSTVS fuit. Ariſtotelis *mechanica*, multa diligentia, e graeco in latinum ſermonem verſa, in lucem edidit, id quod Io. Alberto Fabricio incognitum fuit. Cum hoc opus retexere, commentationibus, & machinarum ſchematibus, locupletare conſtituiſſet, immatura morte praereptus eſt. Illud quidem opus, ſe editurum recepit Paullus Ramnuſius, ſed promiſſis reſpondiſſe euentum, non credbile eſt. Conſcripſit etiam, niſi forte alius VICTOR FAVSTVS eſt, *de Comoedia* libellum, qui cum Terentio *Venetiis apud Lazarum Soardum* 1511. in 8. prodiit.

Trattato nuovo delle coſe maraviglioſe dell alma città di Roma con figure. *In Roma* 1615. in 8. Tom. II.

De hoc libro vid. *Nou-Antiqua* ann. 1727. p. 920. Prima editio, niſi fallimur, prodiit *Venetiis* 1588. in 8. Inuenitur in eo libro PETRI MARTYRIS FELINI, ordinis Seruitarum deſcriptio palatiorum, & eccleſiarum Romanarum, vna cum ſimulacris, aeri non adeo eleganter inciſis.

Digitized by Google

EMVNDI FIGRELII de ſtatuis illuſtrium Romanorum liber ſingularis. *Holmiae ex officin. Io. Ianſſon* 1656. in 8. pp. 327. praeter praefat. & indices.

Hic liber paullo rarior, neque Graeuii, neque Sallengrii *Theſauris Antiquitatum Romanarum* inſertus eſt. Multi cum Io. Albert. Fabricio in *Bibliographia Antiquaria* p. 257. & Cl. Vogtio in *Catalogo libror. rar.* p. 279. autorem *Edmundum* nominant, cuius tamen nomen *Emundus* eſt. Fuit natione Oſtrogothus, & prim. Prof Hiſtor. Vpſalienſis, deinde Caroli XI. praeceptor, & nobilitatus, nomen Gripenhielm adeptus eſt. Vid. Dan. Georg. Morhofii *Polyh.* Tom. I. L. V. p. 939. Tandem Regni ſenator & aulae regiae Conſiliarius & Cancellarius factus eſt. Obiit anno 1676. aetatis anno XLV. & nonnullis aliis Scriptis inclaruit. Vid. Io. Schefferi *Suecia litterata* p. 176. & Io. Moller. *hypomnemata* ad h. l. p. 400. Libro, quo vtimur, additus eſt Io Schefferi *de Antiquorum torquibus Syntagma* pp. 62. quod vti Morhofius l. cit. docet p 36 omnibus exemplaribus additum eſt Excerpta ex libro *de ſtatuis illuſtrium, ac cum primis doctorum virorum in Veterum bibliothecis*, inueniuntur in Io Ioach. Maderi *Collectione libellorum & commentationum de bibliothecis atque archiuis*, & quidem in editione ſecunda, quam Io. Andr. Schmidt D. *Helmſtad.* 1702. in lucem emiſit.

ORONTII FINEI *Delphinatis* Protomatheſis, opus varium, ac ſcitu non minus vtile quam iucundum, nunc primum in lucem foeliciter emiſſum. *Pariſiis in vico Sorbonnico, impenſis Gerardi Morrhii, & Ioannis Petri an.* 1532. in fol. mai. fol. 207.

In

Inſigne illud opus, quod in *Catalogo Bibliothecae Sellianae* P. I. in Adpend. I. p. 1. inter libros rariſſimos numeratur, chriſtianiſſimo Francorum Regi Franciſco I. dedicatum, & in quatuor partes diſtributum eſt. I. *de Arithmetica practica* libr. IIII. a fol. 1-50. II. *de geometria* libr. II. a fol. 50 - 99. III. *de Coſmographia ſitu mundi ſphaera* libr. V. *propriis ipſius Auctoris commentariis elucidata* a fol. 99 - 157. IIII. *de Solaribus horologiis & quadrantibus* libr. IIII a fol. 157. ad fol. vsque 207. complectitur. Haec vero omnia, vt auctor in libro, qui ad manus eſt, ſcribit, *decentibus figuris*, ab ipſo illo depictis, & nitidiſſime ligno inciſis, annotamentisque marginalibus, & proprio ſingulorum indice ſunt ornata. In Italicum, opus translatum ſermonem, hoc comparuit titulo: *Opere di* ORONTIO FINEO *del Delfinato, diviſe in cinque parti, Aritmetica, Geometria, Coſmografia, e Orticoli tradotti de Coſimo Bartoli, Academico Fiorentino; e gli Specchi tradotti dal Caval. Ercole Brottigaro, Gentilh. Bologneſe. In Venezia per Franceſco Franceſchi Saneſe* 1581. 4. *ibid.* 1670. in 4. pp. 776. Vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari* p. 275. vbi vero ORONTIVS FINEVS, minus recte *Orazio* adpellatur. Pars quinta, quae verſioni Italicae acceſſit, latine hoc prodierat titulo: *De Speculo vſtorio, ignem ad propoſitam diſtantiam generante, liber vnicus: ex quo duarum linearum ſemper appropinquantium, & nunquam concurrentium, colligitur demonſtratio. Paris.* 1551. in 4. folior. 25. Vid. de Auctore, qui Brigantii 1494 natus fuit, & Pariſiis in Academia, Regius Profeſſor, Matheſin docuit, anno vero 1555. aetatis anno LXI. in ſumma paupertate obiit, Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 534. Caeſaris Egaſſii Bulaei *Hiſtoria vniuerſitatis Pariſienſis* Tom. VI. p. 965. Io. Launoii *Academia Pariſienſis illuſtrata* Tom. II. p. 678. Claudii Franciſci Milliet Dechales *Mundus mathematicus* Tom. I. in Tractatu prooemiali *de progreſſu Matheſeos & illuſtribus Mathematicis* paſſim. P. Baile *Di-*

ctionaire Tom. II. p. 1180. Niceron *Memoires* Tom. XXXIIX. p. 184 ſqq. Nactus eſt aduerſarium, ORONTIVS FINEVS Petrum Nonium Salacienſem, qui *de erratis* ORONTII FINEI librum compoſuit, qui inuenitur in eius *Operibus* p. 311-372. edit. *Baſil.* 1592. in fol.

MARCI ANTONII FLAMINII in librum Pſalmorum, breuis explanatio, ad Alexandrum Farneſium Cardinalem ampliſſimum. Adiectae ſunt in ſtudioſorum vſum eiusdem Authoris in Pſalmos aliquot ſuo quaeque ordine & loco, paraphraſes. Item adiectae ſunt in triginta Pſalmos paraphraſes, carmine ab eodem conſcriptae, & ſuo loco poſitae. *Antuerp. ex officina Chriſtophor. Plantini* 1558. in 12. folior. 365.

Haec ſine dubio ea editio eſt, quae, anno 1559. iubente Paullo IIII Pontifice Max. flammis addicta fuit, ſi viro illi erudito, apud Schellhornium Tom. IIX. *Amoenitat. litterar.* p. 500. fidem habemus. Sed variis adducimur rationibus, vt ſuſpectum & plane intempeſtiuum illud eſſe teſtimonium credamus. Iacobus le Long. in *Biblioth. Sacr.* T. II. p. 16. *Paraphr. ſiu in duo & triginta Pſalmos* iam anno 1538. *Venetii* in 4. *In omnes* vero *Pſalmos breuem explanationem cum paraphraſi & notis Baſil.* 1540. in 8. prodiiſſe ſcribit & inſignem editionum copiam adfert. Praenomine dictus fuit MARCVS, quod a quibusdam omiſſum cognouimus. Quinque enim habemus FLAMINIOS diuerſos, Antonium, Sebaſtianum, Ioannem Antonium, MARCVM ANTONIVM & Lucium FLAMINIVM. De hoc MARCO ANTONIO vid. Girolamo Ghilini *Teatro d' Vomini letterati* Tom. II. p. 192. Nicolai Comneni Papadopoli *Hiſtoria gymnaſii Patauini, cum Auctario de*

claris Profeſſoribus & Alumnis eiusdem, Venet. 1726. II. Tom. in fol. Tom. II. p. 197. De patria eius inter eruditos nondum conuenit. Plurimi eum Gallum Forocorneliensem eſſe ſcribunt, Abbas vero Hieronymus Lioni in diſſertatione *della patria di* M. ANTONIO FLAMINIO anno 1720. edita, illum Saravalle in Marca Treuiſana natum fuiſſe, probare adgreſſus eſt. Inuenitur iſta etiam diſſertatio in *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XXXI. pag. 26 ſqq.

MARCI ANTONII FLAMINII epiſtolae aliquot, de veritate doctrinae eruditae, & ſanctitate religionis, in latinum veterem ſermonem conuerſae ex Italico hodierno; nec non narrationes de Flaminio, & aliis quibusdam, cognitione bonarum & optimarum diſciplinarum ac artium, & pietatis ſtudioſorum non indignae: editae a Ioachimo Camerario. *Norimbergae in officina Dieterici Gerlachii* 1571. in 8.

Cl. Vogtius in *Catalogo libror. rar.* p. 280. vt praecedentem librum alii FLAMINIO, nempe *Antonio*; ita Io. Alb. Fabricius has epiſtolas *Ioanni Antonio*, qui MARCI ANTONII pater fuit, in *Bibliotheca med. & infim. latinitat.* L. VI p. 501. adſcribit. Sed vtriusque libri MARC. ANTONIVM FLAMINIVM Sarauallenſem, auctorem eſſe, extra dubitationem poſitum eſt. Vid. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 469. Niceron *Memoires* Tom. XVIIII. p. 112. & Auctores a Cl. Vogtio l. cit. adducti.

Epiſtolarum SIGISMVNDI FOLIANI libri V. Carolo Emanueli Taurinorum & Allobrogum Duci Sereniſſimo nuncupati dicatique.

Digitized by Google

Itemque Orationes XII. cum indicibus duobus, vno eorum, ad quos ſcriptae ſunt epiſtolae, altero rerum ſcitu dignarum. *Venetiis ex officina Dominici Guerraei & Io. Baptiſt. fratrum* 1587. in 4. pp. 218.

Has epiſtolas & ob ſtili elegantiam & ob rerum criticarum, quas tractant copiam, magni aeſtimandas, in ipſa Italia rariſſimas eſſe, nos docent die *Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 340.

VBERTI FOLIETAE Opera ſubſeciua, opuſcula varia, de linguae latinae vſu & praeſtantia, clarorum Ligurum elogia. *Rom.* 1574. in 4. pp. 351.

Rariſſima haec Collectio *Opuſculorum* FOLIETAE, Octauio Affaitato, Nobili Cremonenſi, dicata, in tres diſpertita partes eſt. In prima parte, quae *opuſculorum nonnullorum* nomine inſcribitur, inuenitur *de vitae & ſtudiorum ratione hominis ſacri initiati*, ad Robertum Nobilem Cardinalem *de ratione ſcribendae biſtoriae*, ad Octauianum Paſquam Epiſcopum Hieracenſem: *De cauſſis magnitudinis Turcarum imperii*, ad M. Antonium Columnam Ducem: *Tiburtinum Hippolyti Cardinalis Ferrarienſis*, ad Flauium Vrſinum Cardinalem: *Brumanus, ſeu de laudibus vrbis Neapolis*, ad Antonium Caſellam patricium Genuenſem: *de nonnullis, in quibus Plato ab Ariſtotele reprehenditur*, ad Antonium Vaccam Jctum: *de ſimilitudine normae Polybianae*, ad Rainaldum Corſum Jctum; *Commentariolus.* Vbi notare fas eſt librum qui dans le *grand Dictionaire biſtorique* du Louis Morery, & in Antoine Teiſſier *Eloges des hommes ſçavans tirés de l' biſtoire de Mſr. de Thou*, titulo *nominum Polybianorum* inſignis eſt, ipſum illum eſſe

de

de norma Polybiana, cuius titulum hoc modo deprauatum exhibent. *In feſto die, omnium Sanctorum, ad Iulium III. Pontificem Maximum, Oratio.* Omnia, quae hic recenſuimus, Partis primae opuſcula, inveniuntur quoque in Io. Georg. Graeuii *Theſauro Italiae* Tomo I. Secunda pars huius Collectionis continet FOLIETAE *de linguae latinae uſu & praſtantia* libros III. tertia vero *Clarorum Ligurum Elogia.* Niceron Tom. XXI. p. 212. hanc Collectionem anno 157 . prodiiſſe ſcribit, id quod ſine dubio falſum eſt. Aliam enim hac noſtra editione, quae ad manus eſt, & annum 1574 prae ſe fert, extare, vix credere poſſumus. Idem Niceron in ſerie Opuſculorum, quae in parte Collectionis reperiuntur prima, illud *de cauſſis magnitudinis imperii Turcarum* omiſit.

VBERTI FOLIETAE de ſacro foedere in Selimum libri IIII. eiusdem variae expeditiones in Africam, cum Melitae obſidione. *Genuae ex officina Hieron. Bartoli* 1587. in 4.

Haec Philippi, Hiſpaniarum Regis, nomine, Paullus frater, poſt VBERTI mortem, in lucem emiſit. In linguam Italicam conuerſa, prodierunt titulo: *Storia di* VBERTO FOGLIETA, *della ſacra lega contra Selim, e d'alcune altre impreſe di ſuoi tempi cioè dell impreſe del Gerbi, ſoccorſo d' Oram &c. tradotta per Giulio Guaſtavini. In Genoua per gli Eredi di Girolamo Bartolo* 1598. in 4. Nicolao Franciſco Haym hic liber incognitus fuiſſe videtur.

VBERTI FOLIETAE, ex vniuerſa hiſtoria rerum Europae ſuorum temporum, Coniuratio Ioannis Ludouici Fliſci, Tumultus Neapolitani, Caedes Petri Ludouici Farneſii, Placentiae Ducis. *Neapoli* 1571. in 4.

Editio ſine dubio prima, a Cl. Vogtio p. 283. non memorata fuit. De reliquis Scriptis VBERTI FOLIETAE, qui diem obiit Romae 1581. eiusque vita, conſulenda eſt Viri ſumme Reuerendi Ioannis Laurentii Moshemii *Commentario de* VBERTO FOLIETA, libro *de linguae latinae vſu & præſtantia* praemiſſa *Hamb.* 1713. in 8. p. 52. Vid. quoque Oldoini *Athenaeum Liguſticum* p. 526. Ghilini *Teatro d' Vomini letterati* Tom. I. p. 175. Lorenz. Craſſo *Elogii d' Vomini letterati*, Tom I. p. 74. Niceron *Memoires* l. cit.

IACOBI FONTANI de bello Rhodio libri tres. *Rom.* 1524. in fol.

Daniel Gerdeſius in *Florileg.* p. 100. hunc librum in raris collocat. Epiſtolae forma illum ad Hadrianum VI. Pontificem max. ſcripſit IACOBVS FONTANVS Bruggenſis Belga, Iudex adpellationum populi Rhodienſis, initio ſeculi XVI. clarus. Deſcribit, crudeliſſimam inſulae & vrbis Rhodiae expugnationem, a Solymanno Turcarum Imperatore an. 1522. factam. Recuſus liber fuit *Hagenoae* 1526. in 4. Prodiit quoque cum Iacobi Sadoleti oratione *de bello Turcis inferendo*, & aliis quibusdam, *Baſil. apud Thomam Platterum* 1538. vid. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 315. qui vero, epiſtolam *de expugnatione Rhodi*, & *belli Rhodii hiſtoriam*, libros eſſe diuerſos exiſtimauit. Extat etiam in nonnullis aliis collectionibus, v. g. in Collectione variorum opuſculorum, quae prodiit cum titulo: IACOBI FONTANI *de bello Rhodio* Libri III. *Adiuncta inſulae Melitae deſcriptio Io. Quintini. Et Theodori Adamaei Commentarius de Inſula Rhodo, & militarium ordinum inſtitutione. Pariſiis apud Wechel.* 1540. in fol. In Simonis Schardii *Scriptoribus rerum Germanicarum*, Tom. II. p. 88 ſqq. In Philippi Loniceri *Chronicis Turcicis*, Tom. II. fol. 113 ſqq. &c.

Ita-

Digitized by Google

Italica verſio prodiit *Venetiis* 1545. in 8. Germanica *Auguſt. Vindel.* 16 8. in 4. Conf. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. X. p. 210 ſqq.

STEPHANI FORCATVLI *Icti* Epigrammata ad Carolum Lotharingum Cardinalem. *Lugduni apud Io. Tornaeſium & Guil. Gazeium* 1554. in 8. pp. 192.

STEPHANI FORCATVLI Blyterenſis Icti Scripta omnia, hodie haud adeo obuia in Bibliothecis ſunt, inprimis vero haec *epigrammata*. Vt lectores intelligant, qualis ille fuerit poeta, epigramma, de obitu Petri Genelli Aſtrologi, fol. 59. hic adſcribere licebit.

Aſtrologus fatis ceſſit, qui lumina viuus
Addiderat ſtellis, ſcribere dum licuit.
Sidera quae fuerunt ſtadiis diſtantia miris
Vicina humanis reddidit idem oculis.
Hunc merito caelum repetit: quae lucida praeſens
Aſpicit, haec animo, viderat aſtra prius.

Habemus ab eodem FORCATVLO *de Gallorum imperio & philoſophia* L. VII. *Lugdun. ap. Iac. Chouet* 1595. in 8. pp. 1130. except. indice, & dedicatione, ad Ioannem & Franciſcum a Burgk fratres. Recenſionem vide in den *Beyträgen zur critiſchen Hiſtorie der Deutſchen Sprache* P. XV. p. 362. Conf. Cl. Vogtii *Catalogus libr. rar.* p. 283. Daniel. Gerdeſii *Florileg.* p. 100. de editione *Paris.* 1580. in 4. Idem FORCATVLVS librum edidit, quem vidimus, titulo: STEPHANI FORCATVLI *Henrico III. Francorum Regi relata gratia, in qua primo Valeſiorum Franciae Regum origo. Secundo quod feminae illuſtres, regnis gubernandis impares non ſint. Tertio de iniuriis receptis. Pariſiis apud G. Chaudiere* 1579. in 8. Eiusd. *Prometheus, ſiue de raptu animorum, dialogus* prodiit *Pariſiis* 1578. in 8.

Fr. GIOVANNI FRANCHINI Biblioſofia e memorie letterarie di Scrittori Franceſcani Conventuali, ch'hanno ſcritto doppo l'anno 1585. *In Modena per gli Eredi Soliani* 1693. in 4. pp. 631.

Quadringenta tantum huius libri, in quo vitae CCCXIIX. Minoritarum reperiuntur, impreſſa fuerunt, exempla, vnde eius raritas orta eſt. Recenſionem vide in den *Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. III. p. 48.

NICOLAI FRANCO *Beneuentani* Scripta omnia

Hodie rariſſima ſunt. Elogium illius inuenitur in *Pinacotheca Beneuentana* p. 168 ſqq. ex qua in *Anthologiam* ſuam transtulit Io. Chriſtophor. Colerus p. 152. De ſcriptis eius nobis innotuerunt

Il Petrarchiſta, nel quale ſi ſcuoprono nuovi ſecreti ſopra il Petrarca, e ſi danno a leggere molto lettere, che il medeſimo Petrarca in lingua Toſcana ſcriſſe a diverſe perſone &c. *In Venezia per il Giolito* 1539. 1541. & 1543. in 8.

Vid. de his editionibus Nicol. Franciſci Haym *Notizia de, libri rari nella lengua Italiana* p. 212. Invenitur etiam iſte dialogus, in quo ſuper Petrarca, noua atque abdita aperit, in libro cui titulus *Li due Petrarchiſti, dialoghi di* NICOLO FRANCO, *& di Ercole Giovannini. In Venezia* 1623. in 8.

Dialoghi piacevoli. *In Venezia per il Giolito* 1541. & 1545. in 8.

Vid. Haym l. cit. p. 180. Decem dialogi ad Luciani imitationem elaborati in eo libro reperiuntur. In

gal-

Digitized by Google

gallicam linguam tranſlati extant hoc titulo: *Dix plaiſans dialogues au Sr.* NICOLO FRANCO *traduits de l' Italien. à Lion* 1579. in 8.

Piſtole volgari. *In Venezia* 1538. in fol. & *ibid. per Antonio Gardane* 1542. in 8.

Vid. Haym l. cit. p. 194. In illa collectione nonnullae epiſtolae ad Franciſcum I. Galliae regem & alios ſummos Principes inueniuntur. Ita vero conſtat, in honore fuiſſe virum, quocum magni Principes litterarum inſtituerint commercium. Sine dubio noua earum eſt epiſtolarum editio, quae prodiit hac inſcriptione: *Delle lettere di* NICOLO FRANCO, *ſcritte a Prencipi, Signori, & ad altri perſonaggi è ſuoi amici libri trè di nuovo riſtampate. In Venezia* 1604. in 8.

HIERONYMI FRANZINI *Bibliopolae* Antiquitates Romanae vrbis. *Romae* 1596. in 12.

Iſte libellus, qui e rarioribus eſt, figuras ligno inciſas, complectitur, & in quatuor diſpeſcitur partes. Prima *rudera rerum antiquarum, quae hodie Romae conſpiciuntur*, ob oculos ponit. Secunda *templa Deo, & Sanctis eius, Romae dicata* ſiſtit. Tertia *palatia Procerum Romanae vrbis* exhibet. Quarta denique *Statuas antiquas vrbis Romae*, oſtendit. Italice prodiit 1594. in 8. Hiſpanice vero titulum prae ſe fert: *Las coſas marvilloſas de la Ciudad de Roma. Rom.* 1589. in 8.

CHARLES DV FRESNE *Sieur du Cange* Hiſtoire de l' Empire de Conſtantinople ſous les Empereurs François. *Paris de l' imprimerie Royale,* 1657. in fol.

Liber

Liber hic, qui in *Bibliotheca Rinkiana* p. 293. *rariſſimus* vocatur, in duas diſpeſcitur partes, quarum primam conſtituit, *L' hiſtoire de la Conquête de la ville de Conſtantinople, par les François & les Venitiens, ecrite par Geoffroy de Villehardoüin, avec la Suite, de cette hiſtoire jusqu'en 1240. tirée de l' hiſtoire de France manuſcrite de Phil. Mouskes.* In ſecunda parte inuenitur *l' hiſtoire generale de ce que les François & les Latins ont fait de memorable, dans l' empire de Conſtantinople, par* CHARLES DV FRESNE *Sieur du Cange.* Godofredus de Villehardoüin, qui hanc de expugnatione Conſtantinopolitana hiſtoriam conſcripſit, Mareſchallus, vt apud Gallos vocatur, Campi fuit, iſtique expugnationi anno 1204. factae, ipſe adfuit. Romaniae poſtea Gubernator conſtitutus, in vrbe Theſſalonicenſi vitam finiit. Primus qui hanc hiſtoriam in Galliam intulit, Franciſcus fuit Contarini Venetorum Legatus. Cum autem liber linguá Gallorum, tunc temporis viitata, conſcriptus, & admodum difficilis intellectu eſſet, illum in linguam recentiorem transtulit Blaſius de Vigenere, & titulo edidit prima vice: *L' hiſtoire de Geoffroy de Villehardoüin de la Conquête de Conſtantinople par les Barons François, aſſociez aux Venitiens, l' an 1204. d'un coté en ſon viel langage & de l' autre en un plus moderne, Paris.* 1584. in 4. Recuſa iſta editio fuit *Lugduni* 1601. In noua editione *Corporis hiſtoriae Byzantinae* hoc opus recuſum comparet; ſed multis typothetarum vitiis deformatum eſſe, teſtatur *Catalogus Bibliothecae Rinkianae* l. cit. vbi veró totius Collectionis titulus, minus adcurate ſub Godofredi de Villehardoüin nomine, adlatus fuit. Satis vero prolixa egregii operis recenſio extat, in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. VIIII. p. 166 ſqq. Conf. de Blaſio de Vigenere Niceron Tom. XVI. p. 26 ſqq. Tom. XX. p. 95.

RA-

Digitized by Google

RAPHAELIS TRICHETI DV FRESNE Epiſtola de Charondae effigie; in Catanenſi numo expreſſa, ad Petrum Seguinum, D. Germani in vrbe antiſtitem. *Pariſiis* 1658. in 8.

Raram eſſe, ſcribit Gerdeſius in *Florileg.* p. 280. Inuenitur tamen, nonſolum Petri Seguini *Selectis Numismatibus antiquis, cum eiusdem Obſeruationibus, Paris.* 1684. in 4. editis, adiecta, ſed inſerta quoque eſt Tom. X. *Theſaur. Antiquitat. Graecar.* Gronouii p. 571 ſqq. Excerptum ex illa dedit, ſatis quidem luculentum Petrus Zornius in *Bibliotheca Antiquaria Exegetica* Tom. I. P. II. p. 105 ſqq.

IANI CAECILII FREY *Doctoris medici, Pariſienſis Facult. nec non philoſophorum eiusd. Academiae Decani*, Opera quae reperiri potuerunt, in vnum corpus collecta. *Paris.* 1645. in 8. pp. 866.

Alia eſt, IANI CAECILII FREY, ab illa, quam Cl. Vogtius p. 286. memorat, plane diuerſa, opuſculorum Collectio, ſimiliter rara, & vti e priuilegio d. X. Ianuar. 1639. accepto elucet, a Ioanne Balesdens edita. Inueniuntur in illa 1. *Philoſophiae compendium*; 2. *Mens* IANI CAECILII FREY *centuriis duabus axiomatum expreſſa*; editio quarta auctior & emendatior. 3. *Definitiones, diuiſiones ac regulae ex logica & phyſica Ariſtotelis, in gratiam ſtudioſorum philoſophicae iuuentutis.* 4. *Admiranda Galliarum compendio indicata.* Seorſum prodierant *Pariſiis ex officina Targae* 1628. in 8. 5. *Via ad diuas ſcientias, artesque linguarum notitiam, ſermones extemporaneos, noua & expeditiſſima.* 6. *Scientiae & artes quotquot hactenus fuerunt, aut ſuperſunt, omnes ordine, & cum cura diſtributae & deſcriptae.*

EIVSD. Recitus veritabilis ſuper terribili eſmeuta Paiſanorum de Ruellio in 8.

Naudaeus dans le *Maſcurat* Nic. Tom. XXXVIIII. p. 56. teſte, hoc opuſculum ſtilo Macaronico conſcriptum, vnum ex optimis, quae in eo carminum genere ludicro vnquam comparuerunt, eſſe dixit. De reliquis IAN. CAECIL. FREY, qui peſtilentia correptus diem obiit ſupremum 1631. Lutetiae in Pariſiis, opuſculis vid. Niceron l. cit.

Incomincia & libro intitulato Quatriregio del decurſu della vita humana, di *Meſſer* FEDERICO (Frezzi) *Fratre dell ordine de Sancto Dominico eximio maeſtro in Sacra theologia, & ja Veſcovo della citta de Foligni.* Divide ſe in quactro libri partiali ſecundo quactro regni. Nel primo ſe tratta del Regno de Nio Cupido nel ſecundo del Regno de Sathan. Nel tertio de regno delli vitii. Nel quarto & ultimo del regno de Dea Minerua & de virtù. *Impreſſe a Peruſcia per maeſtro Stephano Arns Almanno* 1481. in fol.

Quam rara ſit haec, libri dicti, editio, Maittaire Tom. I. p. 423. & Nicol. Fr. Haym *nella notizia de, libri rari* p. 114. nos docuit. Niceron Tom. VII. des *Memoires* p. 146. quinque alias editiones adfert, quae omnes raro inueniuntur. Scilicet II. *Bologna* 1494. in fol. quam inter antiquas Niceron optimam eſſe dicit. III. *Venezia* 1501. in fol. IIII. in *Firenze per Pier Pacini da Peſcia* 1508. in fol. V. *ibidem* ſine anno in fol. VI. denique *Venez.* 1511. in fol. quae omnium viliſſima & corruptiſſima eſt, ob innumerabilia errata typographica, e. g. verſum illum adfert Niceron l. cit.

Sere

Digitized by Google

Sere Dio mio, & di che al tonitru
qui in reliquis editionibus legitur
Sara Dio mio el di che ad te ritorni.

De raritate omnium editionum Niceron ita ſcribit: *Malgré ces ſix editions faites dans l'eſpace de trente ans, cet ouvrage ètoit devenu ſi rare, que peu d'auteurs le connoisſoient, & que non ſeulement Maittaire, mais encore pluſieurs Italiens, qui ont fait l'hiſtoire de l'imprimerie, les ont toutes ignorées, & n'ont fait aucune mention de l'ouvrage. C'eſt. ce, qui a engagé les Academiciens de Foligno de le donner de nouveau au public ſous ce titre, qui ſera connoitre le merite de leur edition, qui eſt la meilleure de toutes: Il Quadriregio ò poema de quatro regni di M.* FEDERICO FREZZI *corretto, é coll' ajuto d' antichi codici MSS. alla ſua vera lettione ridotto. Con le Annotazioni del P. M. Angelo Guglielmo Artegiani Agoſtiniano le Oſſeruazioni Iſtoriche di Giuſtiniano Pagliarini, e le dichiarazioni di alcuni voci di Giovanne Battiſta Boccolinii Aggiuntaui in fine la diſſertazione apologetica del P. Don Pietro Canneti Abbate Camaldoleſe intorno allo ſteſſo poëma, e al ſuo vero autore. In Foligno* 1725. in 4. II. Tom Sed iſta etiam editio in Germania rariſſime conſpicitur. In diſſertatione apologetica, Abbas Petrus Canneti hoc *quadriregium*, quod nonnulli Nicolao Malpiglio Bononienſi, poetae Seculi XV. apud Italos haud incelebri, alii aliis autoribus tribuerant, FEDERICO FREZZI Ordinis Praedicatorum Fulgienſium Epiſcopo, qui, teſte Alberto Leandro L. IIII. *de viris illuſtribus Dominicanis* anno a Chriſto nato 1515. adhuc in viuis fuit, vindicat. Anton. Poſſeuinus in *Apparatu Sacro* Tom. I. p. 481. *opus* vocat *ſententiarum grauitate refertum.* Qua ratione Ludovico Iacobillo, & Iacobo Echardo, errores, in recenſendo hoc libro, admiſſos, tribuat Niceron, intelligi poterit e loco cit.

ANDREAE FRICII *Modreuii*, *ſereniſſ. Regis Poloniae Sigismundi Secretarii* Commentariorum de republica emendanda libri V. de moribus, legibus, bello, eccleſia, Schola. Quibus acceſſerunt Eiusdem de eccleſia liber ſecundus, Orationes, epiſtolae, & nonnulla alia. *Baſileae ex officina Ioannis Oporini* 1554. in fol.

Vid. Cl. Vogtius p. 288. Editionem extare *Baſileenſem* in 8. docet Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 36. & ſi *Catalogo Bibliothecae Tellerianae* p. 356. fidem habemus, editio quoque *Baſileenſis* 1559. in fol. invenitur. Verſionem dialecto Heluetica conſcriptam, quae inſcribitur *Von Verbeſſerung deſz gemeynen Nutz* adornauit & edidit Wolfgang Wiſſenburg Theolog. D. *Baſil.* 1557. in fol. cuius recenſionem exhibent *Nou-Antiqua* ann. 1708. p. 400 ſqq. Edidit idem ANDREAS FRICIVS *Libros tres* I. *de peccato Originis;* II. *de libero hominis arbitrio;* III. *de prouidentia & praedeſtinatione Dei aeterna. Item de Mediatore libri III. quibus acceſſit Narratio ſimplex rei nouae, & eiusdem peſſimi exempli: ſimul & querela de iniuriis, & expoſtulatio cum Stanislao Orichouio Roxolano, Baſil. apud Oporin.* 1562. in 4. *Siluas IIII. theologicas de Dei perſonis, Chriſto Homoouſio, ex conuentibus habendis* &c. 1590. in 4. quae omnia hodie raro obuenire ſolent.

ERICI FRIDLIBII *I. C. Advoc. O. V.* Vnterſuchung des Indifferentismi Religionum. Da man dafür hält, es koenne ein ieder ſelig werden, er habe einen Glauben oder Religion welche er wolle. *Glück-Stadt bey Fridrich Treumund* in 8. pp. 60.

Cum

Digitized by Google

Cum liber indifferentiſticus prodiret, ſtatim in ſuſpicionem venit Enno Rudolph Brenneyſen Chriſt. Thomaſii diſcipulus; ſed extra omnem iam dubitationem poſitum eſt, autorem fuiſſe I. F. Ludouici Ictum; qui poſteaquam e ſchola Chriſtiani Thomaſii prodiiſſet, apud Gieſſenſes Profeſſor fuit. Recenſio libri inuenitur in *Nou-antiquis* ann. 1701. p. 136. per errorem vero in 12. impreſſus dicitur. Strinxerunt calamum contra illum Gottlieb Wernsdorfius in *Commentatione breui & neruoſa de indifferentismo religionum Viteb.* 1716. in 8. p. 82 & 92 ſqq. Io. Fechtius in *hiſtoria & examine nouae theologiae indifferentiſticae, ſiue religionis vniuerſalis,* quam poſt Auctoris obitum filius eius, Guſtauus Fridericus Fechtius, in lucem emiſit *Roſtoch.* 1721. in 8.

IOACHIMI FRIZZII ſummum bonum, quod eſt verum magiae, Cabalae, Alchimiae verae, ac fratrum Roſeae-Crucis verorum ſubiectum, in dictarum ſcientiarum laudem, in inſignis calumniatoris Fr. Marini Merſenne dedecus publicatum 1629. in fol.

Auctorem huius libri eſſe Robertum Fludd, quem Merſennus ob *Apologiam pro fraternitate Roſeae-Crucis Lugd. Batau.* 1616. in 8. in *quaeſtionibus in geneſin* impugnauerat, teſtatur Niceron Tom. XXXIII. p. 148. Idem Robertus Fludd eodem anno, contra Merſennum edidit *Sophiae cum Moria certamen, in quo lapis lydius, a falſo ſtructore Fr. Marino Merſenne, Monacho reprobatus, celeberrima volum. ſui Babylonici* (in Geneſin) *figmenta adcurate examinat, Francof.* 1629. in fol. qui liber, vt Scripta Fluddiana omnia, rarioribus accenſeri debet.

LEONARD FRONSPERGERS Kriegsbuch von Kaiſerlichen Kriegsrechten, Wagenburg um die Feld Läger, Geſchütz und Feuerwerck, wie auch von Schanzen und Befeſtigungen, der alten Teutſchen und mitternächtigen Völcker, Kriegs-Ordnung, Sitten und Gebrauche. *Franckf.* 1596. Part. III. cum fig. in fol.

Hunc librum, qui antiquitates militares Germaniae deſcribit, integrum & nulla parte mutilum, raro inueniri nos docet *Bibliotheca Rinckiana* p. 856. ſimulque monet, Auctorem, qui Imperatoris fuerit Proviſor, cum Georgio de Frundsperg ſummo militum duce non confundendum eſſe. In *Catalogo vero omnium librorum, qui nundinis Vernalibus Francofurti ad Moenum & Lipſiae anno* 1596. *celebratis, nouiter impreſſi venales expoſiti fuerunt*, hic liber expreſſis verbis Georgio Fronsbergio tribuitur. Ita enim titulum inuenimus GEORGEN VON FRONSBERG *Kriegsbuch mit Kupfferſtücken* 3. *Theil fol. Bey Sigmund Feyerabend Erben Franckf.* 1596.

Antitheſes Auguſtini & Caluini. Authore F. I. F. C. R. S. T. P. A. P. C. *Paris.* 1651. in 16.

Litterae initiales deſignant *Fratrem* IOANNEM FRONTONEM, *Canonicum Regularem*, *Sacrae Theologiae Profeſſorem*, *Academiae Pariſienſis Cancellarium.* Vid. de illo, IOANNIS FRONTONIS *Canonici Regularis Memoria diſertis per amicos, viroſque clariſſimos encomiis celebrata. Paris. ap. Sebaſt. Cramoiſy* 1663. in 4. Niceron Tom. XXI. des *Memoires* p. 74-91.

AN-

Digitized by Google

ANDREAE FRVSII *Societatis Ieſu* Epigrammata in haereticos. *Duaci ex officina Ioannis Bogardi* 1599. in 12. p. 111.

Non repetamus, quae ex Adami Friderici Glafey *Kern der Geſchichte des Hauſes Sachſen* p. 713 & 714 adtulit Theophilus Sincerus in *Bibliotheca hiſtoric. Critica* p. 376 ſqq. de libri raritate & editionibus, ſed id modo dictis adiiciamus, quod haec editio, neque a Philippo Alegambe in *Bibliotheca Scriptor. S. I.* neque ab aliis, qui huius libri mentionem faciunt, quod nos quidem ſciamus, memorata, vna e rariſſimis ſit. Complectitur 251. epigrammata. In primo epigrammate ad D. Alphonſum Salmeronem, Theologum Societatis Ieſu, cauſſam FRVSIVS exponit, qua adductus illa epigrammata conſcripſerit. En illud integrum!

Cum peteres verſus, me ſcribere poſſe negaui;
Non petis, en ſcribo: ne lege, & vltus eris.
Inconſtans videor? non te latet eſſe poetis
Hunc morem, vates vt Venuſinus ait.
Cauſſa tamen non deeſt: facit indignatio verſum.
Quis viſa haereſeon peſte tacere queat?
Mutus vt ante puer vocem prorupit in altam,
Dum Croeſum patrem cerneret enſe peti:
Sic mihi nunc linguae franguntur vincla coactae,
Dum matrem aſpicio paene perire meam.

Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. I. p. 84.

ANDREAE FVLVII de vrbis Antiquitatibus Libri V. *Romae per M. Valerium Doricum, & Aloiſium fratrem Brixianos* 1545. in 8.

Non anno 1549. vt in Cl. Vogtii *Catalogo libr. rar.* p. 249. legimus, ſed anno 1545. hunc FVLVII librum prodiiſſe teſtatur Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 37. *Catalogus Bibliothecae Tellerianae* p. 279.

Digitized by Google

Daniel Gerdeſius in *Florileg.* p. 100. Libro adiecta ſunt eiusdem ANDREAE FVLVII Sabini *de vrbis laudibus* oratio; *in populi Romani laudem* elegia; *de Romuli & Remi expoſitione* ecloga. Italica eius verſio titulo: *Opera di* ANDREA FVLVIO, *dell antichità di Roma, e degli Edifici memorabili di quella; tradotta dal latino in lingua Toſcana per Paolo del Roſſo Citadino Fiorentino. In Venezia per il Tramezino* 1543. in 8. & 1569. in 8. *E con le Aggiunte di Girolamo Ferrucci, ed un Orazione delle lodi di Roma, In Venezia* 1588. in 8. in lucem emiſſa fuit. Conf. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari* p. 39 ſqq.

M. IOHANN FVNCKENS Auſzlegung deſz andern Theils deſz neundten capitels Danielis. Item Rechnung und Ordnung der Iahr, ſampt den fürnehmſten Geſchichten von End der Babyloniſchen gefängnuſz, biſz auff die Aufferſtehung Chriſti. *Wittemberg* 1565. in fol.

Hic liber perinde rarus eſt, ac *Commentarius* eiusdem Auctoris *in Apocalypſin* a Cl. Vogtio p. 294. memoratus, niſi forte illo rarior eſt. Illius enim neque Melchior Adami in *Vitis theologorum*, neque Paull. Freherus in *theatro virorum eruditione clarorum*, neque alii qui de IOANNE FVNCCIO, commentati ſunt, mentionem faciunt. Infeliciſſimus autem IOANNES FVNCCIVS natus Werdae prope Norimbergam 1518 Oſiandri gener, Albertique Boruſſiae Principis Concionator fuit. Tandem e Concionatore factus Conſiliarius politicus, ambitione abreptus, munere ſibi mandato relicto, ad res ciuiles tractandas ſe contulit. Sed publicae tandem pacis turbatae reus, in vincula coniectus, & anno a Chriſto nato 1566. in foro Regiomontano

anno

anno aetatis XLIIX. capite truncatus fuit. Vid. Adami l. cit. p. 197. edit *Francof.* in fol. Freherus l. cit. p. 211 ſqq. Iacob. le Long *Bibliotheca Sacra* T. II. p. 735. & Scriptores a Ioanne Fabricio P. II. *hiſtoriae Bibliothecae Fabricianae* p. 512. citati.

FRIDERICI FVRII *Ceriolani* Bononia, ſiue de libris ſacris, in vernaculam linguam conuertendis L. II. ad Franciſcum Bouadillium Mendozam Cardinalem Burgenſem. *Baſileae ex officin. Io. Oporini* 1556. in 8.

Ioannes a Bononia Siculus, Theologiae D. & Profeſſor Louanienſis Secul. XVI. a Chriſto nato clarus, eos crimine haereſeos inſimulabat, qui Scripturam Sacr. in linguam vulgarem conuertere audebant. FRIDERICVS igitur FVRIVS Ceriolanus e regno Valentiae Hiſpanus, Philippi II. Hiſpaniarum Regis familiaris, qui diem obiit 1592. contra illum Ioannem a Bononia calamum ſtringendum exiſtimauit, & libro, dialogi forma conſcripto, eam ob cauſſam, hunc obſcurum titulum praefixit. Vid. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 601. Tom. II. p. 1230. Iacobi le Long *Bibliotheca Sacra* Tom. II. p. 735. Scripſit idem FVRIVS alium librum, qui ab Eruditis magni aeſtimatus fuit, tit. *del Conſeio y Conſeiero, en Amberes* 1589. in 8. quem Simon Schardius in ſermonem transtulit latinum, & *Baſileae apud Oporin.* in 8. edidit. Habemus alias verſiones, de quibus vid Baile l. cit. p. 1230. not. E.

Le franc-Archer de la vraie egliſe, contre les Abus & enormités de la fauſſe. Par *Noble* ANTHOINE FVSI, *jadis Protonotaire apoſtolique, Docteur Sorboniſte, Predicateur & Confeſſeur de la maiſon du Roy, Curé des Egliſes parochia-*

Digitized by Google

les, S. Barthelemy, S. Loup, & S. Gilles. A Paris 1619. in 8. pp. 932.

Vid. Cl. Vogtius p. 294. Edidit librum ANTONIVS FVSI, cum ad Caluinianos, a Pontificiis tranſiret. In libri initio legitur: *Au Roy de la grande Bretagne Iacques I. Remonſtrance Apologetique ſur enormités & abus demeſurés, attentats, & inhumanités du Chef de la fauſſe Egliſe, & des Suppôts, contre les vrais & legitimes Enfans de la vraie.* De libro, qui ab ANTONIO FVSI contra Nicolaum Vivianum, *Maitre des Comptes, Premier Marguillier du St. Leu*, euulgatus dicitur, titulumque *Le Maſtigophore, ou Precurſeur du Zodiaque. Auquel par maniere Apologetique ſont briſées les brides à veaux de Maitre Iuuain Solanicque*, (Nicol. Viuianum) *Penitent repenti, Seigneur de Mordreĉt & d' Amplademus en partie, du Coté de la Mouë, traduiĉt du latin en françois par Maitre Victor Greué geographe Microcosmique* 1609. in 8. pp. 330. in fronte gerit, & eo, quem memorauimus rarior eſt, vid. Niceron *Memoires* Tom. XXXIIII. p. 310 ſqq. vbi etiam vita ANTONII FVSI, & reliqua eius ſcripta recenſentur.

G.

Le *Comte* de GABALIS ou entretiens ſur les Sciences ſecrettes. *A Amſterd.* 1671. in 12. pp. 328.

Recuſus liber fuit, *à Amſterd.* 1715. in 8. Cum in lucem conſpectumque prodiret, nulla propemodum illius ratio habebatur: cum vero ſecretae eiusmodi artes, a quibusdam hominibus in deliciis haberi coepiſſent, multorum ille manibus voluebatur. Auctor fuit Abbas de Villars, qui Tholoſa Lutetiam

Digitized by Google

tiam venerat. Mr. Bonaventure d' Argonne dans ſes *Melanges d' Hiſtoire & de litterature* Tom. I. p. 336. edit. *Paris.* 1725. de eo dicit: *Les cinq entretiens qui compoſent ce livre, ſont le reſultat des conferences goïes, que cet Abbé avoit à la Porte de Richelieu avec une cabale de gens de bel Eſprit & de belle humeur comme lui. ——— les conſequences etoient tres-dangereuſes pour lui, ——— on defendit la Chaire à ce devot Predicateur & ſon livre fut interdit. On n'a point ſû ſi l' Auteur ne vouloit que badiner, ou s'il parloit tout de bon. Le ſecond Volume qu'il promettoit, auroit décidé la queſtion: Mais le pauvre Malheureux bientôt après, fut égorgé par des Scélérats, ſur le Chemin de Lyon. Les Rieurs dans une affaire ſi triſte, diſoient que c'étoient des* Gnomes *&* des Silphes *deguiſez, qui avoient fait le coup, pour le punir d' avoir révélé les ſecrets de la Cabale: ce qui eſt un crime qui ne ſe pardonne point par ces Meſſieurs les Eſprits, comme l' Abbé de Villars l'a reconnu, lui-même dans ſon livre.* Conf. l' Abbé d' Artigny *Nouveaux Memoires d' hiſtoire, de critique & de litterature, à Paris* 1749. Tom. I. p. 121. Io. Georg. Hocheiſen *diſſertationes phyſicae quibus Elementicolae Comte de* GABALIS *examinantur, Vitebergae* habitae, quarum I. prod. 1704. in 4. Poſſidemus libri continuationem, quae titulum, ab eo, quem cl. Vogtius p. 295. adtulit, diverſum in fronte gerit: ſcilicet *La Suite du Comte de* GABALIS, *ou nouveaux Entretiens ſur les Sciences ſecretes touchant la nouvelle Philoſophie Ouvrage poſthume. A Amſterd. chez Pierre Mortier* ſine anno in 8. pp. 150. ſeptem in continuatione illa, inueniuntur dialogi.

ROBERTI GAGVINI *Ord. SS. Trinit. Miniſtri generalis* Epiſtolae & orationes. *Paris.* 1521. in 4.

Digitized by Google

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 295. qui, librum admodum eſſe rarum, eiusque nouam a Cl. Morlierio, exoptari editionem ſcribit. Sed in Mich. Maittaire *Annal. Typog.* plures eius inueniuntur editiones, quarum nonnullas hic adiiciamus. Tom. I. p. 655. inuenitur editio *Pariſienſis* 1497. in 8. p. 662. ROBERTI GAGVINI *Epiſtolae, orationes. De Conceptione Virginis Defenſio. De arte metrificandi. Epigrammata. Paris. per Andr. Bocard.* 1498. *in* 4. Vid. *Biblioth. Telleriana* p. 94. Eodem Tom. I. p. 781. extant ROBERTI GAGVINI *Epiſtolae Paris.* 1487. in 12. Conf. I. A. Fabricii *Biblioth. Med. & infim. lat.* L. VII. p. 5. ſqq.

CLEMENTIS GALANI *Surrentini* Conciliationes eccleſiae Armenae cum Romana, ex ipſis Armenorum Patrum & Doctorum teſtimoniis, in duas partes hiſtorialem & controuerſialem diuiſae. Pars I. *Romae typis ſacrae Congregat. de propaganda fide* 1650. pp. 531. P. II. Tomus I. 1658. pp. 487. P. II. Tomus II. pp. 771.

Contenta libri admodum rari breuiter expoſuit Mathurin Veyſſier la Croze dans *l' hiſtoire du Chriſtianiſme d' Ethiopie, & d' Armenie* p. 334. cuius hic adſcribemus verba: *Cel ivre qui a été imprimé à Rome l' an* 1650. *en trois volumes in folio, contient dans le premier toute l' hiſtoire Armenienne, ſelon les traditions ſouvent fabuleuſes de cette nation. Les deux autres parties, ne traitent que de Controverſe, & ne laiſſent pas d' être utiles, pour la connoiſſance des dogmes de l' Egliſe Armenienne.* Qui plura cognoſcere cupit, adeat viri Summe reu. Iac. Sigm. Baumgarten *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* T. III. p. 197 ſqq. CLEMENS GALANVS monachus Theatinus, & Pontificis Romani per aliquot tempus, apud Armenos

Miſ-

Digitized by Google

Miſſionarius, primusque fuit, qui grammaticam Armenam edidit hoc titulo: *Grammaticae & logicae inſt. linguae Armenicae, Armenis traditae a D.* CLEMENTE GALANO, *Clerico regulari, ſacrae Theologiae Profeſſore, & ſanctae ſedis Apoſtolicae ad Armenos Miſſionario. Addito vocabulario Armeno latino omnium ſcholaſticarum dictionum. Rom. ex Typograph. Sacr. Congregat. de propaganda fide.* 1645. in 4.

MARCII GALEOTTI liber de homine.

Admodum rarus liber eſt, inprimis illius editio prima, quae in folio, anno, neſcimus, quo prodiit; omni enim typographi, loci & anni indicio deſtituta eſt. Vid. de illa Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 760. Recuſus fuit *Mediolani* 1490. in fol. *Turin.* 1517. in 4. *Baſil.* 1517. in 4. quibus ſeditionibus poſterioribus Georgii Merulae *Adnotationes* in illum librum adiectae ſunt, nec non *Apologeticum* ipſius GALEOTTI *aduerſus Georgium Merulam.* Apologeticum illud, niſi fallimur, prima vice prodiit titulo: GALEOTI MARTII *Narnienſis Refutatio Obiectorum in librum de homine a Georg. Merula, Venet. per Iacob. Rubeum* 1476. in 4. Alii Auctorem nominant GALEOTTVM MARTIVM, alii GALEOTTVM *Narnienſem*, a Narna Vmbriae vrbe, in qua genitus fuit. Primum in Italia, Bononiae litteras docuit, quo munere poſtea etiam in Pannonia, in priuatis ſcholis functus eſt. Praefectus tandem ſtudiis Ioannis Coruini, Matthiae Regis Hungariae filii, & Bibliothecae Budenſi praepoſitus fuit. Libro *de Homine*, & aliis philoſophicis, quae edidit, ſcriptis, fratrum cucullatorum ſibi conflauit odium, a quibus accuſatus, damnatusque eſt. Vitam vero illi conſeruauit Sixtus Pontifex, qui, Iouio in *Elogiis doctor. virorum* p. 104. teſte, in minore fortuna, eius fuerat auditor, grauem tamen perpeſſus eſt contumeliam. Nam in foro Veneto, ad geminas

columnas, ad tribunal perductus eſt, vt impetrata veniæ, ſe falſa ſcripſiſſe, fateretur. Sed accidit, vt id iudicium, exortus in turba riſus conturbaret, ſalſo ac repentino GALEOTTI dicterio, excitatus. Nam cum forte non ignobilis Venetus, e turba proximus, ſtrigoſa proceritate, & impudicae vxoris probro inſignis, traductum ludibrio praepinguem porcum adpellaſſet, extemplo GALEOTTVS renidente ore, *Pinguis*, ait, *porcus*, *quam macer hircus eſſe malo.* Erat enim GALEOTTVS vſque adeo tumenti abdomine, vt ſub vaſto obeſi corporis pondere, vel praegrandia iumenta fatiſcerent, cum rheda curuli veheretur: tandem ſenex ad montem Annianum, circa Ateſte, aruina ſuffocatus interiit. Vid. Iouii *elogia* l. cit. Gerardus Ioannes Voſſius *de hiſtoricis latinis* L. III. p. m. 591. de reliquis vero eius ſcriptis I. A. Fabricii *Bibliotheca med. & inf. latinit.* L. VII. p. 14.

BVENAVENTVRA de GALINAS memorial de las hiſtorias del nuevo mundo Peru, meritos y excellencias de la Ciudad de Lima. *En Lima* 1630. in 4.

Rariſſimum hunc eſſe librum, nemo facile diffitebitur, qui locum, quo impreſſus eſt, conſiderabit. Vid. *Catalogus Biblioth. Dalmannianae* p. 251.

ANTOINE GALLAND de l' Origine & du progrès du Caffé, ſur un manuſcrit Arabe de la Bibliotheque du Roi. *A Caën* 1699. in 12.

Rariſſimus hic libellus eſt, ob paucitatem exemplarium impreſſorum, quae Auctor, linguae arabicae, in Collegio regio Pariſienſi Profeſſor, omnia fere amicis ſuis diſtribuit. Eidem Auctori tribuitur fabula, quae titulo *Mille & une Nuit* XII. Vol. in 12.

ſae-

Digitized by Google

ſaepius edita fuit. Conſ. Niceron *Memoires* Tom. VI. p. 183 ſqq.

P. GALLANDII *literarum latinarum Profeſſoris regii*, pro Schola Pariſienſi, contra nouam academiam Petri Rami oratio. Ad illuſtriſſimum Cardinalem & Principem Carolum a Lotharingia. Aperit Ramum qui veſte latebat. *Lutet. apud Vaſcoſanum via Iacobaea* 1551. in 8. folior. 78.

Inuectus eſt hac oratione auctor in Petrum Ramum, qui Ariſtotelis, in philoſophia, auctoritatem, in academia Pariſienſi, euertere ſtudebat. Illa autem eruditorum oculis ſe poſtea ſubduxit, ideoque raro inuenitur. In *Bibliotheca Telleriana*, editio eodem anno, & apud eundem Typographum in 4. impreſſa, inuenitur p. 386. Conſ. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 558. qui librum in 8. editum ſcribit, id quod exemplar etiam, quod nobis ad manus eſt, confirmat.

Traitez des Droits & libertez de l' Egliſe GALLICANE. MDCLI. in fol. pp. 1584. non computatis indicibus.

Secunda haec eſt editio, libri, aeque rara, ac prima in Gallia ſuppreſſa, & a Cl. Vogtio p. 297. adducta. Vtraque *Rothomagi* prodiit. Pars I. complectitur XVIIII. ſcripta; Pars II. XXXX. quibus multa decreta, & alia documenta publica, adiecta ſunt. Conſ. die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* T. IIII. p. 271 ſqq.

Rerum GALLICARVM impubere Ludouico XIIII. L. I. res per nouennium apud Gallos, aut

aut a Gallis pace belloque geſtas, ab exceſſu Ludouici XIII. ad annum 1652. exponens in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 297. Niceron *Memoires* Tom. XVI. p. 409. haec de illo libro habet: *Il* (Iean Doujat) *avoit commencé à faire imprimer l' Hiſtoire de la Regence de Reine Mere Anne d' Autriche, quil avoit composée avec beaucoup de ſoin, pour repondre à l' honneur, que le Roi lui avoit fait de lui donner le titre de ſon Hiſtoriographe, mais à peine y en eut il une feuille d' imprimée, qu'il jugea à propos de la ſupprimer.* Forte Anonymus Douiatii Manuſcriptum nactus eſt, qui edidit *Memoires Secrets de la Cour de France, contenant les Intrigues du Cabinet pendant la Minorité du Louis XIIII. depuis le commencement de l' année 1648. jusqu'en 1651. A Amſterd.* (Paris) *chez François Girardi* 1733. III. Tom. in 8.

ANTONII GALLONII *Romani* de SS. Martyrum cruciatibus liber, quo inſtrumenta & modi, quibus iidem Martyres olim torquebantur, ſimul perſpicue deſcripta, & tabulis aeneis accuratiſſime repraeſentata ſunt. *Antverpiae ſumtibus Andreae Friſii* 1668. in 12. pp 576.

Tres huius libri habemus editiones latinas, *Colon.* 1603. in 8. cum fig. aen. *Paris* 1650. in 4. cum fig. aen. & tandem noſtram, quae ſimili ratione, figuris aere expreſſis ornata eſt. Conſtituerat quidem D. Vrbanus Godofredus Siberus Profeſſor & Sacrorum Antiſtes apud Lipſienſes quondam celeberrimus nouam adornare editionem, ſed morte abreptus, ea, quae animo deſtinauerat, perficere non potuit. Librum initio GALLONIVS italico ſermone conſcriptum, hoc titulo ediderat: *Trattato degli*

Digitized by

gli inſtrumenti di martyrio, e delle varie maniere di martoriare uſate da Gentili contro Chriſtiani, deſcritte & intagliate in rame opera de' ANTONIO GALLONIO. 1594. in 4. ſed editiones latinae, auctiores dicuntur ab Antonio Poſſeuino in *Apparat. Sacr.* Tom I. p. 104. Habemus ANTONII GALLONII etiam alivm librum ſatis quidem infrequentem, quo *Vitam B. P. Philippi Nerii Florentini Congregat. Oratorii Fundatoris,* deſcripſit, *Romae ex officina Alb. Zanetti* 1600. in 4. & *Mogunt.* 1606. in 8.

La doctrine curieuſe de beaux Eſprits de ce temps, ou pretendus tels, contenant pluſieurs maximes, pernicieuſes à l'etat, à la religion, & aux bonnes moeurs, combattuë & renverſée par le P. FRANCOIS GARASSVS *de la Compagnie de Ieſus. A Paris chez Seb. Chappelet* 1624 in 4. pp. 1025.

Omiſſis iis, quae a V. R. I. C. Goetzio in den *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 411 ſqq. & a Cl. Vogtio p. 298. de hoc libro adlata fuere, nonnullos hic libros proferemus, qui ob *doctrinam* GARASSI *curioſam* euulgati fuerunt. Huc ſpectat *Iugement & Cenſure du livre de la doctrine curieuſe de* FRANCOIS GARASSE, *Paris* 1624. in 8. Auctor huius cenſurae fuit Mr. le Prieur Ogier, cui, FRANCISCVS GARASSVS reſpondit in libello, cuius titulus eſt: *Apologie du P.* FRANCOIS GARASSE *pour ſon livre contre les Atheiſtes & Libertins de notre Siecle, & Reponſe aux Cenſures & Calomnies de l'Auteur Anonyme, à Paris* 1624. in 12. Iam ad reſpondendum paratus erat Ogierus, cum partes inter ſe diſſidentes reconciliarentur, & GARASSVS epiſtolam humanitatis pleniſſimam, ad Ogierum ſcriberet. Edita illa fuit, cum Ogieri reſponſione titulo: *Lettre du P.* FRANCOIS GARASSE *à Mr. Ogier,*

gier touchant leur Reconciliation & Reſponſe de M. Ogier, à Paris 1624. in 12. Tandem ipſe GARASSVS, nomine ficto euulgauit *Nouveau jugement, de ce qui a été dit, & ecrit pour & contre le livre de la Doctrine curieuſe de beaux Eſprits de ce temps. Dialogue par Mr. de Guay, Paris* 1625. in 12. pp. 143. Defendit iterum hoc opuſculo ſuum librum, illumque e ſententia Ogerii, qui ſuam reuocauerat cenſuram, optimum & admodum vtilem, ad confutandos Atheos eſſe, demonſtrat.

La Somme theologique des veritez capitales, de la Religion chreſtienne. *A Paris* 1625. in fol. pp. 983.

Prodibat anno 1626. die 1. Septembr. contra hunc FRANC. GARASSI librum *cenſura S. Facultatis Theologicae Pariſienſis, lata, in librum qui inſcribitur: la Somme Theologique du P.* FRANCOIS GARASSE, *Paris* in 8. In illa cenſura, damnabatur liber, vtpote qui multas propoſitiones haereticas, ſcandaloſas, temerarias, contineret, & ob innumeras falſas citationes, nec non mutationes locorum S. S. & Patrum, indignus eſſet, qui ab Chriſtiano, & Theologo ſcriptus fuerit, & inpoſterum ab illo legeretur. Priusquam haec *cenſura* diuulgaretur, GARASSVS ediderat: *L' Abus & decouverte en la Cenſure pretenduë des textes de l' Ecriture ſainte, & des propoſitions de Theologie tirées par un Cenſeur Anonyme de la Somme theologique du P.* GARASSE, *Paris* 1626. in 8. Cum hic liber in conſpectum prodiret, aliis perſuadere voluerat GARASSVS, auctorem libri eſſe Ioannem du Verger d' Hauranne Abbatem S. Cyrani. Hoc admodum aegre ferens ille Abbas, in lucem emiſit *Refutation de l' abus pretendu, & la decouverte de la veritable ignorance & vanité du P.* FRANCOIS GARASSE. *Paris* 1626. in 8. Illud poſtea opuſculum Confutationi maiori inſertum fuit, quam iam

dictus

Digitized by Google

dictus Abbas, contra ſummam theologicam, ficto nomine Alexandri de l'Excluſſe edidit hoc titulo: *La Somme des fautes, & fauſſetés capitales contenuës en la Somme theologique du P.* FRANCOIS GARASSE *de la Compagnie de Ieſus, diviſée en IIII. Tomes, qui contiendront, Le I. une infinité des Fautes, qu'il a commiſes, alleguant l'Ecriture Sainte, S. Auguſtin, & S. Baſile de Seleucie. Le II. un nombre innombrable des fautes, alleguant les autres S. Peres, & Auteurs ſeculiers. Le III. les fautes commiſes ſur les matieres en Theologie, Philoſophie, Chronologie, Coſmographie etc. Le IIII. pluſieurs hereſies, erreurs, impietés irreverences, bouffonneries vaniéts & vanteries & inſupportables.* Id autem non omittendum eſt, quod de hoc Abbatis S. Cyrani Opere nonniſi Tom II. priores in lucem prodierint. Conf. *Dictionaire* de Mr. Baile Tom. II. p. 1238. *Recueil de litterature, de philoſophie, & d'hiſtoire* p. 30.

La Recherche des Recherches, & autres oeuvres de Mr. Eſtienne Paſquier, pour la defenſe de nos Rois, contre les Outrages, Calomnies, & autres impertinences du dit Auteur. *A Paris* 1622. in 8. pp. 985.

Dans *le Recueil de litterature, de philoſophie, & d'hiſtoire* p. 30. eiusmodi de hoc FR. GARASSI libro, fertur iudicium. *C'eſt le Livre le plus impertinent, qui ſe ſoit jamais imprimé. Il eſt rempli de Sottiſes & de pagnoteries. D'ailleurs l'Auteur étoit un calomniateur, & qui ecrivoit tout ce qui lui venoit dans l'Eſprit.* Infantes Paſquieri, contra hunc libellum, vere diffamatorium, euulgarunt: *Defenſe pour Eſtienne Paſquier contre les impoſtures & calomnies de* FR. GARASSE, *à Paris* 1624. in 8. it. ſub titulo *l'Antigaraſſe diviſé en cinq Livres, à Paris* 1630. in 8. pp. 940.

Digitized by Google

Le Rabelais reformé par les miniſtres & nommément par Pierre du Moulin, Miniſtre de Charenton, pour reponſe aux boufonneries inſerées en ſon livre de la vocation des miniſtres. *A Lyon* 1620. in 12.

Acerbiſſima ſatyra eſt, contra Eccleſiae Gallicanae miniſtros, & praecipue contra P. du Moulin, quem Rabelaiſii imitatorem, & Rabelaiſium reſuſcitatum FR. GARASSVS libri Auctor nominat. De errore, quem Vincent. Placcius in adferendo libro illo commiſerat, quem vero a Petro Baile dans le *Dictionaire* Tom. II. p. 1239. admonitus, in noua *Theatri Anonym.* editione p. 639. emendauit, conf. Baile *Dictionaire*, & Placcii *Theatr. Anonymor.* l. cit.

Le Banquet de Sage contre les plaidoyers de Mr. Servin, par Charles de l' Eſpinoeil. 1617. in 8.

Eiusdem commatis FR. GARASSI, aduerſus Gillotum & Seruinum liber, cuius hiſtoriam breuibus expoſitam inuenimus, in Vincent. Placcii *Theatro Pſeudonymor.* p. 258. Edidit etiam GARASSVS, nonnullos, adſumto Andr. Scioppii nomine, libros; de quibus infra nonnulla adferemus. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXXI. p. 378 ſqq.

ESTEVAN DE GARIBAY los quaranta libros vid. infra SANDOVAL.

IO. GARNERII Syſtema Bibliothecae Collegii Pariſienſis S. I. *Paris. apud Cramoiſy* 1678. in 4.

Inuenitur in egregio illo libro hiſtoria, & ordo Bibliothecae Ieſuitarum, in Collegio Ludouiciano, quam

Digitized by Google

quam IO. GARNERIVS an. 1674. in ordinem redegit. Conf. Adr. Baillet *Critiques hiſtoriques* n. 229. vbi dixit: *Comme la Methode de l'Auteur eſt tres-belle, ſon Syſteme peut ſervir de plan à tout le monde pour donner une bonne ſituation, aux livres d'une Bibliotheque, telle qu'elle puiſſe être.* Addit paullo poſt: *quelques uns prétendent qu'il n'a fait, que prêter ſon nom à l'Auteur veritable de ce Syſteme.* Id autem veritati minus eſſe conſentaneum, ſtilus docet, qui plane conſentit cum eo, quo GARNERIVS, in aliis ſcriptis vſus eſt. Ioan. Dauid Koehlerus rariſſimum hunc librum *Syllogae aliquot ſcriptorum, de bene ordinanda bibliotheca Francof.* 1728. *in* 4. *inſeruit.*

Actio in HENRICVM GARNETVM *Soc. Ieſu*, & caeteros proditionis puluerariae reos, vna cum Orationibus delegatorum; & ſupplicio de GARNETO ſumpto: omnia ex Anglico lat. verſa a Guil. Cambdeno. *Londini excudebat Io. Norton* 1607. in 4. pp. 380.

Vid. Cl. Vogtius p. 300. Anglicum librum, e quo Guil. Cambdenus hanc *Actionem* ſuam tranſtulit, nuper apud amicum vidimus. Praefixus erat illi titulus *Relation of the procedings againſt the traiterous Jeſuites*, GARNET *and his Confederates, Lond.* 1606. in 4.

PETRI GARSIAE GARLARZAE *Bellanenſis* Euangelicarum inſtitutionum Libri IIX. *Venetiis apud Io. Baptiſt. Ciottum* 1604. in 4. ibid. 1608. in 4.

Editiones Gerdeſio incognitae. Fuit PETRVS GARSIAS Theologiae Doctor, publicus in Academia Salamanticenſi Philoſophiae Profeſſor, & Epiſcopus Caurienſis. Libro agitur I. *de Euangelii praeſtan-*

Digitized by Google

ſtantia, veritate, & linguarum vſu. II. *de Senſu litterali ſacrae Scripturae.* III. *de myſticis S. Scripturae ſenſibus.* IIII. & V. *de ſcripturis tum canonicis, tum apocryphis.* VI. *de Geographia terrae promiſſionis.* VII. *de Scripturarum chronographia.* IIX. *de hiſtoriae euangelicae ſumma.* Antonius Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* T. III. p. 56. *opus* vocat *ſat breue ſed perutile*, & Hieronymus Pradus *plenum gemmarum*.

GIVSEPPE MALATESTA GARVFFI *Rimineſe*, Il. Genio de' letterati appagato colle notizie più ſcelte e pellegrine de' libri moderni, e con altre abbondanti, ed erudite curioſità à varie Scienze, ed Arti appartenenti. *In Forlì, nella ſtamparia di Gio. Felice Dandi* 1709. in 4. Tom. III. pp. 733.

Huic Diario eruditorum rariſſimo, quod anno 1705. inchoatum fuit, finis eſt impoſitus anno 1707. Auctor, qui multis aliis ſcriptis inclaruit, Bibliothecae Ariminenſis Cuſtos fuit. Eius *lucerna lapidaria illuſtrandis viae Flaminiae, & Arimini monumentis*, ex editione *Ariminenſi* 1692. in 4. per Sigebert. Havercampum recognita, inſerta fuit Tom. IIX. *Theſauri Italiae* a Petro Burmanno euulgati. Vid. *Acta Erudítor.* ann. 1693. p. 346. *Giornale de' Letterati d' Italia* Tom. XXXVII. p. 399. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. III. p. 175. ſqq.

GASPARINI *Pergamenſis clariſſimi oratoris* epiſtolarum liber feliciter incipit. *Editio antiqua ſine loco & anno.* in fol. fol. 53.

Ipſi

Ipſi poſſidemus editionem, quae inſignem prodit vetuſtatem. In Bibliotheca Selliana olim fuit, & quatuor thaleris, quatuorque groſſis vendita fuit. Vid. *Catalogus Bibliothecae Sellianae* P. I. in append. p. 103. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. II. p. 507. vbi ſuccincta illius reperitur deſcriptio. Ea, quae in Bibliotheca Lipſienſi Paullina adſeruatur, & ab *Vlrico Gering*, *Martino Cranz* & *Michaele Friburger*, *Pariſiis* 1470 impreſſa eſt, omnivm dicitur prima. Vid. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 293. Iaqu. L' Enfant *Bibliotheque Germanique* Tom. I. p. 130. De editione *Dauentrienſi* 1496. in 4. vid. Maittaire l. cit. p. 629. In *Bibliotheca Telleriana* p. 413. *editio Vetus Pariſiis per Io. Lambertum* ſine anno in 16. memoratur. Ob linguae latinae nitorem recuſae iſtae *epiſtolae* nuper fuerunt *Romae* 1723. in 4. hoc titulo: GASPARINI BARZIZII *Bergomatis*, *& Guiniforti Filii Opera. Quorum pleraque ex Mſ. Codicibus nunc primum in lucem eruta recenſuit, ac edidit Ioſeph Alexander Furiettus Bergomâs, vtriuſque ſignaturae Referendarius, Abbas SS. Simonis & Judae Bergomi, nec non B. Mariae omniumque Sanctorum de Galgario perpetuus Commendatarius.* pp. 519. Vid. *Acta Eruditor. Supplement.* T. IIX. p. 494. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* l. cit. Fuit vero GASPARINVS BARZIZIVS Bergomas, grammaticus, ac Rhetor, qui Venetiis, Pataui & Mediolani bonas litteras docuit. Diem obiit in vrbe, quam nominauimus poſteriore an. 1431. Trithemius cap. 744. illum, *latini ſermonis elegantiam ſemimortuam*, *ab inferis reſuſcitaſſe* ſcribit. Illum inueniſſe tres Ciceronis de Oratore libros, eosque ab interitu vindicaſſe teſtatur Iacobus Philippus Bergomenſis in *Chronico* ad ann. 1416. & Sabellicus *de reparatione Linguae Lat.* Flauius Blondus in *Italia illuſtrata* p. 346. edit. *Baſil.* 1531. in fol. rem ita narrat: *Philippus Mediolanenſis Dux tertius* GASPARINVM, *a Bergomo ſubditum hominem inuitum Me-*

diolanenſibus edocendis, Padua & Venetia euocauit. Vbi id maxime adiumenti ſtudiis eloquentiae adtulit, quod repertus Laudae a ſummo viro Gerardo Landriano tunc ibi epiſcopo multis maximisque in ruderibus codex Ciceronis peruetuſtus, & cuius litteras vetuſtiores pauciſſimi ſcirent legere, ad eius perueniens manus interitum euaſit. Continebat is codex praeter rhetoricorum nouos & veteres qui habebantur tres quoque de Oratore integerrimos, Brutum de Oratoribus claris, & Oratorem ad Brutum M. Tullii Ciceronis: vnde liberatus eſt bonus ipſe vir GASPARINVS *ingenti quem adſumſerat labore ſupplendi quoad poterat librorum de Oratore defectus* &c. Reliqua GASPARINI ſcripta vid. in Io. Alb. Fabricii *Biblioth. Med. & infim. Lat.* L. II. p. 488. L. VII. p. 65 ſqq. Conf. vita eius ab Alexan. Furietto deſcripta & *Operum* editioni, quam adtulimus, *Romanae*, praemiſſa.

PAGANINI GAVDENTII Scripta omnia rariſſima eſſe, multi Scriptores a Cl. Vogtio p. 302. adducti teſtantur. Nos ea hic adiiciemus, quae in Catalogo omiſſa fuerunt, & in noſtram peruenerunt notitiam.

Excurſio duplex: prima in obitum V. Cl. Hieronymi Alexandri; altera politico litteraria. *Piſis* 1629. in 8.

Declamationes octo, extra ordinem habitae ann. 1629. *Florent.* 1630. in 4. pp 89.

Expoſitionum iuridicarum Libri II. quibus etiam Tacito, Suetonio aliisque lux conciliatur: item Additamentum criticum. *Florent.* 1631. in 8.

Conſiderazione academiche. *Firenze* 1631. in 8.

Della

Digitized by

Della peſte diſcorſo. Academico *Firenze* 1631. in 4.

De illuſtriſſimo & reuerendiſſimo Iuliano Archiepiſcopo Piſarum, Sardiniae & Corſicae Primate, & de Ill. Io. Marco S. Angeli Raphaelis Medicis filiis, fratribus germanis. *Piſa* 1631. in 4.

La Fortuna pentita, Ottave di P. GAVDENZIO nell' Academia de' Diſuniti. *In Piſa* 1633. in 4.

Docti laboris defenſio: Oratio, habita in primario auditorio celeberrimae academiae Piſanae ſolemni more, ad publicas cum rediretur praelectiones. *Piſa* 1634. in 4.

Orationum pars prima. *Piſis* 1634. in 4.

Origine di Piſa Ottave. *Piſa* 1634. in 4.

Contradizione morale intorno al ſoſpetto: Diſcorſo di P. GAVDENZIO nella morte del Generaliſſimo Valſtein. *Piſa* 1634. in 4.

Orazione funebre in lode dell Dottore Camillo Accarigi Seneſe, Lettor delle Pandette nello ſtudio di Piſa. 1634. in 4.

Rerum Germanicarum conuerſio anno 1633. menſe Octobri, Ratisbona capta & recepta: item Carmina in funere Ferdinandi Etruriae Principis. *Florent.* 1635. in 4.

De diſceſſu Margarethae Coſtae, Roma, Elegia. *Florent.* 1638. in 4.

Index librorum, quos compoſitos a PAGANINO GAVDENTIO excudit ſuis typis Amator Maſſa. *Florent.* in 4. pp. 4.

Digitized by Google

Ad Antiquitates Etruſcas, quas Volaterrae nuper dederunt Obſeruationes, in quibus Disquiſitionis aſtronomicae de Etruſcarum Antiquitatum fragmentis, autor quoque notatur. *Amſtelod.* 1639. in 12.

Dell' anno ſecolare ſolennemente celebrato in Roma da PP. della compagnia di Gieſu nel anno 1639. Lettera di Ventidio Gangapano Gentilhuomo & Accademico Ricovrato di Padoua in 8.

In morte del famoſiſſimo Galileo, tre Sonetti. *In Piſa* in 4.

Bennonis Durkhundurkhi, Slaui, in Spenti, Academici Sepulti, Epiſtolam pro Antiquitatibus Etruſcis Inghiramiis, aduerſus Leonis Allatii, contra easdem, Animaduerſiones, examen. *Colon.* 1642. in 12.

Della diſunita Academia accreſcimento; operetta, nella quale l'autore inſieme difende alcuni Iſtorici contra l'accuſe d'Agoſtino Maſcardi. *Piſa* 1644. in 4. pp. 32.

Dell'anno 1646. & del' 1647. due Diſcorſi. *Piſa* 1647. in 8 pp. 48.

Del Seguitar la Corte ò ne Operetta. *In Piſa* 1647. in 8. pp. 48.

Della morte di S. Giovanni Evangeliſta, Diſcorſi due, recitati nell'Academia Helicea di Piſa 1647. in 8. pp. 32.

Galeazzo Tirrene, Acclamazione al Ser. gran Duca di Toſcana Ferdinando II. *in Piſa.*

La galleria dell inclito Marino, Conſiderata vien-

Digitized by Google

vien dal PAGANINO. Con lacune Compoſizioni dell'iſteſſo PAGANINO. *Piſa* 1648. in 4 pp. 200.

I Fatti d'Aleſſandro il grande ſpiegati, e ſuppliti. Con non pochi auuenimenti de'noſtri tempi, maſſime quelli delle Allemaniche Guerre. Opera di PAGANINO GAVDENZIO, *Dottor Theologo, Filoſofo, & Giuriſconſulto, che per dieci ſette anni hà publicamente interpretato ed interpreta oggi nello ſtudio di Piſa la politica, è l'iſtoria. In Piſa nella Stamperia di Amador Maſſi, e Lorenzo Landi* 1645. in fol. pp. 240.

Librum quidem praeter Io. Gerard. Meuſchenium, iam a raritate laudauit Cl. Vogtius p. 302. ea vero hic repetere libet, quae Erneſtus Salom. Cyprianus ὁ μακαρίτης, illi adſcripſit exemplari, quod in Bibliothecam Regiam Dresdenſem delatum fuit: *Das rareſte Werk, unter allen raren Schriften des* GAVDENTII, *weil er darinnen, unter den alten Nahmen und Thaten, tacite die Prinzen und deren Hiſtorien ſeiner Zeit ziemlich mitgenommen, daher es denn auch gleich confiſciret worden, und wohl keine 50. Exemplaria davon in die Welt ausgangen. Das iſt das einzige Exemplar, ſo ich endlich nach langen Suchen, einmal ins Geſicht und in die Haende bekommen.* vid. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. III. p. 358. vbi vero ea narratio, aliqua ex parte in dubium vocatur. Libro praefixus eſt index eorum, quae ſcripſit PAGANINVS GAVDENTIVS. Conf. *Naudaeana* p. 90 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXI. p. 108-123.

LVCAE GAVRICI de Eclipſi Solis miraculoſa, in paſſione Domini obſeruata. Item de anno, menſe, die, & hora conceptionis, natiui-

tiuitatis, paſſionis, & reſurrectionis Eius. *Romae* 1539. in 4. it, *Paris, ex officina Wecheliana* 1553. in 4.

LVCAS GAVRICVS Geophanenſis Neapolitanus (*Gifoni*) nunquam Epiſcopus illius vrbis fuit, vt quidem Cl. Vogtius p. 303. ſcripſit, ſed Alexandri Farneſii, & Paulli III. Pontificis Rom. beneficio, Epiſcopus Ciuitatenſis, in regno Neapolitano, anno a Chriſto nato 1545. factus fuit. Inſignis Mathematicus & Aſtrologus fuit, diemque obiit ſupremum anno a Chr. nato 1558. Romae, vbi quoque ſepultus eſt. Illius liber, quem adduximus, rarioribus eam potiſſimum ob cauſſam, adnumerandus eſt, quod in *operibus* illius non extat, quae iunctim tribus Vol. *Baſil. apud Sebaſt. Henricpetri* 1575. in fol. prodierunt. Conf. de vita GAVRICI Paull. Freheri *Theatrum Viror. eruditione claror.* p. 1458. Niceron *Memoires* Tom. XXX. p 145 ſqq.

Das Evangeli-Buch mit Predigten und Vslegungen D. IOHANN GEILER *von Keiſersperg. Straſb.* 1515. in fol.

Liber rariſſimus & cum ceteris GEILERI *ſcriptis, ab illis, qui teſtes veritatis, obſcurioris aeui requirunt, non contemnendus, modo quae ex ruditate illorum temporum fluxerunt dictionis & methodi incommoda, veritati condonent cuius inter teſtes non ſolem, nullum occupat locum* GEILERVS. Verba ſunt cel. Michaelis in *Catalog. Biblioth. Ludewig.* P. I. p. 70. vbi & alia GEILERI ſcripta inueniuntur. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. II. p. 182. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 371. Melchior. Adami *vitae Theologorum Germanor.* p. 3. edit. *Francof.* in fol. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 98 ſqq. *Nou-Antiqua*, anni 1721. p. 5 ſqq. I. A. Fabricii *Biblioth. Med. & inf. Lat.* L. VIIII. p. 222 ſqq.

Digitized by Google

GEMINI *probatiſſimi philoſophi ac Mathematici*, Elementa Aſtronomiae, gr. & lat. interprete Edone Hilderico, *Lugd. Batau.* 1603. in 8.

A raritate laudatur apud Gerdeſium in *Florileg.* p. 105. Sed rarior hac editione, prima eſt, quam Edo Hildericus de Varel, tunc temporis in Academia Altorfina Theologiae Profeſſor primarius, Academiae Rector, & linguae Hebraicae Profeſſor, edidit *Altorf.* 1590. in 8. & Chriſtiano Saxoniae Electori dicauit. Inuenitur idem liber cum Hilderici verſione & Petauii notis in Dionyſ. Petauii *Vranologio, Paris.* 1630. & *Amſtelod.* 1703. in fol. Libri recenſionem vide in Cl. Fr. Milliet Dechales *mundo Mathematico* Tom. I. in Tractat. prooemial. *de progreſſu Matheſeos & illuſtribus Mathematicis* p. 79. De GEMINO Rhodio, qui circa tempora Ciceronis & Sullae inclaruit, vid. I. A. Fabricii *Bibliotb. Gr.* L. III. C. V. p. 98 ſqq. De Edone vero Hilderico, qui anno a Chriſto nato 1599. Altorfi mortuus eſt, vid. Paull. Freheri *Theatrum viror. erudit. claror.* p. 307.

GILBERTI GENEBRARDI de Sacrarum electionum iure & neceſſitate ad eccleſiae Gallicanae redintegrationem. *Paris. apud Niuellum* 1593. in 12.

Sunt quidem qui hanc editionem in dubium vocant, librumque anno demum 1595. in lucem emiſſum eſſe contendunt, illiusque rei has adducunt cauſſas. I. GILBERTVM GENEBRARDVM hunc librum in vrbe Auenionenſi conſcripſiſſe dicunt, in quam vrbem, non prius ſe contulerit, quam cum Archiepiſcopatum Aquiſextienſem relinqueret, quem an. 1593. die 9. Septembr. ſuſceperit, & cui per ali-

quot annos praefuerit. II. Mandatum (*Arrêt*) Parlamenti Prouinciae d. XXVI. Ian. 1596. contra hunc librum promulgatum fuiſſe, quo tempore, liber ilico ad ignem damnatus fuerit. Sed librum iam anno 1593. editum fuiſſe nullum eſt dubium, cum nonſolum in variis Bibliothecarum Catalogis, e. g. in *Bibliotheca Telleriana*, vt alios taceamus, p. 437. eiusmodi editio inueniatur, ſed Niceron quoque Tom. XXII. *Memoires* p. 17. huic ſententiae adſtipuletur. Librum quoque *Lugduni apud Io. Pillehotte* 1594. editum eſſe, teſtem habemus Antonium Poſſeuinum in *Apparat. Sacr.* Tom. I. p. 551. Editionem *Leodienſem* 1601. in 8. inuenimus in *Bibliotheca Telleriana* p. 196. & apud Niceron. l. cit. Neſcimus quem librum, Melchior Hurterus, apud Gerdeſium in *Florileg.* p. 107. tit. GENEBRARDI *Miſcellanea* adfert. In catalogo enim Operum GENEBRARDI, quem Niceron l. cit. & alii adferunt, ille non inuenitur. Habemus ab illo *Opuſcula e Graecis conuerſa, nempe Liturgia myſteriorum, ante conſecratorum, e Codice Cretenſi; Liturgia pro dormientibus ſiue defunctis* &c. *Paris. apud Michael. Sonnium* 1575. in fol. it. *Varia Opuscula e Rabbinis translata, Paris. apud Martin. Iuuenem* 1575. in fol. *ibid. apud Aegid. Gorbinum* 1584. in fol. quae forte *Miſcellaneorum* nomine adlata fuerunt. Conf. de GILBERTO GENEBRARDO praeter Scriptores iam cit. Ios. Simleri *Bibliotheca* vbi p. 227. minus recte *Georgius* adpellatur. Paull. Colomeſii *Gallia Orientalis* p. 87. edit. Io. Alb. Fabricii.

IOSEPHI GENESII *Byzantini* de rebus Conſtantinopolitanis L. IIII. a Leone Armenio, vsque ad Baſilium Macedonem. *Venet.* 1570. in 4.

In Abbatis Lenglet du Fresnoy *Tablettes chronologiques* P. II. p. 295. vocatur *un livre extremément rare*,

Digitized by Google

rare, & qu'on devoit reimprimer en Hollande dans une edition nouvelle de l' hiſtoire Byzantine. I. A. Fabricio, & aliis haec editio incognita fuiſſe videtur. De Codicibus huius libri manuſcriptis vid. Fabricii *Bibliotheca gr.* L. VI. p. 611 ſqq. Conf. L. IIII. p. 252. Guil. Caue *Scriptorum Eccleſiaſticor. hiſtor. litterar.* Tom. II. p. 313 ſqq. Caſimir. Oudini iudicium dans *l' hiſtoire critique de la Republique des Lettres* par Phil. Maſſon Tom. XV. Art. V.

INNOCENT. GENTILLET, vide Supra CONCILIVM Tridentinum.

GEOGRAPHIA Nubienſis, ſeu adcuratiſſima totius orbis deſcriptio, continens praeſertim exactam Africae, & Aſiae deſcriptionem: ex arabico latina facta per Gabriel. Sionitam, & Ioann. Hesronitam, *Paris.* 1619. in 4. *Eorundem* tractatus breuis de nonnullis Orientalium vrbibus, & indigenarum religione ac moribus. *ibid. eod.*

Plenus bonae frugis liber eſt, qui nobis exponit inſtituta, ac mores Orientis, Arabicae maxime, & Muhamedanorum formulas Sacrorum. Cum enim circa annum 150. ſcriberet Auctor, etiam fide dignior eſt, quam illi, qui aetate recentiore, idem fecerunt. Vid. *Catalog. Biblioth. I. P. de Ludewig* P. I. p. 826. Arabice iſta GEOGRAPHIA, de cuius Auctore nondum inter eruditos conſtat, *Rom.* 1592. *e typographia Medicaea* prodiit. Barthol. d' Herbelot dans la *Bibliotheque Orientale* p. 707. GEOGRAPHIAM illam, compendium eſſe ſcribit, operis maioris, quod Abu Abdallah Muhammed, qui Caliphatu, cui in Africa praeerat, exutus, ad Rogerium Siciliae Regem ſe contulit, conſcripſerit & anno 1153. ad finem perduxerit. Plura vide in

Viri

Viri S. R. Sigmund. Iacob. Baumgartem Praefatione P. III. der *Vberſetzung der allgemeinen Welthiſtorie*, praemiſſa. p. 11 ſqq. de verſione Gabriel. Sionitae conf. die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* Tom. IIII. p. 381 ſqq.

Γεωπόνικα, GEOPONICORVM ſiue de re ruſtica Libri XX. Caſſiano Baſſo Scholaſtico collectore. Antea Conſtantino Porphyrogennetae a quibusdam adſcripti, graece & latine. Graeca cum MS. contulit, Prolegomena, notulas, & indices adiecit Petrus Needham A. M. Coll. D. Ioann. Cantabrig. Socius. *Cantabrig. typis Academicis* 1704. in 8. pp. 532. except. prolegom.

Rariſſime hic liber in Germania comparet, & in inſtructiſſimis quoque bibliothecis deſideratur. In Prolegomenis de GEOPONICωn collectore diſſeritur, & auctores, quorum excerpta ſuperſunt, ſatis adcurate, recenſentur. Contulit vero Petrus Needham hortante Io. Moro Noruicenſi tunc temporis, poſtea Elienſi Epiſcopo, cuius nomine, opus etiam inſcriptum eſt, graeca cum quinque MS. Codicibus integris, & duobus mutilis, e Bibliotheca Bodleiana In ſuos etiam vſus conuertit, quae in variis codicibus notauerant Iſaac. Caſaubonus, Saracenus, Iani Antonii Saraceni frater, Ianus Gruterus, & Thom. Gale. Latinam vero Iani Cornari verſionem, variis in locis recognouit, & emendauit, notasque & caſtigationes & Scriptorum, rerumque indices locupletiſſimos adiecit. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. Gr.* Tom. VI. L. V. c. 5. p. 500 ſqq.

DAVID GEORGII *Holandi haereſiarchae*, vita

vita & doctrina. Quandiu Baſileae fuit: tum quid poſt eius mortem, cum cadauere, libris, ac reliqua eius familia actum ſit. Per Rectorem ac Academiam Baſileenſem, in gratiam ampliſſimi Senatus eius vrbis conſcripta. *Witteberg. excudebant haeredes Georgii Rhauu* 1559. in 8. folior. 36.

De libri raritate vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 107. qui tamen editionem primam *Baſil.* 1559. in 4. adfert. Germanice idem liber extat, cum titulo: DAVID GEORGEN *des Erzketzers aus Holland warhafftige Hiſtorien ſeines Lebens, vnd verführeriſchen Lehr, vnd was ſich nach ſeinem Abſterben mit ihm vnndt ſeinen verwannten verlauffen. Getruckt zu Baſel bey Conrad Waldkirch* 1596. in 8.

FRANCISCI GEORGII *Veneti Minoritani*, in Scripturam Sacram problemata, Libris VI. in quibus tria millia loca S. Scripturae, atque id genus res alias explanauit, cum indice triplici. *Paris.* 1574. in 4.

Cl. Vogtius p. 705. editionem huius libri vetuſtiorem *Venet.* 1536. in 4. adfert, illumque ſcriptis atheiſticis adnumerari ſcribit. Sed ob ſententias, quas proponit, paradoxas, non tam atheiſticis ſcriptis, quam eiusmodi libris, qui Platonismum, & ineptias Cabbaliſticas exhibent, liber accenſendus videtur. Fuit enim FRANCISCVS GEORGIVS Franciſcanus monachus, ſeu Minorita, e nobili Zorziorum familia oriundus, Platonicae doctrinae & talmudicis Hebraeorum arcanis, vt Waddingus ſcribit, nimis addictus. Illum diem obiiſſe ſupremum anno a Chr. nato 1510. legimus quidem apud Anton. Poſſeuinum in *Apparat. S.* Tom. I. p. 498. apud

apud Iacobum le Long in *Bibliotheca Sacr.* T. II. p. 741. ſed eorum magis placet ſententia, qui illum anno circiter 1539. aut 1540. mortuum eſſe commemorant. Vid. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dr.* T. I. p. 207. Sixtus Senenſis in *Bibliotheca Sancta* L. IIII. p. 248. hos *problematum* libros, *eruditos quidem, ſed ob Platonicas, & Talmudicas, quasdam opiniones, quibus hinc inde reſperſi ſint, cenſura graui, ac diligenti, dignos eſſe* ſcribit. Quare etiam factum eſt, vt haec *problemata*, cum reliquis eiusdem Auctoris Operibus, in indicibus librorum prohibitorum, in ea reperiantur claſſe, librorum, qui donec expurgati fuerint, prohibentur. Illi qui paradoxon hominis ingenium, paullo adcuratius noſcere cupiunt, adeant *Poſſeuini apparat. S.* l. cit. Sixti Senenſis *Bibliothecam S.* L. V. paſſim. Robertum Bellarminum *de gratia primi hominis* c. X. XI. Tom. I. Controu. I. qui multa huius rei ſpecimina adtulerunt. In Petri Poiret *Epiſtolâ de principiis & characteribus Myſticorum* p. 173. inter eos laudatur, FRANCISC. GEORGIVS, qui, in quibusdam, Iacobi Boehmii philoſophi Teutonici, principiis adpropinquauerint. De eiusdem FR. GEORGII *Harmonia mundi* vid. Cl. Vogtius l. cit. Gallice extat titulo: *L'Harmonie du monde divisée en trois cantiques. Oeuvre ſingulier, & plein d'admirable erudition, composé premierement en latin par* FRANÇOIS GEORGES *Venitien, de la famille des Freres Mineurs, & traduit & illuſtré par Guy le Fevre de la Boderie, avec l'Heptaple, ou en ſept façons & autant de livres eſt exposé e l'hiſtoire des ſept jours de la Creation du monde, traduit du Latin de Iean Picus Comte de la Mirandole par Nicolas le Fevre de la Boderie. A Paris chez Iean Macé* 1578. in fol.

IOANNIS GERBAIS diſſertatio de cauſſis maioribus, ad Caput Concordatorum, de Cauſſis.

Cum

Digitized by

Cum Appendice quatuor monumentorum, quibus Eccleſiae gallicanae libertas, in retinenda antiqua, epiſcopalium iudiciorum forma confirmatur. *Pariſiis ap. Fr. le Cointe* 1679. in 4.

Haec editio admodum rara eſt; cum enim illa in lucem prodiret. Innocentius XI. Pontifex Rom. anno 1680. die XIIX. Dec. ſic dictum *Breue* promulgauit, in quo huius libri dogmata, ſchismatica, ob haereſin ſuſpecta, & in ſedem apoſtolicam iniurioſa declarauit. Clericorum igitur iuſſu, qui, vt obedientiam ſuam, Pontifici demonſtrarent, ad examinandum librum, congregati fuerant, aliam in lucem emiſit IOANNES GERBAIS, in regio Pariſienſi Collegio Eloquentiae Profeſſor, libri ſui, editionem, plane immutatam. Loca enim quae Pontifici diſplicuerant, partim correcta, partim plane omiſſa ſunt. Sunt eius commatis editiones *Lugdun.* 1685. in 4. *Paris.* 1691. in 4. Obiit IO. GERBAIS anno a Chr. nat. 1699. aetatis anno LXX. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XIIII. p. 136 ſqq. Ludouicus Ellies du Pin in Diſſertatione II. *de Antiqua Eccleſiae diſciplina*, in praeloqu. p. 97. vbi nos docet, quod IOANNES GERBAIS hoc libro impugnauerit Ioann. Dauidium, qui librum hac inſcriptione ediderat: *Des jugemens Canoniques des Eveſques avec une Diſſertation ſur le Concile plênier de Saint Auguſtin. A Paris chez E. Martin* 1671. in 4. in quo aduerſus Petrum de Marca & Ioannem Launoium, Adpellationes ad Romanum Pontificem, olim & ex veteri iure, in vſu fuiſſe, demonſtrare adgreſſus fuerat. Sed alium praeter IOANNEM GERBAIS, in hac controuerſia Aduerſarium nactus fuit Ioannes Dauidius, & quidem Anonymum, quem vero Iacob. Boileau Doctor. Theol. Paris. fuiſſe novimus, qui contra illum euulgauit: *De Antiquis & maioribus Epiſcoporum cauſſis, librum, ad confutatio-*

nem

nem errorum Dauidii, *auctore Theologo Pariſienſi. Leodii* (Lugduni typis Aniſſonianis) 1678 in 4. Conf. Petri Zornii Tr. *de libertatibus eccleſiae gallicanae, antiquae & hodiernae, in quo agitur tum de capitibus libertatum eccleſiae illius, tum de Scriptoribus gallis antiquis, & recentiſſimis, quibus vel libertates Eccleſiae ſuae defenderunt, vel oppugnarunt, commemoratis paſſim praecipuis, curiae & facultatis Pariſienſis decretis huc ſpectantibus* &c. *Roſtoch*, ſine anni mentione facta in 4. Cap. II. § 3.

NICOLAI GERBELII in deſcriptionem Graeciae Nicolai Sophiani 1. Praefatio 2. de Situ, nominibus & regionibus Graeciae, in pictura Sophiani introductio 3. Celebrium aliquot vrbium deſcriptiones. Eiusdem Gerbelii canon, quomodo & in quot partes picturae huius longitudo partienda ſit. Item compoſitio virgae, qua picturae latitudo definitur, & in quot ſectiones ſeu ſpacia, eadem virga ſit diuidenda. &c. &c. *Baſil. ex officina Oporin.* 1545. in fol. cum fig. ligno inciſis.

Nicolaus Sophianus Corcyranus circa finem Seculi XV. inclaruit, ſuamque Graeciae deſcriptionem *Romae* an. 1480. in lucem emiſit. Vid. Eberh. Dauid Hauberi *Verſuch einer umſtändlichen Hiſtorie der Landcharten* p. 106. not. (g). Commentarii GERBELIANI recenſionem, nec non titulum ampliorem videſis in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* T. II. p. 305 ſqq. Ob raritatem illud opus, cum elegantiſſimis figuris, a Ioanne Goerne aeri inciſis, Io. Iacob. Gronouius Tom. III. *Theſaur. Antiquitat. Graeciae* inſeruit.

VI-

Digitized by Google

WIGAND GERSTENBERGERI Franckenbergiſche Chronic und Zeitbuch. *Heidelb.* 1619. in fol. pp. 40.

Acceptam referimus hanc editionem, quae, vt Cl. Vogtius p. 305. ſcribit, *tantae raritatis eſt, vt V. C. Io. Phil. Kuchenbecker, qui Chronicon hoc ex MS. edidit, nullum exemplar, omni licet adhibita diligentia, indagare potuerit*, Ioanni Friderico Fauſto von Aſchaffenburg, qui illud chronicon e MS. edidit, eo tempore, quo Ioannis Reckmanni *Lübeckiſche Chronic*, in lucem e MS. prodire iuſſerat. Quare euenit, vt plerumque haec Chronica iunctim inueniantur. Auctor WEYGAND GERSTENBERGER, *Vietor ſeu Büddenbaender* cognominatus, Franckenbergae, quae vrbs in Haſſia, haud procul Marburgo eſt, ſic dictus *Altariſta*, & natus 1457. fuit. Diem obiit anno a Chr. nat. 1552. aetatis anno LXV. Chronico, ab anno a Chr. nat. 520, quo vrbs condita memoratur, hiſtoriam ad ann. 1525. quo bellum ruſticorum exortum eſt, vna ſerie exponit. De *Altariſtae* denominatione vid. Caroli du Fresne *Gloſſarium ad Scriptores med. & inf. Lat.* Tom. I. col. 356. edit. *Paris.* nouiſſimae. Academici cuiusdam Wirceburgenſis *Manuale vocabulorum, Exoticorum, obſcurorum, latino-barbarorum, Wirceb.* 1736. in 8. mai. p. 31.

CONRADI GESNERI Hiſtoria & interpretatio prodigii, quo caelum ardere viſum eſt, per plurimas Germaniae regiones, ineunte anno 1561. die tertio a Natali dominico: deque aliis quibusdam prodigiis veteribus ac nouis. *Tiguri* 1561. in 8. pp. 48.

Prodiit quidem hoc opuſculum ſub ficto *Conradi Boloneſi* nomine, ſed CONRADVM GESNERVM

eſſe auctorem, ipſe teſtatur in Catalogo operum ſuorum, qui inſertus eſt Ioſiae Simleri *Bibliothecae*, vbi p. 140. ita ſcribit: *Hiſtoria & interpretatio* &c. — *impreſſa apud nos* Conradi Bolouesi *authoris nomine, meum enim non ponere placebat, ne quis ſutorem vltra crepidam mihi obiiceret. Placuit haec interpretatio Anglis, qui ſua lingua eam ediderunt. Amicus quidam hic germanice reddidit, ſed nondum edidit.* Conf. Vincent. Placcii *Theatrum Pſeudonym.* p. 131. Io. Nicol. Frobeſii *Noua & antiqua luminis atque aurorae borealis ſpectacula* p. 39. & 40. Niceron *Memoires* Tom. XVII. p. 365.

Drey GESPRAECHE über wichtige Wahrheiten. Terent. Obſequium amicos, veritas odium parit. Anno 1744. in 4. mai. pp. 16.

Ob violatam religionem, colloquia, quorum auctor fuiſſe dicitur C. M. damnata fuerunt. In primo dialogo colloquuntur Sternhold & Grundmannn *von der Vnendlichkeit der Welt.* In ſecundo *von der Ewigkeit der Welt*, Freymund Hartmanno demonſtrat mundum eſſe aeternum. Tertius dialogus inter Schwarzmann & Wahrlieb, *von der Göttlichkeit der heiligen Schrift*, multa continet, quibus & auctoritas, & diuinitas S. S. valde imminuitur. In dem *Freygeiſte*, qui ſingulis hebdomadibus *Lipſiae* 1745. prodiit, epiſtola ab Auctore horum colloquiorum inſerta legitur, p. 50. in qua, ſe ab obiectionibus, Anonymi cuiusdam defendit.

PIETRO GIANNONE dell' Iſtorie civile, del regno di Napoli. *In Napoli per Nicolo Naſo* 1723. in 4. Tom. IIII.

Vid. Cl. Vogtius de hoc libro p. 307. Loca, ob quae Romae flammis traditus fuit, excerpta, & vno

vno volumine collecta, hoc titulo, gallice edita fuerunt: *Anecdotes Eccleſiaſtiques, contenant la police & la diſcipline de l' Egliſe Chrêtienne depuis ſon établiſſement, jusqu'au XI. Siecle; les intrigues des Evêques de Rome, & leurs uſurpations ſur le temporel des Souverains Tirées de l' Hiſtoire du Royaume de Naples, de* GIANNONE, *brulée à Rome* en 1726. *A Amſterd.* 1728. in 8.

GIARRENTIR.

Cl. Vogtius p. 308. Vid. quae hac de re adnotata leguntur Tom. III. der *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* p. 202. not. (1).

LVD. PETRI GIOVANNI Germania Princeps volumen S. R. I. Electores complexum. *Hal. Hermundororum* 1702. in 8.

De edit. Secunda vid. cl. Vogtius p. 309. Iam anno 1690. Conrad. Sam. Schurzfleiſchius, librum, eiusmodi titulo inſignitum, in Vitebergenſi academia, in vſum Auditorum per theſes conſcripſerat, quem nuper e MS. edidit Chriſtophor. Fridericus Ayrmann *Francof.* 1745. in 8. mai. vbi in praefatione commemorat, qua ratione Schurzfleiſchii labor, anſam dederit Ioanni Petro de Ludewig, ſcribendi *Germaniam Principem*, eamque, per interualla, in Academia Fridericiana, praelectionibus academicis explicandi, quae etiam, vti a Cl. Vogtio l. cit. iam memoratum fuit, nuper publici iuris factae ſunt a D. H. von Finſterwalde, quod fictum eſſe nomen, & ſub eo C. F. H. D. latere credimus.

Di FLAVIO GIVSEPPE dell' Antichità de Giudei libri XX. tradotti nuovamente da Fran-

Digitized by Google

ceſco Baldelli. Doue s'ha piena notizia di quaſi tutto il Vecchio Teſtamento, e di tutte le Iſtorie deſcritte da Moſè nel Geneſi. *In Venezia preſſo Gio: e Gio: Paolo Gioliti. de' Ferrari* 1582. in 4. pp. 987.

Di FLAVIO GIVSEPPE della Guerra de Giudei libri VII. Libri due contre Apione, e dell' imperio della Ragione, tradotti nuovamente da Franceſco Baldelli. *In Venezia per Gio: & Gio: Paolo Gioliti de' Ferrari* 1581. in 4. pp. 526.

Lengletus du Fresnoy dans les *Tablettes chronologiques* Tom. I. p. CLXXXI. hanc verſionem, quae partem conſtituit della *Collana greca*, *tres éſtimée & fort rare*, *de cette edition*, ſcribit. Vid. quoque Nicol. Franc. Haym. *Notizia de' libri rari* p. 6. vbi inter alia ſcribit: *Tutta queſt' opera è tradotta con gran pulitezza di Stile*, *ed accuratezza com'è ſempre ſolito il Baldelli di fare in tutte le ſue traduzioni.* Conf. Scipion. Maffei *Traduttori Italiani* p. 55. I. A. Fabricii *Biblioth. Gr.* L. IIII. C. VI. p. 247.

IOANN. CAMILLI GLORIOSI Diſſertatio Aſtronomico-phyſica de Cometis habita in gymnaſio Patauino 1619. in qua per triplices, easque celebriores hypotheſes, vltro citroque disputatur. *Venet.* 1624. *ex officina Variſciana* in 4. pp. 288.

IOANNES CAMILLVS GLORIOSVS Giſonenſis in locum Galilaei Galilaei in gymnaſio Patauino ſuffectus, per decem annos diſciplinas mathematicas publice docuerat, tandem, vt ipſe in libri dedicatione, ad Marinum Ghetaldum, Senatorem Raguſinum

ſinum ſcribit, *muneris illius pertaeſus de reditu in patriam cogitauit*, eamque huius rei adponit cauſſam:

Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.

Opuſculum, in quinque libros diuiſit, multisque figuris ligno inciſis, non adeo quidem eleganti-bus, locupletauit, id quod ipſe fatetur, cum caelatorem non ſatis idoneum, ſe habuiſſe conqueritur. In I. libro, qui decem abſoluitur capitibus, *Cometarum phaenomena exponit, & Chaldaeorum de iis hypotheſin confutat.* Capita libri II. quatuordecim, nonnulla *de Mundi ſublunaris menſura, de altitudine Atmoſphaerae, de mora Cometarum, ſuper horizontem, de ſpatio terrae, in quo iidem Cometae viſuntur, deque eorundem parallaxi praemittunt.* In nouem libri III. capitibus diſquirit: *Num cometae ſint corpora temporanea accenſa, vt volunt Peripatetici, idque negat.* In libri IIII. capitibus vndecim, *nullum eſſe ignem ſub luna demonſtrat, & de quibusdam aliis ad genericam philoſophiae cometicae intelligentiam pertinentibus, diſputat.* Liber V. capita tantum quatuor complectitur, ſatis quidem longa, quibus *in recentiorum Aſtronomorum ſententiam: num cometae ſint corpora temporanea illuſtrata, inquirit, ſuamque tandem ſententiam de Cometis* p. 287. his verbis *exponit: Sunt Cometae corpora temporanea, in aethere adparentia, ex eodem aethere condenſata, vel ex conſtipatis aethereorum globorum halitibus genita, a ſole tamen illuſtrata.* De controuerſia, quae illi propter hunc librum, cum Fortunio Liceto interceſſit, & nonnullis aliis ſcriptis, ad hanc cauſſam pertinentibus, vid. Niceron *Memoires* Tom. XXVII. p. 381 ſqq.

Le Ceremoniel François, ou deſcription des Ceremonies, rangs, & Seances obſervées en France, en divers actes, & aſſemblées ſolemnelles, recueilly par THEODORE GODEFROY.

 A Pa-

A Paris chez Sebaſt. & Gabriel Cramoiſy 1649. II. Tom. in fol.

Raritatis notam hic liber adſcriptam habet in *Catalogo Bibliothecae Menkenianae* p. 506. pariter & in *Biblioth. Weidmanniana* P. I p. 242. Primam huius Operis editionem euulgauerat THEODORVS GODOFREDVS *Paris.* 1619. in 4. haec vero DIONYSII GODOFREDI multo auctior eſt. Ceterum dolendum eſt, quod egregii operis pars tertia, cuius contenta in praefatione exhibita, maximam vtilitatem promittunt, nunquam prodierit. Cauſſam illius rei, his verbis exponit Niceron *Memoires* Tom. XVII. p. 62. vbi ſcribit: *Cet ouvrage auquel* THEODORE GODEFROY *a travaillé plus de* 50. *ans, eſt un excellent Recueil, qui cependant n'eſt pas complet; car l' Editeur* (DENYS GODEFROY) *ſe trouva expoſé à tant de contradictions, qu'il ne jugea pas à propos de publier la Suite, qui devoit contenir les Chevalleries; les pompes funebres; divers traités, diſcours & Actes de Preſéance, &c. les regles & les Maximes principales en fait de Ceremonies, dont les manuſcrits ſont entre les mains de ſes Enfans.*

BERNARDINI GOMESII *Miedis* commentarius de vita & rebus geſtis Iacobi I. regis Arragoniae, cognomento Expugnatoris. *Valentiae* 1582, in fol.

De raritate vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 112. incognitum autem illi fuiſſe videtur, quod hic liber in Andreae Schotti *Hiſpania illuſtrata* Tom. III. inueniatur. Habemus hunc librum etiam in lingua Caſtellana, in quam e latino ſermone, ab ipſo auctore translatus fuit: *La Hiſtoria del Rey Don Iaume de Aragon Primero deſte Nombre. In Valentia* 1584. in fol. Recenſio illius inuenitur in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centuria IIX. p. 141. vbi la-

Digitized by Google

latinum opus *Valentiae* 1572. impreſſum dicitur. Idem GOMESIVS ſcripſit Ἀλογραφίαν, *ſeu Diaſceψin, ſiue Commentationem de Sale phyſico, medico, geniali & myſtico*, L. IIII. *Valentiae ex officina Petri Huete* 1579. in 4. & cura D. Petri Vffenbachii *Vrſell.* 1605. in 8. qui liber admodum rarus eſt. Auctor fuit Canonicus Valentinus & Epiſcopus Albarazinus, qui 1585. fatis functus eſt.

REGINALDI GONSALVI Detectio & traductio artium Hiſpanicae inquiſitionis, & exempla quaedam ſeorſim repoſita, in quibus easdem artes inquiſitorias, velut in tabulis intueri licet. Addita ſunt piorum aliquot martyrum elogia. *Heidelbergae* 1567. in 8.

Libri raritatem auctore Gerdeſio in *Florileg.* p. 113. didicimus. Id modo dictis addendum cenſemus, quod libri verſio Belgica nobis innotuerit, quae Maulumperti Taphaeae nomen praefert, & *Londini* 1569. in 8. edita fuit.

EMANVEL GONZALEZ *Tellez* Commentaria perpetua in Decretales Gregorii VIIII. *Lugduni* 1715. in fol. Tom. V.

Num hic liber, inter rariores, aut, quae Cl. Vogtii ſententia eſt, inter rariſſimos libros, locum obtineat, aliis nos diiudicandum relinquimus. Quatuor illius vidimus editiones, *Lugdunenſem* 1673. *Francof.* 1690. *Lugd.* 1693. & eam, quam adduximus. Cur autem iſte liber a Cl. Vogtio ineptiſſimus vocatus ſit, neſcire nos libenter fatemur. Illius ſane vtilitas in explicandis & intelligendis decretalium libris, rerum peritis, non poterit eſſe incognita. Nam niſi prorſus fallimur, inter Commentarios in Decretales facile principem obtinet lo-

cum. Libri V. Decretalium *Gregorii X*, quos Gerdeſius in *Florileg.* p. 112. & Cl. Vogtius p. 312. commentariis EMANVELIS GONZALEZ illuſtratos eſſe dicunt, nobis plane incogniti ſunt. Illi certe Decretalium libri V. qui Corporis Iuris Canonici conſtituunt partem, iuſſu Gregorii VIIII. per Raimundum de Pennaforti circa annum 1230. compilati fuerunt. Vid. *Epiſtolam confirmatoriam* Gregorii VIIII. Decretalibus praefixam.

NICOLAI GORRANI Poſtilla multum ſolennis ſuper Epiſtolas Paulli. *Colon.* 1478. in fol. folior. 402.

Tempus adcurate definiri nequit, quo vixit NICOLAVS ille, quem alii DE GORRAM, alii GORRAIN, GORRANT, GORGANT, alii GORHAM & GORRANVM adpellant. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Lat.* illum 1295. mortuum eſſe, quem Ant. Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* T. II. p. 485. anno 1304. Eiſingreinius anno 1390. quid? quod alii 1400. vixiſſe contendunt. Cognomen, in quo fere omnes conſentiunt, a patria accepit, quae in finibus Cenomanenſium, & Aremoricorum in Gallia ſita fuit. Ordini Praedicatorum adſcriptus, Pariſiis Theologiae magiſter diu docuit, & conuentus S. Iacobi Prior, nec non Philippo Francorum Regi a ſacris fuit confeſſionibus. In omnes fere Sacrae Scripturae libros conſcripſit commentarios, quos recenſet Iacobus Quetif Tom. I. *Scriptor. Ordinis Praedicator.* p. 438 ſqq. Maxima vero eorum pars in Mſtis latet: Hic quem adduximus commentarius, alii etiam Auctori, teſtante Echardo ad locum Quetifi citat. tribuitur. A Petro enim Tarentaſio, qui poſtea ſub Innocentii V. nomine, Pontifex inclaruit romanus, conſcriptus dicitur. NICOLAI DE GORRAM opus nondum editum his initio verbis eſſe conſpicuum: *In principium huius operis*

ris &c. variiſque in Bibliothecis v. g. in Biblioth. Auguſtinianor. ad pontem nouum Pariſiis, in Bibliotheca Ciſtercienſium ibidem, nec non in Bibliotheca Cantabrigienſi adſeruari, nonnulli ſcriptores adfirmant. Vid. Iacob. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. II. p. 879. Noſtra editio, quod nos quidem ſciamus, huius libri prima, ideoque paullo rarior eſt. Initio haec leguntur: *Prologus. Poſtilla multum ſolennis, ſuper Epiſtolas Paulli, reuerendi Prioris fratris* NICOLAI DE GORRAN *ſacre theologie profeſſoris ac prouincialis francie ordinis predicatorum. Incipit feliciter Prohemium primum. Dedi te in lucem gencium vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terre,* &c. In fine Codicis haec inueniuntur: *Explicit multum ſolennis poſtilla Reuerendi patris. Magiſtri* NICOLAI DE GORRAN *ſacre theologie profeſſoris eximii. ac prouincialis Francie ordinis Predicatorum. Super omnes epiſtolas Pauli. Per me Iohannem Koelhoff de Lubeck Colon. incolam ſum̄a cum diligencia correcta ac impreſſa. Anno incarnacionis dominice Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo.* De reliquis huius libri editionibus vid. Fabricius l. cit. Iacobus le Long l. cit. Conf. quoque Pietro Maria Campi *Iſtoria eccleſiaſtica di Piacenza*, quae *in Piacenza* 1651. & 1662. III. Tom. in fol. prodiit p. 488 ſqq. Sixtus Senenſis in *Biblioth. Sancta* L. IIII. p. 298. & p. 271. vbi vero Innocentii V. Poſtillae, vt more illorum temporum dicitur, duplex initium, plane diuerſum, quod ex Echardo adduximus, tribuit. Alterum ſcilicet *Vas Electionis* &c. Alterum *Illuxerunt corruſcationes tuae* &c. Vid. quoque Petri Frizon *Gallia purpurata* p. 41 ſqq.

The naked GOSPEL, Diſcovering I. what was the Goſpel which our Lord and his Apoſtels preached? II. What additions and alterations later ages have made in it? III. What Advanta-

vantages and domages have thereupon enſued? Part. I. of Faith. By a true son of the Church of England. *Printed in the Year* 1690. in 4. pp. 116.

Hanc editionem diuerſam eſſe, ab illa, quam Cl. Vogtius p. 314. adfert, teſtatur nonſolum impreſſionis annus, ſed nomen etiam auctoris omiſſum, quod Cl. Vogtii editio, in fronte gerit. Pleniorem illius recenſionem vid. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek.* Tom. III. p. 225 ſqq. Arthur Bury, Rector fuit Oxoniae, in Collegio Exeonienſi (*Exetercollege.*) Aliam editionem, noſtra priorem memorat Anton. Wood in *Athen. Oxon.* Tom. II. p. 449. qui illam, ab eo, cum Vicecancellarius fuiſſet, anno 1690. menſe April. editam fuiſſe ſcribit, & ab ipſo Auctore, cum vix viginti amicis diſtribuiſſet exemplaria, ſuppreſſam fuiſſe commemorat. Praeterea librum plane immutatum, nulla loci facta mentione, iterum eſſe editum, idem Antonius Wood l. cit. tradit. Altera libri pars, nunquam prodiit, contenta autem e Tomo II. *Latitudinarii* dici poſſunt. Quod vero *Latitudinarius* perperam libri dicatur translatio, ea de re, infra dicendi occaſionem inueniemus.

Iornada do Arcebiſpo de Goa, Dom Frey Aleixo de Menezes, Primaz da India Oriental recopilada por ANTONIO DE GOVVEA. *En Coimbra por Diego Gomez* 1606. in fol.

Interpres huius libri, gallicus, cuius Cl. Vogtius p. 314. facit mentionem, fuit P. Ioann. Baptiſta de Glen, ordinis Auguſtinianorum monachus, qui vero verſionem ſuam non e luſitanico idiomate, ſed ex hiſpanica, Franciſci Mugnoz translatione, adornavit, id quod in libri titulo ipſe profitetur: *Hiſtoire*

Orien-

Digitized by Google

Orientale des progrès de l' Egliſe Catholique en la reduction des anciens Chreſtiens dits de S. Thomas & autres, par les Devoirs de D. Alexis de Meneſes Archevesque de Goa: écrite en Portugais par le P. ANTON DE GOVEA, *miſe en Eſpagnol par le P. François Mugnoz & traduite en François par le P. Iean Baptiſte de Glen, Aug. A Bruxelles* 1609. in 8.

GRAMMATICAE latinae auctores antiqui &c. quorum aliquot nunquam antehac editi, reliqui ex Manuſcriptis codicibus ita augentur, & emendantur, vt nunc primum prodire videantur, opera & ſtudio Heliae Putſchii. *Hanoviae typis Wechel.* 1605. in 4 pp. 1402.

Inueniuntur in illa collectione XXXIII. Auctores antiqui, qui de arte GRAMMATICA ſcripſerunt. Helias Putſchius illam Ioſepho Scaligero dedicauit. In Praefatione ſe dediſſe operam, vt e Mſtis omnia prodirent emendatiſſima ſcribit. Laudat praeterea Godofredum Iungermannum, qui editioni praefuerit, operamque praeclaram in corrigendo poſuerit. Henricum Bilderbeccium ſimiliter laude ornat, qui in codicibus aliquot conferendis, & indice, qui locupletiſſimus eſt, concinnando, illi nunquam defuerit. Plura de hac collectione, vid. in I. A. Fabricii *Biblioth. Lat.* T. I. L. IIII. C. VII. p. 781 ſqq. Gottfr. Ephraim Müllers *Einleitung zu noethig. Kentniſs und nüzlich. Gebrauche der alten lat. Schriftſteller* P. I. p. 325 ſqq.

IOANNIS GRAMMATICI Commentarivs in libros graecos Ariſtotelis Analyticorum, poſteriores, ex Aldi Manutii recenſione. *Venet.* 1504. in fol.

JOANNES PHILOPONVS, GRAMMATICVS & philoſophus Alexandrinus Chriſtianus, Seculo a Chr. nato

to VI. floruit ſub Anaſtaſio Dicoro, inſimulatus olim haereſeos, quae vocatur Tritheitarum, multa ſcripſit commentaria in Ariſtotelem, & alia: omnia hodie rariora, quorum Catalogum, eorumque diuerſas editiones adfert Io. Alb Fabricius L. V. *Biblioth. Gr.* Cap. XXXVII. p. 358 ſqq.

CORNELII GRAPHAEI Scripta omnia

rariſſima eſſe teſtatur Gerdeſius in *Florileg.* p. 114. Proprio nomine adpellabatur CORNELIVS SCHRYVER, in ſcriptis autem ab ipſo editis, plerumque CORNELIVS GRAPHAEVS, item CORNELIVS SCRIBONIVS nominatur. Poſterius nomen praecipue inuenimus in eius *Apparatu Spectaculorum Antuerpiae editorum in ſuſceptione Philippi Hiſpaniarum regis* an. 1549. in 4.

ABRAHAMI GRAVII Hiſtoria philoſophica, continens veterum philoſophorum, qui quidem praecipui fuerunt, ſtudia ac dogmata, modernorum quaeſtionibus in primis exagitata, *Franequerae* 1647. in 8. pp. 1065.

ABRAHAM. GRAVIVS in Friſiis Profeſſor publicus mirifice delectatus veterum philoſophorum ſcriptis, recentioribus ea & praeferr, & a calumniis, quibus iſtorum placita adficiuntur, nonnunquam ſtrenue defendit, partium ſtudio ſaepe abreptus. Habemus ab eodem Auctore, *Specimen philoſophiae veteris ibid.* 1673 in 8. Vitam ABRAHAM. GRAVII conſcripſit Iacobus Perizonius *Franeq.* 1663. in fol. Vid. *Bibliotheca philoſoph. Struuio-Kabliana* P. I. p. 155.

PETRI GRINGORE Scripta omnia

rariſſima eſſe teſtatur Niceron *Memoires* Tom. XXXIIII. p. 55. Quis ille fuerit, neque la Croix du Maine

ne neque du Verdier in *Bibliothecis* ſuis expoſuerunt. Niceron illum Lotharingum fuiſſe putat, & duobus cognominibus cognitum eſſe ſcribit. *Il avoit deux Surnoms, qui nous ſont connoitre ſes emplois, & ſa profeſſion, celui de* Vaudemont *en qualité d'Herault d'armes du Duc de Lorraine, & celui de* Mere Sotte, *parce qu'il compoſoit des pieces de theatre, & y faiſoit le Perſonnage qu'on appelloit de ce nom.* Catalogum Scriptorum, quae ab hoc GRINGORIO profecta ſunt, cum la Croix du Maine, tum etiam du Verdier valde imperfectum adtulerunt; igitur Niceron omiſſa ſuppleuit, & ſatis adcurate recenſuit l. cit. quem vide. Vt lectores noſtri de facultate, quam GRINGORIVS in arte poetica conſequutus fuerat, ſententiam ferre poſſint, ſpeciminis loco, Strophen, e teſtamento Luciferi, quod inuenitur in GRINGORII libro, qui inſcribitur *Menus Propos*, adiiciemus:

Ie ne permets que ma fille Luxure
Soit aux Mondains rebelle, fiere ou ſure,
Mais les ſequeure & tire à ſoi à tas.
La marier je n'ai ne ſoin ne cure;
Car j'ai toujours procuré & procure
De la laiſſer commune à tous états,
Pour parvenir toujours à ſes optats;
Changer pourra de maris à toute heure
Femme volage eſt à dard ferme & ſeure.

Opera nuova piacevole & da ridere di uno villano nomato GRILLO, il qual volſe diventar medico, in Rima hiſtoriata con più ſtantie. *In Vineg.* 1532. in 8.

Opera nuova piacevole & da ridere de uno villano lavoratore nominato GRILLO. *In Venez.* 1573. in 8.

De

De eximia huius libri raritate vid. Cl. Vogtius p. 317. cui tamen iſtae editiones rariſſimae, minus notae fuerunt.

IO. FREDERIC. GRONOVII Elenchus Antidiatribes Mercurii Frondatoris ad Statii ſyluas. Acceſſit epiſtola Claudii Salmaſii ad Auctorem. *Paris. apud Guil. Poleum* 1640. in 8.

Quod GRONOVIVS ipſe hunc *Elenchum* ſuppreſſerit, teſtem habemus *Lexicon Eruditorum* Ioecherianum, vbi talia: *Er brauchte auch in Streitſchriften eine beſondere Modeſtie, und bedauerte daher ein ſatyriſch Scriptum, ſo er in der Iugend wider Emericum Cruceium, der ſich Mercurius Frondator nennte, und ſeine Diatriben in Statium angegriffen hatte, geſchrieben, ſo ſehr, daſs er alle Exemplare davon aufkaufte, und daher ſolches Werk ſehr rar gemacht.* Ediderat GRONOVIVS *Diatriben in Statii Syluar. L. V. Hag. Comit.* 1637. in 8. in qua, vt ipſe ſcribit *Emerici Crucei Monachi, & in Collegio quodam Pariſienſi paedagogi, qui Paris.* 1618. *in Statii ſyluas Commentarium in* 4. *ediderat, locis quibusdam inſubidum iudicium redarguerat.* De Cruceii *Frondatione*, necnon eius *Muſcario ad Statii ſyluas, Paris.* 1640. vid. *Sorberiana* p. 70. Inter alia conuicia, quibus GRONOVIVM onerauit, hoc etiam Anagramma, e nominibus IOANNES FRIDERICVS GRONOVIVS; *Ego vnus cor aſini ferens rudo cum* hoc diſticho adtulerat:

Lucius inuerſus hominis ſub pelle GRONOVI
Occultas aſinum, quem procul ire iubes?

Conf. de hac Controuerſia das *Leben des berühmten* IO. FRIDERICI GRONOVII, *Hamb.* 1723. in 8. §. XXVIIII. p. 32. Iacob. Bruckeri *Ehrentempel deutſcher Gelehrſamkeit* Decur. III. p. 118.

HVGO

Digitized by Google

HVGONIS GROTII Syntagma Arateorum, graece & latine, cum eius notis, & figuris aeneis Iacobi de Gheyn. *Lugd. Bat.* 1600. in 4.

Minime an. 1604. vt Cl. Vogtius p. 317. ſcribit, ſed ann. 1600. rariſſimum hoc opuſculum prodiit. HVGO GROTIVS in illo nonſolum Fragmenta Ciceronis, eo ordine, quo Arateis verſibus graecis reſpondent, exhibuit, ſed etiam alio, litterarum charactere, verſus, qui deerant, ex ingenio reſtitutos, illis interſeruit, atque adiunxit, notasque ad Aratum, ac Auienum, & ad Germanici phaenomena, adiecit. Figurae, quae in hoc opuſculo, aere expreſſae inueniuntur, poſtea ſeorſum excuſae prodierunt, hoc titulo: *Iacobi de Gheyn Aratea Phaenomena ſiue ſigna caeleſtia XLIIII. iconibus expreſſa, Amſtelod.* 1621. in fol. Conf. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. III. p. 143.

HVGONIS GROTII Hiſtoria Gothorum, Vandalorum & Longobardorum. *Amſtelod.* 1655. in 8. pp. 932.

Verſio Suecica titulo: *Norlandz Chronica ſampt Dan. Gyldenſtaelpe foeretaaloch* H. GROT. *pae Goetbernes, Waenders, auch Langebarders hiſtoria, Wyſingzborg* 1670 in fol. inuenitur in *Bibliotheca Kielmanſeggiana* P. II. p. 12.

OPORINI GRVBINII Amphotides Scioppianae. Hoc eſt Reſponſio ad Satyram Menippaeam Ioſephi Burdonis Pſeudo-Scaligeri, pro vita & moribus Gasparis Scioppii, Patricii Romani, Caeſarii, Regii, & Archiducalis Conſiliarii, & ad ſummum Pontificem Exlegati. Item

Digitized by Google

Reſponſio ad confutationem fabulae Burdoniae dolo Caluiniſtarum diu ſuppreſſa, & nunc demum in lucem edita. Acceſſerunt denunciatio & Mantiſſa Amphotidum, cum tribus Capellis ſecundum excuſae *Paris.* 1611. in 8. pp. 390.

Titulus *Lutet. Pariſiorum* falſo prae ſe fert: in Germania enim, & ſine dubio *Ingolſtadii*, haec acerbiſſima Satyra, quae ipſum Gaspar. Scioppium auctorem habet, exſcripta eſt typis. Impugnat in illa, praeſertim Danielem Heinſium, & Ioſephum Scaligerum, quorum alter Satyram titulo: *Hercules Tuam fidem, ſiue Münſterus Hypobolimaeus, id eſt, Satyra Menippea de vita, origine, & moribus Gaſparis Scioppii Lugd. Bat.* 1608. in 8. alter *Confutationem ſtultiſſimae Burdonum fabulae: ibid.* 1608. in 8. euulgauerat. De *Mantiſſa*, contra Daniel. Eremitam, ſeorſum excuſa, *Ingolſt.* 1611. in 4. huic autem libro, iterum adiecta, vid. quae ſupra diximus, de EPISTOLA *nobiliſſimi & litteratiſſimi Viri, Patauio ad Gaſparem Scioppium Romam ſcripta* 1610. in 4. Recuſae fuerunt OPORINI GRVBINII *Amphotides Scioppianae*, vt titulus prodit, *Paris.* 1629. in 8.

IANI GRVTERI Lampas, ſeu Fax artium liberalium, hoc eſt Theſaurus criticus, in quo infinitis locis, Theologorum, Ictorum, Medicorum, Philoſophorum, Oratorum, Hiſtoricorum, Poetarum, Grammaticorum ſcripta ſupplentur, corriguntur, illuſtrantur, notantur. *Francof.* 1602-1612. Tom. VI. Daniel Parreus Tom. VII. adiecit 1623. in 8.

Vt hoc Opus typis denuo excuderetur, futurum eſſe, nemo facile ſperauerat. Inuenit tamen artis criti-

Digitized by Google

criticae Patronum *Palermi* in Sicilia Io. Fel. Poleſium Patauinum, qui id recudendum curauit, auctum & digeſtum quidem, vt Auctor profitetur, ſed reuera mancum & mutilum, quia illi non ſua conſtat integritas, quae cauſſa eſt, quam ob rem ea, quam adtulimus editio, ſuum retinebit pretivm. Daniel. Parei additiones, haud adeo magni aeſtimant viri eruditi, qui illum non aliam ob cauſſam, hoc volumen addidiſſe arbitrantur, quam vt quauis adrepta occaſione in GRVTERVM inueheretur. Vid. Niceron *Memoires* Tom. VIIII. p. 405.

PHILIPPI GVADAGNOLI *Malleanenſis Clericor. Regular. Minorum, S. Theologiae, & Arabicae in Collegio Sapientiae Romano, linguae Profeſſoris*, Apologia pro religione chriſtiana, qua reſpondetur ad Obiectiones Ahmed filii Zin Alabedin Perſae Aſphaenſis contentas in libro inſcripto: Politor Speculi. *Romae typis Sacr. Congregat. de propaganda fide* 1631. in 4. latine pp. 607. arabice *ibidem iisdem typis* 1637. in 4.

Quandoquidem hic liber, Pontificis Romani impenſis excuſus, inter rariores, primi libros ordinis refertur; operae ſane pretium nos facturos eſſe arbitramur, vbi illius hiſtoriam Niceroni verbis, cum lectoribus noſtris communicauerimus. Ita vero ille Tom. VII. p. 275. ſcribit: *Un Eſpagnol avoit publié un Ouvrage ſur la religion, intitulé:* Le Miroir veritable. *Un ſavant Perſan entre les mains de qui il tomba, y fit une reponſe en Perſan, qu'il intitula:* Le Poliſſeur du Miroir; *& ajouta à la fin ces mots:* que le Pape y reponde. *Ce livre étant venu à Rome en 1625. Urbain IIX. qui étoit alors ſur la Chaire de Saint Pierre, commit à* GVADAGNOLI *le ſoin de le refuter. Ce qu'il fût avec tant de ſuccès, que ſa refutation, convainquit entiérement le Perſan à*

qui l'on envoyea, de la verité de la religion chrêtienne, & que cet homme ſ' étant fait baptiſer, devint un zelé defenſeur de la Foi, qu'il avoit combattuë auparavant de toutes ſes forces. Paullo luculentius rem omnem exponit Andreas Carolus in *Memorabil. Eccleſiaſticis Seculi a Chriſto nato XVII.* L. IIII. p. 912. vbi haec legimus: PHILIPPVS GVADAGNOLVS apologiam pro religione chriſtiana *edidit, aduerſus Ahmed, filium Zin Albedin, Perſam Aſpahenſem latine, primum Romae an.* 1631. *& poſt arabice an.* 1637. *Atque Ahmedis Perſae illum librum, cui titulus,* Deterſor ſpeculi, *ſcriptum fuiſſe, aduerſus Ieſuitae alicuius librum,* Speculum veritatem monſtrans, *vti ex* GVADAGNOLO *diſci poteſt, ita eius auctorem, ac proinde disputationum ſcriptionumque inter Amedem &* GVADAGNOLVM, *primum fuiſſe Hieronymum Xavier, eundem, qui turpiter hiſtoriam Chriſti, Perſice conſcriptam, mendaciis ac fabulis conſpurcauit, Ludouicus de Dieu docet, in praefatione ad hiſtoriam Chriſti Perſicam, Xauerii, a ſe in latinum verſam, atque animaduerſionibus in eam ſuis, digne caſtigatam, Amed in* Politore *ſuo, Chriſtianis obiicit pluscula Scripturae, praeſertim N. T. loca, quae inter ſe, vel cum veritate, pugnare videantur iisque corruptionem Scripturae demonſtrare ſatagit.* PHILIPPVS in Apologia, pro religione chriſtiana *reſpondet, obiectaque futilia diſſoluit; comundens deinde Muhammedanorum pro ſuo Propheta exceptiones, & excuſationes.*

PAVLLI GVALDI vita Ioannis Vincentii Pinelli. *Aug. Vindelicor.* 1607. in 4.

Liber rarus vocatur in *Biblioth. Dalmannianae Catalogo* p. 297. PAVLLVS GVALDVS Vicentiae in Italia 1594. natus, Doctor Theologiae & Archipresbyter Patauii fuit. In hoc libro Ioannem Vincentium Pinellum, Neapolitanum, qui commune quaſi eo ſeculo, quo floruit totius Europae fuit oracu-

culum, ſtudioſis bonarum artium inſtar probi & eruditi viri ob oculos ponit Natus fuit Pinellus 1535. diemque obiit Patauii 16 1. Guil. Bateſius *vitam Pinelli* a GVALDO conſcriptam, *Vitis ſelectorum aliquot virorum, qui doctrina, dignitate, aut pietate inclaruerunt*, p. 314. - 378. inſeruit.

GVARINI Erotemata cum multis additamentis, & cum Commentariis latinis. *Ferrariae* 1509. in 8.

Hic libri rariſſimi titulus eſt, qui plerumque hoc titulo Emanuel. Chryſolorae *Erotemata linguae Graecae in compendium redacta a* GVARINO *Veronenſi*, &c. excitari ſolet. Vid. Cl. Vogtius p. 197. vbi & Auctores, qui de inſigni illius raritate mentionem fecerunt, adferuntur. Putauit quidem Mr. de la Monnoye vnicum tantummodo illius exemplar Pariſiis in Bibliotheca Mazariniana extare. Vid. *Menagiana* Tom. III. p. 38. Docet vero nos Niceron Tom. X. P. II. p. 253. quod Falconetus regis Galliae Archiater, etiam in bibliotheca librum obſeruauerit. In fine libri legitur: *Impreſſum Ferrariae per me Ioannem Mazochum ann. D.* 1509. *die XIII. Martii.* Titulum ſequitur *Epiſtola* latina Editoris *Ioannis Mariae Tricoelii ad linguae graecae ſtudioſam iuuentutem.* Poſt epiſtolam illam inueniuntur *Erotemata Chryſolorae in compendium redacta per* GVARINVM. Quare euenit, vt *erotemata* illa, quae in titulo GVARINI dicuntur, hic *Chryſolorae* nomen prae ſe ferant. In fine eorum adparet *Epiſtola* latina *Pontici Virunii*, in qua Commentarium ſuum, in Chryſolorae grammaticam graecam Antonio Viſconti, Ludouici Sfortiae mediolanenſis Ducis Conſiliario dedicat. Hanc ſequitur *Vita Emanuelis Chyrſolorae* & GVARINI per eundem Pont. Virunium deſcripta, quae admodum breuis, multisque & magnis erroribus referta eſt. Tandem vltimum in libro occupant locum, *Pon-*

Digitized by Google

tici Virunii declarationes quaedam ad Magnificum Antonium Vicecomitem Lodouici Sfortiae Subrorum Ducis Conſiliarium ac Oratorem Ferrariae, in Erotemata GVARINI *tumultuariae.* Conf. de Vita GVARINI Veronenſis, qui nonagenarius Ferrariae diem obiit ſupremum anno 1460. *Giornale de' Letterati d' Italia* Tom. XII. p. 352. & Tom. XIII. p. 406. Niceron Memoires Tom. XXVIIII. p. 120 ſqq. Scipionis Maffei *Verona illuſtrata* T. II. p. 131 ſqq. Scripſit Ianus Pannonius Quinqueeccleſienſis Epiſcopus *Panegyricum* carmine heroico, *dictum* GVARINO *Veronenſi Praeceptori ſuo*, qui nonſolum in *Carminibus* illius, *Venet.* 1553. in 8. editis, primum occupat locum, ſed in *Delitiis* quoque *Poetarum Hungaricor.* quas Io. Phil. Pareus *Francof.* 1619. in lucem emiſit, p. 1.-34. inuenitur. Conf. Henricus Stephanus *de inſidis graecae linguae magiſtris*, vbi p. 157. GVARINVM a Chryſolora quandoque diſſentire notat. De Pontico Virunio vid. *Giornale de, letterati d' Italia* Tom. XXIIII. p. 279 ſqq. Niceron Tom. IIX. p. 33 ſqq. Tom. X. P. II. p. 253.

BAPTISTAE GVARINI Apologia pro Epicuro.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror.* p. 321. qui huius libri titulum e Ludouici Martini Kahlii *Biblioth. Philoſophica Struuiana* T. I. p. 235. adtulit. Eundem eſſe credimus, qui a Ioſ. Simlero in *Bibliotheca* p. 84. *de Secta Epicurea libro vno* conſcriptus, a BAPT. GVARINO dicitur. Sed variae ſunt cauſſae, quae nos commouent, vt hunc GVARINI librum, niſi plane deperditum, tamen nondum editum eſſe, & in MStis latere nobis perſuadeamus.

GERONYMO GVDIEL Compendio de alcunas hiſtorias de Eſpanna don de ſe tratan muchas antiguedades, dignas de memoria, y eſpecial-

cialmente ſe da noticia de la antigua familia de los Girones. &c. *Alcala* 1577. in fol.

Liber neque ab Illuſtr. Budero in *Bibliotheca hiſtorica Struuiana*, neque a Lengleto du Fresnoy memoratus, in *Bibliotheca Dalmanniana* p. 86. eximiae raritatis, prae ſe fert notam.

M. I. GVENEBAVLD le Reveil de l' antique tombeau de Chyndonax, Prince des Vacies, Druides, Celtiques, Dijonnois, avec la diverſité des Ceremonies, obſervées aux ſepultures anciennes. *A Dijon* 1621. in 4.

Liber rarus in *Catalogo Biblioth. Dalmannianae* p. 206. nominatur. Petrus Leſcaloperius in *Theologia veterum Gallorum* Cap. XXXI. p. 130. edit. quam Io. Georg. Frickius, ſuae *de Druidis Occidentalium populorum philoſophis*, commentationi adiecit, Chyndonactis ſepulcrum 1598. a vinitore haud procul Diuione repertum, deſcribit, & de hoc GVENEBALDI libro, inter alia ſic iudicat: *Tanta in re peruetuſta nouitas multos, vt fit, vndequaque praeſertim eruditos, & ſtudioſos antiquitatis homines, ad viſendum exciuit: quin ſpectatores habuit, admiratoresque, viros etiam generis claritudine principes, quos adpellat* GVENEBALDVS, *in eo libello, quem de hoc monumento conſcripſit, cui gallicum hunc titulum fecit:* le Reveil de Chyndonax; *vbi quodcunque eſt obſcuritatis hoc in epitaphio, (nec enim vetuſtas vlla, non habet aliquid tenebrarum) docte admodum illuſtratum reliquit, vt praeclarum hoc monumentum eodem tempore, geminam pariter & a ſole, & a* GVENEBALDO *lucem acciperet.* Haec autem verba illi ſepulcro lapideo inſculpta erant:

ΜΙΘΡΗϹ ΕΝ ΟΡΓΑΔ. ΧΩΜΑ ΤΟ ϹΩΜΑ ΚΑΛΥΠΤΕΙ ΧΥΝ-

Digitized by Google

magis delectentur in ipſa, & ego hiſtoriam ipſam ornaſſem dictamine pulchriore, per ampliores metaphoras, & colores, & per tranſgreſſiones occurrentesque ipſius dictaminis ſunt picture. Sed territus ex magnitudine operis, ne dum occaſione magis ornati dictaminis, opus ipſum longa oratione protraherem tempore longiori. infra cuius temporis longitudinem, aliqua mihi ſuperueniſſent incommoda prout eſt fragilitatis humane, propter quod ceſſaſſem ab opere, & opus ipſum ſuum non perueniſſet ad finem, vtpote ſui carens beneficio complementi. In tantum inſtitit ſpiritus ſancti gratia miniſtrante, quod infra tres menſes, & quinta decima videlicet, menſis ſeptembris prime indictionis, vſque ad viceſimam quintam menſis Nouembris proxime ſubſequentis, opus ipſum in totum per me perfectum extitit, & completum. Licet longe antea ad inſtantiam dni. Mathei de porta, venerabilis ſalernitani Archiepiſcopi, magne ſcientie viri de preſenti opere compoſuerim primum librum tantum, & non plus. Nam ipſo poſtmodum ſublato e medio, qui condendi a me preſens opus mihi erat ſtimulus & inſtinctus, ab ipſius operis perſecutione ceſſaui, cum non eſſet cui de hoc placere merito potuiſſem. Conſideraui inde defectum magnorum auctorum, verbi cauſſa Virgilii, Ouidii & Homeri, qui in exprimenda veritate troiani caſus nimium defecerunt, quamuis eorum opera contexuerint ſiue tractaverint --- fabulas antiquorum ſiue --- apologos, in ſtilo nimium glorioſo, & ſpecialiter ille ſummus poetarum Virgilius, quem nihil latuit ne eius veritas incognita remaneret ad preſentis operis perfectionem efficaciter & fideliter laboraui. Paullo poſt haec leguntur verba: *Factum eſt preſens opus a iudice* GVIDONE *de Meſſana, anno dominice incarnacionis. Milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo, eiusdem prime indictionis.* Duo verba, quae hic omiſſa cernuntur, ita oblitterata erant, vt nulla prorſus ratione legi poſſent. De verſionibus huius libri vid. Fabricius cit. loc. Germanica extat hoc titulo: *Hiſtoriſche*

 und

Digitized by Google

und eygendliche Beſchreibung der berhümbten vnd alten Stadt Troja, von irer Zerſtörung vnd der verbliebenen Trojaner Glück vnd Vnglück, vor 300 Iahren durch Herrn GVIDONEM DE COLVMNA *Richtern zu Meſſena in Latein beſchrieben. Ietzo verdeutſcht durch Dauid Froetern. Mompelg. bey L. Koenig* 1599. in 8. Fabricio illa plane incognita fuit, qui verſionem tantum germanicam Ms. e Lambecio adfert. Hiſpanica per Petrum Nunnez Delgado *Hiſpal.* 1519. in fol. inuenitur in Michael. Maittaire *Annal. Typogr.* T. II. p. 336.

MELCHIORIS GVILANDINI Papyrus, hoc eſt in C. Plinii maioris capita aliquot vt difficillima, ita pulcherrima, & vtiliſſima commentaria. *Lauſannae apud Franciſc. le Preux* 1576. in 4.

Editio rara, & Cl. Vogtio incognita. Omnium niſi fallimur recentiſſima editio eſt, quam Henricus Salmuth in lucem emiſit *Ambergae* 1613. in 8. Scripſit aduerſus hunc librum Ioſephus Scaliger in *Opuſculis variis*, quae *Paris.* 1610. in 4. prodierunt. Satis luculentam & GVILANDINI, & Scaligeri opuſculi dedit recenſionem Iacobus Fridericus Reimmannus in *Idea Syſtemat. Antiquitatum litterar.* p. 284-302. Qua ratione Sebaſtianus Kirchmair Vffenheimenſis Francus in *diſſertatione philologica de Papyro veterum, Viteb.* 1666. in 4. preſſo, vt aiunt, pede, ſequutus fuerit GVILANDINVM adlatis ſpeciminibus, idem prodidit Reimmannus p. 303 ſqq. Conf. Melchior. Adami *Vitae Medicorum* p. 138. ed. Francof. in fol. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 1290. *Naudaeana* p. 45. & 177 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XIII. p. 84 ſqq.

AMA-

AMADEI GVIMENII *Lomarienſis olim Primarii S. Theologiae Profeſſoris*, Opuſculum, ſingularia vniuerſae propemodum Theologiae moralis complectens, aduerſus quorundam expoſtulationes, contra nonnullas opiniones Ieſuitarum morales. *Valentiae* 1665. in 12.

Plures quidem huius libri, qui primum 16‸0. prodiit, extant editiones, e quibus nobis innotuerunt *Lugdunens.* 1664. in 4. *Colon.* 1065. in 12. quapropter etiam librum iſtum, a ſingulari raritate commendare haud ſuſtinemus, etſi inter eos quoque non referendus eſt, qui vbiuis locorum in Bibliothecis, & tabernis librariis inueniuntur. Cauſſam, quam ob rem hunc librum produceremus, nobis ſuppeditauit obſeruatio de Auctore, quam, in *Catalogo Bibliothecae I. P. de Ludewig* P. I. p. 65. his conceptam verbis legimus: *Verus auctor* PVSSIEREZ *Ieſuita natione Gallus. Ita confeſſionarius matris regis Stanislai me docuit. Damnauit librum hunc Sorbona Febr.* 1663. *Vide Heideggerum in Hiſtoria Papatus* p. VII. 449. Haec obſeruatio, a Io. Friderico Mayero, adſcripta libro dicitur. Sed errorem hic eſſe admiſſum, facile intelligunt, qui extra omnem dubitationem, iam pridem poſitum eſſe, nouerunt, libri Auctorem eſſe Matthaeum de Moya e S. I. Libro praemiſſa conſpicitur *Adprobatio luculenta R. P. Franciſci Luyſii de Valentia, Capuccinorum prouinciae Sanguinis Chriſti, in regnis Valentiae & Murciae prouincialis, & apud Fidei iudices ſacros, in vtriusque coronae ſenatibus Conſiliarii Qualificatoris*, nimirum vt tanti, ex alieno ordine Viri auctoritate, libro iſti maius decus, maior auctoritas, & exiſtimatio conciliaretur. Sed P. Nicolai, Ordinis Capuccinorum Prouincialis Pariſienſis, nomine iſtius ordinis, declarabat, nullum eſſe, & nullum vnquam fuiſſe inter Capucci-

nos Luyſium de Valentia, nec prouinciam Capuccinorum, cui nomen ſit, Sanguinis Chriſti, adeoque adprobationem illam Luyſii nomine ab AMADAEO GVIMENIO ſ. Matthaeo de Moya ipſo, confictam, ac ſuppoſitam eſſe. Anno 1664. liber iſte triginta Sorbonae Doctoribus examinandus committebatur, qui illum, eodem anno, vniuerſae Facultatis nomine, tanquam *Antieuangelicum* damnabant, & auctorem in eorum collocandum eſſe numero pronunciabant, de quibus Apoſtolus praedixerit, *quod in nouiſſimis temporibus diſceſſuri ſint a fide, attendentes Spiritibus erroris* &c. Vid. *Acta Eruditor. Lipſiens.* anni 1690. p. 315. Conf. quoque *la Defenſe des Cenſures du Pape Innocent XI. & de la Sorbonne contre les apologiſtes de la Morale des Ieſuites ſoûtenus par le P. Moya Ieſuite, ſous le nom de* AMADEVS GVIMENIVS, *par Oger Liban Erberg. A Cologne chez Pierre Marteau* 1690. in 12. Io. Franc. Buddei *Iſagoge Hiſtorico - theologic*. P. II. p. 712.

GVITMVNDI *Archiepiſcopi Auerrani* de veritate corporis & ſanguinis in Euchariſtia, tres inſignis eruditionis libri. *Friburgi Briſg.* 1529. in 8

Libri raritatem ante oculos propoſuit Cl. Vogtivs p. 324. De patria, & anno, quo vixerit GVITMVNDVS, inter doctos viros diſceptatur. Diſſidivm de anno, quo natus fuit ille, Fabricius exponit L. VII. *Biblioth. med. & inf. Lat.* p. 514. De patria vero nonnulla hic adferemus. GVITMVNDVM monachum, primum Crucis Helthonis S. Audoeni ſiue S. Leufredi Ord. Bened. in Normannia, Dioeceſis Ebroicenſis, poſtea vero cum ex Anglia reuerteretur in Neuſtriam, & Archipraeſulatum Rothomagenſem, cui a Rege, & aliis deſtinatus erat, non obtineret, & re infecta ſe in Italiam

liam conferret, ab Vrbano II. Pontifice Rom. metropolitanum Aduerſanum, in regno Neapolitano creatum fuiſſe, ſcribit ſaepe laudatus Fabricius l. cit. Sequitur hac narratione Trithemium L. II. cap. 88. & L. IIII cap 230. *de viris illuſtribus Ordinis S. Benedicti*, ac libri *de Scriptoribus Eccleſiaſt.* Trithemium vero, aliosque qui Trithemium ſequuti ſunt, opinione deceptos fuiſſe, praeter alios comprobat Antonius Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* T. I. p. 605. & GVITMVNDVM cognomento, non natione Normannum, Italum, monachum & Eremitam coenobii S. Andreae, quod S. Crucis titulum gerit, de Auellana, Congregationis columbae, & deinde Auerſanum Epiſcopum factum eſſe prodit. Teſtes huius rei producit Bugianum Colloqu. IIII. *hiſtor. Monaſter.* & Auguſtinum Florentinum P. II. *Hiſtor. Camaldulens.* L. V. cap. 15. Trithemii vero & aliorum errorem ex aequiuocatione Normandi & S. Crucis enatum fuiſſe, Poſſeuinus l. cit. arbitratur. Sin igitur Poſſeuino fidem habere voluerimus, nonſolum ea, quae Fabricius profert, ſed etiam illa, quae in *lexico Eruditorum* Ioecheriano, vbi Germanus dicitur, inueniuntur, corrigenda ſunt.

JAQVES DE GVISE Illuſtrations de la Gaule Belgique, antiquitez du pays de Haynault & de la grande Cité de Belges, à preſent dite Bavay, dont procedent les Chauſſées de Brunehault. *A Paris* 1531. Tom. III. in fol.

Admodum rarus. Vid. *Bibliotheca Dalmanniana* p. 100.

H.

GVALTERI HADDONI *Buchingamienſis Angli, Cantabrigienſis Collegii Rectoris, & Reginae Eliſabethae a ſupplicum libellis*, Lucubrationes, videlicet Orationes, epiſtolae & poemata. *Londini apud Guil. Sereſium* 1567. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 326. Gerdeſius p. 121 ſqq. Repetita editio *Londin.* 1569. in 4. extat in Thom. Hyde *Catalogo Biblioth. Oxoniens.* T. I. p. 317. *Apologetica* HADDONI *defenſio euangelicae veritatis contra Hieron. Oſorium*, quae teſte Gerdeſio, in hac collectione inter epiſtolas p. 210-268. reperitur, *continuata* poſtea prodiit per Io. Foxum *Lond.* 1577. in 4. Nonnulla de GVALT. HADDONO in Io. Balei *Scriptorum illuſtrium maioris Britanniae Catalogo* reperiri teſtatur Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 249. Iacob. le Long in *Biblioth. Sacr.* T. II. p. 761.

HADRIANI *de Traiecto* Quaeſtiones XII. quodlibeticae. *Louan.* 1518. in fol.

Vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 125. Sed ſaepe numero editae fuerunt HADRIANI *de Traiecto*, qui poſtea nomine HADRIANI VI. in ſede Pontificis conſedit, *quaeſtiones quodlibeticae*. Nimirum *Paris.* nulla anni facta mentione *typis Io. Kerver* in fol. *Paris.* 1516. in fol. *ibid. apud Cheuallonium* 1527. 8. *ibid.* 1531. in 8. *Lugduni ex officina Guil. Rovillii* 1546. in 8. &c. Omnibus fere hiſce editionibus adiectae ſunt Ioannis Briardi Athenſis *quaeſtiones quodlibeticae.* Conferri poterit de HADRIANI, quem Barthol. Chaſſanaeus in *Catalogo gloriae mundi* P. I. p. 76. *virum doctiſſimum & probiſſimum* vocat, libris, Gerhardi Moringi *Vita* HADRIANI VI. Cap. V. in Caſpar. Burmanni *Analectis hiſtoricis de* HADRIANO VI. *Traiectino, Papa Romano. Traiect. ad Rhen.* 1727. in

in 4. mai. p. 11 ſqq. & Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & inf. Latinit.* L. IIX. p. 536 ſqq.

De GREGORIO HALOANDRO, eiusque libris

vide praeter ea, quae Cl. Vogtius p. 328 ſqq. adtulit, Franciſci Caroli Conradi Icti, & Anteceſſoris, in Academia Iulia, *Parerga, in quibus Antiquitates & Hiſtoria iuris Romani illuſtrantur, varia eius iuris aliorumque auctorum loca emendantur & explicantur, Helmſt.* 1740. in 8. L. I. in prooem.

D. GVILIELMI HANETONII Tractatus de iudiciorum ordine ac forma, in tres partes diuiſus, & in vſum forenſem adcommodatus. *Duaci* 1570. in 8.

Praeter hanc a Gerdeſio p. 127. memoratam editionem extant quoque editiones *Duac.* 1572. in 8. *Colonienſ.* 1584. in 8. *Spirenſ.* 1591. in 8. & forte aliae plures, nobis incognitae. Vitam GVIL. HANETONII Tornacenſis deſcriptam inuenimus in Valer. Andreae *Bibliotheca Belgica.*

IO. BAPTIST. HANSENII de iureiurando Veterum liber. *Toloſae ex officina Colomerii* 1614. in 4.

Legimus de hoc libro in *Catalogo Bibliothecae I. P. de Ludewig* P. I. p. 866. *Eſt hic liber* HANSENII *inuentu rarus, re ipſa doctus, Graeciae & Latii cultioris adparatu inſtructus. Quo gaudere omnino poteſt lector, & vti in prudentia ciuili. Sed qui factum, tanti viri memoriam eſſe ſubobſcuram.* Liber, quem Io. Georg. Graeuius Tom. V. *Theſaur. Antiquitat. Rom.* p. 797-883. inſeruit, nomine Philippi Coſpeani Atyrenſium Epiſcopi inſcriptus eſt, & 31. Capitibus abſoluitur.

HYA-

HAYMONIS *Epiſcopi Halberſtadienſis* Expoſitio in omnes Epiſtolas Päulli. editio *ſine loci facta mentione* 1528. in 8. *Hagenoae* 1529. in 8. *Coloniae* 1531. in 8. *ibidem* 1534. in 8. *ibidem* 1539. in 8. *Paris.* 1533. in 8. *ibidem* 1538. in fol. *ibidem* 1550. in 8. *ibidem* 1556. in 8.

Haſce editiones, iis addere licebit, quae Cl. Vogtius p. 332. & Gerdeſius p. 127. de hoc libro adtulerunt. Remigii Rhemenſis nomine inſignitam hanc *expoſitionem* edidit Io. Baptiſta Villalpandus *Rom.* 1598. in fol. Recus. *Mogunt.* 1614. in fol. Conf. Andreae Riueti *Criticus Sacer* L. IIII. Cap. XXVII. p. m. 4 9 ſqq. Io. Alb Fabricii *Bibliotheca med. & inf. lat.* L. IIX. p. 543. HAYMONI illam *expoſitionem* abiudicat & Remigio Lugdunenſi tribuit Dauid Blondellus in *Apologia pro ſententia Hieronymi de Presbyteris & Epiſcopis* p. 87. Remigio autem Antiſſiodorenſi Edmundus Albertinus *de Eucbariſtiae ſiue coenae dominicae Sacramento* p. 937. Guil. Caue in *Hiſtor. litterar. de Scriptor. Eccles.* ad ann. 880. Conf. Iac. le Long *Biblioth. Sacr.* T. II. p. 766. Error iſte forte ex ignorantia eorum, qui Codicem deſcripſerunt, enatus eſt.; Antonius enim Poſſeuinus Tom. III. *Apparat. S.* p. 125. memorat duos Codices MS. reperiri in Bibliotheca Caſſinenſi, in quorum altero exemplari auctor vocetur Remigius, in altero Raimo, in vtroque vero Epiſcopus. Remigius vere Antiſſiodorenſis nunquam Epiſcopus, ſed monachus tantum Ordinis Bened. in Gallia fuit. Sine dubio igitur ex HAIMONE Epiſcopo, Raimo, a Scribis & poſtea Remigius Epiſcopus effictus fuit.

THOMAE HEARNE Scriptores Hiſtoriae Britannicae.

Vid.

Vid. Cl. Vogtius p. 332. Sequenti vero ordine eos edidit THOM. HEARNE.

The Life of Aelfrid the grand by Iohn Spelman, publiſh'd by THOMAS HEARNE. *Oxford* 1710. in 8.

Vid. de Aelfredo Magno Occidentalium Saxonum rege, & Academiae Oxonienſis Conditore Lelandus *de Scriptor. Britannic.* Tom. I. Cap. 115. p. 144 ſqq. I. A. Fabricius L. I. *Biblioth. med. & inf. Lat.* p. 65. Ioannes Spelmannus Henrici F. *Aelfridi Magni Anglorum Regis vitam* ediderat *Oxon.* 1678. in fol.

The itinerary of Iohn Leland the Antiquary, publiſh'd by TH. HEARNE *Oxf.* 1710-1712. VIIII. Tom. in 8.

Huius libri CXX. tantum exemplaria excuſa dicuntur. Quae ad quemlibet Tomum acceſſerint, recenſet *Catalogus Biblioth. Menken.* p 636 ſqq.

Io. Lelandi antiquarii de rebus Britannicis collectanea. Ex autographis deſcripſit, ediditque THOM. HEARNE qui & Appendicem ſubiunxit, totum opus in ſex volumina diſtributum, notis & indice adornauit. *Oxon.* 1715. in 8. Tom. VI.

Huius libri CL. tantum exemplaria excudenda curauit. Conf. *Acta Eruditor. Lips.* anni 1717. p. 103 ſqq.

Ioannis Roſſi Antiquarii Warwicenſis hiſtoria Regum Angliae. E codice MS. in Bibliotheca Bodleiana deſcripſit, notisque & indice adornauit

THOM.

THOM. HEARNE. Accedit Io. Lelandi naenia in mortem Henrici Duddolegi Equitis: cui praefigitur teſtimonium de Lelando amplum, & praeclarum hactenus ineditum. *Oxon.* 1716. in 8.

Exemplaria tantum LX. typis exſcripta, in Orbe litterario extare memorantur. Vnus e rariſſimis libris eſt, quos THOM. HEARNE edidit, cuius editio I. A. Fabricio plane incognita fuit. Vid. de Ioanne Roſſo, ſeu Rufo, qui, patria lingua, *Rowſe* vocabatur, dieque XIIII. Ianuar. anno a Chr. nat. 1491. Verouici obiit, Io. Leland. in *Commentar. de Scriptoribus Britannicis* Tom. II. Cap. 585. p. 473 ſqq. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. VIIII. p. 365.

Titi Liuii Foroiulienſis vita Henrici V. Regis Angliae. Accedit Sylloge Epiſtolarum, a variis Angliae Principibus ſcriptarum. E codicibus MS. deſcripſit, ediditque THOM. HEARNE, qui & Appendicem & notas ſubiecit. *Oxon.* 1716. in 8.

Titus Liuius, quem alii de Frulouiſiis, alii de Filoniſtis adpellant, Ferrarienſis fuit Orator & poeta, qui medio ſeculi XV. tempore floruit. Eius *Hiſtoria Henrici V. Angliae & Galliae Regis* res ab anno 1422. ad annum vsque 1460. geſtas, exponit. Conf. I. A. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. XI. p. 822. Caſimir Oudin. *Commentar. de Scriptoribus Eccleſ. antiqu.* T. III. p. 2309. *Acta Eruditor. Lipſ.* anni 1717. p. 167.

Aluredi Beuerlacenſis Annales, ſiue hiſtoria de geſtis Regum Britanniae Libris VIIII. E codice peruetuſto calamo exarato deſcripſit edidit-

ditque THOMAS HEARNE, qui & praefatione, notis, atque indice illuſtrauit. *Oxon*, 1716. in 8.

Huius libri tantum CXLVIII. non XLVI. vt in *Bibliotheca Menkeniana* p. 638. ſcribitur, excuſa ſunt exemplaria. Vid. de Aluredo I. A. Fabric. *Biblioth. med. & inf. Lat.* L I. p. 65. *Acta Eruditor. Lipſ.* anni 1717. p. 388. Conf. & ea, quae a nobis p. 21. de ALVREDO *Beuerlacenſi* dicta fuerunt, vbi vero errorem admiſimus, cum nonſolum Aluredum Beuerlacenſem Academiae Oxonienſis Conditorem eſſe ſcriberemus, ſed etiam huius rei producerem testem Io. Lelandum *de Scriptoribus Britannicis* Cap. 115. p. 144. Haec enim omnia ad Aelfridum Magnum Saxonum Occidentalium in Anglia Regem referri debent. Aelfredus, ſeu Aluredus Beuerlacenſis multo iunior eſt, & Seculo XII. inclaruit Sacerdos & Theſaurarius. Vid. Io. Alb. Fabricius l. cit.

Guil. Roperi vita D. Thomae Mori Equitis aurati, lingua anglica contexta. Accedunt Mori epiſtola de Scholaſticis quibusdam Troianos ſe appellantibus. Academiae Oxonienſis epiſtolae, & orationes aliquammultae; Anonymi Chronicon Goditouianum; & feneſtrarum depictarum in eccleſiae parochialis de Fairford in agro Gloceſtrienſi explicatio. E codice vetuſtiſſimo deſcripſit, ediditque, notisque etiam adornauit THOM. HEARNE. *Oxon*, 1716. in 8.

Exemplaria impreſſa perhibentur CXLIIX. Praeter hanc Guil. Roperi *vitam Thomae Mori* tres alios habemus Auctores, qui data vt aiunt opera, vitam Thom. Mori Equitis aurati & Angliae Cancel-

larii litteris conſignarunt. Thomas nimirum Stapletonus, qui librum edidit hac inſcriptione: *Tres Thomae, ſeu res geſtae S. Thomae Apoſtoli; S. Thomae Archiepiſcopi Cantuarienſis, & Thom. Mori Angliae Cancellarii, Duaci* 1588. *Colon. Agrippin.* 1599. *ibidem* 1612. in 8. *The Hiſtory of Sir Thomas More by* Hoddesdon, quae neſcimus, quo anno prodiit. *The Life of Sir Thomas More Knt. Lord Chancellor of England by* Thom. More *Esqu. London* 1726. in 8. Haec poſterior *vitae Thom. Mori* deſcriptio, omnium cenſetur optima, ideoque a Theodoro Arnoldo in germanicam conuerſa linguam, cum praefat. Cel Ioecheri, in lucem emiſſa fuit *Lipſ.* 1714. in 8.

Guil. Camdeni Annales rerum Anglicarum, & Hibernicarum, regnante Elizabetha, tribus voluminibus comprehenſi. E praeclaro Smithiano, propria auctoris manu correcto, multisque magni momenti additionibus locupletato codice eruit, ediditque THOM. HEARNE. *Oxon.* 1717. in 8. Tom. III.

Guil. Camdeni vitam a variis expoſitam habemus. Nimirum a Thom. Smitho S. Th. D. Eccleſiae Anglicanae Presbytero, qui illam praemiſit *Guil. Camdeni & illuſtrium virorum ad Guil. Camdenum Epiſtolis*, quas *cum Appendice varii argumenti* edidit *Londin.* 1691. in 4; ab Edmundo Gibſon, qui Camdeni *Britanniam* in anglicum conuertit ſermonem, & edidit titulo: *William Camden Britannia, with large additions and emprovements* II. Tomes *Lond.* 1722. in fol. Tom. I. Camdeni vita praemittitur. Conf. Anton. *Wood Athenae Oxonienſes* Tom. I. p. 480 ſq. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 737 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XXIII. p. 83-108.

Gui-

Guilielmi Neubrigienſis Hiſtoria, ſiue chronica rerum anglicarum libris V. E codice MS. peruetuſto, vberrimis additionibus locupletata, longeque emendatius quam antehac edita, ſtudio atque induſtria THOM. HEARNE, qui & praeter Ioannis Picardiae Adnotationes, ſuas etiam notas, & ſpicilegium ſubiecit. Accedunt Homiliae tres, Guilielmo a viris eruditis adſcriptae; partim e codice praeclaro antedicto, partim e codice antiquo Lambethano, nunc primum editae. *Oxon.* 1719. in 8. Tom. III.

De Guilielmo Little, ſeu Petito, aut Paruo, Brillendunenſi, ſiue Bridlingtona Prouinciae Eboracenſis, Canonico Auguſtiniano Neubrigienſi ſeu Neuburgenſi, ſiue Neoburgenſi in Anglia vid. Io. Pitſei *Relationes Hiſtoric. de rebus Anglicis* p. 270. Io. Balei *Scriptorum illuſtr. Maioris Britanniae Catalogus* III. 53. Io. Leland *de Scriptoribus Britannicis* Tom. I. C. 173. p. 203 ſqq. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. VII. p. 463. qui & varias illius libri, *de rebus Anglicis*, editiones adfert. De optima vero THOM. HEARNII editione vid. *Bibliotheque Angloiſe* Tom. VII. p. 174. 501.

Thomae Sprotti chronica, e codice antiquo deſcripſit, ediditque THOMAS HEARNE, qui & alia quaedam opuſcula, Nicholai ſpeciatim Cantilupi hiſtoriolam de antiquitate & origine vniuerſitatis Cantabrigienſis e codd. MSS. a ſe ipſo itidem deſcripta adiecit. *Oxon.* 1719. in 8.

De Thoma Sprotto Noruicenſi, Ordin. Benedictinor. Monacho Cantuariae, qui circa finem Seculi XIII. vixit. vid. Io. Pitſeus l. cit. c. 394. Io. Baleus

l. cit. Centur. IIII. 42. Io. Leland l. cit. Tom. II. c. 287. p. 299. qui illum Thom. Spottaeum nominat. Conf. Chriſtian. Schoetgenii *Continuat. Bibliotb. Lat. med. & inf. Lat.* Io. Alb Fabricii L. XVIIII. p. 733. De Nicolao Cantilowe ſeu Cantilupo Anglo, Ordinis Carmelitarum Priore, vid. Io. Leland. l. cit. Tom. II. c. 547. p. 449. Io. Alb. Fabricii *Bibl otb. med. & inf. Lat.* L. XIII. p. 324. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* T. II. p. 482. qui eum male Nic. Cantilepum adpellat. Haec Nicol Cantilupi *hiſtoriola de antiquitate & origine Academiae Cantabrigienſis*, vna cum Richardi Parkeri *Sceleto Cantabrigienſi, ſiue Collegiorum delineatione cum ſuis fundatoribus & benefactoribus*, quem libellum idem THOM. HEARNE Io. Lelandi *Collectaneis*, a nobis iam memoratis adiecerat p. 85-2 7. ab anonymo quodam in anglicum conuerſa fuit ſermonem, & edita titulo: *The Hiſtory an Antiquities, of the Univerſity of Cambridge. II. Parts. by Nich. Cantalupe & Rich. Parcker. Lond.* 1721. in 8. Vid. *Acta Eruditor.* anni 1721. p. 434 ſqq. Chriſtophor. Aug Heumanni *Bibliotheca Hiſtorica academica* p. 40 *Acta Eruditor.* 1722. p. 107. *Bibliotheque Angloiſe* Tom. VI. p. 277.

A collection of curious diſcourſes, written by eminent antiquaries upon ſeveral Heads in engliſh antiquities by THOMAS HEARNE. *Oxf.* 1720. in 8.

Praeter variorum, in illa collectione, virorum diſſertationes inuenitur etiam THOM. HEARNII, *diſſertatio de Antiquitatibus in Comitatu Eboracenſi repertis*, quae prima vice 1708. in 8. prodierat. Vid. *Memoirs de Trevoux* anni 1713. p. 287. Daniel. Larroquani ad THOM. HEARNE epiſtola, quae in *eodem diario* p. 1534. legitur. Huius Collectionis C. tantummodo

Digitized by Google

do exemplaria excuſa fuerunt. Vid. *Acta Eruditor. Lipſ.* Tom. IIX. *Supplement.* p. 325.

Textus Roffenſis. Accedunt Profeſſionum, antiquorum Angliae Epiſcoporum formulae, de canonica obedientia, archiepiſcopis Cantuarienſibus praeſtanda, & Leonardi Hutteni diſſertatio, anglice conſcripta, de antiquitatibus Oxonienſibus. E codice Mſ. deſcripſit, ediditque THOMAS HEARNE. *Oxon.* 1720. in 8.

Vid. *Bibliotheque Angloiſe* Tom. IIX p. 322. *Acta Eruditor. Supplement.* Tom. IIX. p. 189. *Textus* vero *Roffenſis* Eccleſiae Roffenſis complectitur acta, a Saxonum Regum temporibus, ad annum vſque 1143. Collectus dicitur ab Arnulfo ſeu Ernulfo Belluacenſi, Epiſcopo Roffenſi. Vid. Henric. Wharton *Anglia ſacra* Tom. I. p. 329 ſqq. I. A Fabricii *Bibl. med. & inf. Latin.* L. I. p. 284. & p. 373. Chriſt. Schoettgenii *Continuatio* L. XVII p. 329.

Roberti de Auesbury hiſtoria de mirabilibus geſtis Eduardi III. Accedunt I. libri Saxonici, qui ad manus Io. Ioſcelini venerunt. II. Nomina eorum, qui ſcripſerunt hiſtoriam gentis Anglorum, & vbi extant, per Ioannem Ioſcelinum. E codice Mſ. deſcripſit ediditque THOMAS HEARNE, qui & appendicem ſubnexuit. *Oxon.* 1720. in 8.

De Roberto de Auesbury vid. Io. Pitſeus *Centur.* Append. III 99. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Bibliotb. Fabric.* L. XVII. p. 267. De Ioanne Ioſcelino Fabricivs l. cit. L. VIIII. p. 249. De editione THOM. HEARNE *Iournal des Savans* ann. 1715. p. 513. *Bibliotheque Angloiſe* Tom. IIX. p. 279. Tom. VIIII. p. 37.

Ioannis de Fordun Scotichronicon genuinum vna cum eiusdem Supplemento, ac continuatione. E codice Mſ. eruit, ediditque THOMAS HEARNE, qui & Appendicem ſubiunxit, totumque opus, in V. Volumina diſtinctum, praefatione atque indicibus adornauit. *Oxon.* 1722. in 8.

Ioannes Fordun Scotus fuit, de quo vid. Fabricius l. cit. L. VIIII. p. 214 ſqq. Iam antea hoc opus editum fuerat, a Thome Gale Tom. I. *Hiſtoriae Britannicae, Saxonicae, Anglo Danic. Scriptor. quindecim, Oxon.* 1691. in fol p. 565. - 699. De THOM. HEARNE editione vid. *Acta Eruditor.* anni 1724. p. 211. Iournal des Savans 1725. p. 225.

The Hiſtory and Antiquities of Glaſtonbury, to which is added I. The Indowment, and Orders of Sherington's Chantry founded in S. Paull's Church, London. II. Dr. Plot's letter concerning Thetford, publish'd by THOM. HEARNE. *Oxford* 1723. in 8.

Hemingi Chartularium Eccleſiae Wigornienſis. E codice Mſ. deſcripſit, ediditque THOMAS HEARNE. Quin & eam partem libri de Doſmeday, quae ad eccleſiam pertinet Wigornienſem, aliaque ad operis II. Volum. comprehenſi, nitorem facientia ſubnexuit. *Oxon.* 1723. in 8.

Hemmingus Anglus monachus & Presbyter fuit Wigorniensis, qui circa finem Seculi XI. inclaruit. Vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliotb. med. & inf. Lat.* L. IIX. p. 613.

Ro-

Digitized by Google

Robert of Glouceſter's Chronicle by THOM. HEARNE. *Oxford* 1725. II. Tom. in 8.

Carmine, hoc *Chronicon* conſcriptum eſt, vnde Robertum editor vocat, *Angliae Ennium*. In fine adiecit THOM. HEARNE *gloſſarium*, Anonym. *de mirabilibus Britanniae;* & Guil. Maluerni Abbatis *Fundationem Abbatiae Glouceſtrienſis*. Conf. *Acta Eruditor. Supplement. Tom. VIIII. p.* 373.

Peter Langtoft's Chronicle from the Death Cadwalader to the End of King Edward the Firſts reign, by THOM. HEARNE. *Oxford* 1725. II. Tom. in 8.

Petrus Langtoft *Chronic.* gallico ſerm. conſcripſerat, cuius hic verſio anglica, admodum barbara, a Roberto Manning Brunnenſi, reperitur. Adiecit THOMAS HEARNE *gloſſarium*, variasque *diſſertationes*, antiquitates britannicas ſpectantes. Conf Io. A. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Latinitat.* L. XV. p. 774.

Ioannis Confratris, & monachi Glaſtonienſis Chronica, ſiue Hiſtoria de rebus Glaſtonienſibus. E codice Mſ. antiquo membranaceo deſcripſit, ediditque THOM. HEARNE, qui & ex eodem codice Hiſtoriolam de antiquitate & augmentatione vetuſtae Eccleſiae S. Mariae Glaſtonienſis praemiſit, multaque excerpta e Richardi Beere, Abbatis Glaſtonienſis Terrario huius Coenobii ſubiecit. Accedunt quaedam, eo ſpectantia, vt Appendix, in qua, inter alia, de S. Ignatii Epiſtolarum codice Mediceo, & de Iohannis Mathematici celeberrimi vita, at-

que ſcriptis agitur. *Oxon.* 1726. II. Tom. in 8.

Libri huius recenſionem vid. in *Actis Eruditor.* anni 1729. p. 181. *Bibliotheque Angloiſe* Tom. XV. p. 352. De Ioanne Confratre vid. Io. Alb. Fabricius l. cit. L. VIIII. p. 227. De Richardo vero Beere, qui ſeculo XVI. in viuis fuit, vid. Chriſt. Schoettgenii *Continuatio Bibl. Fabric.* L. XVII. p. 208.

Adami de Domersham Hiſtoria de rebus geſtis Glaſtonienſibus. E codice Mſ. perantiquo deſcripſit primusque in lucem edidit THOM HEARNE. Quin & praeter alia, in quibus diſſertatio de inſcriptione perueteri Romana Ciceſtriae nuper reperta, Guilielmi Malmesburienſis librum de antiquitate eccleſiae Gleſtonienſis & Edmundi excerpta aliquammulta ſatis egregia, e regiſtris Wellenſibus praemiſit. *Oxon.* 1722. II. Tom. in 8.

Recenſio libri extat in *Actis Eruditor.* anni 1729. p. 183 ſqq. Conf. *Iournal des Savans* 1728. p. 133. De Adamo de Domersham vid. Fabricius l. cit. L. I. p. 21. De Guilielmo Sommerſet Malmesburienſi, Ordinis Benedictinorum monacho, Praecentore ac Bibliothecario Meldunenſi, ſeu Malmesburienſi, qui Seculo XII. iam adulto vixit, vid. Io. Leland. *de Scriptoribus Britannicis* Tom. I. Cap. 165. p. 195. qui illum Gulielmum a Maildulphi curia, alias *Maildulphesbyri monachum proſa & carmine eruditum* vocat. Anton. Poſſeuin. *Apparat. Sacr.* Tom. I. p. 617. Caſimir. Oudin. *de Scriptor. Eccleſiaſt.* Tom. II. p. 1089 ſqq. I. A. Fabricius l. cit. L. VII. p. 451 ſqq. Eius liber *de antiquitate Eccleſiae Glaſtonienſis* a THOM. HE-

Digitized by Google

HEARNE hic editus inuenitur etiam in Thom. Gale *Hiſtoriae Britannicae, Saxonicae, Anglo-Danicae Scriptoribus quindecim* p. 289 ſqq. *Excerpta*, quae hic reperiuntur, ſunt ex Edmundi I. Angliae Regis, Charta donationis & priuilegiorum Eccleſiae S. Mariae Glaſtonienſi conceſſorum, quae etiam extat in Henrici Spelmanni *Conciliis*, *Decretis*, *Legibus*, *Conſtitutionibus de re Eccleſiaſtica Britanniae*, *Lond.* 1639. in fol. p. 425 ſqq.

Thomae de Elmham vita & geſta Henrici V. Anglorum Regis. E codicibus Mss. deſcripſit, & primus luci publicae dedit THOM. HEARNE. *Oxon.* 1727. in 8.

De Thoma de Elmham Transmarino, primum monacho Abbatiae S. Auguſtini iuxta Cantuariam, poſt Theſaurario, tandem in Coenobio de Lenton agri Nottinghamenſis, Ord. Cluniacenſis Priore, initio Seculi XV. claro, vid. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Bibl. Fabric.* L. XVIIII. p. 708 ſqq. Editionis TH. HEARNE Recenſio extat in *Actis Eruditor.* 1730. p. 476 ſqq. *Iournal des Savans* 1728. p. 311 ſqq.

Liber Niger Scaccarii. E codice calamo exarato deſcripſit, & nunc primus edidit THOMAS HEARNE, qui & cum duobus aliis Codicibus Mss. contulit, Wilhelmique etiam Worceſtrii Annales rerum Anglicarum, antehac itidem ineditos, ſubiecit. *Oxon.* 1728. II. Tom. in 8.

Liber ſic dictus *Niger* Henrici II. eſt. Guilelm. Worceſtrius Anglus Aſtronomus, Medicus & Hiſtoricus ſui temporis fuit clariſſimus. THOM. HEARNE excerpta tantum ex eius *Annalibus rerum Anglicarum*, qui rerum geſtarum ſeriem ab anno Chr. 1374 ad

 an-

annum vſque 1491. exponunt, dedit. Conf. I. A. Fabricius l. cit. L. VII. p. 513. *Iournal des Savans* 1729. p. 243 ſqq.

Hiſtoria vitae & regni Ricardi II. Angliae Regis a monacho quodam de Eueſham conſignata. Acceſſerunt hiſtoriola de Comitibus Warwicenſibus, Ioannis Berebloci, Commentarii de rebus geſtis Oxoniae, ibidem comm rante Elizabetha Regina, & D. Ricardi Wynni Baronetti narratio hiſtorica, de Caroli, Walliae Principis famulorum in Hiſpaniam itinere A. D. 1623. E Codd. Mss. nunc primum edidit THOM. HEARNE. *Oxon.* 1729. in 8.

Monachi Eueshamenſis *Hiſtoria*, ſeriem rerum a Richardo II. ab ann. 1377. ad annum vſque 1399. geſtarum, exponit. Illam ex Ms. Cottoniano in lucem produxit editor. Vid. *Act. Eruditor.* ann. 1730. p. 477. De Io. Roſſo vid. quae ſupra adnotauimus. In *Curis ſecundis* p. 289 ſqq. THOM. HEARNIVS probare ſuſtinet inter alia, Wicleſum hypocritam fuiſſe, & quaecunque egerit religionis praetextu, reuera comparandae famae cauſſa egiſſe.

Ioannis de Trokelowe Annales Edwardi II. Henrici de Blancforde chronica, & Eduardi II. Vita, a monacho quodam Malmesburienſi fuſe enarrata. E codice Ms. nuper primus euulgauit THOM. HEARNE, qui & praeter appendicem, in qua inter alia Ordinationes Collegii Orelienſis, monumenta quaedam vetera ab Edmundo Archere communicata ſubiunxit. *Oxon.* 1729. in 8.

Hen-

Digitized by

Henricus Blanceford Anglus, Monachus Ord. Benedictin. ad S. Albanum initio Seculi XV. inclaruit. Vid. Io. Alb. Fabricius l. cit. L. IIX. p. 627.

Thomae Caii Collegii vniuerſitatis regnante Elizabetha magiſtri, vindiciae antiquitatis Oxonienſis academiae, contra Ioannem Caium Cantabrigienſem. In lucem ex autographo emiſit THOM. HEARNE; porro non tantum Antonii a Wood, vitam a ſe ipſo conſcriptam, & Humphredi Humphreys Epiſcopi nuper Hereford. de viris claris Cambro-Britannicis obſeruationes, ſed & reliquias quasdam, ad familiam religioſiſſimam Ferrariorum de Gidding paruo in agro Huttingdonienſi pertinentes, ſubnexuit. *Oxon.* 1730. II. Tom. in 8.

Vid. *Iournal des Savans* 1732. p. 198. Conf. & ea quae ſupra ad IO. CAII librum *de Antiquitate vniverſitatis Cantabrigienſis* diſſeruimus.

Waltheri Hemingfordt Canonici de Giſſeburne hiſtoria de rebus geſtis Eduardi I. Eduardi II. & Eduardi III. Accedunt inter alia Eduardi III. hiſtoria per anonymum Narratio de proceſſu contra Reginaldum Peacockium auctore Ioh. Whetamſtedio. Excerpta hiſtorica e Thom. Gaſcoignii dictionario theologico; libellus de Caroli I. ab vrbe Oxonienſi fuga ſiue diſceſſu; notitiaque domorum religioſarum in dioeceſi Batho-wellenſi. E codd. Ms. nunc primus publicauit THOM. HEARNE. *Oxon.* 1731. Tom. II. in 8.

Gualterus ſeu Waltherus Hemingfordius a Io. Lelando Tom. II. *de Scriptoribus Britannicis* C. 296. p. 305.

Gual-

Gualterius Hemengoburgus vocatur. Coenobium Giſiburnenſe, cuius Canonicus fuit, idem Lelandus, prope Cliuiam Eboracenſium prouinciolam fuiſſe ſcribit. Scripſit etiam *Chronicon de geſtis Regum Angliae*, quod Thomas Gale Tom. II. *Scriptorum Hiſtoriae Britannicae* &c. *Oxon.* 1687 in fol. Obiit Giſiburnae 1347. Conf Caſimir. Oudinus Tom. III. *Scriptor. Eccleſ.* p. 443. Io. Alb. Fabricius l cit. L VII. p. 335. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. I. p. 60. De Ioanne Whethampſtede, ſiue vt etiam dicitur Frumentario, Anglo, Monacho Ordin. S. Benedictii Glouceſtrienſi, & poſtea Abbate fani S. Albani in Anglia vid. Anton. Poſſeuinus l cit. Tom. II. p. 180. Fabricius l. cit. L. VIIII. p. 218. Leland. Tom. II C. 530. p. 437. Thomas Gaſcoigne, Anglus nobili genere prognatus, & academiae Oxonienſis Cancellarius fuit, vid. Lelandus Tom. II. c. 526 p 435. qui illum Thomam Vaſconem nominat Poſſeuinus l. cit. Tom. III. p. 306. Chriſt. Schoettgen. l. cit. L. XVIIII. p. 712. Conf. *Iournal des Savans* 1731 p. 232.

Duo rerum Anglicarum veteres ſcriptores, videlicet Thomas Otterbourne & Ioannes Whetamſtede, ab origine gentis britannicae vsque ad Eduardum IIII. E codd. MSS. antiquis, nunc primus eruit THOMAS HEARNE. Accedunt inter alia liber de vita & miraculis Henrici VI. per Ioannem Blakmannum &c. *Oxon.* 1732. in 8. Tom. II.

De Thoma Oderoburno Anglo Franciſcano, quem initio Seculi XV. floruiſſe dicunt, vid. Leland. T. II. p. 394. p. 362. Wadding. *de Scriptor. Ordinis Minor.* p 326. Chriſtian. Schoettgen. in *Continuat. Bibliotb. Fabric.* L. XVIIII. p 725. De Io. Whetampſtedo, iam ſupra nonnulla adtulimus. Inuenitur quoque in iſtis voluminibus *Hiſtoria Fundationis Hoſpi-*

Digitized by Google

Hoſpitalis Ewelmenſis in Comitatu Oxonienſi, Sylloge epiſtolarum de rebus Britannicis ſcriptarum an. 1524. *&* 1525. *&* *Franciſci Godwini Catalogus Epiſcoporum Bathomenſium & Wellenſium.*

Chronicon ſiue Annales Prioratus de Dunſtaple, vna cum Excerptis e cartalario eiusdem prioratus. THOM. HEARNIVS e Codd MSS. deſcripſit, primus atque vulgauit cum Appendice. *Oxon.* 1733. II. Tom. in 8.

En Catalogum, omnium, quod nos quidem ſciamus, *Hiſtoriae anglicae Scriptorum*, a THOMA HEARNE dum viueret LV. voluminibus haud adeo magnae molis, euulgatorum. Vix inuenietur Bibliotheca, extra Angliam, vbi illa omnia adſeruantur. Plura quidem promiſerat THOMAS HEARNE, morte tamen praeuentus nihil amplius edidit. Obiit d. X. Iun. 1735. anno aetatis LVII Conf. *Bibliotheque Raiſonnée* Tom. XV. p. 48. Niceron *Memoires* Tom. XLI. p. III ſqq. Catalogum *Scriptor. Angliae* ab HEARNIO editorum inueniri in Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med & inf. lat.* ſcribit Cl. Vogtius p. 332. ſed illum admodum eſſe imperfectum, quilibet, illo, cum noſtro conlato, perſpiciet.

HEBRAEA & Chaldaea nomina virorum, mulierum, populorum, idolorum, vrbium, fluuiorum, montium caeterorumque locorum, quae in bibliis leguntur, ordine alphabeti hebraici. *Lutetiae ex officina Roberti Stephani Typographi Regii* 1549. in 4. mai pp. 53.

Vtimur hác ſplendida, dum haec ſcribimus, libri editione, quam rarioribus libris merito accenſemus. Adiunxit Robertus. Stephanus HEBRAICIS & Chaldaeis vocibus, latina nomina, ex veteris inter-

interpretis conuerſione, *vt illorum & interpretat. ex & ſignificat. libello Interpretat.* HEBRAICORVM *nominum latino ab illo & ad finem latinorum bibliorum, & ſeparatim minore forma latini alphabeti ordine, excuſo, facilius, & minore cum moleſtia, lector, petere poſſet.*

M. BERNHARDI HEDERICI Schweriniſche Chronica. *Roſtock,* 1598. in 4. pp. 128.

De raritate libri Cl. Vogtius p. 333. ſatis ſuperque diſſeruit. Plenior illius extat recenſio in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. III. p. 196 ſqq. vbi etiam de opere illius inedito: *Kurze Verzeichniſs derer Biſchoeffe zu Schwerin*, notitia exhibetur. Natus fuit BERNARDVS HEDERICVS Freibergae 1533. litterarumque ſtudiis in academia Lipſienſi perfectis, Scholis Schwerinenſibus per XLIIX. annos Prorector, & Rector praefuit. Diem obiit ibidem anno 1605. aetatis anno LXXII.

REINHOLDI HEIDENSTEIN de bello Moſcouitico Commentariorum Libri VI. *Cracou.* 1584. in fol.

In Daniel. Gerdeſii *Florileg.* p. 129. inter libros rariores locum occupat. Inſertus inuenitur Collectioni, quae titulo *Rerum Moſcouiticarum Auctores varii Francof. apud haeredes Andr. Wecheli* 1600. in fol. prodiit, p. 325-434. nec non in Martini Crömeri *Chronico de Origine & geſtis Polonorum,* quod *Coloniae* 1589. in fol. editum eſt, p. 733-837. Seorſum etiam recuſus fuit *Baſil. apud Conrad. Waldkirch* 1588. in 8. Verſio Germanica prodiit titulo: REINHOLD HEIDENSTEIN *polniſchen Secretarii Beſchreibung des Kriegs, welchen der Koenig in Pohlen Stephan Bathori etlich Iar nach einander, wider den Groſsfürſten in der Moſcaw Iwan Waſilowitzen gefübret,*

ret, darnach das Lifflandt von des Moſcowiters vieljaehrlicher Verfolgung erlediget. Goerliz 1590. in fol. Habemus ab eodem RAINOLDO DE HEIDENSTEIN *Rerum polonicarum ab exceſſu Sigismundi Auguſti Libros XII. Francof.* 1672. in fol.

HEINRICH *des iüngern Herzogs zu Braunſchweig* Scripta omnia.

Hic adponemus verba, quae editor *Catalogi Biblioth. I. P. de Ludewig*, hiſce opuſculis, quorum maximam partem illuſtris Ludewig poſſedit, P. I. p. 645. adſcripſit: *Ea quae ſub hoc, & proxime ſequentibus numeris occurrunt ſcripta,* HENRICI *Ducis Brunſuicenſis, eorumque qui contra eum ſcripſerunt Principem, ſunt omnino rariſſima. Quamuis enim eorum iteratam editionem dederit Hortlederus in praeclaro opere, quod* de Cauſſis belli germanici *inſcripſit: noluit tamen, cum plus acerbitatis contineant, quam tantos Principes decet, omnium, quibus ſcatent, conuiciorum ſeruata memoria, iſtorum temporum renouare maculam: ſed, vt ipſe in praefatione p.* 10. *teſtatur, retentis quae iuri germanico, & hiſtoriae Seculi XVI. illuſtrandae inſeruiunt, infelices herbas, cenſoria falce immiſſa, reſecare, & omnem earum penitus memoriam officii ſui eſſe iudicauit.*

Das HELDENBVCH darinn viel ſeltzamer Geſchichten, vnnd kurzweiliger Hiſtorien, von den groſſen Helden vnnd Rieſen, wie ſie vmb eines Koeniges Tochter geſtritten, ietzt durchausz mit ſchoenen Figuren gezieret. *Franckf. bey Siegm. Feyerabend* 1590. in 4.

Illa editio, quamuis inter omnes alias quae lucem viderunt recentiſſima, e rarioribus tamen libris eſt. A nemine enim eorum qui de hoc libri commentati ſunt, quod nos quidem ſciamus illius mentio

Digitized by Google

facta fuit. Omnes enim, quos ideo euoluimus Scriptores, cum Cl. Vogtio recentiſſimam huius libri editionem eſſe ſcribunt, quae *Francof.* 1560. in fol. prodiit. Praebuit huius editionis nobis notitiam Nicolaus Baſſaeus, qui illam in *Collectione Omnium librorum qui ab anno* 1564. *ad annum* 1592. *prodierunt*, P. II. p. 296. adtulit.

Hiſtoire Etyopique d' HELIODORVS, contenant dix livres traitant des loyales & pudiques amours de Theagenes Theſſalien, & Chariclee Etyopienne, traduit du grec en François par Iacques Amyot. *A Paris par Eſtienne Groulleau* 1549. in fol. *ibid. par Longuelier* 1554. in 16.

Antiquitate pariter & raritate editionem, quam Cl. Vogtius p. 334. adtulit, illae ſuperant, quarum titulos adſcripſimus. Mr. Baillet, Nicerono teſte, *Memoires* Tom. IIII. p. 53. ſcribit Tom. III. *des Iugemens des Savans: quelques uns diſent qu' Amyot eût l' Abbaye de Bellozane après la mort de Vatable pour une Traduction aſſez mauvaiſe qu'il fit du Roman d'* HELIODORE, *& qu'il ne raccomoda qu' apres ſon voiage au concile de Trente.* Confutat hanc narrationem Mr. de la Monnoye p. 116. du III. Vol. des *Iugemens des Savans* par Baillet Art. *Amyot.* 935. & primam huius verſionis editionem non prius quam anno 1549. prodiiſſe, Franciſcum autem I. Galliae Regem, a quo abbatiam accepiſſe perhibetur, die XXXI. Maii 1547. mortuum eſſe ſcribit. Reſpondit ad haec dicta Niceron Tom. IIII. p. 53. *Ne pourroit-on pas repondre que François I. avoit vû le Manuſcrit d' Amyot, & que la Recompenſe étoit fondée ſur le merite du MS.* Conf. ea, quae P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 178. not. C. hac de re diſputat.

HEL-

HELMOLDI *Preſbyteri Boſouienſis*, & Arnoldi *Lubecenſis* Chronica Slauorum. Henricus Bangertus e. Codd. MSS. recenſuit, & notis illuſtrauit. *Lubecae ſumtibus Statii Weſſelii* 1659. in 4. pp. 568.

Quatuor huius *chronici* nobis innotuerunt editiones. Nimirum omnium *prima* a Sigismundo Schorckelio Numburgenſi & Medicinae Doctore Vitebergenſi *Francofurti* 1556. in 4. euulgata eſt. Inuenitur in illa HELMOLDI *chronicon*, quidem integrum, de continuatione vero Arnoldi Lubecenſis nouem modo capita priora reperiuntur. Philippus Melanchthon huic editioni, quae *Francofurti* 1573. in 4. recuſa fuit, praefationem, Sigismundus vero Schorckelius, quem Ioſ. Simlerus p. 271. *Schorboelium*, Nicol. Baſſaeus in *Collectione librorum* P. I. p. 380. *Schockelium*, Labbeus *Segorckelium* alii, *Schoeboclium* nominant, ſummaria & Scholia adiecit. *Secunda* editio in lucem emiſſa fuit, a Reinero Reineccio, qui *chronicon* illud cum Arnoldi Abbatis Lubecenſis continuatione, vsque ad quinque poſteriora, XVIII-XXII. L. VI. capita, e codice Diſtelmaieriano, & Poucheniano *Francof.* 1581. in fol. in lucem edidit. Poſt mortem Reineri Reineccii, etiam capita XIIX - XXII. Libri VI. Continuat. Arnoldi euulgata fuerunt, ab Erpoldo Lindenbrogio p. 274 ſqq. *Scriptorum Septentrional. Francof.* 1609. in fol. & adcuratiora, e codice Ranzouiano, ab Henrico Meibomio Seniore, *Apologiae pro Othone IIII. Imperatore Helmſtad.* 1624. in 4. adiecta, & poſtea illius *Opuſculis*, quae Henricus Meibomius iunior edidit *Helmſt.* 1660. in 4. inſerta. *Tertia* editio, Henrici Bangerti Rectoris Athenaei Lubecenſis eſt; qui *Chronicon* HELMOLDI cum quatuor codicibus MS. collatum, indice, notis, & Arnoldi Continuatione integra ad annum vsque 1209. au-

ctum *Lubecae* 1659. in 4. prodire iuſſit. *Quarta* adcuratiſſima, omniumque merito habetur optima, quam cum eruditis communicauit Godofredus Guilielm. Leibnitius, qui *chronicon* illud cum Arnoldi Lubecenſis continuatione Tom. II. *Scriptorum Rerum Brunſuicenſium* p. 537-751. inſeruit, primusque continuationem Anonymi Bremenſis titulo *Chronici veteris Holſatiae*, e MS. codice Bibliothecae Luneburgenſis produxit, & Tom. I. Acceſſionum hiſtoricarum *Hanouer*. 1698. in 4. euulgauit. Id ſilentio praeterire non poſſumus, quod Bangertus quandam in ſua editione admiſerit confuſionem. HELMOLDVS enim duos libros, Arnoldus vero ſex libros conſcripſit. In editione vero Bangerti, HELMOLDI tres, Arnoldi ſeptem inueniuntur libri; primum enim Arnoldi, tertium facit HELMOLDI, & poſtea ſecundum HELMOLDI, primum conſtituit Arnoldi. Quodſi igitur omnes computaueris libros, numero decem in illa inuenientur. Et hanc rationem in collocandis libris, a Bangerto admiſſam, Leibnitius etiam retinuit, vt ſcilicet vtriusque editionis adlegata congruerent. Vid. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. I. p. 157 ſqq. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Lat.* L. IIX. p. 593 ſqq. Io. Henrici a Seelen *Athenae Lubecenſes* Tom. III. p. 539 ſqq. Tom. IIII. p. 433 ſqq.

Clariſſimi viri Iuriumque doctoris FELICIS HEMMERLIN, *Cantoris quondam Thuricenſis* varie oblectationis opuſcula & tractatus. *Editio antiqua ſine loci & anni facta mentione* in fol. min. folior. 181.

Inter rariſſimos primi ordinis libros haec HEMMERLINI *opuſcula* referimus, quorum, Bibliotheca Portenſis publica, duo exemplaria adſeruat. Niceron. Tom.

Tom. XXIIX. p. 345. vocat hanc collectionem, *Un Recueil fort rare*, & in *catalogo Bibliothecae I. P. de Ludewig* P. II. p. 1489. haec leguntur: *Auctor vixit circa annum* 1444. *Lepidus ſed ſincerus ſcriptor. Aeui ſui Cenſor acerrimus in omni vitae genere, ciuilis, militaris, ſacrae, profanae, nobilis, plebeiae. Vnde Icto licet proficere plurimum, in eius aeui ſtatu publico, ac priuato, in Germania maxime & Heluetiis, vbi noſtri patria. Liber inuentu rariſſimus, mihi viſus ſemel, eo tempore, quo eundem redemi.* Fuit vero FELIX HEMMERLIN, qui, pro ſeculi illius genio, *Malleolus* etiam dictus eſt, patria Tigurinus, Decretorum Doctor Bononienſis, Praepoſitus Solodurienſis, & ab anno 1428. Cantor Thuricenſis, ſeu Tigurinae Eccleſiae. Obiit anno 1456. Vitam illius, lingua vernacula conſcriptam, memorat Io. Henricus Hottingerus in *Bibl. Tigurina* p. 146. Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. VI. p. 465. Niceron l. cit. p. 335 ſqq. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 195. Quod ad noſtram collectionem adtinet, illam Fabricius l. cit. & Niceron l. cit. *Baſil.* 1497. typis exſcriptam dicunt, id quod ſine dubio, e Sebaſtiani Brant *Epiſodio elegiaco*, quod ex Baſilea, Idibus Auguſti 1497. datum dicitur, coniiciunt. Conf. Michael. Maittaire *Annal. Typogr.* T. I. p. 637. Fabricius l. cit. illam collectionem *Argentorati* 1532. in 4. recuſam dicit, cuius tamen nullam a Maittairio factam mentionem conſpicimus. In noſtrae editionis frontiſpicio, Malleoli imago, ligno inciſa, inuenitur. Altera manu ille malleolum, altera librum clauſum tenet, caput circumuolant ſeptem ſcabrones. Imagini leguntur ſequentes adſcripti verſiculi:

FELICIS *ſi te iuuat indulſiſſe libellis*
Malleoli: preſens dilige lector opus.
Illius ingenium variis ſcabronibus actum
Perſpicis: & ſtimulos ſuſtinuiſſe graues.

Caſibus aduerſis (aurum velut igne) probatus:
Hoſtibus vsque ſuis malleus acer erat.
Hinc ſibi conueniens ſortitus nomen: vt eſſet:
HEMMERLIN *dictus: nomine: reque: ſtatu.*
At felix tandem: vicioque illeſus ab omni
Carceris e tenebris ſydera clara ſubit.

Titulum ſequitur, Sebaſtiani Brant, *in libellos* FELICIS HEMMERLIN *Cantoris Thuricenſis elegiacum Epiſodion, ad reuerendiſſimum, in Chriſto patrem, Illuſtriſſimumque dominum Hermannum Colonie Agrippine Archiantiſtitem. Sacri Romani imperii principem electorem: atque per Gallias Archicancellarium, Lantgrauium Haſſie, weſtfalie & Angariae ducem Eccleſieque Paderbornen. Coadiutorem magnidecentiſſimum.* &c. In carmine vero ipſo, Sebaſtianus Brant pro ratione iſtorum temporum, auctoris ſui laudes decantat.

— — *certe hec* (ſcil. HEMMERLINI ſcripta) *ſunt principe docto:*
Atque Agrippino preſuli (forte ſcripſerat *preſule*) *digna legi.*
Auctor enim illorum Germanis natus in oris
Germanis merito preſul eumque leget.
Inueniet quia nam: ludosque ſalesq. modeſtos
Mordacesque iocos; vafraque dicta viri.
Dicacem offendet lector cynicumque magiſtrum:
Quique hoſtes lacerat mordicus vsque ſuos.
Vnde & iure ſuo poterit dici ille Cicada
Que ſemel vt tacta eſt: murmura longa canit.
Temporis ille ſui carpit: variosque reprendit
Indecoros actus: ſcandala multa notans.
Ipſe ſtilus ſcripti: quamuis leuis atque humilis ſit:
Nec ſatis incudi traditus eloquii:
Plautino quamuis redolet minus ille nidore:
Eſt tamen & ſalibus plenior atque iocis. &c.

Opuſcula ipſa, hoc ordine poſita ſunt 1) *Contra validos mendicantes* Dialogus inter FELICEM & Beghardum. 2) *Recapitulatio eiusdem.* 3) *Contra Anachoritas,*

ritas, *Beghardos*, *Beginasque ſilueſtres.* 4) *Lollbardorum deſcriptio.* 5) *Gloſſa Bullarum per Beghardos impetratarum.* 6) *De negocio monachorum* dialogus inter Abbatem & FELICEM. 7) *De plebanis & religioſis mendicantibus*, *in praedicationis & confeſſionis officio*, *ſe inuicem impedientibus* dialogus inter plebanum & religioſum. 8) *De religioſis proprietariis praecepta domini praedicantibus* dialogus inter religioſum & clericum. 9) *Tenor epiſtolae de caelis miſſae*, *per patronos eccleſiae Thuricenſis contra negligentes diuinum cultum.* 10) *Tractatus de nouorum officiorum diuinorum inſtitutione*, 11) *De oblatis & ſolutis pecuniis pro prebenda ſeu beneficio in eccleſiis vel monaſteriis percipiendo.* 12) *Dyalogus D.* FELICIS HEMMERLIN *de anno iubileo.* 13) *Recaptulatio de anno iubileo.* 14) *De benedict. aure cum ſacr. faciendis*, 15) *Tractat. de Exorcismis.* 16) *Alius tractat. exorcismorum ſeu adiurat.* 17) *De credulitate Daemonibus adhibenda.* 18) *De arbore torculari ducendo in die feſto.* 19) *Tractatus de matrimonio.* 20) *De furto reliquiarum & aliis rebus nuper in monaſterio beatae virginis loci heremitarum per tres perſonas miraculoſe commiſſo*, *& deducto*, *& finaliter reperto*, *& recuperato.* 21) *Epiſtola contra quendam ſuperbum clericum.* 22) *Forma appellationis contra cardinalem qui in Germania vellet intrare eccleſiam cathedralem.* 23) *De libertate eccleſiaſtica* dialogus inter vicarium & FELICEM. 24) *Tractatus de boni & mali occaſione.* 25) *de emptione & venditione vnius pro viginti.* 26) *De contractibus qui obſtagia dicuntur & vulgariter Giſel nuncupantur.* 27) *Doctoratus in ſtultitia.* 28) *Tenor litterae doctoratus in ſtultitia.* 29) *Contra iniquos iudices.* 30) *Dyalogus inter Anxiatum & ſapientiam de conſolatione inique ſuppreſſorum.* Haec ſunt, quae in rariſſima hac collectione inueniuntur. Duo Tractat. *de Exorcismis*, & *de credulitate daemonibus adhibenda*, inueniuntur etiam *Mallei maleficarum* Tomo II. inſerta. Dialogum vero *contra validos mendicantes* Melchior Goldaſtus inſeruit P. XVIIII.

 p. 768.

p. 768. derer *Reichsbaendel*, germanice verſum titulo: *Ein rechts gegründeter Dialogus, wieder die Bettelmönche im Heil. Roem. Reiche.*

FELICIS MALLEOLI vulgo HEMMERLINI, de nobilitate & ruſticitate dialogus, hiſtoriis, ſententiis, & facetiis refertiſſimus. Accedunt eiusdem de Suitenſium ortu, confoederatione, moribus &c Proceſſus iudiciarius coram Deo habitus, inter Nobiles & ciues Thuricenſes, & Suitenſes. Epiſtola Karoli M. ad Fridericum Regem Romanorum, vt de Suitenſibus vindictam ſumat. in fol. *ſine l. & ann. indicio.*

Rarior ſuperiore libro hic eſt; Ita enim Io. Alb. Fabricius L. IIX. *Biblioth. med. & infim. Lat.* p. 601. *hic liber ante annum Milleſimum quingenteſimum excuſus rariſſime proſtat. In Heluetia profecto ac vicinis Heluetiae vrbibus, vtut adſidue requiſitus fuerit, reperiri non potuit. Poſt longas demum ambages in media Germania inuentum ab illius poſſeſſore doctiſſimo & plurimum reuerendo Dno. Io. Erneſt. Vockerodio Mulhuſae Thuringorum, rerum diuinarum interprete, clariſſimi amici opera impetrauimus. Tractatus integer de nobilitate volumen efficit*, XCII. *conſtans chartis, forma, quam in folio dicunt, typis barbariem temporis redolentibus. Nec editoris, nec Typographi nomen adſcriptum eſt, ex quibusdam tamen indiciis coniicio Argentorati curante Sebaſtiano Brandio typis ſubiectum eſſe.* Extitit etiam exemplar libri in Bibliotheca I. P. de Ludewig. Vid. *Catalog. Biblioth. Ludewig.* P. II. p. 1489. ſed per errorem loco *Suitenſium* ſeu *Switenſium Seruitenſes* ſemper in titulo libri adlato, comparent. *Excerpta* ex eo libro, quae res ſpectant Helveticas, dedit Ioannes Conradus Fueslin, in *ſcriptoribus rerum Heluericarum* ab eo editis.

M. HON-

M. HENRICI *Aquilonipolenſis poetae* Sophologia de originibus arcium & quattuor facultatibus Achademiae Albiberospolitanae. in 4. ſine loci & anni indicio. folior. 12.

Libellus admodum rarus, in quo artium & ſcientiarum origines, & inuentores carmine elegiaco celebrantur. Ea, quae de chalcographia, & primo typographo cecinit, adſcribere non pigebit:

Non eſt laude ſua ue ſuo fraudandus honore
Calcographie artem primiter inueniens.
Nimirum alter erat, populoſi luminis Argus
Hac callens arte, non Polyphemus iners
Artis germanus Petrus *autor calcographie*
Cuius erat Pallas mater, Apollo pater
Ars Moguntina *exerceri coepit in vrbe*
Primum atramenti hec fixa nouo in genere
De dicta vrbe artem hanc proles Neptunia Romam
Trux homo Conradus *duxit: in arte valens*
Illuſtrando dein hanc Ienſon *gallicus artem*
Adprime doctus, vir Nicolaus *agens*
Etſi Trebelius *his iunior omnibus ante*
Dictis: Palladia non tamen arte minor
Quippe vel inueniens, vel diſcens ſcibile ſciuit
Eſt graue vt inuenias: eſt leue vt addideris.
Pauperis ingenii eſt, vti non inueniendis
Sed ſolum inuentis vt Seuerinus ait
Poſt annos mille ſecluſa occaſio nulli
(Teſte quidem Seneca) eſt inueniendi aliquid
Inuenere artes antiqui: arteſque moderni
Auxere: hac dempta: qua nituere noui
Eſto gigantes ſint antiqui, ſintque moderni
Pigmei portati inque gigantum humeris
Nonne giganteis geſtati humeris pigmei
Latius inde vident quam videt ergo gigas
Aetatum nulli eſt, adhibenda iniuria honeſtis
Dotibus eſt aetas, vtraque digna coli

Digitized by Google

Si Plato viueret; & ſi viueret hic Salomon rex
Haec noua diceret ars eſſet: & ecce recens.
Commoda mundo omni mundum diffuſa per omnem
Artis Palladiae Calcographia decus
Vltima in aetate mundi edita praetereuntis
Vni trinoque laus domino ſit: amen.

Liber ſine dubio *Erfurti per Wolfgangum Schenk* impreſſus eſt; alius enim eiusdem HENRICI Aquilonipolenſis liber, qui inſcribitur *Cithara Sophialis*, nobis ad manus eſt, cuius in fine haec leguntur.

Hamiferi ludus HINRICI *Aquilonipolenſis*
Per Schenck Wulfgangum calcographatus hic eſt
Milleno noſtre quingentenoque ſalutis
Anno erffordenſi in vrbe achedemiaca.

Litterarum vero character, quibus vterque liber exſcriptus eſt, vnum eundemque impreſſionis locum deſignat. In *Centuria Scriptorum, qui Lipſiae, Vitembergae, & Francofurti ad Oderam vſque ad annum* 1515. *floruerunt*, a I. I. Madero editorum §. 88. & ex illa, in Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. IIX. huius *Sophologiae* mentio quidem facta eſt, ſed per errorem ſoluta illa oratione conſcripta dicitur. Quod ad HENRICVM ipſum adtinet, ille *Nordheimii* natus, non vltimae caueae poeta, vt tunc erant tempora, extitit. A patria igitur ſua, modo *Aquilonipolenſis*, modo *Nordheimenſis* cognomen adſumſit, quo Fabricius adductus fuit, vt ex vno HENRICO duos, & diuerſos faceret. Vid. l. iam cit. & L. IIX. p. 670. Ioſias Simlerus in *Bibl.* p. 279. illum per typothetarum errorem HENRICVM *Morthëym.* adpellat; in indice vero *Biblioth.* adiecto *Northeym.* vocatur. In *Centuria Scriptorum*, a Madero editorum §. cit. in Academia Vitebergenſi, ille adhuc anno 1514. vixiſſe dicitur, quod Viteberga autem illius patria fuerit, vt idem liber prodit, nemo ſibi facile perſuaderi patietur. Conf. Trithemius *de Scriptor. Eccleſ.* c. 947. qui ſcribit: *Eſt ingenio ſubtilis & diſertus eloquio, metro excellens & proſa.*

An-

Digitized by Google

Anton. Poſſeuinus in *apparat. S.* Tom. II. p. 19. illum quoque minus recte, vt iam notauimus, *Mortheymenſem* adpellat & cum Simlero l. cit. *Diometromachiam de virtutum & vitiorum conflictu*, quam Fabricius l. cit. p. 670. librum vnicum eſſe ſcripſit, veluti diuerſos, adducit, aliumque *Diometromachiam* & alium eſſe librum *de virtutum & vitiorum conflictu*, ſtatuit.

IO. HERBVRTI *de Fulſtyn* Statuta regni Poloniae, in ordinem alphabeti digeſta. *Samoſcii excud. Martinus Lenſcius* 1597. in fol.

Rarior haec libri rari Polonici editio eſt, cuius pleniorem expectamus notitiam a Io. Daniel. Ianozkio. Antiquior noſtra, editio prodiit *Cracou.* 1567. in fol. Repetitae extant editiones *Dantiſci* 1620. in fol. & *Francof. ex officina Godofr. Tampachii* 1620. in fol. Auctor fuit Conſiliarius regni Polonici, & Capitaneus Przemilanienſis, a quo etiam *Chronicon ſive hiſtoriae Polonicae compendioſam deſcriptionem, Baſil.* 1571. *ex officina Oporiniana* in 4. accepimus. In illo opere Cromeri *chronicon Poloniae* in Compendium redegit. Saepius poſtea illud *compendium* recuſum fuit. Nouiſſima, quae nobis innotuit editio, eſt *Dantiſc.* 1647. in 4. In gallicum ſermonem illud tranſtulit Franciſcus Balduinus, (*Baudoin*) & titulo edidit *Hiſtoire des Roys & Princes de Poloigne, contenant l'origine, progrès, & accroiſſement de ce Royaume depuis le premier fondateur d'icelui, jusques à Sigiſmond Roi dernier decedé. Avec les illuſtres faits des dits Roys & Princes. Diviſée en vingt livres, & traduite du latin de noble & magnifique Seigneur* IEAN HERBVRT *de Fulſtin, Caſtellan de Sanoc, Capitain de Premisla, Conſeiller du dit Royaume de Poloigne. A Paris chez P. Lhuillier* 1573. in 4. Vid. Niceron Tom. XXIX. p. 271.

p. 271. Aliam poſtea verſionem dedit, addita continuatione, ad Henricum vſque Valeſium Blaſius de Vigenere tit. *Les Chroniques & les Annales de Poloigne jusqu' à Henry de Valois, à Paris* 1573. *chez Iean Richer* in 4. Secundam libri partem conſtituit *la Deſcription du Royaume de Poloigne & Païs adiacens, avec les ſtatuts, conſtitutions, moeurs, & façons de faire d'iceux.* Vid. Niceron. Tom. XVI. p. 30.

M. DAVID. HERLIZII *Medici, Profeſſoris mathematum in Academia Gryphiswaldenſi,* Scripta Aſtrologica.

Omnia fere huius viri rariora eſſe, experientia edocti nouimus. Sunt nobis ad manus *Aſtronomiſch Schreiben an Ihro Churfürſtl. Gnaden zu Brandenburg von des jetzigen Turkiſchen Reichs Vntergang vnd endlicher Zerſtoerung, auch von Veraenderungen etlicher verlauffener Zeiten, und wie lange die Welt noch zu ſtehen habe, neben etlicher Zeichen und Comet-Stern am Himmel. Alles auſz etlichen Coniecturn und Vermuthungen auſz der Heil. Schrift, Sternkunſt und Hiſtorien genommen. Gedr. zu Lich durch Nicol. Erben.* 1596. in 4. folior. 50. De hoc opuſculo Iacobus Thomaſius in Oratione quadam Lips. d. XV. Octobr. 1665. habita, ita ſcribit: *Plenus talium* (ſcilicet falſarum praedictionum) *in primis eſt* DAVID. HERLICII, *in aliis forte praedictionibus, quam in hac, felicioris Aſtrologi, libellus, quem ſub finem aeui ſuperioris, miſere Pannoniam vexante Turca, vulgauit. Ibi Danielem, Apocalypſin, dictum Eliae, praeſagia Ioannis Hilteni, Antonii Torquati Ferrarienſis, Turcarum ipſorum, curſus ſiderum, coniunctiones planetarum, quaſi in exercitum vnum conſcribi video, quo in animis hominum vltimo praelio cum Turca decidatur.* Das ander Buch *vom Turken, in drey Theil abgetheilet. Darinnen von des Turken, ſowol von der Chriſten macht, gewalt vnd Kriegsübung gehan-*

handelt wird, Neben Erinnerung wie man ſich dieſem Creutzfeinde widerſetzen ſoll, mit was vor Volck vnd Befelichshabern. Auch wie ein redlicher Kriegsmann ſol gartet ſeyn: Vnd noch etliche Coniecturn vnd Vermutungen von des Turckiſchen Reichs Vntergange, ſo im erſten Buche nicht erkleret worden: Neben einer Apologia und Schutzrede des erſten Buchs, mit angehengter Erklerung, ob die Leute dadurch ſicher gemacht wurden, vnd ob es wieder die heil. Schrifft und Herrn Doctoris Lutheri Meynung ſey. Alles mit vielen und faſt unzelichen herlichen Hiſtorien vnd nutzlichen Exempeln gezieret vnd zuſammengetragen. Pſal. 55. *O hette ich Flügel wie Tauben &c. Gedruckt zu Alten-Stettin durch Ioachim Rheten* in 4. fol. 81. *Sechſter Teil und Supplementum der vorhergehenden Fünff Aſtronomiſchen Schreiben an Herzog Iohan. Friedrich zu Stettin* &c. *Darin von Ampt vnd Kriegsführung wieder den Turcken, Sampt allen andern nothwendigen Sachen wieder gemelten Erbfeind zu gebrauchen, gehandelt wird, vnd in* 32. *Capitel abgetheilet ganz nützliche und noetige Erklerung, mit vielen herrlichen Hiſtorien vnd Exempeln gezieret vnd zuſammen getragen. Liſz mich erſt naus, Vrtheil darnach, Viel gutes finſtu, thu was ich ſag. Gedr. zu Alten Stettin durch Ioachim Rheten* 15 8. in 4. folior. 91. Natus fuit DAVID HERLICIVS Cizae anno a Chr. nat. 1557. Diem obiit ſupremum anno 1636. aetatis anno LXXVIIII. Vid. Laurent Eichſtadii *Epiſtola ad David. Rhaetium Typogr aph. Stetinenſem* apud Wittenium in *Memoriis Medicor.* Decad. I. p. 76 ſqq. Paull. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1366 ſqq. P. Baile *Dictionaire* Tom. II p. 1456 ſqq.

HERMANNI *de Petra Santdorpii* Sermones quinquaginta in orationem dominicam. *Aldenardae* 1480. in fol. *it. ſub titulo:* Compendioſa

ſer-

ſermonum quinquaginta ſuper dominicam orationem compilatio HERMANNI *de Petra de Scutdorpe oriundi. Louan. per Ioannem de Weſtfalia ſupra* MCCCC. *anno* LXXXXIIII. in fol.

Raras eſſe editiones ſcribit Lenglet du Fresnoy dans ſes *Tablettes chronologiques* P. II. p. 373. Floruit vero HERMANNVS iſte Carthuſianus, Rector Domus S. Annae Sanctimonialium ſui ordinis, prope Brugas in Belgio, Seculo a Chr. nat. XV. & diem obiiſſe dicitur anno 1428. Vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* T. II. p. 26. Valerius Andreas in *Biblioth. Belgic.* p. 383. Sixtus Senenſis in *Biblioth. Sancta* L. IIII. p. 258. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. IIX. p. 716. Conf. Maittaire *Annal. Typogr.* T. I. p. 414. & p. 453.

Les HEROS de la Ligue, ou la Proceſſion Monacale conduite par Louis XIIII. pour la converſion des Proteſtans de ſon Royaume. *à Paris chez Pere Peters á l' Enſeigne de Louis le Grand* 1691. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 339. Epigrammata, quae ſingulis iconibus adiecta conſpiciuntur, adtulit Theophil. Sincerus l. a Cl. Vogtio citato. Sunt illa apud nos, e lingua gallica, in ſermonem vernaculum translata a I. G. G. H. S. P. M. manuſcripta. Speciminis loco, tertium, & decimum quintum, hic adiiciemus.

Der Erz-Biſchoff von Paris.

Der groſe Ludewig, hat mit mir einen Sinn.
Er liebt das Frauenvolk, ich weis es nicht zu haſſen.
Ob ich darum wie er im üblen Rufe bin,
Wird man uns dennoch wohl zu Heilgen machen laſſen.

Beau-

Beaumier Koeniglicher Advocat zu Rochelle.

Man neide mich doch nicht, daſs man mich hier erblickt.

Denn hätte mir der Tod nur nicht den Reſt gegeben.

So hätt ich in ſein Reich noch manchen abgeſchickt,

Vnd ſollte mir gewiſs kein Hugenotte leben.

ANTON. de HERRERA Hiſtoria general de los hechos de los Caſtellanos en las Islas y Tierra ferme del mar Oceano. En quatro decadas desde el anno de 1492. haſta el de 1531. *En Madrid en la emprenta Real por Iuan Flamengo* 1601. in fol. Decad. I. pp. 371. Decad. II. pp. 368. Decad. III. pp. 377. Decad. IIII. pp. 293. Decad. V. desde el anno 1532. haſta el 1535. *en Madrid por Iuan de la Cueſta* 1615. in fol. pp. 317. Decad. VI. desde el anno 1536. haſta el anno 1541. *ibid.* pp. 302. Decad. VII. desde el anno 1541. haſta el ann. 1546. *ibid.* pp. 315. Decad. IIX. desde & anno 1546. haſta el 1554. *ibid.* pp. 341.

Deſcription de las Indias Occidentales de ANTONIO de HERRERA. *En Madrit en la Emprenta Real por Iuan Flamengo*, 1601. in fol. pp. 96. cum mappis geographicis.

Communi, opus illud egregium, exceptum fuit adplauſu, omnia enim, quae auctor contulit, ex Archiuis, & documentis originalibus, deſumta ſunt. Recuſum fuit illud opus *Antuerp.* 1728. in fol. quae vero editio, non adeo magni aeſtimatur, a rerum peritis. Omnium autem optima eſt illa, quae curante Andrea Gonzalez de Barcia, cum Continuationibus *Madrit* 1729. 1730. V. Tom.

Tom. in fol. prodiit. Anglicam verſionem nobis dedit Iohn Stevens, *Londin.* 1725. 1726. Tom. VI. in 8. vid. *Noua litteraria Lipſienſ.* 1729. p. 506. 1730. p. 817. Gallicam verſionem inuenimus hoc titulo: *Hiſtoire generale des voyages & Conquêtes des Caſtillans dans les Isles & Terre ferme, des Indes occidentales, traduite de l' Eſpagnol d'* ANTON HERRERA *par Mr. de la Coſte. A Paris chez Clouſier* 1671. in 4. Caſpar Barlaeus *Indiae occidentalis deſcriptionem* latine vertit, & *cum aliorum deſcriptionibus & Hiſtoria nauigationis Iacobi de Maire Amſtelod.* 1622. in fol. edidit. Errat igitur *Bibliotheca hiſtorica Struuio-Buderiana,* quae p. 274. integrum ANTONII de HERRERA opus, a Barlaeo latine verſum ſcribit:

DANIEL HERVE' *Galli, Namnetenſis Congregat. Orator. Presbyter.* Apocalypſis B. Ioannis Apoſtoli explicatio hiſtorica. *Lugduni apud Gallos* 1684. in 4.

In quarta forma, illam explicationem prodiiſſe, teſtatur Iacobus le Long Tom. II. *Biblioth. Sacr.* p. 773.

IOANNIS GEORGII HERWART *ab Hohenberg* Ludouicus IIII. Imperator defenſus, Bzouius iniuriarum poſtulatus, quod eundem diuae memoriae Imperatorem Sereniſſimorum Bauariae Ducum progenitorem, contra ius, fas, aequum, verum, in mendoſiſſimis annalibus ſuis inſectatus, grauiſſimis calumniis onerarit. *Monachii apud Nicol. Henricum* 1618. in 4. pp. 535. excepta praefatione.

Pro

Pro Ludouico IIII. Imperatore cōntra Bzouium Pars altera. *ibid.* 1719. a pagina 536. - 1008.

Mantiſſa ſiue contra Bzouium Pars III. in qua per omnes Europae prouincias Specimen exhibetur Bzouianae in hiſtoria eruditionis. *ibid.* 1619. in 4. pp. 166.

Abraham Bzouius, Polonus SS. Theologiae Doctor, Praedicat. ordini adſcriptus, in *annalium*, quam conſcripſerat, *Baronii Continuat.* in exponendis rebus, ab an. 1314. ad annum vsque 1347. a Ludouico Bavaro, geſtis, ea commemorauerat, quae cum veritate minus congruere videbantur. Admodum aegre id tulit Maximilianus Bauariae Dux, & IOANNI GEORGIO HERWARTO ab Hohenberg, Cancellario ſuo, praeceperat, vt contra Bzouium expediret calamum, & Ludouicum Bauarum ab iniuria defenderet. Et inde natum eſt opus illud, cuius adduximus titulum. Satis adcurata eius recenſio extat in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centuria IIX, p. 333. Hac HERWARTI defenſione Bzouius permotus fuit, vt in noua Tomi II. *Continuationis Annal. Baron.* editione, ea omnia, quae aulam Bauaricam offenderant, retractaret, veramque eorum loco, de Ludouici IIII laudabili regimine, hiſtoriam exponeret. Iſta poſtea retractatio, ſcorſum excuſa, prodiit titulo: *Abrahami Bzouii O. P. retractatio de electione Ludouici IIII. Imperatoris, Ingolſtadii* 1628. in 12. In lucem quoque emiſit Erardus Niggelius, Coenobita Schyrenſis, librum hoc titulo: *Bona opera Ludouici IIII. Rom Imperatoris, e monumentis Schyrenſibus, eruta,* cui Abrahami Bzouii palinodiam praefixit. Anecdoto hic lectores noſtros, ſatis quidem curioſo, nulla prorſus ratione defraudare volumus. HERWARTI defenſionem, ex illo exemplari, quod bibliotheca Portenſis adſeruat, cuius titulo haec verba,

Digitized by Google

ba, charactere litterarum ſatis antiquo, adſcripta ſunt:

Iohannes Brutſcherus Soc. Ieſu. Autor huius Operis. Sic retulit conuentualis ad S. Vlrici.

Quibus verbis, pro ſuo quisque arbitrio, vel addere, vel demere fidem poterit. Cum autem hic HERWARTI liber *ſuperiorum decreto*, vt Erythraeus loco a Cl. Vogtio p. 340. cit. ſcribit, *vetitus, ſtatimque depulſus eſſet, ab hominum manibus*, alia editio in lucem emiſſa fuit, quae hunc titulum in fronte gerit: *Annalium Eccleſiaſticorum poſt illuſtriſſimum & reuerendiſſimum Dominum D. Caeſarem Baronium ſanctae Romanae Eccleſiae Cardinalem Bibliothecarium tomi XIIII. a R P. Abrahamo Bzouio Polonio S. Theologiae Doctore, Ordinis Praedicatorum, conſcripti appendix. Editio ſecunda recognita ab Auctore. Monachii typis Nicolai Henrici anno* 1621. in fol. pp. 184. Recenſionem eius exhibent die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* T. II. p. 237 ſqq. Conf. Simon. Starauolscii *Centur. Scriptor. polon.* p. 131. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1460. Io. Franc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologic.* T. II. p. 893. Niceron *Memoires* Tom. XXVII. p. 334 ſqq.

HEXAEMERON ruſtique, ou les ſix journées paſſées à la Campagne, entre des perſonnes ſtudieuſes. *A Paris* 1670. in 12. *Amſterd.* 1698. in 12.

Praeter editiones a Cl. Vogtio p. 343. adductas, illae etiam prodierunt, quas adtulimus. Perſonarum, quae in hoc opuſculo colloquuntur, vera nomina inuenies in Niceron *Memoires* Tom. XVIIII. p. 133. Conf. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2780 ſqq. *Menagiana* Tom. I. p. 327.

IOAN-

IOANNIS HEYDON Scripta omnia.

Fuit IOANNES HEYDON, Anglus, fanaticus, & Enthuſiaſta, qui medio praeteriti ſeculi, tempore vixit. Scripſit plura opuſcula, quae non niſi rariſſime hodie reperiuntur e. g. *The Roſie Crucian infallible axiomata, or general Rules to know allthings paſt, preſent and to come, Londini* 1661. in 8. in quo doctrinam de Numeris, eorumque myſteriis, ad magiam & ſpirituum euocationem, adcommodat. Scripſit etiam librum cum titulo *The glory of the Roſy-Croſs or concerning the firſt matter of metals* &c. *London.* 1664. in 8. Daniel Georg. Morhoſius in *Polyhiſt. philoſ.* L. I. Cap. II. § 4. p. m. 15. plura illius extare ſcribit *de Harmonia mundi*, quibus multa magnifica promittantur.

MARTINI HILACOMILI Inſtructio manuductionem preſtans in cartam itinerariam: Cum luculentiori ipſius Europae Enarratione a Ringmanno Phileſio conſcripta. in 4. folior. 21.

Quis ille MARTINVS HILACOMILVS ſeu HYLOCOMILVS fuerit, omni adhibita opera exputare non potuimus. Librum, rariſſime obuium, vidimus in ſplendidiſſima Academiae Ienenſis Bibliotheca, e qua illum protulit in lucem, Cl. Io. Chriſtophor. Mylius in *Memorabilibus Bibliothecae academicae Ienenſis* p. 239. MARTINI HILACOMILI *epiſtola* dedicatoria ad Anthonium Lotharingiae ac Barri Ducem, ex *oppido diui Deodati* 1511. Kal. Martii ſcripta eſt. Excipit illam *Inſtructio Europae*, quae quatuor paginas implet. Ioannes Ringmannus Phileſius Vogeſina ſuam *Europae deſcriptionem* MARTINO HYLACOMILO dedicauit, & *epiſtolam* ſuam his inchoauit verbis: *Cum Coſmographiae notitia, non parum conducibilis eſſe inueniatur: plurimum deuincis tibi* MARTINE *ſtudioſorum pectora, qui cum pridem*

Digitized by Google

generalem totius orbis typum dedaliſſime publicaueris: & non paruo iam tempore, in deſcribendis tabulis Ptolemei, magnam locaueris operam: putans id ſatis non eſſe: nunc ſolam Europam latiſſime extenſam hominum oculis conſpiciendam miro ingenio parare voluiſti. Ita vt partiales prouintiae: Montes: flumina: ciuitates Hiſpaniae. Galliae. Britanniae. Germaniae. Italiae. Poloniae. Hungariae. Bohemiae. caeterarumque Europae regionum paucis duntaxat exceptis, quae hac in area tetragona comprehendi non poterant, ſub certa dimenſione: & miliarium ab inuicem diſtantia clariſſime intueri liceat: adiectis omniquaque ad latera Caeſaris. regum. principum. ducum. caeterorumque potentatuum armis (quae propriis ac veris coloribus diſtincta conſpiciuntur) non ſine labore conquiſitis: quae omnia ſunt allatura vtilitatem pariter ac voluptatem non modicam ſpectatoribus, taliumrerum ſtudioſis. &c. In nouem Capita ſuum Ringmannus diſtinxit opuſculum. I. tractatur *de terra ipſiusque partitione, & quaedam de Europa.* II. *de Hiſpaniis.* III. *de Galliis.* IIII. *de Brittania.* V. *de Germania.* VI. *de Italia.* VII. *de Sarmatia & Graecia.* IIX. *de inſulis.* VIIII. *de Dominis eorumque inſignibus ac armis.* Cap. II. de Luſitania haec legimus: *Sequitur Luſitania: quam modo Portugalliam vocamus: vbi oppidum Oliſipone ab Vlysſe conditum: cuius & Solinus & Strabo meminerunt. Vnde & hoc tempore (quod nullis auditum ſeculis) claſſes glorioſi principis Emanuelis Luſitaniae ſceptra moderantis; non ſine magna omnium admiratione oram ſoluentes, extenſis in aeolios ſpiritus Chriſti vexillis, nunc ad Antipodas & terrae Hypogium penetrant: nunc permeant ad Auſtrum & Brumae ſolſtitium transſcendunt, nunc ad exortus citato curſu vltimos Aphricae Nomadas: Garamantes: Aethiopes: Arabes: Perſas: victricibus ſignis eleuatis poſt terga relinquunt: & tandem ad Macrobios perueniunt: Taprobanitas: & Cananoritas: milleque alia nobis ſine nominibus loca. Hinc mercibus onuſte redeuntes non ſine leticia ac ma-*

gna

Digitized by Google

gno applauſu optatis littoribus ſuſcipiuntur &c. Capite III. tria Delphinatus mirabilia enarrat 1) *fontem ardentem.* 2) *turrim, in qua nullum animal venenatum viuere poteſt.* 3) *Montem ad noſtra vsque tempora inacceſſum, quem tamen anno ſuperiori quidam nobilis Lotharingus: nomine* Iulianus *aſcendiſſe dicitur.* Vid. de hiſce Delphinatus mirabilibus, quae ſequioribus temporibus, aucta quinque aliis fuerunt Mr. Lancellot *Diſcours ſur les ſept Merveilles du Dauphiné*, quae Diſſertatio e Tomo VIIII. des *Memoires de litterature tirez des Regiſtres de l' Academie Royale des Inſcriptions & belles Lettres* p. 561-584. edit. *Amſtelod.* in 12. a nobis in vernaculum ſermonem verſa, & inſerta fuit Tom. III. des *Hamburgiſchen Magazins* p. 219-249. Eodem capite *Nanceida praeſtantiſſimi poetae Petri de Blarornio Parrhiſienſis, heroicum opus ſex libris diſtinctum, annotatiuneulis eius ſubinde vbi vel vocabuli raritas, vel ſenſus ſubobſcurior poſtulauerit, declaratum breui tempore prediturum eſſe*, ſcribit. In fine leguntur haec verba: *Argentorati ex officina Impreſſoria Ioannis Grüninger Iulio ſecundo Pontifice maximo, in Eccleſia praeſidente. Maximilianoq. Caeſare Rhomano Auguſto: inclyto: victorioſo. Et Ludouico. XII. potentiſſimo Gallorum rege Chriſtiani orbis habenas vnanimiter ac feliciſſime tractantibus. Anno ſalutis* 1511. *Menſe April.*

HIPPARCHIA Hiſtoire galante, traduite du grec, diviſée en trois parties, avec une préface tres-intereſſante, & ornée de figures en taille douce. *A Lampsaque l' an de ce monde* in 12. pp. 152. excepta praefatione pp. 16.

Liber obſcoenis figuris aeri inciſis ornatus, qui bonos mores, & honeſtatem mirifice offendit, de quo vid. *Noua litteraria Francofurtenſia* Ann. 1748.

 n. 62.

n. 62. die *Beytraege zu den Erlangiſchen Gelehrten Anmerkungen* ann. 1748. p. 539.

HISTORIE van B. Cornelis Adriaenſen van Dordrecht, Minnebroeder binnen de Stadt van Brugghe. *Delſt* 1576. in 8. *Amſterd.* 1641. in 8.

A Cl. Vogtio, cui iſtae editiones incognitae fuerunt, liber p. 345. vocatur *ſpurciſſimus*, & *vel centum obſcoenitatibus refertus.* Adiecti plerumque huic hiſtor. conſpiciuntur eiusd. Corn. Adriaenſen, ſeu Adriani *ſermones*, qui ſecundam libri conſtituunt partem, & quod nos quidem ſciamus, primum 1578. in 8. editi fuerunt. In germanicum quoque ſermonem *vita* illius tranſcripta, per Ioannem Fabrum, & edita *Magdeburgi* fuit, quo anno autem ignoramus. Sweertius quidem & Valerius Andreae Cornelii Adriani facit mentionem, illumque elogio quodam ornant, ſed hanc HISTORIAM *vitae*, & *ſermones* eius ſilentio plane praetereunt, quid? quod poſterior libros illos a Proteſtantibus confictos eſſe ſcribit. Fuit vero iſte Cornelius Adriani Minoritarum Lector, vulgo dictus Flagellator, ob egregiam inuentionem, quam Bonauentura Vulcanius *diſciplinam* nominat *gynopygicam*, propterea quod puellis & mulierculis nudis, ſalutarem, quam vocabat, virgarum diſciplinam, adhibere voluerat. Conf. Gisberti Voetii *Selectarum Diſputat. theologicarum* P. III. p. 953 ſqq. P. IIII. p. 262. vbi illum *furioſum* nominat *theologum*, & Chriſtophor. Hendreich *Pandectae Brandeburgicae* p. 42.

HISTORIA Apollonii Tyrii. *Venet.* 1563.

Carmine politico Graeco-barbaro haec HISTORIA contexta prodiit titulo: *Διήγησις ὡραιοτάτη, Ἀπολλωνίου τοῦ ἐν Τύρῳ ῥήματα. Venet. apud Nicolaum Glycem* 1696. in 8. Plura huc ſpectantia, ſuppedita-

ditabit Io. Alb. Fabricius L. V. *Biblioth. Gr.* c. VI. p. 821.

HISTOIRE du Wicleſianiſme, ou de la doctrine de Wiclef, Iean Hus, & Ierôme de Prague, avec celle des guerres de Boheme, qui en ont été les ſuites. *A Lyon* 1682. in 12.

Cum hic liber duobus Tomis prodiret, illum omnes fere Antonio Varillaſio tribuebant, qui id admodum aegre ferens, ſe auctorem negauit, & Tellerium Galliae Cancellarium permouit, vt edicto publico, eum ſupprimi iuberet, inde autem raritas orta eſt. Vid. Niceron *Memoir.* Tom. V. p. 71. de editione repetita vid. *die Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. V. p. 174 ſqq.

HISTOIRE de l' etat de l' homme dans le peché originel. 1731. in 12. 1740. in 12.

Hoc opuſculum, improbiſſime ſcriptum, hoc titulo primum ſe oculis obtulit: *Etat de l'homme dans le péché Originel, où l'on fait voir quelle eſt la ſource, quelles ſont les cauſes & les ſuites de ce péché dans le monde.* 1714. in 8. pp. 208. Editionibus, hanc primam inſequutis, quaedam acceſſiones adiectae fuerunt. Ephemerides, quae nomine *Erlangiſche Gelehrte Anmerkungen und Nachrichten* prodire ſolent, in dem XXII. St. anni 1746. p. 183. germanicae verſionis auctorem Bertramum quendam Serueſtanum, Gallici autem libri ſcriptorem Mr. Fontenay fuiſſe perhibent. Conf. *Nou-Antiqua* Ann. 1732. p. 632. Niceron *Memoires* Tom. XIIII. p. 344. S. R Friderici Wilhelm. Kraftii *theologiſche Bibliothek* Tom. I. p. 266. Prodierunt contra germanicam verſionem: *Philoſophiſche Unterſuchung, ob das weſentliche im Eheſtande das Weſen der Erbſünde ausmache? In einem Glückwünſchungsſchreiben*

Digitized by Google

an Hr. B. verneinet von M. Frankf. und Leipz. 1747. in 8. pp. 80. cuius Auctor & Gallum, & qui eum ſequutus eſt, Germanum, mirifice depexum dedit. Wilhelm Ernſt Starcke *Hiſtoriſche, Critiſche, und Theologiſche Betrachtungen vom Baume der Erkenntnis Gutes und Boeſes, der ſogenannten philoſophiſchen Vnterſuchung von dem Zuſtande des Menſchen in der Erbsünde entgegen geſtellet. Drey Theile, mit Kupfern Frankf.* 1747. in 8. pp. 841. Improbitatis etiam librum, quaſi in tranſitu coarguit. S. R. Chriſtian. Gottlieb Clugius in *Commentat theologica de baptismo Adami Vitemb.* 1747. in 4. §. VIIII. p. 27 ſqq. Legimus nuper Reflexions ſur *les Contes de Pogge Florentin*, quae *Amſtelod.* 1712. in 12. prodierunt, variaque in libello iſto deprehendimus loca, quae inſignem ſimilitudinem cum hominis Galli impiis produnt cogitationibus: e. g. p. 83. *les femmes*, ait Auctor des Reflexions, *ſont toujours pretes à gouter du fruit de l' arbre de vie, & le devorent ſans pouvoir, ſ' en raſſaſier. L' homme a ſes heures de relaches, mais la femme eſt inſatiable. Cet Arbre de vie eſt le Remede ſouverain de la Dame Lyſe.* p. 135. *On dit qu' Eve n' avoit péché que par trop de reconnoiſſance, & pour remercier Meſſire Lucifer de l' avoir ſervir à propos,* &c. Conf. Mr. l' Abbé d' Artigny *Nouveaux Memoires d' hiſtoire, de critique & de litterature* Tom. I. p. 120 ſqq. vbi eiusdem impietatis ſpecimina ex Abbatis Villarſii *Comte de Gabalis* adfert.

HISTORIA della guerra d' Olanda nell' anno 1672. In Parigi 1682. in 12.

Collectioni Tractatuum politicorum anglicae, a Cl. Vogtio p. 348. memoratae, hic praefixus eſt titulus: *A Collection of State Tracts, published on Occaſion of the late Revolution in* 1688. *to which is prefix'd the Hiſtory of de Dutch war in* 1672. *London* 1705. III. Tom. in fol.

HI-

HISTOIRE de la peinture ancienne, extraite de l'hiſtoire naturelle de Pline Livr. XXXV. avec le texte latin corrigé ſur les MSS. de Voſſius, & ſur la premiere edition de Veniſe, & éclairci par des Remarques nouvelles. *A Londres* 1725. in fol.

Hic libri, quem Cl. Vogtius p. 348. a raritate laudauit, titulus eſt integer.

HISTORIA pontifical y Catholica por diverſos autores. VII. Vol. in fol.

Vid. Cl. Vogtius p. 348. Huius rariſſimi & fere incogniti operis duas tantum partes priores quatuor voluminibus vidimus. En! earum titulum: HISTORIA *pontifical y catbolica, en la qual ſe contienen las vidas y Hechos notables de todos los ſommos Pontifices Romanos, con el diſcorſo de la predication apoſtolica, veleſtado de la yglesia chriſtiana militante dende que Chriſto nueſtro Sennor naſcio, haſtanueſtros tempos, con mas una breve recapitulacion desdas Coſas de Espanna, y la deſcendencia de los Reyes della. Dende Hularico primero haſta Don Philippo ſegundo nueſtro Sennor. Compueſta y ordenada por el Doctor Gonzalo de Illeſcas, Abbad de S. Jromes, y beneficiado de Duennas. Dirigida all'illuſtriſſ. y reverendiſſ. Sennor Don Fray Bernardo de Fresnida, Obispo de Cordoua, del Conſeio di ſu Maieſtad, y ſu Confeſſor* &c. *En Borgos por Martin de Victoria* 1578. in fol. recus. *ibidem* 1589. in fol. *Barcellon.* 1606. it. *Madrit.* in fol. Librum, & auctorem illius, ſingulari carmine celebrauit Ferdinand. Ruizius Villegates Burgenſis, quod reperitur in eius *Operibus* ab Emmanuel. Martino *Venetiis* 1734. in 4. mai. editis, p. 188. vbi inter alia haec legimus:

Digitized by Google

Parcite Romanae muſae mihi parcite Graiae
Prae muſis inopes eſtis Iberiacis.
Illeſca aeterna populis cum laude legeris
Et tua fine carens, fama perennis erit.
Hiſpanoque volans ſuper aſtra volumine vinces,
Vinces Auſonios Argolicosque libros.

HISTOIRE du Prince Apprius, extraite des faſtes du monde depuis ſa creation. Manuſcrit Perſan trouve dans la Bibliotheque de Schah-Huſſain Roi de Perſe dethroné, par Mahmouth en 1722. Traduction Françoiſe par Mons. Esprit gentilhomme provençal ſervant dans les Troupes de Perſe. *A la Haye, chez Jaques van dos Kieboom* 1729. in 8. pp. 92.

Vid. Cl. Vogtius p. 348. Nonnihil vero diſcriminis, inter vtrumque librum ſotadicum intercedere videtur. Aloyſia Sigaea omni pudore depoſito, obſcoenitatem, ſine inuolucro, & propriis exponit nominibus. HISTORIAE autem huius Auctor, allegoria vtitur perpetua, quam autem tum in praefatione, tum in adiecta claue remouet, adeoque libri turpitudinem ipſe prodit. Legimus dans *l'hiſtoire d'un Voyage litteraire* p. 85. verba ſequentia: *I'appris que l'* HISTOIRE *d'Apprius avoit pour Auteur Mr. de B** autrefois Secretaire de Mr. de V*** Colligit ex his verbis Auctor der *Beytraege zur Hiſtorie der Gelahrheit worinnen die Geſchichte der Gelehrten unſerer Zeiten beſchrieben werden*, Claudium Groſaeum de Boze libri eſſe auctorem.

HISTOIRE de la Princeſſe de Paphlagonie. *A Bourdeaux* 1646. in 12.

Inuenitur quoque dans les *Segraiſiana ou Melange d'hiſtoire & de litterature recueilli (par les ſoins d'un illu-*

illuſtre Conſeiller d'etat, c'eſt à dire Mr. Foucault Intendant de Caën) *des entretiens de Segrais*, *Les Eglogues & l'Amour gueri par le tems*, *Tragedie Ballet du même auteur*, *non imprimée*. *Enſemble la relation de l'Isle imaginaire &* L'HISTOIRE *de la Princeſſe de Paphlagonie imprimée en* 1646. *par l'Ordre de Mademoiſelle* (Anne Marie Louiſe de Bourbon). Prodierunt *Segraiſiana à Paris* 1722. in 12. quae editio ſtatim ſuppreſſa fuit. Recuſa fuerunt *à Amſterd. chez Changuion* 1723. in 12. Vtrique editioni praefatio Mr. de la Monnoye praefixa eſt.

HISTORIA reuelationum Chriſtoph. Kotteri, Chriſtinae Poniatouiae, & Nicolai Drabicii. Et quae circa eas varie acciderunt, vsque ad earundem anno 1657. publicationem, & poſt publicationem in conſpectu Dei, & eccleſiae poſita fideli teſtificatione eius, qui, (Deo ita disponente) omnium iſtorum autoptes, collector, conſeruator, editorque fuit. 1659. in 4.

Secunda haec libri rarioris eſt editio, in Belgio excuſa. Primam dedit Ioann. Amos Comenius, qui illam cum praefatione ampliſſima, in qua demonſtrare non dubitat, *donum futura praedicendi, nondum eccleſiae eſſe ademtum*, ſequenti titulo edidit: *Lux in tenebris, h. e. Prophetiae donum, quo Deus Eccleſiam euangelicam (in regno Bohemiae, & incorporatis prouinciis,) ſub tempore horrendae eius, pro euangelio perſecutionis, extremaeque diſſipationis ornare, ac paterne ſolari, dignatus eſt. Submiſſis de ſtatu Eccleſiae in terris, praeſenti & mox futuro, per Chriſtophor. Kotterum, Sileſium, Chriſtinam Poniatouiam, Bohemam, & Nicolaum Drabicium, Morauum, reuelationibus mere diuinis ab anno* 1616. *vsque ad annum* 1656. *continuatis. Quae nunc e vernaculo in latinum fideliter translatae, in Dei gloriam,*

afflictorum ſolatia, aliorumque ſalutarem informationem ipſius oraculi iuſſu, in lucem dantur. Anno incboandae libertatis 1657. in 4. Haec editio etiam natales ſuos Belgio debet. Id vero obſeruamus, quod haec prima editio, multo auctior ſit ſecunda, in qua praeter Comenii praefationem, multa quoque alia omiſſa ſunt. Impugnauit Io. Amos Comenivm Nicolaus Arnoldus Theologus Franequeranus in *Diſcurſu theologico, contra Comenii praetenſam lucem in tenebris* 1660. Nec non in alio libro *Tenebrae in luce*, qui & *Lipſiae* recuſus fuit. Hac re permotus fuit Comenius, vt librum ſuum tertia vice ederet, titulo paullo mutato: *Lux in tenebris, nouis radiis aucta, h. e. ſolenniſſimae diuinae reuelationes in vſum ſeculi noſtri factae; Quibus I. de populi chriſtiani extrema corruptione, lamentabiles querelae inſtituuntur. II. Impoenitentibus terribiles Dei plagae denunciantur; & III. quomodo tandem Deus, nouam vere catbolicam eccleſiam conſtituet; per immiſſas viſiones, & euangelica diuina alloquia facta* 1) *Chriſtopboro Kottero Sileſio*, 2) *Chriſtinae Poniatouiae Bobemae*, 3) *Nicolao Drabicio Morauo.* 1665. in 4. Omnivm haec optima, praecedentibus multo auctior, & figuris aeneis elegantiſſimis, ornata editio, in Belgio excuſa eſt. Reſpondet inter alia Comenius ad Nicolai Arnoldi objectiones. Conf. de tribus hiſce editionibus Chriſtiani Hechtii Paſtoris olim Primarii Eſſenae in Friſia orientali *Vmſtaendliche Nachricht von denen verſchiednen und raren Editionen der Propbezeiungen des Kotteri, der Poniatouiae, und des Drabicii* im V. B. des *Heſſiſcben Heb-Opfers* p. 75-85.

L'HISTOIRE plaiſante & Chronique du Petit Jean de Saintré, & de la jeune Dame des belles Couſines, ſans autres noms nommer, avec un Extrait des Chroniques de Flandre. in 4.

De

De variis huius libri rarioris editionibus vid. Cl. Vogtius p. 349 ſqq. Noua eius editio prodiit cum Adnotationibus de Mr. P. Gueudeville *à Paris* 1724. III. Tom. in 12. mai. *In Ducatianis* Tom. I. p. 34 ſqq. Nonnullae nouae Obſeruationes, ad huius chronici hiſtoriam ſpectantes inueniuntur. Inter alia haec legimus: *L'auteur de la préface de la nouvelle edition ſuppoſe, que cette jeune Dame ne peut avoir été qu'une des deux filles de Ieanne fille ainée du Roi Iean, mariée au Roi de Navarre Charles le mauvais: mais Brantome mieux informé qu' on ne ſauroit l' être aujourd'hui aſſure poſitivement, que cette même Dame étoit la propre ſoeur du Roi Iean, c'eſt à dire Marie, qui avoit eu pour epoux Iean Duc de Limbourg, fils de Iean III. Duc de Brabant. V. Brantome Dames galantes T. II. p. 219. & ſuiv. de la premiere edit. ou, ſoit dit en paſſant, il remarque auſſi, que ces amours du Petit - Saintré, & de la Dame des belles Couſines, ſont le même Conte que dans les Nouvelles du Monde avantureux, on trouve ſous le nom d' Amours du Seigneur Valor, avec une Dame veuve, qui quitte ſon premier amant, pour un jeune abbé, grand de Corps, & bien nourri,* &c.

HISTOIRE naturelle de l' Ame traduit de l' Anglois de Mr. Charp. par Feu M. H**. de l' Academie des Sciences &c. Participem leti quoque conuenit eſſe. *A la Haye chez Iean Neaulme Libraire* 1745. pp. 398. except. dedicatione, & capitum indice.

Huius libri, qui Curiae Pariſienſis iuſſu, per manum carnificis publice in cineres fuit redactus, exacta deprehenditur recenſio in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* Tom. II. p. 35 ſqq. in den *Zuverlaeſſigen Nachrichten von dem gegenwaertigen Zuſtande, Veraenderung und Wachsthum der Wiſſenſchaf-*

ten

ten. P. CXI. p. 188 ſqq. Conf. die *Erlangiſche gelehrte Anmerkungen und Nachrichten* ann. 1746. p 332. Fuerunt, qui libri auctorem Iulianum Offray ſeu Mr. de la Mettrie eſſe ſcriberent, is tamen vt a ſuſpicione ſe liberaret, repetitae huius libri impii, editioni, quae vt titulus prodit, *Oxford aux depends de l' Auteur* 1747. *revuë fort exactement, corrigée de quantité des fautes qui s'etoient gliſſées dans la premiere* in 8. pp. 343. excepta dedicatione, & capitum elencho, prodiit, adiecit *Lettre critique ſur* HISTOIRE *naturelle de l' ame à Madame la Marquiſe du Chatelet*, in qua, illud opus plus vice ſimplici, opus abſurdiſſimum, & maximopere impium nominat. Vt id paullo clarius conſtet, epiſtolae huius, hic adiiciamus clauſulam: *J'en ai dit aſſez, Madame, pour faire juger de l'abſurdité des conſequences que l' Auteur tire d'une Theorie malfondée, que tout l'ouvrage peut bien paſſer pour un cahos d'explications auſſi obſcures que dangereuſes: & aſſûrement on peut dire, que ce philoſophe a ſouvent ceſſé de l'être, s'il ſuffit, pour mériter ce reproche, que la raiſon, qui détruit le Materialisme, ne puiſſe le démontrer* &c.

THOMAE HOBBES *Malmesburienſis* Opera philoſophica, quae latine ſcripſit omnia. Ante quidem per partes, nunc autem, poſt cognitas omnium Obiectiones, coniunctim, & adcuratius edita. *Amſtelodami apud Ioannem Bleau. Proſtant etiam Londini apud Cornelium Bee ſub inſignibus regalibus, in vico vulgo vocato Little Britain.* 1668. in 4. pp. 261. 86. & 174.

Etſi quidem haec editio, non omnia contineat THOMAE HOBBESII opuſcula, quae, in alia collectione reperiuntur, cui titulus eſt praefixus: THOMAE HOBBES *Malmesburienſis Opera philoſophica,* quae

quae latine ſcripſit, omnia, ante quidem per partes, nunc autem poſt cognitas omnium obiectiones, coniunctim & adcuratius edita, Amſtelodami apud Ioannem Bleau 1668. in 4. illa tamen, in his terris, multo eſt infrequentior, cum in Anglia excuſa eſt, id quod litterarum demonſtrat character. Tria tantum complectitur opuſcula I. *Elementorum philoſophiae Sectionem primam de Corpore* ap. 1-261. II. *Elementorum philoſophiae Sectionem ſecundam de Homine* p. 1-86. III. *Elementorum philoſophiae ſectionem tertiam de ciue* a p. 1-174. *Amſtelodamenſis* vero editio, praeter illa iam memorata opuſcula, ob oculos ponit: I. *Examinationem & emendationem Mathematicae hodiernae, qualis explicatur in libris Ioannis Walliſii geometriae Profeſſoris Sauiliani, in academia Oxonienſi.* Diſtribuitur haec tractatio in ſex dialogos. Sequitur II. *Dialogus phyſicus de natura aeris coniectura ſumpta ab experimentis nuper Londini habitis, in collegio Greshamenſi: item de duplicatione Cubi.* Succedunt III. *Problemata phyſica adiectis propoſitionibus XVI. de magnitudine circuli.* Agitur IIII. *de principiis & ratiocinatione geometrarum, vbi oſtenditur, incertitudinem falſitatemque, non minorem ineſſe ſcriptis eorum, quam ſcriptis phyſicorum & ethicorum, contra faſtum Profeſſorum geometriae.* Haec, quae nominauimus opuſcula, ſecundam totius collectionis faciunt partem. In tertia inuenitur parte *Leviathan, ſiue de materia, forma, & poteſtate ciuitatis eccleſiaſticae & ciuilis, Authore* THOMA HOBBES, *Malmesburienſi.* Huic editioni latinae Adpendix adiecta conſpicitur, tribus diſtincta capitibus, nimirum 1) *de Symbolo Nicaeno.* 2) *de Haereſi.* 3) *Defenſio Leuiathanis, contra nonnullas Obiectiones*, quae in editione prima anglica deſideratur. De collectione *Operum philoſophicorum* THOM. HOBBESII *Amſtelodamenſi* Michael. Lilienthalii *theologiſche Biblioth.* p. 196 ſqq. Vtriusque editionis recenſionem, eamque ſatis exactam vid. in den *Nachrichten*

ten von einer Halliſchen Biblioth. Tom. III. p. 481 ſqq. In *Catalogo Bibliothecae Reimmannianae* P. I. p. 985. recentior operum philoſophicorum inuenitur editio *Carolopoli* 1682. in 4. Conf. P. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1478. Niceron *Memoires* Tom. IIII. p. 66 ſqq.

Leviathan by *Mr.* HOBBES. *vid. infr.* LEVIATHAN.

PETRI HOEDI *Sacerdotis Portusnaenſis* liber de amoris generibus. *Accuratiſſime impreſſ. Taruiſii per Gerardum de Flandria anno ſalutis 1492. die XIII. Octobr. ſub magnifico Praetore Auguſtino Foscarini.* in 4. folior. 97.

De rariſſima libri editione vid. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 549. qui auctore Bünemanno hunc *librum vocari*, ait, *rariſſimum*, & *optimo charactere impreſſum.* Conf. Struuii Faſcicul. VII. *Actor. litterar.* p. 39. 40. *Die Merkwurdigk. der Koenigl. Biblioth zu Dreszd.* Tom. I. p. 461 ſqq. In *Menagianis* Tom. III. p. 300. editio memoratur *Taruiſin.* 1498. in 4. id quod ſine dubio typothetarum vitio tribuendum erit, cum eiusmodi editionem nullibi inuenimus. Inter alia vero haec adnotauit Menagius, quae hic adiiciemus: *Ce ſont effectivement trois Dialogues la ſole paſſion de l'amour, dans le dernier desquels l'Auteur, ſelon les principes de la Doctrine chrêtienne, tâche d'inſpirer à ſes lecteurs l'amour de Dieu & du Prochain.* &c. Liber primus inſcribitur PETRI HOEDI (ſeu HAEDI) *Sacerdotis Portusnaenſis* (Portus Naonis, ſeu *Pordenone* vicus eſt Fori Iulii) *ad Alexandrum ex fratre Nepotem, in Amerotícorum Librum primum, Prooemium.* Hanc praefationem ſequitur: *Amerotícorum Liber primus de Cupidinis Natura. Perſonae colloquentes Aemylianus Cimbriacus poeta*, de quo vid. Lilii Gregor. Gyraldi

raldi *Dialogus de poetis noſtror. temporum* I. in *Operibus* Tom. II. p. 386. edit. *Baſil.* I. A. Fabricii *Biblioth. med. & infim. lat.* L. I. p. 69. PETRVS HOEDVS *Sacerdos, Antonius Philermus*, de quod vid. *Menagiana* l. cit. p. 302. Libri ſecundi titulus eſt: *Anteroticorum Liber ſecundus. De Anterotis natura & munere.* Libro tertio nullus praemittitur: titulus. Initio eius legitur: *Quintii Aemyliani Cymbriaci poetae Epos Hendecaſyllabicon in* PETRI HOEDI *Anterotica ad Cupidinem.* In fine vero totius libri inuenimus: Eiusdem *Aemyliani Carmen epigraphicon in tres* HOEDI *Anteroticorum libellos ad Lectorem.* Habemus etiam huius libri editionem *Colonienſem apud Hermannum Mylium* 1608. in 12. vid. *Catalog. vniuerſalis pro nundinis Francofurtenſibus Autumnal.* 1608. In *Ducatianis* P. II. p. 239. editio memoratur *Colon. apud H. Mylium* 1610. in 12. quae ſine dubio eadem eſt, quam 1608. impreſſam eſſe diximus. Henricus Cornel. Agrippa in *Declamatione de incertitudine & vanitate omnium ſcientiarum & artium* Cap. LXIIII. de Lenonia p. m. 299. PETRVM HOEDVM cum aliis viris inter *Lenones* refert. Credidit enim librum, quem ipſe forte oculis non vſurpauit, artis amandi tradidiſſe praecepta. Idem PETRVS HOEDVS librum conſcripſit *de miſeria humana rerumque humanarum contemptu*, qui paullo frequentior eſt, & ſaepius excuſus fuit. Anton. Poſſeuinus Tom. III. *Apparat. Sacr.* p. 57. ſubdubitare videtur, quin idem PETR. HOEDVS Portusnaenſis, vtriusque libri ſit auctor.

IOANNES HOEFLERINVS, *vid. infra* IOANNES STOEFFLERVS.

WILHELMI HOLDERI *de Stutgardia* Mus exenteratus. 1677. in 4.

Haec

Haec editio, quam ſe poſſediſſe teſtatur Mr. de la Croze in epiſtola ad Petr. Baile ſcripta Tom. III. des *Lettres de Mr. Baile* p. 960. non adeo obuia eſt. Liber ſtilo obſcurorum virorum conſcriptus Ioannem Piſtorium Niddanum Lutheranorum ſacra deſerentem, de quo vid. Paulli Freheri *theatrum viror. eruditione claror.* p. 348. praecipue impugnat. Conſcripſit idem WILHELM. HOLDERVS alia quaedam ſcripta eriſtica contra Theodor. Bezam, Io. Iacob. Grynaeum, Hieron. Zanchium, & Marcum Beumlerum, quae illius *murem exenteratum* raritate omnino aequant. Nonnulla adlata conſpiciuntur a Nicol. Baſſaeo in *Collectione omnium librorum* ſaepius citat. P. I. p. 92.

BLASII HOLLERII *Vinarienſis* Commentarius in iusiurandum Hippocratis. *Baſil. apud Oporinum* 1558. in 8.

Liber quidem in *Catal. libr. per Ioan. Oporin. excuſ.* Andr. Iociſci *Orationi* de vita Ioan. Oporini adiecto, non inuenitur, illum tamen praeter Io. Henric. Meibomium l. a Cl. Vogtio p. 351. citat. & Io. Alb. Fabricium in *Bibliotb. Graec.* L. II. c. XXIIII. p. 853. *ab Oporino impreſſum eſſe octernione vno* teſtatur Ioſ. Simlerus in *Bibliotb.* p. 102.

L' HOMME Machine.

Eſt-ce là ce Raion de l' Eſſence ſupreme,
Que l' on nous peint ſi lumineux?
Eſt-ce là cet Esprit ſurvivant à nous même?
Il nait avec nos ſens, croit, s' affoiblit comme eux.
Helas! il perira de même VOLTAIRE

à Leyde de l' Imp. d' Elie Luzac, Fils 1748. in 12.

12. pp. 108. excepta praefatione & dedicatione pp. 18.

Illo ſtatim tempore, quo comparuit, infauſto ſidere editus liber, prohibitus & ſuppreſſus fuit. Auctor idem Iulianus Offrai ſeu de la Mettrie, paullo ante memoratus, eſſe dicitur. Omnia fere exſcripſit, ex *l'Hiſtoire naturelle de l'Ame*, cuius paullo ante fecimus mentionem. Multi ſane his noſtris temporibus, portenta opinionum, quas Auctor fouet, ſcriptis editis, redarguere, & conficere adgreſſi ſunt, quibus enarrandis hic ſuperſedemus. Vid. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom I. p. 75 ſqq. vbi exactiſſima libri inuenitur recenſio. Tom III. p. 173 ſqq S. R. Frid Wilh. Kraftii *Theologiſche Biblioth.* T. III. p. 68 ſqq Conf. *Noua litterar. Goettingens.* ann. 1749. p. 38 ſqq. p. 161 ſqq. p. 293. *Noua litteraria Lipſienſia*, aliaque annor 1748 & 1749. paſſim. In ſermonem liber translatus anglicum prodiit cum titulo: *Man a Machine by Marquis d'A. London* 1749. vid. *Noua litteraria Goettingens.* 1749 p. 623.

L' HOMME Plante.

In frondem crines, in ramos brachia creſcunt.

Ouid. Metam. L. I. v. 550.

A Pottsdam chez Chretien Frederic Voſs. in 12. pp. 58.

Infauſtus eiusdem auctoris foetus, in quo hominem, in plantam, commutare ſuſtinuit. Pagina 15. ſcribit, quod falſo L' HOMME *machine*, cum aliis libris, quorum adfert catalogum, ipſi tribuantur. Contra hunc libellum ineptum Tom. VII. des *Neuen Bücherſaals der ſchoenen Wiſſenſchaften und freyen Künſte*, quod diarium viri de re litteraria

Digitized by Google

praeclare meriti Io. Chriſtoph. Gottſchedii, cura & auſpiciis, per ſingulos menſes prodire ſolet, p. 530 ſqq. inſertae fuerunt, Anonymi Cogitationes, hoc titulo: *Eines gelehrten Kräuterkundigen zufaellige Anmerkungen über die berüchtigte Schrift* L'HOMME Plante, *dadurch ihr Ungrund aus der Botanic deutlich erwieſen wird.*

Le Baron de la HONTAN Suite du Voiage de l'Amerique, ou dialogues de lui, & d'un ſauvage Americain. *A Londres* 1704. in 8.

Recenſio huius libri inuenitur in *Nou-Antiquis* anni 1705. p. 38 ſqq. Adiectus poſtea fuit ipſius Auctoris itineribus, quae titulo: *Voiages du Baron de la* HONTAN, *dans l'Amerique ſeptentrionale, avec la Suite, avec des Cartes & des figures, Amſtelod.* 1728. III. Tom. in 12. prodierunt. Latet vero ſub adſcititio Baronis de la HONTAN nomine Mr. Gueudeville monachus e Gallia profugus, qui ſatis diu in aula Hannouerana commoratus eſt.

ANDREE HOPPENRODS Stambuch oder Erzehlung aller namhafften Fürſten und Graven vnd Herrn Geſchlechter, welche innerhalb tauſent Iahren ihre Herrſchafften in Sächſiſchen Landen beſeſſen, vnd ihre Nachkommen biſz auff dieſe Zeit hinterlaſſen. *Straſzburg bey Ioſia Ribel* 1570. in fol.

Vid. Cl. Vogtius p. 358. Titulus libri talis eſt, qualem adſcripſimus: Plura de illo vide in *Bibliotheca genealogica* p. 551. Auctor fuit Paſtor Heckſtadienſis in comitatu Mannsfeldico, qui anno 1584 diem obiit ſupremum. Illi plerumque *Annales Gernrodenſes*, qui in Henric. Meibomii *Scriptor. rer. Germanicar.* Tom. II. p. 413-465. & *Excerpta* ex illis

Digitized by Google

illis in Chriſt. Godofr. Hofmanni *Scriptoribus rerum Luſaticarum* Tom. IIII. p. 144-155. reperiuntur, tribui ſolent. Id vero perperam fieri, nos docet Ioan. Chriſtophor. Becmannus in der *Hiſtorie des Fürſtenthums Anhalt* Tom. I. p. 8 ſqq. & auctorem eorum non HOPPENRODIVM Heckſtadienſem, ſed Poppenrodium, Paſtorem Gernrodenſem, qui hos *Annales* anno 1564. conſcripſerit, e documentis Archiuorum Anhaltinorum luculentiſſime demonſtrat.

IVLII ROSCII HORTINI Triumphus Martyrum in templo D. Stephani Caelii montis expreſſus. Ad perilluſtrem & reuerendiſſ. DD. Proſperum a Bauma, Claudii a Bauma S. R. E. Cardinalis Fratris F. Ex auctoritate & priuilegio Superior. Opera & induſtria Ioannis Baptiſtae de Cavalleriis. *Romae impreſſ. apud Alexandrum Gardanum & Franciſc. Coatinum* 1589. in 8

In libello inueniuntur XXXII. icones, martyrum cruciatus varios referentes, a Cauallerio non adeo eleganter aeri inciſae. Singulae, epigrammata ſingula IVL. ROSCII HORTINI, quem alii IVLIVM ROSCIVM *Hortinum* ſcribunt, adpoſita ſunt. Speciminis loco Epigramma XIIX. p. 36. hic adiiciemus:

De D. Laurentio Diacono, qui in crate ferrea ad ignem torreri iuſſus, lauream martyrii eſt conſecutus.

Intrepidus medio Laurentius ardet in igne,
At Decius mentis fluctuat igne magis.
Ille urit, tantumque artus, paſcitque medullas:
Hic animi irrepens interiora vorat.

Dicite quae maior flagret ſub pectore flamma,
Hanc dirae Eumenides, hanc pius afflat amor.

Adpendicem libelli conſtituit *Narratio Dedicationis templi D. Gabini. Martyris Turribus. Sardiniae. Impreſſa Romae Anno* 1547. *& nunc ex lingua Sardoa, in latinam conuerſa.* pp. 18. In libri fine haec duo leguntur Epigrammata:

De Sacris cathacumbis, quae via Appia martyrum relliquiis inſignes celebrantur.

Saluete illuſtres cineres longaeua vetuſtas
Quos fouet, & ſancto Romula terra ſinu:
Vos veneror, ſpecubusque iuuat perrepere auitis,
Et dare ſacratis oſcula marmoribus.
Felices nimium, quorum pars altera caelo,
Altera ſtat templis pars veneranda ſacris.

De ſacris relliquiis quae Albae in templo S. Mariae olim Veſtae D. repertae ſunt anno CIƆ IƆ XXCVI.

Condita quae loculis obſcuris oſſa latebant,
In lucem tandem reddidit alma dies.
Hoſpes ades quisquis, cineres venerare beatos,
Quos longe praefert Regibus Alba ſuis.
Hi pro Te reddent ſummo pia vota Tonanti,
Praebeat vt felix quo pede tendis iter.

Eodem anno IVL. ROSCIVS HORTINVS edidit *Emblemata Sacra*, aeri inciſa ab Antonio Tempeſta, *Romae* in 8. qui liber etiam in raris collocari meretur. Conf. Iani Nicii Erythraei *Pinacotheca imaginum illuſtrium* II. p. m. 16 ſqq. vbi illum *oratorem & poetam omni laude cumulatum* extitiſſe ſcribit.

HORTVS Euſtettenſis, ſeu diligens & accurata omnium plantarum, florum, ſtirpium, ex variis orbis terrae partibus, ſingulari ſtudio collectarum, quae in celeberrimis viridariis, artem

arcem Epiſcopalem ibidem cingentibus, hoc tempore conſpiciuntur, delineatio, & ad vivum repraeſentatio. *Norimb.* 1612. forma Atlant. cum fig. aeneis.

Huius ſplendidiſſimi, ſumtuoſiſſimi, & hodie rariſſimi operis, quod omnia, ſuae aetatis ſplendore ac ſpecie ſuperat, auctor eſt Baſilius Besler, Pharmacopaeus Norimbergenſis, cuius induſtria & labore, HORTVS Eichſtedenſis, ita cultus ornatusque fuit, vt omnibus aliis in vniuerſa Europa, palmam facile praeriperet. Hic ab Epiſcopo Ioanne Conrado, ex gente Gemmingorum, ad deſcribendos horti frutices rariores, excitatus, cum huic oneri ſuſtinendo imparem ſe ſentiret, Ludouico Iungermanno, viro adhuc iuuene, rerumque botanicarum haud ſatis gnaro, & propterea negotium initio detrectante, in conſortium, & adiutorium adſcito, opus tandem adgreſſus eſt, ita quidem, vt Iungermannus plantarum ac florum deſcriptiones, ex ore Besleri, ductuque eius conciperet. Prodiit itaque prima vice anno 1612. nomine Besleri praefixo, qui opus iam perfectum, Ioan. Conrado Epiſcopo, cuius ſumptibus & ipſe HORTVS, & haec eius delineatio creuerat, praefixa huius imagine, conſecrauit, ac ſuam ipſius effigiem, cum ſua & Collegii medici Norimbergenſis praefatione, praemiſit, toto opere in quatuor claſſes diuiſo, ac qualibet in ſuos manipulos reſecta. Secunda editio, eundem titulum, eundemque annum cum Besleri nomine refert, dedicatione prima ad Ioan. Conradum die VII. Nouemb. 1612. mortuum, omiſſa, aliaque ad Io. Chriſtophorum illius ſucceſſorem ſubſtituta. Cumque Eruditi in deſcriptionibus, & ſinceritatem & eruditionem botanicam deſiderarent, integer textus, vna cum praefationibus, ad eum ſe referentibus, ab ipſo Beslero re-

 pro-

probatus & omiſſus eſt, priuilegiis Regis Galliae, Archiducis in Belgio hiſpanico, ac Ordinum Confoederatorum, eius in locum collocatis. Hanc editionem cum tertia ſequutus eſt, Carolus Berttivs anno 1640. in eo tamen erga Beslerum ingratus, quod eius, ne verbulo quidem, mentionem fecerit, neque effigiem illius recoluerit, licet Io. Conradi imaginem reſtituerit, addito epiſcopo Marquardo, cui hoc opus dicauit. Ceterum reſecta claſſe hibernali, ad tres reliquas omnia retulit, indice cuiuis praemiſſo. Haec, e *Catalogo Bibliothecae Rinkianae*, referimus, quem vid. p. 780. Ceterum quid de Opere hoc egregio Auctores ſentiant *Actor. Eruditor.* vid. p. 159 ſqq. ann. 1684.

MICHAELIS HOSPITALII epiſtolarum ſeu Sermonum Libri VI. *Paris. apud Patiſſonium ex officina Rob. Stephani* 1585. in fol.

Prodiit ſplendida & rara editio, ſtudio & induſtria Pibraci, Thuani, & Seaeuolae Sammarthani. Aliam quidem habemus editionem *Lugduni* ſeu potius *Geneuae* 1592. in 8. ſed noſtram, quam adtulimus, nec pulchritudine, nec raritate aequat. Recentisſimam editionem, a prioribus diuerſam, libro VII. auctam *Amſtelodami* 1732. in 8. Petrus Vlaming edendam curauit. Feliciſſimum vero fuiſſe poetam MICHAEL. HOSPITALIVM Galliae Cancellarium, qui diem obiit 1573. ex eo adparet, quod Marcus Zuerius Boxhornius Carmen eius *de litium Execratione* ab antiquo poeta quodam profectum crediderit, illudque ideo *poetis ſatyricis minoribus Lugd. Bat.* 1632. in 8. editis inſeruerit, & illuſtrauerit commentario. Reſtituit poſtea Petrus Vlaming hoc Carmen vero Auctori, & in fine editionis ſuae cum Boxhornii commentario adiecit. Theodorus Beza, in *Iconibus ſeu veris imaginibus virorum doctrina ſimul & pietate illuſtrium* imaginem illius adtulit, & haec

haec de illa adnotauit: *Addatur hoc quoque fatali cuidam ipſius decori, quod, vt ex antiquiſſimo numo adparuit, ſummum illum omnium philoſophorum Principem Ariſtotelem ſic ore toto retulit, vt alterius ex altero imago, expreſſa videri poſſet.* Exhibuit quoque imaginem illius nitidiſſime delineatam, aerique inciſam Bernardus de Montfaucon dans les *Monumens de la Monarchie Françoiſe* Tom. V. Tab. XXXIIII. deque illa p. 218. haec adnotauit: *Le Chancelier de l'*HOPITAL *qui ſuit, eſt tiré d'un tableau fait de ſon tems. Il eſt repreſenté faiſant actuellement l'exercice de ſa Charge, & preſentant au Roi ou à la Reine Mere un Memoire, le bonnet à la main, revetu d'une robe de chambre fourrée. Il etoit fils de Iean de l'*HOPITAL. *Son hiſtoire ſe trouve en pluſieurs endroits.* Brantome *en fait un éloge magnifique.* Conf. P. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1504. Niceron *Memoires* Tom. XXXI. p. 226 ſqq.

IOANNIS HVDSON *Oxonienſis Bibliothecae Inſpectoris* Geographiae veteris, Scriptores graeci minores, cum interpretatione latina, diſſertationibus & annotationibus. Tom. I. *Oxon. e theatro Sheldon.* 1698. Tom. II. 1703. Tom. III. 1712. Tom. IIII. eod. in 8. mai.

Adeo rareſcere incipit, iſte egregius liber, vt vix ac ne vix quidem in tabernis librariis, in auctionibus vero bibliothecarum rariſſime compareat. Tomo I. praemittuntur Henrici Dodwelli *diſſertationes octo, de Περιπλῶν auctoribus.* Tom. II. eiusd. Henrici Dodwelli *Diſſertationes ſex de Geographorum, quos ſecundum hoc volumen continet, aetate & ſcriptis* praepoſitae cernuntur. Vberiorem totius operis recenſionem, omnibus, quod aiunt, numeris abſolutam vid. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* T. IIII. p. 389 ſqq. IO. HVDSONI vita, ab

Digitized by Google

Anton. Hall deſcripta, *Ioſephi* praemiſſa eſt *Operibus*. Conf. Niceron Tom. V. p. 350 ſqq.

PETRI DANIEL. HVETII Demonſtratio euangelica. *Paris*, 1679. in fol.

Haec editio, reliquis rarior, ideo magni aeſtimari ſolet, quoniam nonnulla in illa inueniuntur, quae in poſterioribus omiſſa fuerunt. Vid. Niceron *Memoires* Tom. I. p. 63.

HVGONIS *Floriacenſis* Chronicon quingentis abhinc annis & quod excurrit conſcriptum. Hactenus a multis deſideratum, nunc tandem poſtliminio ex membranis antiquiſſimis erutum, ac publicis vſibus tranſcriptum. Ex Muſaeo Bernardi Rottendorffii, Com. Pal. Caeſ. ac Reip. Monaſt. Archiatri. Qui & ſubbreues notas attexuit. *Monaſterii Weſtphaliae typis & impenſis Bernard. Raesfeldii* 1638. in 4. pp. 250.

Partem illius *chronici* a Nino, ad Conſtantini M. vsque tempora, ſub *Iuonis Epiſcopi Carnotenſis* nomine publicauit Marquardus Freherus, in *Corpore Hiſtoriae Francicae veteris & ſincerae*, *Hanou*. 1611. Conf. I. A. Fabricii *Bibliotb. med. & infim. Lat.* L. IIX. p. 860 ſqq. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 477 ſqq.

LEVINI HVLSII Sammlung von Sechs und zwanzig Schiffarthen, in verſchiedne fremde Laender. *Die 7. erſten Schiffarthen zu Nürnberg, die übrigen zu Frankfurth. Am Mayn.* in 4.

De hoc opere, quod LEVINVS HVLSIVS linguarum exoticarum Doctor, Notarius, Mathematicus, & bi-

& bibliopola Norimbergenſis, ad imitationem *operis hodoeporici* fratrum de Bry diuerſis annis, & variis voluminibus edidit, haec legimus in *Catalogo Bibliotb. Rinkian.* p. 239. *Es iſt gegenwärtige des* HVLSII *Sammlung die allerrareſte, dergeſtalt daſs ſie complet noch kaum iſt geſehen worden, indem ein iedes Stück einzeln zu verſchiednen Zeiten gedruckt iſt.* Conf. Io. Gabriel Doppelmaiers *Nachricht von Nürnberg. Mathematicis und Künſtlern.*

MARINI HVMBLOT Sacrorum bibliorum notio generalis, ſeu compendium biblicum, in quo de ſacra Scriptura in ſe, de eiusdem auctoritate, de Auctoribus ſacris, de variis editionibus, de Antologiis agitur, in vſum theologiae Candidatorum. *Paris.* 1700 in 12.

Vid. Cl. Vogtius p. 355. Librum in forma, quam nominant duodecima, prodiiſſe, teſtatur Iacob. le Long Tom. II. *Bibliotb. Sacr.* p. 786. MARINVS HVMBLOT Gallus, Theologiae fuit Doctor Pariſienſis, Canonicus S. Nicolai ad Luparam. Mortuvs eſt, anno 1719.

VLRICI HVTTENI *Equitis*, ſuper interfectione propinqui ſui Ioannis Hutteni Equitis deploratio. Ad Ludouich. Huttenum ſuper interemptione filii conſolatoria. In Vlrichum Wirtenspergenſem Orationes V. In eundem dialogus, cui titulus Phalarismus. Apologia pro Phalariſmo, & aliquot ad amicos epiſtolae. Ad Franciſcum Galliarum Regem epiſtola, ne cauſſam Wirtenspergenſem tueatur exhortatoria. *In arce Steckelberg.* 1519. in 4.

Digitized by Google

Hic liber inter ſcripta HVTTENI, quae omnia quidem rariora ſunt, e rariſſimis eſt. Teſtatur id inter alios Niceron Tom. XV. p. 284. qui illum *Un recueil tres-rare, & fort curieux* nominat. Hiſtoriam, quae ſcribendo libro occaſionem praebuit, ſatis expoſuit Niceron l. cit. Conf. Baile *Dictionaire* T. II. p. 1526.

D. LEONHARDI HVTTERI Threnologia de vita, rebus geſtis, & obitu triſtiſſimo D. Aegidii Hunnii. *Viteb.* 1603. in 4. pl. 13.

A raritate & praeſtantia laudatur in *Nou-antiquis* ann. 1726. p. 403 ſqq. vbi ſatis luculenta eius reperitur recenſio. Conf. Io. Chriſtoph. Dornii *Bibliotheca Theologico-Critica* L. II. c. 2. p. 208.

THOM. HYDE *S. T. D. Linguae arabicae Profeſſoris publici in vniuerſitat. Oxonienſi, Protobibliothecarii Bodleian.* de ludis Orientalibus Libri II. quorum prior eſt duabus partibus *viz* I. Hiſtoria Shahiludii latine: deinde II. hiſtoria Shahiludii Hebr. lat. per tres Iudaeos. Liber poſterior continet hiſtoriam reliquorum ludorum Orientis. *Oxoniae e theatro Sheldoniano* 1694. in 8.

Cum hic liber ob inſignem raritatem pauciſſimis cognitus, nedum viſus fuerit, illius paullo vberiorem hic exhibebimus recenſionem. Titulum quem adtulimus, alius, his conceptus ſequitur verbis: *Mandragorias ſeu Hiſtoria Shahiludii, viz. eiusdem origo, antiquitas, vſusque per totum Orientem celeberrimus. Speciatim prout vſurpatur apud Arabes, Perſas, Indos, & Chinenſes, cum harum gentium ſchematibus variis & curioſis, & militum luſilium figuris innſitatis, in Occidente hactenus ignotis. Additis omni-*

um

Digitized by Google

vm nominibus in dictarum gentium linguis, cum Sericis characteribus, & eorundem interpretationibus & ſonis genuinis. De ludis Orientalium libri primi pars prima, quae eſt latina. Accedunt de eodem Rabbi Abraham Abben-Ezrae elegans poema rhythmicum: R. Bonſenior Abben-Iachiae facunda oratio proſaica: Liber deliciae Regum Proſa, Stylo puriore, per Innominatum. De ludis Orientalium Libri primi pars 2da, quae eſt Hebraica. Horis ſucciſiuis olim congeſſit THOMAS HYDE &c. *Praemittuntur de Shahiludio Prologomena curioſa, & materiarum elenchus. Oxonii.* &c. Liber primus, Sidnejo Godolphin, Baroni de Rialton, Fiſci Regii Quaeſtori primario, regiae maieſtati a ſecretioribus Conſiliis, dicatus eſt. Poſt *Dedicationem, Praefationem, & Contentorum elenchum*, inuenitur *Monitio, de Corrupto nomine Oxonii, ne pagina*, vt Auctor ſcribit, *vacaret, quod indecorum.* Oxonium olim *Ouse-fort* adpellatum fuiſſe ſcribit, quod nomen deinde *vulgari incuria, Normannorum vt videtur, tempore degeneraverit in Oxford.* Poſtea conſpiciuntur *Prolegomena*, quae *generalia*, & *varia Curioſa de Shahiludio*, complectuntur; ſcilicet *de eius natura & excellentia, quod a caſu exemptum ſit: quod ſit idea belli: quod egregios & honorabiles, omni aeuo habuerit luſores, etiam coecos: quantum per totum orbem propagatum ſit: alia quaedam de eo elegantia.* Haec prolegomena excipit *Hiſtoria Shahiludii* a p. 1-184. §. I. agitur *de Shahiludii nominibus*, §. II. *de Shahiludii inuentore, ſeu Auctore, & de tempore, loco, & occaſione inuentionis.* §. III. *de Scaccario.* §. IIII. *de Scachorum ſeu militum luſoriorum nominibus, & materia.* §. V. *de Scachorum figura, ſeu forma.* §. VI. *de vocabulis luſoriis Sharuch, & Shahmat* &c. §. VII. *de Situ luſuum, vulgo Gambettae vocantur: De Shahiludio Chinenſium. De Shahiludio in genere.* His adiecit: *De Shahil. poema, tempore Saxonum exaratum, Carmine politico, ſeu Pſeudo-Trochaico, e Codice Biblioth. Bodleianae MS. De*

Sca-

Digitized by Google

Scachis verſus, repertos, in calce cuiusdam MS. Exemplaris Saluſtii, in Bibliotheca Dauentrienſi, Elenchum quorundam eorum, qui de Shahiludio ſcripſerunt libros. Iam ſequitur *Hiſtoriae Shahiludii pars ſecunda, quae eſt hebraica, ſeu trias Iudaeorum de ludo Scachorum; & quidem Carmina rhythmica de Ludo Shahmat*, R. Abraham Abben-Ezrae, *beatae memoriae*, a p. 2-9. *Sequitur Oratio elegans de Ludo Scaque, quam compoſuit gloria Oratorum* Bonſenior Abben Iachia, *beatae memoriae*, a p. 10-17. *Liber* Deliciae regum *dictus*, a p 18 71. Recuſa fuerunt haec de Shahiludio opuſcula Rabbinica, cum aliis libellis Hebraicis, *Londin.* 1702. in 8. & cum praefatione Rabbi Wirmiſcha *Francof. ad Moenum apud Io. Kelnerum anno* 486. *aerae Chriſtian.* 1726. Ex hac poſteriore editione in ſermonem conuerſa fuerunt germanicum, & edita titulo: *Neu eröffnete Kunſtſtück des Schach-Spiels, darinnen nicht allein die unterſchiedliche Nahmen und Gebrauch, auch Anzahl der Steine dieſes Spiels bey allerhand Nationen, als: denen Perſern, Türcken, Mohren, Ruſſen, Pohlen, Teutſchen, Spaniern,* &c. *und andern Völckern gezeiget wird, Als vornehmlich die Kunſt-Griffe dieſes Spiels In anmuthigen Gleichniſſen, wie ſolches die Jüdiſche Schreib-Art gemeiniglich mit ſich zu bringen pfleget, vorgeſtellet werden. Von dem berühmten Rabbi und Caballiſten* Abraham Aben Esra, *in Hebraeiſcher Sprache geſchrieben, Nun aber zum Dienſt und Nutzen der Herren Liebhabere dieſes Spiels ins Teutſche überſetzet von* Ludi Magiſtro *Franckf. und Leipz.* 1743. in 8 pp. 103. Rabbi Bon Senior p. 91. verſionis germ. vocatur R. Bun Schineier Aben Iachia. Iam accedimus ad Librum ſecundum, cui hic praefixus eſt titulus: *Hiſtoria Nerdiludii, hoc eſt dicere, Trunculorum; cum quibusdam aliis Arabum, Perſarum, Indorum, Chinenſium & aliarum gentium ludis, tam politicis quam bellicis, plerumq. Europae inauditis, multo minus viſis: additis omnium nominibus in dicta-*

dictarum gentium linguis. Vbi etiam Claſſicorum Graecorum & Latinorum loca quaedam melius, quam hactenus factum eſt, explicantur. Item explicatio ampliſſimi Chinenſium ludi, qui eorum politiam, & modum perueniendi ad Dignitates, in aula regia, exponit, & egregio ac peramplo Schemate repraeſentat. De ludis Orientalibus liber ſecundus, quem horis ſucciſiuis congeſſit THOMAS HYDE *S. T. D.* &c. *Praemittitur praecipuarum rerum elenchus. Oxonii* &c. Hic liber ſecundus, Iohannis Hampden iunioris, Armigeri, nomine inſcriptus, 278. abſoluitur paginis, variosque Orientalium gentium ludos deſcribit. Nimirum 1. *Nerdiludium.* 2. *Indorum ludum Tchupur.* 3. *Ludum promotionis Mandarinorum.* 4. *Hiſtoriam aleae.* 5. *Hiſtoriam talorum.* 6. *Hiſtoriam Damiludii ſeu latrunculorum.* 7. *Circumueniendi ludum Chinenſium.* Pluribus hunc ludum deſcripſit, vir omni laude maior, Godefridus Guil. Leibnitius, in *Miſcellaneis Berolinenſibus ad incrementum Scientiarum ex Scriptis Societatis regiae Scientiarum exhibitis,* Tom. I. Part. I. Obſeru. III. p. 22 ſqq. Repraeſentationem illius aere exprimi curauit, ex libro figurarum Sinicarum, qui in ſplendidiſſima regia Berolinenſi Bibliotheca extat. 8. *hiſtoriam Triodii.* 9. *ludum ſubiugandi rebelles.* 10. *Tabiludium ſeu ludum Tab.* 11. *ludum Kioz.* 12. *ludum Chatigi ſeu Chatrech.* 13. *ludum Mancala.* 14. *ludum dictum Vſuba Wa Hulana.* 15. *ludum qui dictus eſt magiſter & ſeruus.* 16. *ludum Ouorum.* 17. *ludum Gjuncum Chudum.* 18. *ludum Hippas.* 19. *ludum Hababato'l Hababa.* 20. *ludum Tchenghi ſeu Tchanghi.* 21. *ludum pilae.* 22. *ludum trium paſſuum diductorum.* 23. *ludum Hagjegj.* 24. *ludum Casbcusbi.* 25. *ludum Bukaira.* 26. *ludum Yagi.* 27. *ludum turbinis.* 28. *ludum qui par & impar vocatur.* 29. *ludum Phial.* 30. *ludum furum & vigilum.* 31. *Chytram, ſeu Chytrindam.* 32. *Collabiſmum.* 33. *Salcationem.* 34. *ludum Tabel.* 35. *Nuciludium.* 36. *ludum Cus.* 37. *ludum Pusbtek.*

38.

Digitized by Google

38. *micationem digitis*. Librum finit *Elenchus quorundam eorum, qui de Ludis ſcripſerunt*. Omnis vero liber multis ludorum ſchematibus, aliisque figuris, ornatus eſt.

ANDREAE HYPERII de Theologo, ſeu de ratione ſtudii Theologici Libri IIII. cum gemino Rerum & Verborum, Locorumque ſcripturae, obiter explicatorum, indice. *Baſil. ex officin. Oporin.* 1582. in 8. pp. 756.

De libro rariſſimo vid. Cl. Vogtius p. 358. Cauſſam indagare non poſſumus, quam ob rem librorum Catalogi, in adducendo huius libri titulo, tam mirifice diſcrepent. Illud igitur Bibliophilis diiudicandum relinquimus. Sic enim e. g. in Nicolai Baſſaei, *Collect. libror.* ſaepius cit. P. I. p. 11. libri, hoc modo, adducitur titulus: ANDREAS HYPERIVS, *de Theologo, ſiue de ratione ſtudii theologici, libri tres, Baſil.* 1572. in 8. In *Catalogo librorum, per Ioannem Oporinum excuſorum*, Andr. Iociſci Orationi, *de ortu, vita, & obitu Io. Oporini adiecto*, libri titulum ita legimus: ANDREAE HYPERII *Theologus, ſiue de formando Theologiae ſtudio libri IIII*. in 8. Forte vna plures extant editiones, e quibus illa, quae libros tres tantum complecti, & 1572. impreſſa dicitur, prima eſt.

IO. de HYPERIIS Reformir Spiegel. *vid. infra* ERICVS RHONAEVS.

I.

Le Bibliothecaire univerſel par le *P.* LOVIS IACOB. *à Paris* 1668. II. Vol. in 8.

Vid.

Vid. Cl. Vogtius p. 359. Nullum vero librum, eiusmodi titulo inſignem exſiſtere propterea facile crediderimus, quoniam in Niceron *Memoires* Tom. XXXX. p. 87. illum fruſtra quaeſiuimus, qui tamen exactiſſimum Catalogum librorum, quos edidit LVDOVICVS IACOBVS a Sancto Carolo, Cabilonenſis, Burgundus, Ordinis Carmelitarum, Conſiliarius, & Eleemoſynarius Galliae regis, nec non Io. Paulli Franciſci de Gondi Cardinalis de Retz, & Achillis de Harlay Bibliothecarius, ex eius *Bibliotheca Carmelitarum* adtulit, quae MSta adhuc adſeruatur, in Bibliotheca Monaſterii Carmelitarum des Billettes (*Couvent des Carmes des Billettes*). Forte ille liber eſt, qui titulo: *Traité des plus belles Bibliotheques publiques & particulieres, qui ont eſté, & qui ſont à preſent dans le monde, diviſé en deux parties avec quelque Appendice, à Paris chez Rolin le Duc, & Louis Champboudry* 1644. in 8. prodiit. Quod ad eius *Bibliographias* adtinet, earum titulos, eo ordine, quo prodierunt, ex Nicerono, hic adiiciemus.

Bibliographia Pariſina, hoc eſt Catalogus omnivm librorum, Pariſiis anno 1643. & 1644. incluſiue excuſorum, ad Gabriel. Naudaeum. *Pariſiis ſumtibus Roleti le Duc ſub ſigno iuſtitiae* 1645. in 4.

Bibliographia Pariſina, hoc eſt Catalogus omnium libror. Pariſiis anno 1645. incluſiue excuſorum. Ad Guidonem Patinum Doctor, medic. *Pariſiis ſumtibus Roleti le Duc* 1646. in 4. pp. 52.

Bibliographia vniuerſalis Gallica, hoc eſt Catalogus omnium librorum per vniuerſum regnum Galliae annis 1643. 1644. & 1645. excuſorum.

rum. ad Iacob. Mantellum Doctor. Medic. *Pariſiis ſumt. Roleti le Duc* 1646. in 4. pp. 26.

Bibliographia vniuerſalis Gallica, hoc eſt Catalogus omnium librorum, per vniuerſum Galliae regnum anno 1646 excuſorum. Ad Guilielm. Colletet. *Pariſiis ſumpt. viduae Ioannis Camuſat & Petri le Petit Typogr. regii, via Iacobaea ad inſigne aurei velleris,* 1647. in 4. pp. 46.

Bibliographia Pariſina, hoc eſt Catalogus omnium librorum Pariſiis annis 1647. & 1648. incluſiue excuſorum. Ad Petrum & Iacobum du Puy. *Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoiſy Regis, & Reginae regentis Architypographum, & Gabrielem Cramoiſy via Iacobaea ſub Ciconiis* 1649. in 4. pp. 52.

Bibliographia Pariſina, hoc eſt Catalogus omnium librorum Pariſiis anno 1649. incluſiue excuſorum. Ad Achillem de Harlay. *Pariſiis apud Sebaſtian. & Gabriel. Cramoiſy fratres* 1650. in 4. pp. 29.

Bibliographia Pariſina, hoc eſt Catalogus omnium librorum Pariſiis anno 1650. incluſiue excuſorum. *Paris. apud Seb. & Gabr. Cramoiſy fratres* 1651. in 4. pp. 32.

Bibliographia Gallica vniuerſalis, hoc eſt Catalogus omnium librorum per vniuerſum Galliae regnum anno 1651. excuſorum. *Pariſiis apud Sebaſtian. & Cramoiſy fratres* 1652. in 4. pp. 47.

Bibliographia Gallica vniuerſalis, hoc eſt Catalo-

Digitized by Google

talogus omnium librorum per vniuerſum Galliae regnum, annis 1652. & 1653. incluſiue excuſorum. *Pariſiis apud Sebaſt. & Gabriel. Cramoiſy* 1654. in 4. pp. 92.

Niceron de his *Bibliographiis* ſententiam ſuam p. 93. his verbis exponit: *Les livres imprimés en France pendant ces années, y ſont rangés ſuivant l'Ordre des Facultés. Comme le P.* IACOB *n'a rien ajouté aux titres, qu'il s'eſt contenté a'y copier, il n'y a rien de lui, dans ces Recueils, qui peuvent cependant avoir leur utilité.* Conf. Philip. Labbei *Bibliotheca Bibliothecarum* p. m. 249 ſqq.

MAGDALII IACOBI *Bataui Goudani, Ordinis Praedicatorum* Correctorium Biblicum, cum quarumdam difficilium dictionum luculenta expoſitione, & Compendio Bibliorum metrico memoriali 250. verſibus comprehenſo, opus bipartitum. *Anno* 1538. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 359. Antonius Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* Tom. II. p. 371. huius libri editionem *Colon. apud Quentelium* 1500. in 4. adducit. Conf. Maittaire Tom. I. Annal. p. 729. Io. Alb. Fabricivs in *Bibliothec. med. & infim. Latin.* L. XII. p. 7. & Iacob. le Long in *Biblioth. Sacr.* Tom. II. p. 840. editionem *Colonienſem* 1508 in 4. memorant. Laudat hoc *Correctorium* Richard. Simon dans la *Bibliotheque Choiſie* L. III. c. 34. De reliquis MAGDALII IACOBI Scriptis conſulendus Iacobus Echardus T. II. *Bibliothec. Dominic.* p. 44. Valer. Andreas in *Bibliotheca Belgica* p. 638.

R. IACOB *Kaphel fil. Schemuel* Omek Halacha, ſeu profunditas Conſtitutionis, vbi expo-

Digitized by Google

ſuit Halachot Talmudis difficiliores, additisque lucem affundunt, figuris. *Cracouiae* 1598. in 4.

Cl. Vogtius p. 360. Auctorem libri R. IACOB. *Raphaël* nominat. Euoluimus ideo Io. Chriſtophor. Wolfii *Biblioth. Hebraeam*, illumque Tom. I. p. 612. R. IACOB. *Kaphel* adpellari deprehendimus.

THOMAE IAMES *Protobibliothecarii Oxonienſis*, Bellum Papale ſiue Concordia diſcors, Sixti V. & Clementis IIX. circa Hieronymianam editionem, cum vtriusque editionis vulgatae illorum pontificum, & poſtremae Louanienſivm comparatione. *Londini apud G. Bishob.* 1600. in 4.

Editio prima, ſecunda quam Cl. Vogtius p. 360. adtulit, multo rarior. Vltra bis mille loca notauit THOM. IAMES, in quibus duae iſtae bibliorum editiones, a ſe inuicem diſcrepant. Conf. Andr. Caroli *Memorabilia Seculi XVII. eccles.* L. I. p. 138. Louis Ellies du Pin *Prolegom. ſur la Bible* L. I. C. VII. §. 3. p. 208. vbi non in leuioris ſolum, ſed interdum magni momenti rebus diſcrepantiam in his bibliis deprehendi fatetur. Vitam THOM. IAMES, qui diem obiit anno 1629. breuibus expoſuit Niceron *Memoires* Tom. XVIIII. p. 62 ſqq.

Ἱερακοσόφιον, rei Accipitrariae Scriptores, nunc primum editi, accedit *κυνοσόφιον*, liber de cura canum graece & latine, cura Nicolai Rigaltii. *Lutet. ex officina Niuelliana* 1612. in 4. mai.

Vid. de rariſſimo hoc libro, qui in Auctionibus publicis, nonniſi multa pecunia redimitur, Io. Alb. Fabricii *Biblioth. Gr.* L. I. c. XXV. p. 155.

Le

Le Mercure IESVITE: ou Recueil des pieces concernants les progrès des Jeſuites, leurs écrits, & differents: depuis l'an 1620. jusqu'à l'an 1626. le tout fidelement rapporté par pieces publiques & actes authentiques ſelon l'ordre des temps. Deuxiesme edition reueüe, de beaucoup augmentée & nouvellement compriſe en deux Tomes. *Tome premier à Geneve chez Pierre Aubert Imprimeur ordinaire de la republique & Academie* 1631. avec Privilege. pp. 938. *Tome ſecond ibid.* 1630. in 8. pp. 343.

De inſigni huius collectionis raritate, atque iis, quae continentur in illa, vid. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 246 ſqq. Auctorem & Collectorem eius eſſe Iacobum Godofredum, Ictum ſui temporis celeberrimum, teſtantur Niceron Tom. XVII. p. 76. & Lenglet du Fresnoy dans le *Catalogue raiſonné des principaux hiſtoriens* p. 87. vbi ſcribit: *On attribue ce Recueil à Jaques Godefroy, qui s'étoit retiré à Geneve. C'eſt une compilation tres ſinguliere d'actes authentiques, qui ne ſont point tous favorables aux Peres de la Compagnie de* IESVS: *mais qu'importe, du moins ils ſervent pour l'hiſtoire.* Prior tomus prima vice prodierat *Geneuae* 1626. in 8.

LVCII VIGILII IESVRBII Aegloga Hagnon, vtilis ſimul & iucunda. Ex Oratione C. in Funere M. *Varia ille fortuna iactatus, & duriſſimis cum caſibus conflictatus & multiplicibus exagitatus aduerſationibus, id omnino praeſtitit, vt neque ad Deum* Religionem, *neque ad homines* iuſtitiam *violauerit* vnquam. in 8. folior. 2.

De inſigni carminis raritate vid. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. II. p. 68. Miramur, quod Summe Reu. huius praeſtantiſſimi diarii Auctor carmen illud, non integrum inſeruerit, & ab interitu, hac ratione vindicauerit. En eius initium!

Petaſillus.

Hic etiam cecinit, niueas per prata bidentes,
Haec Hagnon *egit, fontisque hac lauit in vnda.*

Vanniolus.

Ah, ah, quin lacbrymem nequeo Petaſille, *videre*
Nunc infelices ſiluas, deformia rura
Lumine quis poſſit ſicco? dum viueret Hagnon
Foelices nuper ſiluas, formoſaque rura.
Tempore quo vnanimi Paſtorum voce canentum
Pan ſolus Deus eſt, Deus eſt, nemus omne ſonabat,
Et Cithyſi pecudes carpebant pabula, frondes
Ac denſas inter captabant frigus & vmbras.
Non bis auditur iam fiſtula montibus vlla,
Et vel cuncta tenent tribuli, lappaeque tenaces
Vel lapis obducit nudus vel paſcua iuncus
En ipſe hic largis fons olim argenteus vndis
Collapſus, latices nullos ſitientibus agnis
Pocula non aegris Paſtoribus vlla miniſtrat.

Petaſillus.

Hoc eſt Vanniole *hoc, quod dicere ſaepe ſolebat*
Vallibus his, teneros Hagnon *dum paſceret agnos:*
Errate irriguas, iam nunc errate per herbas,
Dum licet o pecudes, pecudes mea maxima cura:
Non vobis (certum eſt) paſtore Hagnone, *cruentus*
Aut lupus inſidias vnquam meditabitur, ipſas
Aut inſueta graueis tentabunt pabula foetas.
Hoc mihi dum calamos Paniſtos traderet ipſe
Promiſit, magni non fallunt carmina Panis.

Vanniolus.

Quid? quae Leucoreis cantabas montibus? o Vos

Cogi-

Digitized by Google

Cogite Paſtores pecudes, nigreſcit ab Auſtro
Caelum, praecipitans iam iam ruit horrida grando.
Quam vereor late ſata laeta, boumque labores
Ne fera tempeſtas ſternat, ne pabula tota
Proterat, vt nullus his vltra poſſit in agris
Paſcere vt ante greges, deductum dicere carmen. &c.

INDEX ſiue Catalogus vniuerſalis omnium librorum prohibitorum mandato Illuſtriſſ. ac DD. Reu. Gasp. a Quiroga Archiepiscop. Toletani editus. *Madrit. apud Alphons. Gomez.* 1583. in 4.

Differt in nonnullis ab illo, qui eiusdem Gasp. a Quiroga iuſſu *Madrit.* 1584. editus, & a Cl. Vogtio p. 368. iam adductus fuit.

INDEX expurgatorius librorum Philippi II. Regis Hisp. auctoritate concinnatus in Belgio, *apud Io. Mareſchallum. Lugdun.* 1586. in 8.

Catalogus librorum qui prohibentur mandato Ferdinandi de Valdes Hispal. Archiepiſcopi, Inquiſitoris generalis Hispaniae. *Pinciae* 1559. in 4.

INDEX librorum prohibitorum: cum regulis confectis per Patres a Tridentina Synodo delectos, auctoritate Pii IIII. Summi Pontificis. *Coloniae Agrippin. ex officin. Cholini* 1564. in 8.

INDEX librorum prohibitorum Pii IIII. & Clementis IIX. *Rom.* 1596. in 8.

Recuſus fuit *Pragae* 1596 in 8.

INDEX librorum prohibitorum cum regulis Concilii Tridentini *Ferrariae* 1599. in 8.

INDEX librorum prohibitorum. Cum regulis confectis per patres a Tridentina Synodo delectos, & cum adiecta inſtructione, de emendandis imprimendisque libris, & de exequenda prohibitione. Nunc in hac congregatione Cardinalium edictis aliquot, & librorum nuper ſcandaloſe euulgatorum, deſcriptione auctus. *Cracouiae in Officina Andreae Petricouii S. R. M. Typogr. anno* 1617. in 12. pp. 216.

Luculentam huius INDICIS rariſſimi habes recenſionem in Io. Daniel. Ianozki *Nachricht von den in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern.* P. I. p. 8 ſqq.

F. M. Capiferrei Elenchus librorum prohibitorum vsque ad annum 1640. *Rom.* 1640. in 8.

INDEX librorum prohibitorum Alexandri VII. iuſſu editus *Romae typis Camerae Apoſtolicae* 1664. in 4.

INDEX librorum prohibitorum. *Romae* 1664. in fol.

Io. Iacob. Reimannus de illo, mentem ſuam ita expoſuit: *Cum omnes librorum prohibitorum* INDICES, *infrequentes ſint, & raro admodum obueniant iis, qui libris non cottidiani commatis congerendis impendunt operam, tum ad huncce cumprimis hoc ambitioſum pertinere exiſtimes. Odi profanum vulgus & arceo. Primum enim Romae typis Camerae Apoſtolicae excuſus eſt. Rarae autem ſunt Romanorum aues, in terris Germanorum. Tum non vnus eſt* INDEX *tantummodo, ſed duo, & vnus alterum habet comitem, & hi tandem Conſtitutiones pontificias LXXXI. habent pediſſequas, in quibus dici non poteſt, quam multa occurrant* ἀξιομνημόνευτα &c. Vid. *Acceſſiones vberiores ad*

Iac.

Iac. Frider. Reimmanni *Catalogum Bibliothecae Theol. a* Io. Wilh. Reimmanno filio *editae* p. 58 ſqq.

INDEX librorum prohibitorum Innocentii XI. *Rom.* 1683. Accedit appendix vsque ad annum 1696. *Romae* 1696. in 8.

INDEX librorum prohibitorum Innocentii XI. P. Max. iuſſu editus vsque ad annum 1681. Accedit Appendix vsque ad menſem Iun. 1704. *Romae typis Camerae Apoſtol.* 1704. in 8.

Quid de hoc indice ſenſerit Iac. Fridericus Reimmannus, illius docent *Acceſſiones ad Catalogum Theologicum.* Inter alia p. 66. ſcripſit: *Quaeſo te quid hoc eſt, quod p.* 364. *extat:* Magni Thomae Bartholini Regiae Maieſt. Commentatio illuſtrati editio ſecunda. Baſil. 1662. *Et quis ex his laciniis diuinare poſſet, prohiberi opuſculum, quod inſcribitur:* Thom. Bartholini Paralytici N. T. Medico & philologico Commentario illuſtrati, *quod* Hafniae *primum* 1653. *tum* Baſil. 1662. *in* 8. *eſt editum?* Martinus Geierus *p.* 339. & 365. *vocatur* Martin. Iejerius, Severinus Waltherus Slüter *p.* 387. Seuerinus Uralter, Calixtus Caliſtus p. 323. 324. 335. &c.

INDEX librorum prohibitorum Innocentii XI. P. M. iuſſu editus vsque ad annum 1681. Accedit in fine Appendix vsque ad menſem Iunium 1704. *Prag.* 1726.

Editor huius indicis eſt F. Iacobus Riccius. Omnes errores, qui in priore, quam recenſuimus, editione inueniuntur, in hanc quoque transſcripti ſunt. Audiamus iterum Reimmannum l. cit. p. 67. hac ratione diſſerentem: *Quot bone Deus in hoc* INDICE *ſunt nomina corrupta, truncata, vitioſe expreſſa, ridicule & ſine vlla ratione repetita?* Acta Theologo-

rum Wittebergenſ. *pro* Würtembergenſ. *p.* 3. & 380. Angelocratoris Schola Stadenſis, *pro* Angelocratoris Scholae Stadenſis collegae viridarium poeticum *p.* 13. Erneſti, *pro* Io. Erneſti Grabe *in Appendice p.* 58. Io. Adagii *pro* Adagia *p.* 4. *Quot opuſcula auctoribus adſcripta, quae nunquam ab iisdem confecta ſunt? — Iactat Editor* F. Iacobus Riccius *in praefatione, ſe* INDICEM *hunc reddidiſſe auctiorem & accuratiorem. Et demus eidem prius; Poſterius ſane dare non poſſumus; ſiquidem tot vitiis inquinatus eſt, vt peruoluentibus nobis non Scriptorum prohibitorum; ſed Scriptorum turpiter depravatorum* INDEX *videretur.* &c.

INDEX librorum prohibitorum vsque ad totum menſem Martii 1716. regnante Clemente XI. *Romae* 1716 in 8.

Conf. de *Librorum prohibitorum* INDICIBVS Danielis Franci *Disquiſitio Academica de Papiſtarum* INDICIBVS *librorum prohibitorum & expurgandorum, in qua de Numero, Auctoribus, Occaſione, Contentis, fine, damnis, & Iure Indicum illorum diſſeritur, Lipſiae* 1684. in 4. Philippi Labbei *Bibliotheca Bibliothecar.* p. m. 168 ſqq.

WOLFGANGII OBSTEN Auszug aller Chroniken von erbawung und Ankunft namhafftiger Staette, Schloeſſer und Kloeſter, vor und nach der Geburt Chriſti. *Franckf. am Mayn, Getruckt bey Merten Lechler in Verlegung Siegmund Feyerabends vnd Simon Hüters.* 1564. in 8. pp. 97. except. praefat. & Indice.

Liber valde rarus. WOLFGANG IOBST ſeu IVSTVS Francofurtanus, Philoſophiae & Medicinae fuit Doctor ac Phyſices Profeſſor, qui e vita deceſſit anno a Chr. nat. 15 5. vid. Io. Chriſt. Becmannus in

Noti-

Digitized by Google

Notitia Vniuerſitatis Francofurtanae Cap. V. p. 47. Multa edidit Scripta hiſtorica, inprimis quae res Marchicas ſpectant, de quibus vid. Cl. Vogtius p. 371 ſqq. Habemus etiam ab illo, *Omnium Academiarum, & quarundam illuſtrium Scholarum totius Europae Erectiones, Fundationes & Confirmationes. Adiecti ſunt & praecipui earundem Rectores, Promotores, & Profeſſores, Francof. ad Viadrum* 1554. in 8. pl. 9. & dim. Recenſionem illius dedit Chriſt. Aug. Heumannus in *Bibliotheca Hiſtorica Academica* Cap. I. p. 1 ſqq. vbi inter alia, *macram hanc tractationem & ſolam de academia Francophordienſi relationem fide dignam eſſe, legique mereri*, ſcribit, *cum res ſui temporis deſcribat Auctor multosque commemoret Profeſſores, quos partim Praeceptores ſuos, partim ſuos Compatres nominat.* Fallitur ſine dubio Becmannus, cum in *Catalogo Biblioth. publicae Francofurtanae* p. 164. w. IVSTVM *Academiarum & praeſtantium quarundam ſcholarum Catalogum, Francof. ad Viadr.* 1550. in 8. in lucem emiſiſſe prodit. Conf. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 685.

IOAN. IONSTON de Naturae Conſtantia. *Amſtelod.* 1632. in 16. *ibid.* 1634. in 12. pp. 144.

A raritate & doctrinae copia laudatur in *Nou-Antiquis* ann. 1729. p. 220. in Theophili Sinceri *Bibliotheca Hiſtorico-critica libror. rar.* p. 412. De Auctore vid. Niceron *Memoires* Tom. XXXXI. p. 269 ſqq. Conf. *Nouvelles lettres de* Mr. Baile Tom. I. p. 51.

Ioſaphatidos, ſiue de nece Ioſaphat Kuncewicz, Archiepiſcopi Polocen. Ritus Graeci, pro Vnione & S. Sede apoſtolica Romana, Vitebsci a Schismaticis caeſi. Libri tres. Illuſtrisſimo ac reuerendiſſ. Domino, D. Antonio Sancta-Crucio, Dei & apoſtolicae Sedis gratia, Ar-

Digitized by Google

chiepiſcopo Seleuciae, & eiusdem S. Sedis, ad Sereniſſimum Sigismundum III. Poloniae ac Sueciae Regem, Nuncio Apoſtolico. A F. IOSAPHAT ISAKOWICZ *Ordinis D. Baſilii Magni* Dedicati Anno 1628. in 8. pp. 95.

Neque monachus Baſilianus neque IOSAPHAT ISACOWICZ, quod nomen fictum eſt, ſed Nicolaus Kmicic e Societate Ieſu eximii huius carminis Auctor fuit. Vid. Alegambe *Biblioth. Scriptor. Societ. Ieſu* p. 353. Illud autem carmen, quod ex *Academiae Wildenſis typographia* prodiit, in ipſa Polonia, paullo rarius eſſe nos docet Io. Daniel Ianozki in den *Nachrichten von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 83. vbi & ſatis adcuratam illius inuenies recenſionem.

IOSEPHI ISCANI de bello Troiano L. VI. notis illuſtrati a Samuele Dreſemio. *Francof.* 1620. in 4.

De IOSEPHO ISCANO, Deuonienſi monacho Anglo vid. Io. Lelandi *Commentar. de Scriptoribus Britannicis* Tom. I. p. 237. Caſimir. Oudinus in *Commentar. de Scriptoribus & Scriptis Eccleſiaſticis* Tom. II. Col. 1617 ſqq. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. VIIII. p. 524 ſqq. in *Biblioth. Graeca* L. I. c. V. p. 28. in *Biblioth. Latina* L. I. c. VI. p. 73. *Deuonius* dictus fuit, quia in Deuonia natus eſt, ISCANIVS vero quoniam Iscae, quae Cornuwalliae ciuitas eſt, educatus dicitur. Sunt etiam, qui illum IOSEPHVM *Exceſtrienſem* vocant. Seculo vero inclaruit ille XII. *Haec editio*, quam adduximus, *videtur paullo rarior eſſe*, *ideoque omiſſa fuit a Cel. Ioechero*, *qui in lexico Eruditorum biographico*, ISCANII *opera primum Londini* 1675. *publici iuris*

Digitized by Google

iuris facta fuiſſe ſcribit. Verba ſunt Viri Summe Reu. Michaelis in *Catalog. Biblioth. Ludewig.* P. II. p. 1460. Sed tres alias editiones, hac ipſa, extare antiquiores, docet Fabricius in *Biblioth. lat.* l. cit. p. 73. not. h. Nimirum ab Albano Torino, cum Pſeudo Pindari *Epitome Iliadis*, Darete *Proſario*, & Homeri *Iliade e latina Nicol. Vallae & Vincentii Obſopaei verſione, Baſil.* 1541. in 8. Secunda extat hoc titulo: *Daretis Phrygii poetarum & hiſtoricorum omnium primi de bello Troiano libri ſex, latino carmine a Cornelio Nepote eleganter redditi*, in Io. Spondani editione *Homeri, Baſil.* 1583. & 1603. in fol. p. 444-499. Tertiam denique ab Alexandro Trogneſio, editam, memorat Dreſemius, cuius editio adiecta quoque conſpicitur Dicty Cretenſi & & Dareti Phrygio *de bello & excidio Troiae*, & quidem in editione *in vſum Sereniſſimi Delphini cum interpretatione* Annae Daceriae, *Amſtelod.* 1702. in 4. Forte ab his memoratis editionibus, illa quoque editio diuerſa eſt, cuius Io. Lelandus l. cit. p. 239. his verbis, fecit mentionem: *Haec cum ſcripſiſſem, prodiit* IOSEPHI *opus interpretis de bello Troiano, typis excuſum Germanicis; ſed tam corrupte, vt ſi pater ipſe in prolem rediuiuus oculos conuerteret tam informem, cognoſceret plane nunquam. Vtque fucus edito praefigeretur libro, Cornelii Nepotis, Romani, nomine inſcriptus eſt.* Sibimetipſi vero contradicere videtur *Lexicon Eruditorum* in articulis IOSEPH. *Deuonius* & *Dreſemius.*

Synodus prouincialis Gnesnenſis prouinciae, ſub illuſtriſſ. & reuerendiſſ. Domino D. Matthia Lubienski Archiepiscopo Gnesnenſi, legato nato, regni Polon. Primate, & primo Principe, Varſauiae 1643. die IIX. Mens. Nouembr. celebrata. *Varſauiae in officin. Petri Elert* 1646. in 4. pl. 12.

De

Digitized by Google

De rariore hoc libro, quem ſub Matth. Lubienski auſpiciis collegit IOANNES MATTAEVS IVDICKI Theol. & V. I D. Eccles. Cathedral. Gneſnenſis Canonicus, Archidiaconus Vladislauiens. Praefectus Colleg. Kaminiec. & Regis Poloniae Secretarius, vid. I. D. Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zalusk. Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 28 ſqq. vbi exactiſſima libri recenſio & vitae M. Lubienski inuenitur deſcriptio.

FLAVII IVNII *Andrienſis* Centum Veneres, ſiue lepores ad illuſtriſſ. Dominum Don Franciſcum Tuſum Marii filium. *Florentiae apud Volckmar. Timannum Germanum* 1603. *Superiorum Permiſſu.* in 4. pp. 104.

Etſi haec epigrammata curante Michael. Richey *Hamburgi* 1714. in 8. recuſa fuerint, noſtra tamen editio, omnium rariſſima ac ſplendidiſſima eſt. Sumtibus Academiae Vnitorum illam edidit Pandulphus Stupha Eques D. Stephani, & eiusdem Academiae Socius. Dicata eſt Don Franciſco Tuſo, Marii filio, *adoleſcenti heroicis*, vt ait, *virtutibus ornatiſſimo, Academiae Vnitorum Principi.* Fuit FLAVIVS IVNIVS Andrienſis, Franciſci Tuſi Medicus. Praemittuntur Horatii Calandri Florentini, & Curtii Scalectii *in Centum Veneres* FL. IVNII, *Epigrammata.* Poſtea haec legitur inſcriptio: *Ludimus, vt animus, ſeuerioribus ſtudiis fatigatus, amoenis in Muſarum ſeceſſibus recreetur. Ludimus Poetarum in morem. Ficta plurima. Iocoſa omnia. Impurum nihil: Si quid vero hic dictum, ſcriptumue, quod orthodoxae fidei Patrum ſanctiſſima ſcita non probent, indictum, oblitteratumue eſto.* Quamlibet paginam, vnicum tantummodo epigramma occupat, e quibus LXI. & XCVII. ſelegimus, vt qualis fuerit poeta FL. IVNIVS, lectores noſtri perſpicere queant:

Min-

Digitized by Google

Mindae & Cupidinis Certamen.

Sunt amor, & Minda ambo acri decernere bello
Diſpoſiti; orbis vtri competat imperium.
Sunt puero ſua tela, at nuda eſt dextra puellae;
Arcum lunat Amor, Minda ſupercilia.
Hic geminas faculas; haec ambos vibrat ocellos:
Ipſe ligare ſtudet retibus, ipſa comis.
Vincis io mea Minda; & eo eſt victoria maior;
Maior quo armatum vinci ab inerme pudor.

Riciae dormienti ſurripuit oſcula.

Suaue quieſcenti Riciae duo Suauia carpſi
E roſeis malis, quattuor a labiis.
Experrecta in me feruentes fulminat iras
Et turbat diris gaudia tanta minis.
O factum male! cur rerum non vertitur ordo:
Vt ſopita ferox, ſitque benigna vigil?

In fine *Centum* illis *Veneribus*, quatuor alia *Epigrammata*, adiecta reperiuntur.

ANDREAE IVRGIEWICII *Canonici Vilnenſis*, Quinti euangelii Profeſſores antiquiſſimi & celeberrimi Nullus & Nemo. Qui in Eccleſia mathematica, fugitiua, latina, incognita, & inuiſibili proteſtantium vsque ad Lutherum, Zwinglium, & Caluinum latuerunt, e tenebris eruti. *Monaſterii excudeb. Lambertus Raſsfeldt* 1603. in 12. folior. 114.

Quid rerum libellus complectatur, e titulo patet. Noſtra non prima eſt editio; ſed aliam iam *Vilnae* 1599. prodiiſſe nonſolum ANDREAE IVRGIEWICZ ſubſcriptio dedicationis, ad Nicol. Chriſtophor. Principem Radziuilium, teſtatur, ſed etiam e typographi Lamberti Raſſfeldii dedicatione noua, noſtrae editioni, ad D. Leonard. Rubenum Abbatem Ordinis Benedicti Monaſterii Sanctor. Apoſtolorum Pe-

Petri & Paulli Abbinckhouenſis &c. in ciuitate Paderbornenſi, praemiſſa, intelligitur. Cum vberiorem libri recenſionem a Io. Daniel. Ianozkio expectamus, pauca illa, ex quibus Auctoris inſtitutum, quod in hoc libello ſequutus eſt, dilucide adpareat, ex dedicatione adiiciemus. *Non vnum, inquit, Euangelici Apoſtolum, vel apoſtolicum virum, Epiſcopum vel Doctorem, Patrem vel Scriptorem hactenus vere nominare aut proferre potuerunt, qui ante Caluinum & Lutherum ſic praedicauit Euangelium vt ipſi praedicant, ſic Sacramenta miniſtrauit, vt ipſi miniſtrant.* ——— *Haec cum ita ſe habeant, non tamen pudet iſtos, Euangelicos nouae ſuae veritatis (vt vocant) euangelicae, nouos ſubinde teſtes recudere, & in lucem proferre: ne videantur nouam doctrinam docere, & Profeſſoribus qui eam antea docuerint carere. Verum tamen inter omnes illos teſtes, ne vnum quidem inuenies, per omnia Lutheranum vel Caluiniſtam: quod in hoc libello, niſi me animus fallat, ſatis clare demonſtraui. Hic enim clare videbunt Euangelici, niſi plane perpetuo caecutire velint: nec Apoſtolos, nec Eccleſiam primitiuam, nec Eccleſiae Patres aut Doctores, nec concilia Generalia, aut Prouincialia, nec ipſoſmet Haereticos antiquiores, quos Lutherani ac Caluiniſtae, tanquam ſuarum Sectarum Profeſſores, in ſuis ſcriptis nominant: fuiſſe reuera per omnia huius Quinti Euangelii, ſecundum Lutherum & Caluinum Profeſſores. Nihil autem hic attuli: quod partim in Haereticorum libris, partim in Catholicorum ſcriptis non legi. Vbi enim Haereticorum librorum copia mihi non ſuppetebat: ibi verbis ac teſtimoniis ipſorum Haereticorum vſus ſum, prout in Sandero, Vlenbergio, Caluino - Turciſmo, Feuardentio, & aliis noſtri temporis Catholicis ac fide dignis Scriptoribus reperi. &c.* Forte idem liber eſt, qui germanice hoc titulo extat: ANDR. IVRGIEWICII *der reformirten weitbekandter Niemandt, daraus zu erkennen, wo die rechte oder unrechte Kirche iederzeit geweſt, und ietzt zu finden ſey, verteutſcht durch*

durch M. Ioannem Stamphium, Maintz 1603. in 4. Alius etiam IVRGIEWICII liber inuenitur, cui titulum fecit: *Bellum quinti Euangelii, in quo contra laruatam harmoniam Geneuenſium, & fucatum Conſenſum Sendomirienſem clariſſime oſtenditur, nullam eſſe apud Euangelicos noſtri temporis fidei vnitatem vel certitudinem, Coloniae apud Henric. Falckenburg* 1595. in 8. quem Matthaeus Tympius titulo: *Bericht von der groſſen Uneinigkeit der genanten euangeliſchen in den fürnembſten Hauptſtücken chriſtlicher Religion, aus dem lateiniſchen* ANDREAE IVRGIEWICII, *ins Teutſch gebracht*, germanice verſum *Monaſterii* 1608. in 16. in lucem protrudit. Conf. de ANDREA IVRGIEWICIO Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 84. vbi & alia eius inueniuntur *Scripta*, quae Poſſeuinus *egregia* vocat.

BERNARDI IVSTINIANI *Oratoris Clariſſimi*, Orationes, eiusdem nonnullae Epiſtolae, eiusdem Traductio in Iſocratis libellum ad Nicoclem Regem. Leonardi Iuſtiniani Epiſtolae. *Venetiis per Bernardinum Benalium.* in fol. folior. 66.

BERNARDVS IVSTINIANVS, ex illuſtriſſima Venetorum familia oriundus, natus fuit anno a Chr. nat. 1408. patre Leonardo IVSTINIANO Procuratore. Ob inſignem, qua pollebat, eloquentiam Vrbis ſuae nomine, ad varios Principes legatus miſſus fuit. Cum in aula Ludouici XI. Galliae regis viueret, Codicem ſibi comparauit manuſcriptum, qui Laurentii Vallae *verſionem latinam Iliadis Homeri* complectebatur, quam poſtea Iuſtinianus Luzagus *Brixiae* 1474. in fol. in lucem emiſit. Patet illud e verſiculis, qui in fine iſtius editionis leguntur:

En Graiis tantum quondam celebratus Homerus:
Nunc quoque & Auſonio grammate notus erit.

Pri-

Primus honor Vallae (namque is traduxit) at alter
BERNARDVS *poſthaec* IVSTINIANVS *erit;*
Namque hic occiduas Orator miſſus ad oras
E Gallis Latias rettulit ille Domos,
Quamque prius puluis, quam blatta ac tinea preſſit,
Ilias in lucem cultior ecce redit.

Conf. Iuſtinian. Luzagi *Dedicatoria epiſtola ad* BERNARD. IVSTINIANVM anno 1474. Procurator S. Marci factus fuit. Anno vero 1489. vitam cum morte commutauit, aetatis anno LXXXI. Vitam illius deſcripſit Antonius Stella *Venet.* 1553. in 8. Conf. *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XVIIII. p. 364 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. VII. p. 1 ſqq. Gerard. Ioannes Voſſius *de Hiſtoricis Latinis* L. III. p. m. 547 ſqq. Io. Alb. Fabricius in *Bibliotheca med. & inf. Latinit.* L. VIIII. p. 614 ſqq. Niceron l. cit. de rariſſima, quam adduximus collectione p. 5. ita ſcripſit: *L'année n'y eſt pas marquée; mais l'edition eſt de* 1492. *car elle a été faite en même tems, que celle, de l'* Hiſtoire de Veniſe, *à la fin de laquelle tous ces Ouvrages ſe trouvent dans quelques exemplaires; mais comme on les en a ſeparez, & qu'ils ont même été ſupprimez pour des raiſons d'Etat, ils ſont maintenant trés rares & très peu connus.* Indicem horum opuſculorum inuenies in den *Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 419. *Orationes* magna ex parte ſeparatim prodierunt, & poſtea variis inſertae fuerunt collectionibus, e. g. *Orationibus clarorum hominum vel honoris officiique cauſſa, ad principes vel in funere de virtutibus eorum habitis. In Academia Veneta* 1559. in 4. & *Paris.* 1577. in 12. Vid. die *Merckwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dr.* T. II. p. 367 ſqq. *Oratio* Leonardi IVSTINIANI *in funere Caroli Zeni Procuratoris S. Marci*, quae, in Collectione, primum occupat locum, extat etiam in *Orationibus Funebribus in morte Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum* &c. *habitis a legatis viriſue ſuae aetatis doctiſſimis*, quae editae fuerunt *Hanou.* 1613. in

Digitized by Google

in 8. p. 140 ſqq. BERNARDI IVSTINIANI *orationes duae ad Paullum II. & Sixtum IIII. PP. MM.* reperiuntur in *Orationibus gratulatoriis in Electione, Coronatione, Natiuitate, Nuptiis, triumphis* &c. *Pontificum, Imperatorum,* &c. *habitis*, & editis *Hanou.* 1613. in 8. p. 6-25. De BERNARDI IVSTINIANI *rerum Venetarum hiſtoria*, vid. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. VI. p. 58 ſqq. vbi vero per errorem *Venetiis* 1560. primum eſſe edita dicitur. Illam enim prima vice Benedictus Brugnolus *Venet.* 1492. in fol. in lucem emiſit, illique *epiſtolam dedicatoriam ad Laurentium* IVSTINIANVM BERNARDI *filium* praefixit. Vid. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 548.

K.

THOMAE a KEMPIS, de imitatione Chriſti, *editio antiquiſſima, ſine loco & anno impreſſionis*, in fol.

Adſeruatur rariſſimus ille codex, Maittairio, Fabricio, & aliis, qui de hoc THOMAE a KEMPIS libro, commentati ſunt, incognitus, in Bibliotheca Pôrtenſi publica, in quam e monaſterio S. Mariae Boſaugienſi, olim transmigrauit. Omnia vero nos docent, illam ex editionibus prioribus, niſi forte omnium prima eſt, fuiſſe deriuatam. Litteris gothicis impreſſa eſt, paullo rudioribus & craſſioribus, foliis 75. Litterae initiales omnes, pro more illorum temporum, omiſſae, & colore rubro ſeu minio, adpictae conſpiciuntur. In prima Codicis pagina, haec leguntur: *Incipit libellus conſolatorius ad inſtructionem deuotorum. Cuius primum Capitulum eſt de imitacione Xriſti & contemptu omni vanitatum mundi. Et quidam totum libellum ſic adpellant ſcilicet libellum de imitacione Xriſti. Sicut euangelium*

thei appellatur liber generacionis Iheſu Xriſti. eo quod in primo capitulo ſit mentio de generacione Xriſti ſecundum carnem. Comprobant haec, eam obſeruationem, quam legimus in *Huetianis* p. 49. edit. *Amſtelod.* 1723. in 8. *Le livre de* imitatione Chriſti, *n'a pas été ainſi intitulé par ſon Auteur. Ce titre n'eſt, que le titre du premier chapitre du premier livre. Les Copiſtes l'ayant trouvé à le tête de tout l'Ouvrage, ont cru, qu'il apartenoit à tout l'ouvrage qui n'a paru depuis que ſous ce titre.* In fine libri, haec adiecta ſunt: *Viri egregii* THOME *montis ſancte Agnetis in Traiecto regularis canonici libri de Xriſti imitacione numero quatuor finiunt feliciter. per Gintherum Zainer ex reutlingen progenitum literis impreſſi ahenis.* Ex his igitur adparet, librum, *Auguſtae Vindelicorum*, qua in vrbe, *Günther. Zainerus* ſuam officinam habuit typographicam, fuiſſe impreſſum, quo vero anno, id pro certo adfirmare minime ſuſtinemus. Contulimus hunc codicem, cum editione, quae *Antwerp.* 1691. in 12. prodiit, illumque ab ea, multis in locis, differre didicimus. Qui plura de TOHAM Hamerken, ſiue Malleolo Campenſi, ſiue de KEMPIS, libro, & controuerſia ob eum exorta ſcire cupit, euoluat Heriberti Rosweydi, Conſtantini Caietani, Io. Frontaei, Roberti Quatremaires, Georgii Heſeri, Franciſci Valgrauii, Gabriel. Naudaei, Franciſci Delfeau, Philibert. Teſtelette, Io. Mabillonii, Thomae Erhardi, Euſebii Amorti, aliorumque Scripta criſtica, quae partim pro THOMA a KEMPIS, partim pro Ioanne Gerſen, in lucem emiſſa fuerunt. Hiſtoriam certaminis illius inter Canonicos, quos vocant, regulares, & monachos Benedictinos, inſigni animorum contentione agitati, ſingulari *diſſertatione* deſcripſit Ludouicus Ellies du Pin, quae adiecta eſt Tom. XII. de la *Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques* §. 1. p. 157 ſqq. Conf. *Ouvrages poſthumes de D. Ieun Mabillon & D. Thierri Ruinart par* Vincent.

cent. Thuillier Tom. I. L. I. p. 1 ſqq. Theophili Sinceri *Nachrichten von lauter alten vnd raren Büchern* P. III. p. 165 ſqq. Io. Alb. Fabricii *Bibliothecam med. & inf. lat.* L. X. p. 633 ſqq. Io. Hubneri *praefat.* ad verſionem libri, *de imitatione Chriſti* ſermone ligato & vernaculo conſcriptam, qui in eo admiſit errorem, cum huius libri omnium *primam* editionem 1492. in 8. prodiiſſe ſcripſit. Inſignis editionum caterua inuenitur in *Bibliotheca Telleriana*, in primis p. 99.

HERMANNI KERSSENBROICK belli Monaſterienſis, contra Anabaptiſtica monſtra geſti, breuis atque ſuccincta deſcriptio nunc primum & impreſſa, & edita. *Coloniae excud. Martin. Gymnicus* 1545. in 8. pl. 4½.

Aliam, ab hoc libro plane diuerſam & nondum adhuc editam HERMANNI A KERSSENBROICK *Hiſtoriam belli Anabaptiſtarum Monaſterienſem* MS. vidimus in Biblioth. Fridr. Menzii celeberrimi quondam Profeſſoris Lipſienſis. Paginis abſoluebatur ſeptingentis & ſexaginta, charactere ſatis minuto, & condenſato ſcriptis. Illum codicem autographum HERMANNI A KERSSENBROICK, eundem eſſe librum, ob quem aduerſa admodum ſuſtinuit fata auctor, quae enarrat Io. Dietericus von Stein in den *Quellen der Weſtphaeliſchen Hiſtorie* p. 64. nobis, tunc temporis librum euoluentibus confirmauit Vir honoris cauſſa nominatus, qui valde dolebat, in fine libri, nonnulla folia eſſe abſciſſa. Deſcripſit hunc codicem poſtea vberius in ſingulari *Diſſertatione Lipſiae* 1744. in 4. edita. Conf. die *Merckwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. II. p. 497. Quod vero ad HERM. A KERSSENBROICK *Catalogum Epiſcoporum Paderbornenſium*, cuius Cl. Vogtius p. 379. fecit mentionem, adtinet, illum integrum fere e

Digitized by Go

Gobelini Perſonae *Coſmodromio* deſcriptum eſſe teſtatur Niceron *Memoires* Tom. XV. p. 12. quam ob cauſſam HERM. a KERSSENBROICK plagiariis accenſetur.

IO. KOELHOFS Chronica van der hilligen Statt Coellen. *Colon.* 1499. in fol.

Hoc praeſtantiſſimum IO. KOELHOF *Chronicon*, inter quatuor illa antiquiſſima chronica, Hartmanni nimirum Schedelii *Norimbergenſe* 1493. impres. *Saxonicum Moguntiae* 1492. editum & *Sueuicum* a Thoma Lyrer a Raeckwiz compilatum ac *Vlmae* 1486. excuſum, eminet, & raritate prae ceteris ſeſe commendat. Vid. *Catalog. Biblioth. Rinkian.* p. 426. Maittaire *Annal.* Tom. I. p. 698. qui & nonnullas alias editiones adfert antiquiores.

ALBERTI WIIVK KOIAŁOWICZ Scripta omnia rariora eſſe, nos docet, diligentiſſimus eiusmodi rerum indagator, Io. Daniel Ianozki in den *Nachrichten von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 27. Vitam illius paullo vberius expoſuerunt Nathanael Sotwell in *Bibliotheca Scriptor. Societ. Ieſu* p. 18 ſqq. & modo laudatus Ianozkius l. cit. P. II. p. 86 ſqq. In *Bibliotheca Rinkiana* per errorem *Wynk* & *Wink* KOIAŁOWICZ ſcribitur.

Faſti Radiuiliani: Geſta illuſtriſſimae Domus Ducum Radziuil, compendio continentes. Autore ALBERTO WIIVK KOIAŁOWICZ, *Soc. Ieſu S. Theol. D. eiusdemque in vniuerſitate Vilnenſi Ordinar. Profes. Vilnae typis Academicis Soc. Ieſu. Anno Chr.* 1653. in 4. pl. 14.

In-

Digitized by Google

Inter A. W. KOIALOWICZ libros hunc ipſum in Polonia rariſſimum eſſe, teſtatur Reuerendiſſ. Celſiſſ. Princeps Ioſephus Andreas Comes in Zaluskie Zaluski Muſarum huius Seculi Stator & Maecenas, qui ſuo exemplari, hoc adſcripſit elogium: *Raritas infinita patet ex eo, quod hic liber non habeatur, in Schediasmate* Hoppii, *nec in* Braunii *Cenſura, & ego nunquam aliud exemplar impreſſum, praeter hoc praeſens vidi. Inde crediderim exemplaria huius operis fuiſſe ſuppreſſa.* Plura vid. apud I. D. Ianozki l. cit. P. I p. 27.

Miſcellanea rerum, ad Statum eccleſiaſticum, in magno Lithuaniae ducatu, pertinentium. Collecta ab ALB. WIIVK KOIALOWICZ *S. I. S. Theol. D. Alm. Vniu. Vilnens. Procancellar. & Ordin. S. Theol. Profeſſ.* vulgata Superiorum permiſſ. *Vilnae typis academicis* 1650. in 4. pp. 128.

Librum oppido rarum, ab inconſiderato & iniurioſo Dauid. Braunii Elogio vindicauit, eiusque adtulit recenſionem I. D. Ianozki l. cit. P. II. p. 85 ſqq.

Gratiae Seculares, Summis Pontificibus, Regibus, Praeſulibus & Protectoribus, Societatis Ieſu, in hoc magno ducatu Lithuaniae, ab Alma Academia, & Vniuerſitate Vilnenſi, eiusdem Societatis exhibitae, atque illuſtriſſ. Principi DD. Alberto Stanislao Radiuilo M. D. L. Cancellario, gratitudinis ergo oblatae, *Vilnae an. 1640. Societatis centeſimo* in 4. pp. 140.

Etſi ἀνωνύμως hic maximae raritatis liber prodiit, ille tamen ab omnibus ei litterariae polonicae Scri-

ptoribus, & praecipue, qui principem inter illos obtinet locum, a celſiſſimo Principe Zaluskio, in *Conſpectu Scriptorum Eccleſiaſticorum Poloniae ineditorum; tum & editorum quidem ſed rariſſime obuiorum*, p. 31. ALB. WIIVK KOIALOWICZ Auctori tribuitur. Plura vid. apud Ianozkium l. cit. P. II. p. 88 ſqq.

D. IOH. BASIL. KÜCHELBECKERS Nachricht vom roemiſchen Kaiſerlichen Hofe, und der Reſidenz-Stadt Wien. *Hannover* 1730. in 8.

Suppreſſa haec editio, & inde rarior facta eſt. Teſtem huius rei habemus *Catalog. Biblioth. Rinkian.* vbi haec legimus: *Quia Auctor de religione euangelica, in prouinciis Auſtriacis preſſa, deque oeconomia publica, aulae Caeſareae, nec non de moribus, ac rationibus viuendi nobilitatis Viennenſis, quaedam licentioſius dixerat, hoc ſcriptum prohibitum eſt. Caſtigauit autem illud Auctor in editione anni* 1732. *locis improbatis, expunctis, totoque Cap. XII. P. I. quodam modo emendato.* Conf. Io. Georg. Keyszlers *Fortſetzung neueſter Reiſen*, LXXXI. Brief p. 921.

QVIRINI KVHLMANNI Scripta omnia

rariora & admodum infrequentia ſunt. Poſſidemus, a KVHLMANNO, ſcripta.

A. Z. Heptaglotta KVHLMANNIANA operum ſuorum iuuenilium. *Londini Oxoniique* 1683. in 8.

Inueniuntur in iſtis *Heptaglottis* VII. tractatus, qui ſeorſum olim prodierant, nunc vero partim e lingua vernacula translati, collecti, & *pro autore excuſi* fuerunt, vnde raritas eorum deriuatur.

A. Z.

Digitized by Go

A. Z. QVIRINI KVHLMANNI Myſterium Viginti Unarum Septimanarum Kotterianarum, quod vera clauis ad Danielem, Apocalypſin omnesque Scripturae numeros, Spiritus Sancti ope apertum, Smyrnae Natoliae, Menſe Octobri 1678. *Londini excudebat Io. Gain anno Dom.* 1682. in 8. pp. 16.

Titulum, haec ſequuntur: *Ad Conſulem Hollandicum Smyrnenſem, Dom.* Iacobum van Dam, *Cum ipſi Muneris loco* Lucem e Tenebris *relinqueret, caeruleo colore inauratam,* Turcarum *Imperatori deſtinatam, In libri Frontiſpicio. Liber hic triunus ſpecialior Apocalypſis eſt, & ſeptem Mundi Eccleſias docens & illuminans. Quisquis igitur Membrum genuinum unius e ſeptem Eccleſiis eſt, munus ipſius erit, hoc munus coeleſte, quod* Epiſtola eſt ad Totum orbem Terrarum ipſius Dei, *pro ſua poſſibilitate publicare cunctis, ut* fiat divina Voluntas. *Maneat ergo in Oriente ad Orientem Muneris loco, ut fiat tandem hoc triunum* Munus univerſale Munus totius Orientis *Smyrnae* 27. (17) *Octob.* 1678.

A. Z. QVIRINI KVHLMANNI Kircheriana de Arte Magna ſciendi ſiue Combinatoria, admirabilibus quibusdam inuentis Sapientia Infuſa, Adamaea Salomonaeaque poſt ſeptennalem publicationem Orbe Europaeo fruſtra ringente conſummatius emiſſa ad Ludouicum XIIII. Regem Liligerum. *Londini imprimuntur a Ioh. Gain pro Authore, ac proſtant apud Gulielm. Cooper.* 1681. in 8. pp. 48.

A. Z. QVIRINI KVHLMANNI Reſponſoria de Sapientia Infuſa, Adamaea, Salomaeaque

circa Februarium 1676. e Lubeca Romam ſcripta ad Athanas. Kircherum. *Londini 1681. excudit Johann Gain pro Authore Menſe Maio & proſtant apud Gulielm. Cooper Bibliopol. at the Pelican in Little-Brittain.* in 8. pp. 64.

Adparet ſatis ex Athanas. Kircheri reſponſoriis, quod KVHLMANNVM, elogiis & praeconiis, quae illi impertitur, deceperit, eumque hac ratione ludibrio expoſuerit.

A. Z. QVIRIN KVHLMANNS *des Chriſten, des Ieſuelitens* Lutetier oder Pariſer Schreiben. *London in Engelland Drukkts vor den Author Iohannes Gain im Mai* 1681. in 8. pp. 122.

Inueniuntur in illa Collectione, litterae ad Fridericum Breckling, ad Georg. Wende Profeſſorem Vratislauienſem, ad Ioannem Bathurſt Nobilem anglicum in Iamaica commorantem, ad Magdalenam von Lindaw & tres eius libros.

A. Z. der KVHL-Pſalter oder die funfzehn Geſaenge. *Amſterd.* 1684. in 12.

A. Z. QVIRINI KVHLMANNS Lehrreicher Geſchichts Herold oder freudige und traurige Begebenheiten hoher und niedriger Perſonen. II. Theile in 8. pp. 506. excepta praefat. & indice Scriptorum. pp. 160.

Appendicis loco huic libro acceſſit QVIRINI KVHLMANNS *Geſchichtgemaehlde oder Beſchlus ſeines Geſchichtheroldes ausgefertiget an ein hochfürtrefflicher Doppelvierfaches Kleblatt des Hochanſehnlichen Breszlauer Rahts.* Per integrum librum auctor, mellitis verborum globulis, & dictis ſesamo & papauere ſpar-

ſparſis vtitur. En ſtili KVHLMANNIANI Specimen! P. I. p. 354. *Wer di unverfälſchten Biſenkugeln des erleuchteten Verſtandes, dem Porzellane der bezaubernden Wollüſte nicht vermiſchet, wird durch diſen Giffitrank in eine unvernünfftige Beſtie verwandelt, und verwechſelt den überirrdiſchen Karfunkel der Seelen mit dem Zerbrechlichen Kriſtall des Leibes. Er entflihet ſelten di Charybdis weltlicher Rache, und wird zugleich von der grauſamen Scyllen der Höllen mit Ach und Weh verſchlungen.* Plura, de his adductis aliisque, hominis fanatici infeliciſſimi Scriptis, praeter Scriptores, a Cl. Vogtio p. 388. cit. vid. in Viri Summe Reu. Io. Georg. Walchii *Einleitung in die Religions-Streitigkeiten* P. IIII. p. 1121. Dan. Ehreg. Collbergs *Platoniſch. vnd Hermetiſch. Chriſtenth.* P. I. C. IIX. p. 321. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1631. *Nou. Antiquis* ann. 1711. p. 755 ſqq. Erdmann. Neumeiſteri *Specimine de poetis Germanic.* p. 62.

L.

Euvres de LOVIZE LABÉ *Lionnoize. A Lion chez Iean de Tournes* 1556. in 16. pp. 176. it. *à Rouen eod. anno* in 16.

LOVISE LABÉ nata Lugduni, floruit anno a Chriſto nato 1555. cum Rex Henricus II. in Gallia, ſummae rerum praeeſſet. Scriptores ob inſignem eruditionem, formaeque pulchritudinem, ſummis eam efferunt laudibus, & cognomine *la belle Cordiere*, celebrem fuiſſe, memorant, propterea quod maritus, cum vario funium, reſtium, & laqueorum genere, mercaturam exercebat. Vrbis Lugdunenſis platea, in qua habitauit, ad hodiernum vsque diem, ab ea, *la belle Cordiere*, vocatur. Laudat eius virtutem & pudicitiam Guil. Paradin, dans les *Memoires de l' hiſtoire de Lion* p. 355. cui autem,

Digitized by Google

Antoine du Verdier, dans la *Bibliotheque du France*, teſte Niceron Tom. XXIII. p. 245. contradixit, quem vide. Cum eius *opera* admodum rara eſſent, nonnulla ſpecimina, ex illis dedit Niceron l. cit. Conf. *Hiſtoire litteraire de la ville de Lion* du P. Colonia, Tom. I. p. 542. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1635.

Michel de Caſtelnau, memoires, des choſes, les plus remarquables, qu'il a vuës, & negociées, ſous les Rois François II. & Charles VIIII. avec la genealogie de la maiſon de Caſtelnau, par *Mr.* LE LABOVREVR. *à Paris* 1659. II. Tom. in fol.

In ipſa Gallia, hunc librum eſſe rarum teſtatur Niceron Tom. XIIII. p. 121. qui ſcribit: *Cette edition de* LE LABOVREVR, *qui eſt très recherchée, eſt devenue extremement rare, & elle fût pouſſée, à la vente de la Bibliotheque de Mr. Colbert jusqu' à* 180. *livres.* Conf de prima editione, quae adnuente Iacobo Michaelis de Caſtelnau, filio prodiit *Paris.* 1621. in 4. *Bibliotheca hiſtorica Strunio-Buderiana* p. 376. Huic poſteriori IOANNES LE LABOVREVR Auctoris vitam, Commentarios doctiſſimos, & nonnulla ſcripta alia adiecit. Conf. Ioann. Burchardi Menkenii diſſertat. *de Commentariis hiſtoricis, quos Galli* Memoires *vocant*, in *diſſertationibus Academicis* p. 421 ſqq.

IOHANNIS DE LAET nouus Orbis, ſiue Americae vtriusque deſcriptio Libri XIIX. *Lugd. Batauor.* 1633. in fol. cum mappis geographicis & figur. aen.

Vid. Cl. Vogtius p. 391. Huius libri verſio gallica prodiit titulo: *l' Hiſtoire du Nouveau Monde, ou Deſcri-*

ſcription des Indes Orientales, *à Leide chez Elſevir* 1640. in fol. Verſionis Belgicae editio *Lugdun. Bataucr. ap. Elzeuir.* 1644. in fol. nobis innotuit. IOANNIS DE LAET *ad nouum orbem a ſe editum emendationes & adiectiones minime ſane contemnendas MStas*, in ducali Bibliotheca Vinarienſi, adſeruari, nos docet, Vir Cl. Io. Matthias Geſnerus, in iſtius *Bibliothecae notitia* p. 24. Edidit idem IOANNES DE LAET, *Hiſtoriam naturalem Braſiliae, in qua Guilielm. Piſonis de medicina Braſilienſi Libr. IIII. & Georgii Marcgrauii hiſtoriae Rerum Naturalium L. IIX. cum Annotationibus Lugd. Batau. ex officina Hackiana* 1648. in fol. cum figuris. Qui liber, admodum raro, hodie conſpicitur. Reliqua IOANNIS DE LAET Opera, recenſet Niceron Tom. XXXIIX. p. 339 ſqq.

IVLIVS POMPONIVS LAETVS de Romanae vrbis vetuſtate, *nouiter impreſſus & per Marianum de Blanchellis, Praeneſtinum, emendatus. Romae per Iacobum Mazochium Anno* 1515. *die X. Nouembr.* in 4.

Licet ſaepius liber fuerit recuſus, nimirum *Bonon.* 1520. in 4. *Antverp.* 1561. in 8. *Paris.* 1573. *Francof.* 1588. &c. inter rariores tamen primi ordinis libros, locum obtinét, haec editio, quam Maittaire in *Annal. Typogr.* ſilentio praeteriit. Vid. Niceron Tom. VII. p. 37. Quo tempore IVLIVS POMPONIVS LAETVS Amygdalaria (Amendolara) Calaber, natus fuerit, non ſatis conſtat. Illum vero, ex nobiliſſima Sanſouerinorum familia, oriundum eſſe, eumque in Catalogo Spuriorum, qui eruditione inclaruerunt, obtinere locum, extra omnem dubitationem poſitum eſt. Quare etiam accidit, vt cum a propinquis, aliquoties inuitaretur, vt ad ſuos rediret, id iter ſemper recuſaret, & illis reſcriberet:

Digitized by Google

beret: POMPONIVS LAETVS *cognatis & propinquis ſuis Salutem. Quod petitis, fieri non poteſt. Valete.* Sabellici, Peutingeri, aliorumque virorum clariſſimorum praeceptor extitit, & Pontifici Maximo Pio II. admodum charus fuit. Obiit Romae 1497. Sunt, qui cum Ioſia Simlero, & aliis, IVLIVM POMPONIVM LAETVM, & IVLIVM POMPONIVM *Sabinum*, viros fuiſſe diuerſos ſtatuunt, ſed hunc ab illo neutiquam eſſe diſtinguendum, iam docuit Gerardus Ioannis Voſſius L. III. *de Hiſtoricis latinis* p. 555. Conf. Martinus Hankius *de Romanarum rerum Scriptoribus* Tom. I. p. 204 ſqq. Tom. II. p. 343 ſqq. *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XXII. p. 366 ſqq. Niceron l. cit. Io. Alb Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Latinit.* L. VIIII. p. 5 4 ſqq. Io. Matthaei Toſcani *Peplus Italiae* L. I. num. XXXIIX. p. 409. edit. I. A. Fabricii, *Conſpectui Theſauri litterar. Italiae* adiect.

FRANCISCI LAMBERTI Exegeſeos in Apocalypſin Libri VII. in Academia Marpurgenſi praelecti. *Baſil.* 1539. *ex officin. Brylingeriana* in 8.

Editio haec, a Cl. viris, Schellhornio, Vogtio, Gerdeſio, & aliis non memorata, inuenitur in Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 203. in Thom. Hyde *Catalogo Bibliothecae Bodleian.* p. 383. Conf. Iacobi le Long *Biblioth. Sacr.* T. II. p. 818. Niceron *Memoires* Tom. XXXVIIII. p. 249.

In regulam Minoritarum & contra vniuerſas perditionis ſectas FR. LAMBERTI commentarii vere euangelici, denuo per ipſum recogniti, & locupletati. Sectarum regni filii perditi catalogum in prologo habes. *Argentorati ex officina Herwagiana* 1525. in 8. pp. 125.

Edi-

Digitized by Google

Editio Schellhornio incognita fuiſſe videtur. Vid. *Catalogus Bibliothecae Tellerianae* p. 16. La Croix du Maine, & Antoine du Verdier, vterque in *Bibliotheque de France*, Nicerono Tom. XXXVIIII. p. 242. teſte, verſionis gallicae mentionem faciunt, cum titulo: *Declaration de la Regle, & état des Cordeliers.* Annum vero & locum impreſſionis, non addiderunt.

FR. LAMBERTI, Commentarius in euangelium Lucae. *Francof.* 1693. in 8.

A Viris Cl. Schellhornio, Vogtio & Gerdeſio, ſilentio praetermiſſa editio. Vid. Iacob. le Long *Biblioth. S.* Tom. II. p. 818. qui tamen *Norimbergenſem* 1525, *Argentoratenſem* autem editionem 1526. prodiiſſe tradit.

FRANCISCI LAMBERTI, Commentarii de prophetia, eruditione, & linguis, deque littera & ſpiritu. Eiusdem, libellus, de differentia ſtimuli carnis, Satanae nuncii, & vſtionis. *Argentorat.* 1526. in 8. fol. 138.

Recuſus hic liber fuit *Helmſtadii* 1678. in 4.

Theſes theologicae, in Synodo Hombergenſi diſputatae. *Erfurti.* 1527. in 4.

Ita libri titulum adtulit Schellhornius l. cit. p. 388. Aliam editionem, ſe vidiſſe teſtatur Niceron l. cit. p. 247. cui praefixus fuit titulus: *Quae* FR. LAMBERTVS, *Auenionenſis, apud ſanctam Heſſorum ſyncdum, Hombergi congregatam, pro Eccleſiarum reformatione Dei verbo, diſputanda & deſeruienda propoſuit, Eiusdem Epiſtola ad Colonienſes, de ipſa venerabili Synodo, adverſus Nicolaum Herborn, Minoritam, aſſertorem & conſarcinatorem mendaciorum. Erphordiae ex officina Io. Loerſfelt* 1527. in 8. folior. 54. chara-

Digitized by Google

ctere gothico. Theſes ſeu paradoxa CLIIX, in illa inueniri ſcribit, quae Abraham Scultetus, *Annalibus Euangelii Seculi XVI.* (qui etiam in Hermanni von der Hardt *hiſtoria litteraria Reformationis Lipſ.* 1717. in fol. Parte V. inueniuntur) ad annum 1526. fol. 68 ſqq. inſeruerit. In *Epiſtola ad Colonienſes*, Marpurgi d. XV. Febr. 1527. ſcripta, impugnat Nicolai Herborn, quem alii Herbonium, item Herboram vocant, Galli Ordinis minorum, & eiusdem in Gallia Commiſſarii generalis, Opuſculum, quod titulum habet: *Aſſertiones trecentae ac viginti ſex* Fr. Nicolai Herbornenſis *Guardani Marpurgenſis, verae, orthodoxae, aduerſus* FR. LAMBERTI, *exiticii Monachi, paradoxa impia, & erroris plena, in Hombergiana Haſſorum congregatione propoſita, ac plusquam haereticiſſime deducta & expoſita. Aſſertiones aliae, quibus excuſatur Guardianus Marpurgenſium, quod in Hombergiana Heſſorum congregatione, poſt proteſtationem, eo loci, publice factam, & iam tandem coram Notario, legitime repetitam, in Werlenſi oppido, diſputare noluerit, neque reſpondere* FR. LAMBERTO *haeretico. Colon.* 1527. in 8. Edidit poſtea idem Nicolaus Herborn, *Monada ſacroſanctae euangelicae doctrinae, ab orthodoxis patribus, in haec vſque ſecula, veluti per manus traditam. Autore* F. Nicolao Herborn *Minorita. Abſterſae ſunt faeculentiores* F. LAMPERTI *Apoſtatae Aſpergines, quibus immaculatam Chriſti ſponſam, impudentius foedare admolitus eſt. Ad Io. Hink. I. V. D. Item Epiſtola* Nicolai Herborn *ad Minoritas, quod apologia optima, ſit veteris vitae emendatio. Coloniae in aedibus Petri Quentel* 1529. in 8. Conf. Schellhornii *Amoenitat. litterar.* Tom. X. p. 1237. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* T. II. p. 486 ſqq.

FR. LAMBERTI, Commentarius in quatuor libros Regum, & in Acta Apoſtolorum. *Argentorati* 1526. *Francof.* 1539.

E Iacobi le Long. *Biblioth. S.* l. cit. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* l. cit. & aliis Geſneri epitomatoribus, Niceron, hunc librum, in Catalogo Operum FR. LAMBERTI collocauit l. cit. p. 249.

De regno, ciuitate, & domo Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti, Libri III. ex vetuſtiſſimis creaturae & ſcripturae libris, per D. FRANCISCVM LAMBERTVM collecti, & per Gerhardum Geldenhaurium, Nouiomagenſem, recogniti, in ordinemque digeſti. *Wormat.* 1538. in 8.

Conf. de FRANCISCO LAMBERTO, praeter Scriptores a Cl. Vogtio, & Gerdeſio citat. Viti Ludouici a Seckendorf *Hiſtor. Lutheraniſmi* L. II. Sect. IIX. p 40 ſqq. Paulli Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* P. I. p. 104. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1645. Niceron. l. cit. p. 234 — 250.

D. SECVNDI LANCELLOTTI, *Peruſini*, Hiſtoriae Oliuetanae, ſeu congregationis S. Mariae montis Olitueti Libri II. *Venetiis ex officina Guerilli* 1623 in 4.

E rariſſimis libris eſt haec hiſtoria. Fuit SECVNDVS LANCELLOTTVS, inter monachos Oliuetanos ſacerdos, qui diem obiit Paris. 1643. Illius liber, quem italico ſermone conſcripſit, & *Mercurio Olivetano*, adpellauit, ſimiliter perrarus eſt. Conf. Oldoini *Athenaeum Peruſinum* p. 304.

IO. LASCII ſeu DE LASKO Commune incliti Polonie regni priuilegium conſtitutionum & indultuum publicitus decretorum, approbatorumque &c. *Cracouiae anno dom. 1506. d. XXVII. Ianuar. in aedibus Io. Haller* in fol.

Digitized by Google

IOANNES LASCIVS, ſeu LASKI, ſeu DE LASKO, vir, teſte Simone Starouolſcio in ἑκατοντ. *Scriptor. Polonicor.* p. 9 ſqq. generis nobilitate, linguarum peritia, rerumque tractandarum vſu, toti paene Europae notus, poſt varia, quibus feliciter functus erat, munera, Archiepiſcopus Gneſnenſis, regnique Polonici Primas, & Cancellarius, & Sedis Apoſtolicae Legatus natus, factus fuit. A Rege Sigiſmundo I. anno a nato Chriſto 1513. ad Concilium Lateranenſe miſſus, in itinere, egregiam in ſenatu Veneto, habuit orationem. Pro ſingulari, in res antiquas, amore ac ſtudio, multos Codices MStos, & numos, priſca aetate cuſos, maximis ac plane regiis ſumtibus, vndique congeſſit. Num vero ex ſacro ordine in Polonia primus, tempore Sigismundi I. reformatam amplexus fuerit religionem, vt Iacobus Woit, in Diſſertatione *de Incrementis ſtudiorum per Polonos ac Pruſſos* §. XXVIIII. p. 36. ſcribit, id aliis inueſtigandum relinquimus. Veremur autem, ne Woit, opinione deceptus, ea IOANNI LASCIO tribuerit, quae ad Ioannem a Laſco, Praepoſitum Gneſnenſem, & Epiſcopum in Hungaria Veſprimienſem, poſtea vero Eccleſiarum Friſiae Orientalis, in primis Emdanae, per aliquot annos, Superintendentem, pertinent. Deceſſit IOANNES LASCIVS anno, a nato Chriſto 1531. Conf. Stephani Damalevicii Vartae S. T. D. *Series Archiepiſcoporum Gneſnenſium, atque res geſtae, Varſau. ex officina Petri Elert* 1649. in 4. p. 278 ſqq. Io. Daniel Ianozki, *Series litterarum in Polonia Propagatorum*, §. XXII. p. 19 ſqq. Iacob Woit l. cit. Quod ad *regni Poloniae conſtitutiones* adtinet, illas, iuſſu regis Alexandri, qui Caſimiri IIII. filius, & Ioannis Alberti Regis frater fuit, huic volumini inſertas fuiſſe, conſtat. Omnia, quae de hoc libro dici potuerunt, adtulit Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht, von denen in der Hochgräflich-Zaluskiſchen Bibliothek, ſich befindenden raren polniſchen Büchern*, P. I. p. 32 ſqq.

Digitized by Google

32 ſqq. Cenſuram inuenies in den *Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 166 ſqq.

Statuta prouinciae Gnesnenſis, Antiqua & noua. reuiſa diligenter & emendata. *Cracouiae anno dominicae incarnationis 1518. per Matthiam Scharffenbergk.* in 4. pp. 198.

Iuſſu & auctoritate IOANNIS LASCII, haec ſtatuta Synodalia, congeſta ſunt, a Ioanne Choienski, & Georgio Miskowski de Przecziczow. Vid. Io. Daniel. ianozki *Nachrichten von raren polniſchen Büchern* P. II p. 1 ſqq. qui omnia Acta. & ſtatuta ſynodalia, regni polonici, rariora eſſe dicit, huiusque rei, hanc adfert cauſſam: *Die Vrſache iſt dieſe: die Biſchoefe, welche eine Kirchenverſammlung anſtellen, laſſen die darinne gemachten Verordnungen, auf ihre eigne Koſten abdrucken und die wenigen davon beſorgten Exemplare, unter die ihnen zugehörigen Praelaten, und andere auserleſene Geiſtliche, austheilen. Dieſe Exemplare kommen aber nach dem Tode der Beſitzer, gemeiniglich in die Haende ihrer Anverwandten, die eine ſolche Erbſchaft nicht ſonderlich achten, und öfters an die unverſtaendigſten Leute veräuſſern.*

PIETRO LA-SENA dell' Antico Ginnaſio Napoletano. *in Roma* 1641. in 4. *in Napoli* 1688. in 4. pp. 240.

Poſt mortem Auctoris Opus prodiit. Falluntur, qui, hiſtoriam litterariam, gymnaſii Neapolitani, vt Io. Georg Lotterus, in diſſertatione *de Bernardini Teleſii vita, & philoſophia*, §. VIIII. not. 3. p. 18. & alii in illo quaerunt. PETRVS enim LA SENA, in illo, ludos, ſpectacula, & certamina gymnica, ex antiquis monumentis, & inſcriptionibus deſcribit, quae olim populo Neapolitano, ab Imperatore Auguſto, eiusque, ad Diocletianum

Digitized by Google

vsque, ſucceſſoribus, exhibita fuerunt. Auctor, ad Vlyſsis vsque tempora, regreditur, quem, in Neapolitano gymnaſio fuiſſe, ſibi perſuadet. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XV. p. 211 ſqq. Chriſtophor. Auguſti Heumanni *Bibliotheca hiſtorica Academica* p. 122. De raritate Lotterus l. cit. Conf. *Acta Eruditorum Lipſienſia* ann. 1689. p. 251 ſqq. Excerptum vero, ex libro ipſo, ſatis luculentum, dedit Petrus Zornius, in *Bibliotheca Antiquaria & Exegetica* Tom. I. P. XI. p. 961 ſqq. *Vitam* PETRI LASENAE deſcriptam habemus, a Io. Iacobo Buccardo Pariſienſi, *ad Vrbanum IIX. Pontificem Max. Rom.* 1637. in 4. pp. 16. Conf. Iani Nicii Erythraei *Pinacotheca* I. p. m. 106. Niceron *Memoires* l. cit. Paull. Freheri *theatr. virorum eruditione claror.* p. 27.

IO. LASICII, ſ. LASITSKY Scripta omnia

rara, & in ipſa Polonia prohibita ſunt, vt *index librorum prohibitorum Cracou.* 1617. in 12. & ex eo, Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von raren polniſchen Büchern* P. I. p. 12. teſtatur. Innotuit vero nobis, praeter illa, quae a Cl. Vogtio p. 395 ſqq. iam adducta ſunt, IOANNIS LASICII *de Diis Samogitarum, & caeterorum Sarmatarum & falſorum Chriſtianorum, it. de religione Armeniorum, & de initio regiminis Stephani Bathorii opuſcula, Baſil.* 1615. in 4. Adiecta illa plerumque Michalonis Lituani, *de Moribus Tartarorum, Lituanorum & Moſchorum fragminibus X*, quae edidit Io. Iacob. Graſſerus *Baſil. eod. anno* in 4. IOANNIS LASICII *hiſtoria, de ingreſſu Polonorum in Valachiam an.* 1572. *& Dantiſcanorum clades an.* 1577. prodiit cum Leonardi Gorecii *deſcriptione belli Iuonici Vaiuodae Valachiae, quod an.* 1574. *cum Selymo II. Turcarum Imperatore geſſit, Francof. ex officina Wechel.* 1578. in 8. Inuenitur etiam in Ioann. Piſtorii *Scriptoribus rerum Polonicarum*

rum Tom. III. In Germanicum conuerſa ſermonem, extat cum titulo: *Walachiſchen Kriegs Beſchreibung, ſo Ivonia der Waywoda vber die Walachey, vom Türcken dahin geſetzt, vnverſehens im Iahr* 1574. *wider dem Türckiſchen Kayſer Selim, von Anfang glücklich geführet, nachmals aber durch ſeinen Mitgeſellen Ieremiam Czarmawietzky, ſchaendlich verrahten, vnd von dem Türcken jemmerlich getoedtet. Erſtlich durch* Leonhardten Gorecium, *vnd* IOHAN LASITIVM *in lateiniſcher Spraach beſchriben, ietzt aber durch* Nicolaum Honiger *verteutſcht, Baſel* 1578. in 4. Conf. Ios. Simleri *Bibliotheca*, vbi p. 389. de IO. LASICIO legimus: IOANNES LASICIVS, *Polonus, vir pius & eruditus, errores nouorum Samoſathenianorum, & Arrianorum lingua Polonica, erudite & ſolide, vt audio, confutauit: ſcripſit etiam Latine, de eadem controuerſia ad Andream Duditium.*

IOANNIS A LASKO ſ. a LASCO, *Theologi, & Eccleſiarum Friſiae Orientalis, imprimis vero Emdanae Superintendentis* Scripta omnia

rariſſima eſſe teſtatur Cl. Vogtius p. 398. Catalogum eorum exhibet Daniel Gerdeſius in *Florileg.* p. 187 ſqq. quibus nonnulla hic adiiciamus: *Epiſtola continens ſummam controuerſiae Coenae Domini breuiter explicatae*, quam ex Melchioris Adami *vita* IO. A LASKO, adtulit Gerdeſius, prodiit cum Henrici Bullingeri *Abſoluta de Chriſti domini, & catholicae eius Eccleſiae Sacramentis tractatione*, quam edidit IO. A LASKO *Londini* 1551. *Formam ac rationem totam Eccleſiaſtici miniſterii in peregrinorum, potiſſimum vero Germanorum, Eccleſia inſtituta, Londini in Anglia, per Regem Eduardum VI. Anno* 1550. *addito ad Calcem libelli priuilegio ſuae Maieſtatis* 1555. in 8. in Gallorum ſermonem conuerſam, & anno 1556. in 8. editam eſſe, teſtatur Thom. Hyde *Catalog. Bibliotb. Bodleianae* Tom. I. p. 386. Libro, quem

Gerdeſius titulo: *Purgatio Eccleſiae peregrinorum Francofurtenſis* 1557. in 8. adfert p. 190. hic praefixus eſt titulus: IOANNIS a LASCO *Poloni Purgatio Miniſtrorum in Eccleſiis peregrinorum Francofurti, qua demonſtrat ipſorum doctrinam, de Chriſti Domini in coena ſua, praeſentia, non pugnare, cum Auguſtana Confeſſione, vt aduerſarii eos adcuſabant: deinde quamuis id faceret, non ideo tamen damnandos, ſi poſſint diſſenſionem ſuam, ab illa, verbo Dei adprobare.* 1557. in 8. Obiit IOANNES A LASCO, anno, a Chriſto nato, 1560. Conf. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 389. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 182. *Nou Antiqua* Anni 1701. p. 1701. p. 121 ſqq. Anni 1711. p. 315 ſqq. Anni 1720. p. 428. Theodor. Bezae *Icones ſeu verae imagines, virorum, doctrina ſimul & pietate illuſtrium*, & quidem *Chriſtianismi apud Polonos reſtituti inſtauratores praecipui.*

LATINI LATINII Epiſtolae, Coniecturae, & Obſeruationes, ſacra profanaque eruditione ornatae. Ex Bibliotheca Cathedralis Eccleſiae Viterbienſis, a Dominico Macro Melitenſi, eiusdem eccleſiae Canonico Theologo, ſtudio, ac triennali labore collectae. *Romae ex officina Tinaſſi* 1659. in 4. pp. 395. Tom. II. *Viterb.* 1667. in 4. pp. 214.

Vid Cl. Vogtius p. 399. Tomus I. in duas diſpeſcitur partes, quarum prior, epiſtolas, nomine Iacobi Cardinalis du Puy, Archiepiſcopi Barienſis, cuius Secretarius LATINVS LATINIVS fuerat, ſcriptas continet. Io. Gottlob. Heineccius in *Fundamentis Stili Cultioris* P. II. Cap. I. §. III. p. m. 223. LATINI LATINII *epiſtolas, praeter rerum varietatem, ob latinitatis nitorem quam maxime commendari* ſcribit: & Daniel Georg. Morhoſius, in *Polybiſt. Litterar.* L. I. Cap. XXIIII. §. 5. p. m. 289. *iis multa*

Digitized by Google

ta ineſſe, ait, *quae pertinent ad ſtatum Eccleſiaſticum & ciuilem, multa quoque de Auctoribus iudicia, & locorum quorundam emendationem.*

LATINI LATINII *Viterbienſis* Bibliotheca ſacra, & profana, ſiue obſeruationes, Correctiones, Coniecturae, & variae lectiones, in ſacros & profanos Scriptores. E marginalibus notis codicum eiusdem collectae, a Dominico Macro Melitenſi, Cathedralis Viterbienſis olim Canonico Theologo, Sacrarumque Inquiſit. & Indicis Congregat. Conſultore, Protonotario Apoſtolico, ac Comite Palatino, & nunc primum, e Bibliotheca Brancaccia, in lucem editae. *Romae ſumptibus Pontii Bernardon Via Parionis ſub ſigno Virtutis* 1677. in fol.

Complectitur liber, quem, ante oculos poſitum habemus, Obſeruationes, Correctiones, & Coniecturas ad XLIIII. Auctores Sacros, veteres & recentiores, quibus 213. paginae implentur. Profanis Scriptoribus XLII. pp. 79 tribuuntur. Libro praemiſſa ſunt LATINI LATINII & D. Ioannis Gualterii Sluſii Innocentii XI. Breuium Secretarii imago; Pontii Bernardon Bibliopolae ad eundem Sluſium epiſtola dedicatoria; Innocentii XI. Priuilegium Bibliopolae conceſſum; Index Auctorum Sacrorum & Profanorum qui expurgantur; LATINI LATINII Viterbienſis vita, a Dominico Macro, ex variis epiſtolis ipſius concinnata, & a Carolo eiusdem Auctoris fratre, in Compendium redacta; illuſtrium Scriptorum elogia in LATINVM LATINIVM; Romae in Eccl. S. M. Viae Latae, a ſe viuente, Sepulcralis Inſcriptio parata; & tandem Epigramma ad eius effigiem, in Bibliotheca Capituli Viterbienſis Cathedr. Fuit LATINVS LATI-

Digitized by Google

NIVS, natus annum verſus 1513. Viterbi. Quatuor Cardinalium fuit domeſticus. Nimirum Iacobi, quem iam nominauimus, du Puy, Rudolphi Pii Cardinalis Carpenſis, qui poſt paucos menſes e vita ereptus LATINIO Bibliothecam reliquit, Ranutii Cardinalis Farneſii, & Marci Antonii Columnae. Diem obiit ſupremum, anno a Chriſto nato 1593. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XLI. p. 343 ſqq. *Nou-Antiqua* Anni 1715. p. 250 ſqq. Morhof *Polyhiſt. litterar.* L. I. c. XXIIII. §. 5. p. 289. L. V. C. I. §. 13. p. 928.

LATITVDINARIVS Orthodoxus I. in genere de fide, in religione naturali, Moſaica, & Chriſtiana. II. in particulari, de chriſtianae Religionis myſteriis, ſancta Trinitate, Chriſti incarnatione, Corporis reſurrectione, Coena Dominica. Acceſſerunt vindiciae libertatis chriſtianae, eccleſiae Anglicanae, & Arthuri Bury S. T. P. contra ineptias & calumnias P. Iurieu.

Iurieu Lettre Paſtorale II. 9.

On introduiſit une fauſſe idée de l' Egliſe & de ſon Unité, par la quelle on mit hors de la communion de Jeſus Chriſt, non ſeulement les heretiques errans dans le fondement, mais toutes les Societez le moins du monde entachées d' erreur. Ce qui a produit tant de ſanglantes diviſions, tant d' Anathemes, d' iniuſtes excommunications, de Haines, & de Querelles.

Londini Impenſis Sam. Buckley, ad inſigne Delphini, e regione eccleſiae Diui Dunſtani in Fleetſtreet 1697. in 8. pp. 238. except. praefat. pp. 10.

Putauit quidem Gottlieb Stollius in der *Kurzen Nachricht von den Büchern und deren Urhebern in ſeiner*

ner Bibliothec P. XIII. p. 384. & qui eum ſequutus eſt, Cl. Vogtius p. 399. e libro Anglico *The naked Goſpel*, in latinum ſermonem verſo, LATITVDINARIVM *Orthodoxum* profectum eſſe; Sed omnia alia nos docet recenſio, quae de vtroque libro in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* T. III. p. 235 ſqq. 226 ſqq. inuenitur. Conf. Chriſtophor. Matthaei Pfaffii *Introductio in Hiſtoriam Theologiae litterariam* P. II. L. III. p. 287 ſqq. vbi ex hiſtoria LATITVDINARIORVM ſiue Indifferentiſtarum Anglorum, & Scriptis eorum, nonnulla huc ſpectantia adferuntur. *Acta Eruditorum Lipſ.* anni 1697. p. 493 ſqq. Wilhelm. Ernſt Tenzel *Monatliche Vnterredungen* Anni 1698. p. 298 ſqq.

ANTOINE DE LAVAL, Deſſeins de Profeſſions nobles & publiques, contenant pluſieurs Traités divers & rares; & entre autres l'hiſtoire de la maiſon de Bourbon, avec autres beaux Secrets hiſtoriques, extraits de bons & authentiques Memoires & Manuſcrits, dediés au Roi Henry IIII. & propoſés en forme de leçons paternelles, pour avis & conſeils de chemins du monde. *Paris* - in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 399. Quo tempore liber iſte prodierit, pro certo adfirmare non poſſumus. Niceron Tom. XXXVII. p. 390. illum anno 1605. Cl. Vogtius l. cit. *chez Langelier* 1612. *Catalogus Hiſtoricorum Freſncio - Menkenianus* p. 237. anno 1613. *Catalog. Biblioth. Menkenianae* p. 478. anno 1671. in lucem emiſſum eſſe ſcribunt. ANTOINE DE LAVAL *Sieur de Belair & de Landrevie*, *Maitre des Eaux & Forêts du Bourbonnois*, *Capitaine du Parc & Chateau de Beaumanoir - les - Moulins*, & *Premier Geographe du Roi*, natus fuit d. XXIIII. Octobr. anno a nato

Chriſto 1550. Mortuus eſt, anno 1630. aetatis anno XXC. vid. Niceron l. cit.

PETRI LAVNAEI, *Galli*, *Bleſenſis*, *Regi a Secretis*, *Senioris Carentonienſis*, Scripta omnia

eſſe rariora, neque minus egregia nos docet Gerdeſius in *Florileg.* p. 192. Cl. Vogtius p. 490. Nos igitur eorum titulos, quos e variis, Bibliothecarum Catalogis, collegimus, hic adiiciamus:

Remarques ſur la texte de la Bible, ou explication des mots, des phraſes, & des figures difficiles, de la ſainte Ecriture. *Geneve* 1667. in 4.

Vid. *Catalog. Bibliothecae Hulſian.* P. II. p. 101. *Bibliotheca Telleriana* p. 11.

Paraphraſe & expoſition ſur les Proverbes de Salomon, & du premier Chapitre du Cantique des Cantiques. *Charenton* 1652. in 4. *ibid.* 1655. in 12.

Vid. *Bibliotheca Hulſiana* P. II. p. 106.

Paraphraſe & expoſition, ſur l' Eccleſiaſtique de Salomon. *Saint Maurice* 1618. in 8. *Charenton* 1619. in 8. *ibid.* 1655. in 12.

Paraphraſe & Expoſition, ſur le Prophete Daniel. *Sedan* 1624. in 8.

Paraphraſe & expoſition, ſur l'Epiſtre de St. Paul, aux Romains. *Saumure* 1647. in 4.

Paraphraſe & Expoſition, ſur l'Apocalypſe.

Vid. ſupra IONAS LE BVY *de la Perie.*

Re-

Digitized by Google

Reſponſe de PIERRE de LAVNAY au livre de Mr. Amyraut, du regne de mille ans, ou de la proſperité de l'Egliſe. *Charenton* 1655. in 8.

Vid. *Bibliotheca Telleriana* p. 136.

WOLFGANG LAZII, *Medici & Hiſtorici Caeſarei*, Hiſtoricarum commemorationum Rerum Graecarum Libri II. Conſecrati Diuo Ferdinando, Romano Imperatori Maximo, & Maximiliano, Bohemorum Regi Sereniſſimo: in quibus tam Helladis quam Peloponneſi, quae in lucem antea non venerunt, explicantur. *Viennae* 1558. in fol. recus. *Hanou.* 1605. in fol. cum fig.

Vid. Cl. Vogtii Catalog. *libror. rar.* p. 403. Inſertus hic liber eſt Tom. VI. p. 2418. *Theſaur. Antiquitat. Graecar.* Gronouii titulo: WOLFG. LAZII *Graeciae Antiquae variis numismatibus illuſtratae Libri II.*

DIONYSII DE LEEWIS contra Alcoranum & Sectam Mohammeticam Libri V. *Colon. ex officina Petri Quentell* 1533. in 8.

Lengletus du Fresnoy dans ſes *Tablettes chronologiques* Tom. II. p. 377. hunc librum vocat, *un Traité aſſez rare.* Conſcripſit illum DIONYSIVS, qui a patria etiam *Ryckelius*, nec non ab Ordine, cui adſcriptus erat, *Carthuſianus*, vocari ſolet. Ad imitationem amici ſui Nicolai de Cuſa, qui Alcoranum quoque confutandum cenſuerat, huic libro ſcribendo, manus admouit. Adpendicis loco adiecta eſt eiusdem DIONYSII *de bello inſtituendo adverſus Turcas, & de generali Concilio habendo* Com-

mentatio. In germanicum conuerſus Sermonem liber, extat hoc titulo: DIONYSII *von Rickel Alcoran, oder des Türkiſchen Alcorans Innhalt und Ablehnung, Straasb.* 1540. in fol. *Vitam* DIONYSII conſcripſit Theodoricus Loërius a Stratis Carthuſianus *Colon.* 1532. in 8. quae poſtea inſerta fuit *Actis Sanctorum* XII. Mart. Tom. II. p. 247 ſqq. Ingentem librorum, a ſe compoſitorum, reliquit copiam, quorum, ipſe dedit Catalogum, apud Bzouium ad annum 1471. num. XXI. Tom. XIIX. p. 10-15. Apud Theodorum Petreium, in *Bibliotheca Carthuſiana* p. 50-84. Adiectus quoque conſpicitur, Theodorici Loërii *vitae* DIONYSII, iam memoratae. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. I. p. 409 ſqq. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 171. Sixti Senenſis *Bibliotheca Sancta* L. IIII. p. 241. & prae reliquis I. A. Fabricii *Bibliotheca med. & inf. Latinit.* L. IIII. p. 95 ſqq.

IOHN LELANDS, Itinerary. *Eiusd.* Collectanea de rebus Britannicis, *vid. ſupra* TH. HEARNE.

IOANNIS LELANDI, Commentarii de Scriptoribus Britannicis, ex Autographo Lelandino nunc primus edidit Antonius Hall A. M. Colleg. Reg. Oxon. Socius. *Oxoniae e theatro Sheldoniano* 1709. in 8. mai. Tom. II. pp. 486. exceptis praemiſſis, & indicibus.

Hic liber bonae frugis, in Germania raro inuenitur. Poſſidemus illum e Bibliotheca Weidmanniana, & hiſtoriae litterariae, qua parte, Angliam ſpectat, multum lucis, adferre intelligimus. Natus fuit IOANNES LELANDVS Trenouanti, in principe Britanniarum ciuitate. Studia in Academia Pariſienſi perfecit, tunc temporis celeberrima, & domum reuerſus a Rege Henrico IIX. Bibliothecae

prae-

Digitized by Google

praefectus, & Antiquarii titulo ornatus fuit. Regio diplomate inſtructus, omnes per vniuerſam Angliam, Bibliothecas perluſtrauit, & ingentem codicum vetuſtiſſimorum rariſſimorumque copiam, vndique congeſſit, qui maxima ex parte, in Bibliothecam Palatinam, translati fuerunt. Poſt ſexennium redux ab itinere, in Phreneſin incidit, & die XIIX. April. anno a Chriſto nato 1552. mortuus eſt. Vid. Catalogus operum eius, in *vita*, ipſi libro praemiſſa, a Sigeberto conſcripta. Niceron *Memoires* Tom. XXIIX. p. 282 ſqq.

CARLO DE LELLIS, diſcorſi delle famiglie Nobili del Regno di Napoli. *In Napoli* P. I. 1654. P. II. 1663. P. III. 1671. cum fig. aen. in fol.

Inter rariores libros refertur, in *Bibliotheca Menkeniana* p. 575. *Weidmanniana* P. I. p. 185. Conf. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua Italiana* p. 106. Struuii *Bibliotheca hiſtorica* p. 1369 edit. recentiſſ. cui tamen Pars tantum II. cognita fuiſſe videtur.

M. SIMONIS LEMNII Epigrammaton libri III. Adiecta eſt quoque eiusdem Querela ad Principem. *Anno Dom.* 1538. in 8. folior. 75.

Hanc ipſi poſſidemus editionem, num *Baſileae* excuſa fuerit, vt Cl. Vogtius p. 405. ſcribit, pro certo id adfirmare non ſuſtinuerimus, cum nec vola, nec veſtigium, illius rei, in ipſo libro adparet. Liber III. omnium iniurioſiſſimus eſt, in Martinum Lutherum, Iuſtum Ionam, & Vitum Vinſemium. Quodam Epigrammate Georgium Sabinum defendit, qui in Suſpicionem horum epigrammatum venerat. Fatis illum conceſſiſſe, peſtilentia correptum Curiae Heluetiorum anno a Chriſto nato 1550. ſcribit Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 630. vbi

&

Digitized by Google

& reliqua eius ſcripta enumerantur. De *epigrammatibus* vero, & libro, quem titulo *der Hurenkrieg* euulgaſſe dicitur, altum eſt ſilentium.

DIDACI DE LEQVILE de rebus Auſtriacis Tomi III. *Oenipont.* 1660. in fol. Part. VII.

De hoc libro Adam Frideric. Glaſey in *Catalogo Bibliothecae Rinkianae* p. 394. haec adnotauit: *De hoc* rariſſimo *opere, cuius ne* Vogtius *quidem, ſatis induſtrius aliquin librorum rariorum indagator, cognitionem aliquam habuit, malo me b. Rinkii, verbis, merita licet atque contenta libri, ſimul tangentibus, exprimere: Hoc opus, quod inter* rariſſima *numerari meretur, neſcio quo fato mutilatum ſaepius inuenitur. Praeſens tamen exemplar eſt completum. In parte priore p. 47. exhibetur Syntagma eorum, quae in toto opere ſub ſeptem gentilitiis continentur. Pag. 66. auctor diſputat, contra Hippolytum a Lapide, vbi etiam p. 79. 226. extat relatio* Tengnagelii *ex Iob. Siffridi Abbatis Zwetalenſis opere hiſtorico, genealogiae Auſtriacae. In coloſſo Angelico p. 76. & 77. inſerta leguntur acta profeſſionis publicae Catholicae religionis, a Regina Chriſtina 1655. factae. Parte I. p. 147. de Io. Seiffridi Arbore Aniciana continetur notitia. P. I. p. 154 prouocat ad Franciſci Guillimanni MStam hiſtoriam Auſtriacam, quam habuit. item p. 259. Nam Guillimanni hiſtoria. Auſtriaca typis vulgata tantam unam partem continet. Reliqua nunquam fuit impreſſa. Tom. II. p. 56. loquitur magis diſtincte de hoc opere Guilielmi inedito, eiusque Continuatorem nominat. Tomo II. P. V. p. 22. ſub finem vitae ſuae rationes exponit, & ſubſequentia tria diplomata poſt pag. 23. produnt, eum factum Epiſcopum Aemiſienſem A. 1653. Vt hanc b. Rinkii mentem, totiuſque libri oeconomiam, diſtinctius intelligat lector, addo, titulum quidem operis de tribus Tomis, partibusque ſeptem loqui, ac Syntagma P. I. p. 47. legendum, ſeptem gentilitia promittere, re ipſa vero* quinque *tantum* Partes, *duoque gentilitia ceu ex pagina*

Digitized by Google

pagina 15. Partis quintae cognoſci poteſt, exhiberi, ex quibus coniici poteſt, exemplar noſtrum mancum, ac b. Rinkium errore fuiſſe deceptum. At vero pars quinta cum in rubrica *Partis quartae pag.* 1. poſtrema *appelletur, auctorque iuxta pag. 23. Parte V. diſceſſum ex aula parans, huic valedicat: eum Epiſcopum Almienſem factum, depoſito calamo, primum inſtitutum deſeruiſſe, ac reliquas duas partes, quibus quinque poſtrema gentilitia, deſtinauerat, intactas reliquiſſe, in aprico eſt.* Hactenus Ampliſſ. Adam Fridericus Glafey. Iis nihil addendum exiſtimamus, praeterquam, quod Auctoris verum nomen fuerit *Didacus Tafur*, quodue ex vrbe Aquilia oriundus, cognomen LEQVILE adſumſerit. Monachus fuit Ordinis S. Franciſci, qui ab Archiduce Ferdinando Carolo, munus Concionatoris Aulici, & Hiſtoriographi obtinuit, tandem vero anno a Chriſto nato 1653. a Ferdinando III. titulum Epiſcopi Almienſis (*Almiſſo*, in Dalmatia) retulit. Totius operis ab illo edendi conſpectum, vberioremque eorum, quae edidit recenſionem, inuenies in *Bibliotheca Hamburgenſi Hiſtorica* Decur X. p. 350 ſqq. quae nos etiam docet, quod primum gentilitium, iam anno 1654. ſecundum vero 1655. excuſum, nouo tantum titulo ornatum, Annum 1660. prae ſe ferat.

MARC LESCARBOT *Avocat en Parlament*, Tableau de la Suiſſe, & autres alliez de la France & haute Allemagne, auquels ſont decrites les ſingularités des Alpes, & raportés les diverſes alliances des Suiſſes, particulierement celles, qu' ils ont avec la France. *à Paris* 1618.

Vid. Cl. Vogtius p. 407. Librum in 4. prodiiſſe, teſtem habemus *Bibliothecam Tellerianam* p. 431.

IACQVES LESCHASSIER Obſervation de la Renonciation au Velleian. *Paris* 1598. in 8.

Vid.

Vid. Cl. Vogtius p. 407. Eodem anno, editio au-ctior & emendatior prodiit. Hoc vero libro, Rex Galliae permotus dicitur, vt Senatus conſulti Velleiani vim atque efficacitatem, lege publica, aboleret.

Eiuſd. Obſervation de la Repreſentation, aux lignes ſuperieures. *Paris* 1598. in 8. fol. 24.

Eiuſd. Obſervation de la Digamie. *Paris* 1607. in 8. pp. 48.

Haec tria opuſcula, inueniuntur in Collectione Operum IACOBI LESCHASSIER, quam auunculus eius Mr. Leſchaſſier, edidit hoc titulo: *Les Oeuvres de Mr.* IACQVES LESCHASSIER, *Pariſien, Auocat en Parlament, contenant pluſieurs excellens Traités, tant du Droit public des Romains, que de celui des François. Enſemble quelques Memoires, ſervant à l' antiquité de l' egliſe, & à l' illuſtration de l' hiſtoire de France. à Paris* 1649. *chez P. Lamy* in 4. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXXIII. p. 292 ſqq.

IO. LESLAEI, *Scoti, Epiſcopi Roſſenſis*, de Origine, moribus, & Rebus geſtis Scotorum, Libri X. Acceſſit noua regionum, & inſularum Scotiae, cum vera eiusdem tabula topographica, deſcriptio. *Romae in aedibus populi Romani* 1578. in 4.

Editio haec *originalis & rara* dicitur, in *Catalogo Bibliothecae Dalmannianae* p. 245. Recuſus liber fuit *ad exemplum Romanum* 1675. in 4. Eſt apud nos eiusdem Auctoris liber, admodum infrequens, *de titulo & iure Mariae Scotorum Reginae, quo regni Angliae ſucceſſionem ſibi iure vindicat Rhemis, litteris Io. Fognaei* 1580. in 4. In gallicum conuerſus ſermonem hunc praefixum habet titulum; *Du Droit*

&

Digitized by Google

& titre de Marie Reine d' Eſcoſſe, & de Iacques VI. ſon fils, à la ſucceſſion du Royaume d' Angleterre par IEAN DE LESSELIE, *à Rouen chez G. Loyſelet* 1587. in 8. Fuit IO. LESLAEVS Epiſcopus Roſſenſis, Mariae Scotorum Reginae, amicus, eiusque conſiliarius. Cum vero eam ob cauſſam, in Anglia, per aliquot tempus, captiuus detineretur, *Orationem* conſcripſit, *pro libertate impetranda*, cuius vidimus editionem *Pariſiis* 1574. in 8. impreſſam. E carcere tandem liberatus, in Belgium ſe contulit, & Bruxellis anno a Chr. nato 1595. diem obiit. Vid. praeter P. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1696. & Moreri *Dictionaire* ſub voce: LESLIE, *it. Laurus* LESLAEANA *explicata, ſiue clarior enumeratio perſonarum vtriusque ſexus cognominis* LESLIE, *vna cum affinibus, titulis, officiis dominicis, geſtisque celebrioribus breuiter indicatis, quibus a DC. & amplius annis, proſapia illa floret; ex variis authoribus manuſcriptis, & teſtibus fide dignis, in vnum collecta. Graetz* 1692. vbi fol. T. de IO. LESLAEO, varia notatu digna, adferuntur. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* T. II. p. 212.

GREGORIO LETI, R. bandita. *In Bologna* 1653. in 12.

Haec oratio, Academicis Humoriſtis Romanis, dicata, rariſſime hodie inuenitur, & ita compoſita eſt, vt nulla littera R. in ea occurrat. Vid. Niceron Tom. II. p. 379.

IOANNIS LETZNERI, Scripta hiſtorica

rariora eſſe omnia, iam obſeruauit Cl. Vogtius p. 408. Inter rariſſima vero collocauit Eius *Corbeiſche Chronica*. Sed ipſo chronico rarius inueniuntur IOHANN LETZNERI *Appendix zu der Corbeiſchen Chro-*

Chronica, ſeorſum excuſa *Hamburg bey Io. Wolfen* 1590. in 4.

Stambuch oder Chronica des Vhralten adelichen Geſchlechts der von Berlebſch, durch IOHANNEM LETZENERVM, *Hardeſianum* zuſammenbracht. *Erffurth* 1593. in 4.

Liber admodum rarus, & dignus qui ſupplementis auctus recudatur.

BENIAMIN LEVBERI, diſquiſitio plenaria Stapulae Saxonicae, ab Impp. Carolo M. Ottone M. Friderico III. reliquisque Caeſ. A. A. conſtitutae. *Budiſſ.* 1658. in 4. pl. 146.

Hoc opus Auctor ſuis ſumtibus imprimendum curavit, & omnia exemplaria, ſigillo ſuo, ac teſtimonio, muniuit. Sed cum Bibliopolae venditioni, multa, pro more, obſtacula obiicerent, anno 1661. reliquis exemplaribus, nouum titulum praefixit, atque illa Andreae Loeflero, Bibliopolae Dresdenſi, cuius ideo nomen, in titulo expreſſum eſt, vendenda commiſit. Ceterum LEVBERI ſcripta inſtar Codicum MStorum rara ſunt, quia maximam partem Auctor ſuis ſumtibus, in lucem prodire iuſſit. Nullibi, quod nos quidem ſciamus, perfectum eorum indicem inuenies, quam ob cauſſam haec paſſim collegimus. In *Bibliotheca Menkeniana* p. 254 occurrit *Quarta monarchia ſeu Catalogus Imperatorum, Caeſarum, Regum, Principumque Romanorum, Dresd.* 1643. in fol. Prodromus operis maioris eſt, quod molitus erat LEVBERVS, de quo plura Menkenius Tom. III. *Scriptor. rer. Germanicar.* n. XXVI. refert. Conf. Struuii *Bibliotheca Saxonica* p. 213. Cl. Vogtius p. 409. In eadem *Bibliotheca Menkeniana*, inter Codices reperitur MStos p. 832. *Catalogus illu-*

Digitized by Google

illuſtrium Germaniae familiarum, *plusquam* 1500. *ſecundum decem Imp. Germ. circulos diſtributus*, *& circa An.* 1650. *ipſa* BENIAM. LEVBERI *manu eleganter conſcriptus*, *& multis obſeruationibus curioſis refertus.* In *Bibliotheca Weckiana* p. 20. & in Struuii *Bibliotheca Saxonica* p. 925. recenſetur BENIAMIN LEVBERS, *Vrſprung des Schloſſes Ortenburg*, *bey Bautzen*, *in teutſchen Verſen*, *mit Anmerkungen*, ſine titulo vsque ad plagulam N. cum qua finitur inſtitutum, ſiue deſertum, ſiue prohibitum. In *Bibliotheca Menkeniana* p. 397. *liber imperfectus*, *& in berba ſuppreſſus* dicitur. Chriſt. von Gehe, in der *Beſchreibung eines Herolds* p. 73. in praefat. adducit LEVBERI *Priuat-Tractat.* In *Catalogo Bibliothecae Vffenbachianae* T. II. p. 107. legitur: BENIAMIN LEVBERS, *Gründlicher und Hiſtorienmäſſiger Diſcours*, *über etzlichen der Stadt Magdeburg in Sachſen gerühmten Privilegien*, &c. *gedr. zu Freyberg* 1648. in 4. pl. 14. qui prodromus eſt operis illius, quod *de Stapula* edidit *Budiſſ.* 1658. in 4. Groſſerus in den *Lauſitziſchen Merckwürdigk.* P. IIII. c. XIII. p. 171. adfert *Principem Saxonicum rediuiuum*; *Beſchreibung des Churfürſtlichen Cammergemachs auf dem Schloſſe Ortenburg zu Budiſſin*, *Norimb.* iam anno 1629. impreſſ. In *Catalogo Bibliothecae I. Petri de Ludewig* P. I. p. 680. extat BENIAMIN LEVBERS *Tractat von der Müntze*, *Ien.* 1623. in 4. P. II. p. 1371. BENIAM. LEVBERI *quaeſtiones de reductione monetali*, *an illa ſit idoneus*, *monetae depravatae reſtituendae modus*, *Norimb.* 1629. in 4. Struuius in *Bibliotheca Saxonica* p. 964. mentionem facit BENIAMIN LEVBERS *Information und Bericht von den Cloſter-Voigten in Ober-Lauſitz Stand und Amte*, *und was die Staedte zu verrichten haben*, *an Churfürſt Iohann Georg. den II. den* 10. *Ian.* 1669. In *Catalogo Bibliothecae Ludouici Othonis de Plotho* P. I. p. 802. inuenimus BENIAMIN LEVBERS *hiſtoriſche Anführung der Wunderzeichen*, *ſo ſich vor und nach Chriſti Geburth bis hieher*

an der Sonnen und Mond begeben. Dreſd. 1664. in 4. Conf. *Bibliotb. Rinkiana* p. 461.

LEVIATHAN by Thomas Hobbes. *Lond.* 1651. in fol.

Omnes quidem huius libri editiones admodum rarae ſunt, haec autem prima, extra Angliam, omnivm eſt rariſſima. Plura de hoc libro & aduerſariis, quos ideo nactus eſt Thomas Hobbeſius vid. in Io. Aubrey *vita* Hobbeſii, quae ex anglico, ſermone in latinum a Richardo Blackburne conuerſa, prodiit *Caropoli apud Eleutherium Angelum, ſub ſigno veritatis* 1681. in 4. Recuſ. *Norimbergae* eodem anno in 12. De latina LEVIATHANIS verſione vid. ſupra THOM. HOBBESII *Opera philoſophica.* Georg. Daniel Morhofius in *Polybiſtor. philoſophico* L. I. c. XV. §. 14. p. 117. *contineri in illis libris,* ait, *principia tyrannidis & Atheismi,* & in *Polybiſt. Pract.* L. I. §. 4. p. 483. haec adiecit: *Non modicas etiam turbas excitauit Thomas Hobbes in libro de ciue &* LEVIATHANE *ſuo, (quem monſtri aliquid alere vel ipſe titulus arguit) cuius ſunt multae prophanae theſes, quae viam Atheismo pandunt, omnique nequitiae in Republica.* Conf. Io. Franc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologica* T. I. & II. paſſim. Eiusd. *Theſes theologicae de Atheismo & Superſtitione* paſſim. Iac. Frideric. Reimmanni *Hiſtoria vniuerſalis Atheismi, & Atheorum* p. 444 ſqq. C. Korthold *de tribus impoſteoribus magnis Herberto, Hobbeſio, & Spinoza. Kilon.* 1680. in 8. Anton. Wood. *Hiſtoria & Antiquitat. vniuerſitat. Oxoniens.* Niceron *Memoires* T. IIII. p. 66 ſqq. & *Bibliotheca Iuris imperantium, ſiue Commentatio de Scriptoribus iurium, quibus ſummi imperantes vtuntur, naturae, & Gentium publici vniuerſalis, & Principum priuati, Norimb.* 1721. in 4. quo in libro inprimis, LEVIATHANIS Aduerſarii longa ſerie recenſentur, inter quos e rarioribus eſt Edw. Earl of Cla-

Clarendon, *brief view and ſurvey of the dangerous and pernicious Errors to Church and State, in* Mr. Hobbes's *Book entitled* LEVIATHAN. *Oxfurt* 1676. in 4.

LEX regia Daniae. 1665. & 1709. in fol.

Rariſſime ſplendidiſſimum hoc Opus, in manus priuatorum peruenire, teſtatur *Catalogus Bibliothecae Rinckianae*, p. 752.

HVMFREDI LHVYD, de Mona Druidum inſula, epiſtola. 1568. in 4.

Vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 193. Haec inſula, ab eo tempore, quo ab Anglis occupata fuit, *Angleſey*, id eſt Anglorum inſula dicta fuit. Ab Aquilone Scotiam, ab Ortu aeſtiuo Angliam, ab occaſu mare hybernicum, habet propinquum. Haec olim mari disiuncta anguſto, quoties decreſcebat Oceanus, adeo terrae adiacebat, vt ſine nauigiis adiri poſſet. Id quod teſte Cornelio Tacito *Annalium* L. XIIII. c. 29. Romani, duce Paullino Suetonio, olim fecerunt. Conf. *vitam Agricolae* cap. XIIII. & XIIX. Pluribus hanc inſulam deſcribit Polydorus Virgilius L. I. *hiſtor. Anglicae* p. 11 ſqq. edit. *Baſil.* 1570. in fol. Hanc vero epiſtolam perſcripſit HVMFREDVS LHVYD, Denbighienſis Britannus, ad Abrahamum Ortelium. Subſcriptum eſt Epiſtolae: *Denbighiae Northwalliae ſiue Guynedhiae V. April.* 1568. Abraham Ortelius illam poſtea adiecit *Theatro terrarum Orbis*, cuius in calce reperitur, hoc titulo: *De Mona Druidum inſula, antiquitati ſuae reſtituta, epiſtola nobilis & eruditi viri* HVMFREDI LHVYD, *in qua etiam de armamentario Romano, cuius in Hollandia*, (ſcilicet in Ortelii deſcriptione Hollandiae) *facta eſt mentio, non ineleganter diſceptatur.* Hanc epiſtolam in Catalogo Scriptorum de Druidis, Ioannis Georgii Frickii *Commentationi, de Drui-*

dis Occidentalium populorum philoſophis, adiecto, omiſſam fuiſſe miramur. Conf. de HVMFREDO LHVYD, qui etiam *Commentarioli Britannicae deſcriptionis fragmentum Colon.* 1572. in 8. libellum hodie admodum infrequentem edidit, Ioſiae Simleri *Bibliotheca* p. 310.

LIBANII, *graeci declamatoris diſertisſimi, beati Ioannis Chryſoſtomi preceptoris,* Epiſtole: cum adiectis Io. Sommerfelt argumentis, & emendatione & caſtigatione clariſſimis. in 4. folior. 154.

De inſigni huius libri raritate, conſulendus Io. Daniel Ianozki, in der *Nachricht von raren polniſchen Büchern* P. II. p. 82 ſqq. qui & vberiorem eius ſuppeditat recenſionem. E graeco in ſermonem latinum tranſtulit Franciſcus Zambicarius, Eques Bononienſis, & poeta laureatus. *Cracouiae ex officina Halleriana* eum prodiiſſe, putat Hofmannus, in *Commentat. de Typographiis Poloniae & Lithuaniae* p. 8. Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 454. vbi impreſſus dicitur *Cracouiae* 1504. Legi etiam merentur, quae I. A. Fabricius in *Bibliotheca greca* L. V. c. X. p. 397. & Io. Chriſtian Wolfius in praefat. *Epiſtolarum* LIBANII edit. ſplendidiſſ. *Amſtelod.* 1738. in fol. praemiſſa de hoc rariſſimo libro adtulerunt.

LIBANII, *Sophiſtae,* paraſitus ob coenam occiſam ſe ipſum deferens. Graece & latine, ex bibliotheca regia, Interprete Federico Morello, Profeſſ. regio. *Lutet. apud Claud. Morellum* 1601. pp. 24. in 4.

De ſplendidisſima ac rarisſima, quam ipſi nos posſidemus, editione, vid. I. A. Fabricii *Bibliotheca Graeca* l. cit. p. 386.

Nou-

Nouvelles LIBERTés de penſer. *A Amſterdam* 1743. in 12. pp. 204.

Vt Auctor in praefatione ipſe fatetur, ſentiendi libertate, ducem ſequutus eſt Collins, qui ſimili impietate, in eodem argumento, verſatus fuerat, cum *a Diſcourſe of Free-Thinking, occaſioned by the Riſe and Growth of a Sect, call'd Freethinkers. London* 1713. in 8. ſeu vt gallica verſio auctior, titulum habet praefixum: *Diſcours ſur la* LIBERTÉ *de penſer, écrit à l'occaſion d'une nouvelle Secte d'Esprits Forts, ou de Gens, qui penſent librement. Traduit de l'Anglois, & augmenté d'une lettre d'un Medecin Arabe, à Londr.* 1714. in 8. in lucem ederet. Quinque libelli, qui nihil inter ſe connexionis habent, hic inueniuntur. 1. *Reflections ſur l'Argument de Mr. Paſcal, & de Mr. Locke, concernant la poſſibilité d'une autre vie à venir.* 2. *Sentimens des Philoſophes, ſur la nature de l'ame.* 3. *Traité de la* LIBERTÉ *par M - - - divisé en* 4. *parties.* 4. *Reflexions ſur l'exiſtence de l'Ame, & ſur l'Exiſtence de Dieu.* 5. *Le Philoſophe.* Plura de impio hoc libro, de quo incertum eſt, vtrum auctor plus malitiae, & impietatis, an inſaniae & ignorantiae prodiderit, inueniuntur in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek* T. II. p. 152 ſqq.

Eſſai ſur la LIBERTÉ de produire ſes Sentimens. *Au pays libre pour le bien public.* 1749. *avec privilege de tous les veritables Philoſophes,* in 12. pp. 124. except. dedicat. & praefat. pp. 6.

Illo ſtatim tempore, quo comparuerat, prohibitus etiam fuit. Capita huius libri ſigillatim expoſuerunt *Noua litteraria Lipſienſia* anni 1749. N. II. p. 22 ſqq. *Goettingenſia* N. XXIIX. p. 218 ſqq. vbi ineptus Auctor, qui *l'homme Machine* fabricauit, in editi huius libelli ſuſpicionem venit.

FORTVNII LICETI Scripta pleraque,

rariora eſſe docet Cl. Vogtius p. 411 ſqq. Catalogum omnium eius Operum vide in Lorenz. Craſſo *Elogii d' Huomini letterati* Tom. I. p. 288. Oldoini *Athenaeo Liguſtico* p. 181 ſqq. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXVII. p. 377 ſqq.

Hiſtoria vitae Simonis Epiſcopii, ſcripta a PHILIPPO LIMBORCH, e Belgico, in latinum ſermonem verſa, & ab Auctore aliquot in locis aucta. *Amſtelodami apud Georgium Gallet* 1701. in 8. mai. pp. 336. except. praefat. & indic.

De hoc libro nonnulla iam adtulit Cl. Vogtius p. 412. quibus illud addendum cenſemus, quod in Io. Georg. Eccardi *Monatlichen Auszügen* anni 1701. menſe Mai. p 34 ſqq. exactiſſima eius inueniatur recenſio. Conf. Gottlieb Stollens *Nachrichten von ſeiner Biblioth.* P. I. p. 613 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XI. p. 39 ſqq.

GVILIELMI LINDANI, *Bataui Dordraceni*, *Theologiae Doctoris*, *Epiſcopi Gandauenſis*, (*qui diem obiit* 1588.) Scripta omnia

eſſe rariora, teſtatur praeter alios, Gerdeſius in *Florileg.* p 193. Satis amplum eorum inueneris catalogum in Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 257 ſqq. in Antonii Poſſeuini *Apparatu Sacro*, Tom. I. p. 614-617. Conf. Iacob. le Long *Bibliotheca Sacra* Tom. II. p. 831.

GVSTAVI LITHOV, *Signiferi Oſtro-Botn.* Panegyris exequialis, qua herois incomparabilis, ac Regis auguſtiſſimi Caroli XII. Suecorum,

rum, Gothorum Wandalorumque regis; Magni Principis Finlandiae; &c. &c. Glorioſiſſimis Manibus deuotiſſime parentatum iuit. *Holmiae Praelo & Sumtibus Ioh. H. Werner per Regnum Sueciae Typographiarum Directoris* 1720. in 4. folior. 32.

Hoc carmen verſibus 1485, ſi recte poſuerimus calculum, abſoluitur. Vix tria exemplaria, e Suecia in Germaniam perlata fuiſſe, pro certo adfirmauit amicus, cuius fide haec commemoramus. Vt poetae os magna, ſicuti Horatius ait, ſonaturum, aliqua ex parte, innoteſcat, ſequentes verſus edponimus:

Iam tunc innumeros pernox ſe fundit in actus
Carolus *ingentes verſans ſub pectore curas,*
Lignea procedat quam paruo machina niſu:
Qua pateant faciles aditus: vbi limite miles
Furtiuo ſubeat muros: vbi ſcindere vallum
Debeat, & trepidis immittere ferrea tectis
Fulmina: dum vigili perluſtrans ſingula mente,
Nil lethi mortisque memor, per ſaxa, per ignes,
Horriſonosque globos, inter tot buſta ſuorum
Seminecesque viros, & membra fluentia tabo:
Horrida per ſpiſſos iaculorum examina nimbos
Fertur ouans, eheu! lethali tempora glande
Traiicitur, medium plumbo feriente cerebrum
Exanimis procumbit humi, fuſoque per artus
Frigore ſerpentem reſoluta in viſcera mortem
Accipit, & magnam mittit ſuper aethera mentem.
Heu! Gothici Gradiue ſoli, Rex *inclite, forti*
Pectore: quadrifido iam dudum Octauus in Orbe
Maximus atque ſtupor, ſeptem Fulmenque Trionum:
Altera Suecorum bello manus, altera virtus
Heu! Dux Magne, iaces? ſic Te proſtrauit acerbo
Vulnere dira manus? ſic triſti funere merſit
Nubila nox? omni nox expungenda Nouembri:

Digitized by Google

Nox nullam praeitura diem: Nox perſona furuis
Aeternum Strigibusque lupisque vlulisque tremendis:
Heu! Tros Magne iaces poſt tot diſcrimina rerum,
Poſt varios belli caſus & fata laborum
Aſpera, dum toruam premis arcta indagine Petram
Normannas fracturus opes, caraeque ſalutis
Prodigus, a vili pulcrum petis hoſte tropaeum?
Heic iaculo miſerande cadis, primique triumphi
Gaudia, victricesque inceſtas ſanguine lauros?
Siccine ſub primo grauium molimine rerum
Hic, Rex *magne, iaces, cum vix ſe Vinea muris*
Ingeſſiſſet atrox: cum nondam Spicula Suecus
Vibraſſet librante manu: non aerea belli
Machina ſulphureos vallo tonuiſſet in ictus?
Heu! Spes noſtra cadis: ſic Te *fortiſſime vindex,*
Res tantas, operumque inter pulcerrima raptum
Subduxit fortuna Tuis ingrata tropaeis?
O! funeſta dies, o! ter lacrimabile fatum,
Fatum; quod merſit crudeli funere tanta
Spectata virtute Virum, magnisque probatum
In patriam meritis! quo non praeſtantior alter
Marte fuit: non belligeris ingentior armis &c.

The firſt part of the inſtitutes of lawes of Engeland, or a Commentarie upon LITTLETON, by Edw. Coke. *Lond.* 1628. in fol.

Hic liber exhibet LITTLETONI ius Anglicum vetuſtiſſimum, Regum auctoritate confirmatum. Scripſit LITTLETONVS Normanno-gallica lingua, cui anglica verſio, e regione adpoſita eſt. Addidit Eduardus Cokius, commentarium rationis & legum Anglicarum, adparatu vetuſtioris etiam aeui, tum interpretationibus & gloſſis, tum aliis monumentis inſtructiſſimum. Secunda, tertia, & quarta pars Operis Cokiani prod. *Lond.* 1642. in fol. De reliquis Continuationibus, vid. Thom. Hyde *Catalogus Bibloth. Bodleianae* Tom. I. p. 170.

PETRI

Digitized by Google

PETRI LIZETII, *Aluerni, Montigenae vtroque iure conſulti, primi, dum hos libros componeret, officium praeſidis, in ſupremo regio Francorum conſiſtorio exercentis; nunc, cum in lucem edit, Abbatis commendatarii S. Victoris,* aduerſus Pſeudo-euangelicam haereſin, libri ſeu commentarii Nouem, duobus voluminibus excuſi. *Paris. apud Michael. Vaſcoſanum* 1551. *Lugdun. apud Sebaſtian. Gryphium* 1552. in 4.

Quid primo & ſecundo volumine libri contineatur, Michael Maittaire Tom. III. *Annal. Typogr.* p. 598. not. c. & Cl. Vogtius p. 415. longa ſerie enarrarunt. Sed voluminis ſecundi contenta, hic repetenda ideo exiſtimauimus, quoniam apud viros laudatiſſimos, nonnulla ſecus, atque in ipſo codice, leguntur. Nimirum inuenitur in eo, *Tractatus de Mobilium* (Maittaire & Cl. Vogtius *nobilium*) *eccleſ. praeception. vtilitate, quin imo & neceſſitate, illarumque aſtrictorio vinculo, VI. libros continens. Dialogus de ſacris vtriuſque Teſtamenti libris, in vulgare eloquium minime vertendis, rudique plebi, haudquaquam inuulgandis inter Pantarcheum & Neoterum,* (M. & V. *Neeterum*) *Tractatus de auirculari confeſſione,* (Cl. Vogtius *verſione*) *quam priſci exomologeſin dicebant. Tr. de monaſtico inſtituto. Dialogus de huius ſeculi caecitate, & circumuentione inter Spiritualem & Mundanum.* Cauſſam, ob quam PETRVS LIZETVS, munere praeſidis in ſupremo regio Francorum Conſiſtorio, a Carolo Guiſio Cardinale Lotharingo, depulſus fuit, exponit Bernard. de Montfaucon dans les *Monumens de la Monarchie Françoiſe* Tom. V. p. 11. his verbis: *Ce Cardinal fit deſtituer* LIZET *Premier Préſident du Parlement de Paris, ſous prétexte, qu'il lui avoit manqué de Reſpect en une Occaſion & il fit mettre en ſa place* Bertrandi, *qui lui étoit dévoué.* LIZET *qui étoit habile*

Digitized by Google

bile homme, & , qui avoit dignement occupé cette charge à la ſatisfaction du public, ſe voyant deſtitué & oublians les ſentimens d'honneur, convenables à un homme de ſon caractere, alla prier l'Auteur de ſa disgrace, de lui procurer quelque benefice, pour ſa ſubſiſtence, & il lui fit donner le Abbaye de St. Victor de Paris &c.

HERMANNI LOEMELII *Canonici Audomarenſis*, Spongia aduerſus Cenſuram Pariſienſem, in librum inſcriptum: Apologia S. Sedis Apoſtolicae circa regimen Catholicorum Angliae, &c. *Audomaropoli, ex officina Caroli Boſcardi* 1631. in 8.

Cum in Anglia, controuerſia de Hierarchia eccleſiaſtica, inſigni animorum contentione agitaretur, inter tot ſcripta vtrimque promulgata, Daniel quoque a Ieſu, Anglus, *Apologiam S. Sedis Apoſtolicae, de modo procedendi, circa regimen Catholicorum Angliae, tempore perſecutionis, cum defenſione religioſi Status. Coloniae litteris Symon. Fabritii* 1631. in 8. in lucem emiſit. Valde diſplicuit academiae Gallicae Doctoribus iſte liber, qui multa in eo deprehendebant dogmata, quae eccleſiae gallicanae libertati aduerſabantur; quapropter illum *Cenſura* promulgata damnabant. Id aegre tulit HERMANNVS LOEMELIVS, libroque, quem adtulimus edito, Danielis a Ieſu, contra Sorboniſtas ſuſcepit in ſe defenſionem. Illum vero librum etiam damnatum, & carnificis manu combuſtum fuiſſe, nos docet Vincent. Placcius l. a Cl. Vogtio cit. Strinxit quoque contra LOEMELIVM calamum Franciſcus Hallier, & *Defenſionem Hierarchiae eccleſiaſticae, pro Sorboniſtis, contra* LOEMELII *Spongiam, in lucem emiſit, Paris.* 1632. in 8.

Digitized by Google

LVDOVICI HENRICI LOMENII, *Comitis Briennae, Regi a conſiliis, actibus, & epiſtolis*, itinerarium. *Pariſiis typis Cramoiſianis* 1660. in 12. pp. 39.

Secunda editio auctior, curante Carolo Patino, cum tabula geographica itineris LOMENIANI, & indice geographico Nicolai Sanſon. *Paris* 1662. non vero 1661. vt Cl. Vogtius p. 416. ſcribit, in 8. prodiit. Vid. Niceron *Memoires*. Tom. II. p. 217. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Decur. X. p. 371. *Bibliotheca Telleriana* p. 235.

Vitae Epiſcoporum Poſnanienſium per IOANNEM LONGINI, ſeu Dlugoſſium, *Canonicum Cracouienſem* deſcriptae. Nunc primum auſpiciis illuſtriſſimi & reuerendiſſimi domini, D. Ioannis Tarnawski, Archi-Epiſcopi Gneſnenſis, & Regni Poloniae Primatis &c. Opera Thomae Treteri, Cuſtodis & Canonici Varmienſis, S. R. M. Secretarii, cum earundem ſupplemento, in lucem, editae. *Anno Domini* 1604. *Brunsbergae. Typis Georgii Schönfels. Cum Priuilegio* S. R. M. in 4. fol. 80.

Librum variis Epiſcoporum inſignibus, eleganter ligno inciſis, exornatum, data opera, vberius deſcripſit Ioannes Daniel Ianozki in der *Nachricht von raren polniſchen Büchern* P. I. p. 94 ſqq. Vitam IOANNIS LONGINI, ſeu Dlugoſſi, breuiter deſcriptam dedit Iacobus Woit, in *diſſertatione de incrementis Studiorum per Polonos ac Pruſſos* §. XXIIII. p. 32. Io. Dan. Ianozki *de litterarum in Polonia inſtauratoribus* §. XXXI. p. 21. Conf. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & inf. Latinit.* L. IIII. p. 120 ſqq.

CHRI-

CHRISTOPHORI LONGOLII, Oratio de laudibus D. Ludouici Francorum Regis, habita Pictauii in coenobio fratrum Minorum anno 1510. *Paris. apud Henric. Stephanum* 1510. in 4.

Valde diſplicuit haec oratio aulae Romanae, ſuppreſſa igitur, & in operum LONGOLII collectione omiſſa fuit. Franciſcus du Cheſne vero illam, ob inſignem raritatem Tom. V. *Hiſtoriae Francorum Scriptorum coaetaneor.* p. 500 ſqq. inſeruit.

IO. PETRI LOTICHII, Bibliotheca poetica Pars I. & II. in quibus non tantum Thraciae & Graeciae, ſed etiam Italiae & Hiſpaniae poetae celebriores, ſingulis tetraſtichis, ſinguli recenſentur, vna addita velut in compendio, eorumdem vita, natalibus, & diebus emortualibus. *Francofurti Sumtibus Lucae Ienniſii* 1625. in 8. pp. 102.

Pars III. in qua Germaniae, & Belgii poetae recenſentur, *ibidem* 1626. pp. 224.

Pars IIII. & vltima, in qua diuerſarum nationum, videlicet Galliae, Angliae, Vngariae, Daniae, Poloniae, Bohemiae &c. poetae celebriores recenſentur. Acceſſit ad calcem Hortulus Smirtzicianus bipartitus, in quo florentiſſimi p. m. Herois: Ioannis Alberti: L. B. Smirtzicii: tum Sponſi: virtutes elegiaco carmine per Arbores; Sponſae v. generoſae laudes repraeſentantur per herbas. *ibid.* 1628. pp. 228.

Huius Bibliothecae, quae raro occurrit, auctor fuit Medi-

Medicinae Doctor, & C. P. Caeſar. Chriſtiani LOTICHII Nepos. Vid. Niceron T. XXVI. p. 38 ſqq.

STANISLAI LVBIENSKII, Opera poſthuma hiſtorico politica. *Antw.* 1643. in fol. pp. 480.

Adtulit libri vberiorem recenſionem, *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. VII. p. 141 ſqq. Fuit STANISLAVS LVBIENSKIVS, Epiſcopus Plocenſis, qui anno 1640. Viskoni mortuus, egregiam admodum Epiſcopis Plocenſibus, reliquit bibliothecam. Vitae ſuae, ipſe aliquam dedit delineationem in *Vitis Epiſcoporum Plocenſium*, quae, P. II. libri, a nobis adducti, reperiuntur. Conf. Iacobus Woit, in *diſſert. de incrementis Studiorum per Polonos & Pruſſos* §. XXX. p. 36.

EILHARDI LVBINI, Fax poetica. *Roſtoch.* 1617. in 8.

Vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 195. Num liber adeo rarus ſit, id alii viderint. Titulus eius integer eſt: *Fax poetica, ſiue genealogiae, & res praecipue geſtae, Deorum gentilium, virorum illuſtrium, Regum graecorum, & Caeſarum Romanorum, perpetuis tabulis illuſtrata.* EILHARDI LVBINI, vita, vid. in Paulli Freheri *Theatro viror. eruditione clarorum* p. 410 ſqq.

SEVERINI LVBOMLII, *Roxolani, S. T. D. Conuentus Cracouienſis. Prouinc. Polon. Ord. Praedicator.* Monoteſſaron euangelicum, ſeu catena aurea, ex quatuor euangeliſtis, totidemque pene millibus diſtinctionum connexa. *Cracou. in officina Bazil. Scalſcii* 1607. fol. mai. pp. 1020.

Tomus tantummodo primus, libri huius rariſſimi prodiit, etſi, teſte Simone Starouolscio in *Centum*

Scri-

Scriptor. Polonor. Elogiis p. 100. ſex alii, & vt Ambroſius ab Altamura, in *Bibliotheca Dominican.* Centur. IIII. p. 410. decem a SEVERINO LVBOMLIO, conſcripti fuerunt. Eos a P. Hieronymo Xauerio General. Ord. Praedicator. ſuppreſſos eſſe, ſe, a viro, rei litterariae Polonicae peritiſſimo, audiuiſſe ſcribit Io. Daniel. Ianozki, in der *Nachricht von raren polniſchen Büchern* P. I. p. 111.

FRANCISCI LVCAE, *Brugenſis*, in IIII. Euangelia commentarius. Praemittitur itinerarium Ieſu Chriſti Filii Dei, ex quatuor Euangeliſtis collectum. Adiicitur ad calcem tractatus de Chaldaica Sacrae Scripturae paraphraſi; quo, & oſtenditur, quis paraphraſeos illius vſus, & plurima ſacrae Scripturae loca enodantur, ſeu apologia pro Chaldaico paraphraſte. *Antverp.* 1606. II. Tom. in fol.

Hic, libri, quem rarum eſſe ſcribit Cl. Vogtius p. 419. integer eſt titulus, cui vero duo Tomi poſteriores addi debuerant. Prodiit enim anno 1612. *Antverpiae* Tomus III. *ſeu Commentarii Supplementum in S. Lucam & in S. Ioannem* in fol. Tomus vero IIII. *qui reliqua S. Ioannis complectitur*, in lucem emiſſus fuit *Antuerp.* 1616. in fol. Vid. de FRANCISCO LVCA Brugenſi, Eccleſiae Audomarenſis Decano, qui editioni *bibliorum regiorum Polyglottorum* vna cum Aria Montano praefectus fuit, diemque obiit Audomaropoli anno a Chriſto nato 1619. Franciſc. Sweertii *Athenae Belgicae.* Paul. Freheri *theatrum virorum eruditione claror.* p. 401. vbi & reliqua eius recenſentur ſcripta. Quibuscum conferenda, quae apud Iacob. le Long in *Biblioth. Sacr.* T. II. p. 835. & in Antonii Poſſeuini *Apparat. Sacr.* Tom. I. p. 500. leguntur.

R. P.

R. P. PETRI LVCII, Bibliotheca Carmelitana, ſiue illuſtrium aliquot Carmelitanae Religionis Scriptorum, & eorum Operum Catalogus. *Florent. apud Georg. Mareſcottum* 1593. in 4.

Quod nos quidem ſciamus liber nunquam recuſus fuit. Erat PETRVS LVCIVS Bruxellenſis Carmelita, qui & multis aliis inclaruit Scriptis, quae recenſet Antonius Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* Tom. III. p. 45. & p. 60. Conf. Marci Antonii Alegre de Caſanate Tarraconenſis *Paradiſus Carmelitarum* p. 236. Hoc vero ſuo labore LVCIVS Io. Trithemii *Catalogum Scriptorum Carmelitarum*, augere & continuare adgreſſus eſt.

MATTHAEI LVDECI, *Cathedralis Eccleſiae Hauelbergenſis*, *Decani*, Miſſale: id eſt cantica & preces atque lectiones ſacrae, quae ad Miſſae officium, ex primaeuae eccleſiae pio inſtituto, in templis Chriſtianorum cantari ſolent, in duas Partes diſtributae: prior eſt de tempore: poſterior eſt de Sanctis. *Viteb. Sumtibus Samuel. Seelfiſch.* 1589. in fol. mai.

Tranſpoſitis numeris poſterioribus, in Cl. Vogtii *Catalogo* p. 420. legitur annus impreſſionis 1598.

MATTHAEI LVDECI, Vesperale, & Matutinale, hoc eſt cantica, hymni & collectae, ſiue precationes Eccleſiaſticae, quae in primis & ſecundis Vesperis, itemque matutinis precibus, per totius anni circulum, in Eccleſiis, & religioſis piorum congreſſibus, cantari vſitate ſolent, notis rite adplicatae, & in duas partes ordine

ordine digeſtae. Prior pars de tempore, poſterior pars de Sanctis. Anno chriſtianae Epochae 1589. in fol. mai. folior. 267. except. praefat. dedicat. & errator. catalogo.

Splendidus hic liber, cuius, ſicut & antecedentis, in bibliotheca Portenſi publica, adſeruatur exemplum, a Collectoribus *Nou-Antiquorum* ann. 1706. p. 131. vocatur *ein rares und groſſes Werk*. Prioris partis titulum ſequitur Dauid. Chytraei *Epiſtola ad* MATTH. LVDECVM *ex Rhodopoli die Solſtitii* 1589. perſcripta, in qua varia de Pſalmodia Eccleſiaſtica, eiusque natura diſſerit. Poſt hanc epiſtolam, reperitur prioris partis dedicatio, quam MATTH. LVDECVS his concepit Verbis: *Trino & vni Deo, ſine quantitate Magno, ſine qualitate Bono, ſine indigentia Creatori, ſine ſitu Praeſenti, ſine loco vbique Toti, ſine tempore Sempiterno, Cui Soli gloria, Laus, & Honor, nec non prima gratia merito debetur, pro omnis generis beneficiis, quae ſingulis in nos confert, deuoto & grato animo* D. D. Vid. de eiusmodi Dedicationibus, I. C. Nemeiz *Vernünftige Gedanken über allerhand hiſtoriſche, critiſche und moraliſche Materien* P. II. p. 96 ſqq. Dedicationem, breuis LVDECI excipit *praefatio*. Poſteriorem partem de Sanctis, ille, *Omnibus Clericis in Media, Vetere, & Vcaria Marchia* dedicauit. Vberiorem libri recenſionem vid. in *Nou-Antiquis* l. iam cit. Vitam MATTHAEI LVDECI Henning Witten inſeruit, *diario Biographico*. Mortuus eſt anno a Chriſto nato 1606.

LVDOLPHI, *Carthuſienſis*, Vita Ieſu Chriſti. *Norimbergae* 1478. in fol. regali. Tom. I. folior. 188. Tom. II. fol. 184.

Non quidem ignoramus, quadraginta fere huius libri, exceptis verſionibus, extare editiones, eas tamen

Digitized by Google

men quae ſeculo prodierunt XV. iure ac merito inter rariores obtinere locum, compertum quoque habemus. Hac enim ratione, Mr. Iourdain dans ſon *Voiage litteraire* p. 83. editionem huius libri *Argentin.* 1474 inter rariſſima refert cimelia, quae in Bibliotheca exquiſitiſſima Claudii Groſaei de Boze, viderat Pariſiis. Eandem editionem propter eximiam laudat raritatem Mr. Duchat Tom. I. p. 86. des *Ducatiana.* Quis igitur noſtram rariorem eſſe negauerit, cum illi, ſi aetatem eius ſpectauerit, proxime accedit. Perluſtrare illam, nobis licuit, in Bibliotheca Portenſi publica. Pars prima *Prologum* LVDOLPHI *Carthuſienſis in meditationes vite Ihu. Xpi. & capitula* complectitur XCII quorum primo, *de diuina & aeterna Chriſti generatione ;* vltimo vero *de fermento pharizeorum & ceco bethſ yde illuminato,* agitur. Initio *primi capituli*, haec leguntur verba: *Incipit liber de vita Iheſu Xriſti, non ille de infantia ſaluatoris apocriphus: ſed ex ſerie euangelice hiſtorie collectus.* Secundae partis *capitulum primum* agit *de confeſſione vere fidei, quam Petrus fecit pro omnibus. Capitulum* LXXXIIX. *de pena infernali, & gloria celeſti.* Vltimum vero LXXXVIIII. *Concluſionem totius operis & ſignificationem eius* ob oculos ponit. Excipiunt hoc caput, *Rubrice capitulorum ſecunde partis, & regiſtrum in euangelia totius anni*, cuius in fine, haec leguntur: *Preſens opus vite Xriſti. ſecundum ſeriem euangelii per* LEVTOLPHVM *de ſaxonia: patrem deuotum Argentine in carthuſia profeſſum. ob laudem dei & profectum proximi eſt effectum. & per Anthonium Koburger incliti oppidi Nürnberg concivem (bene viſum) ſic effigiatum. Gracias (& merito) ago deo altiſſimo. quod vitam iheſu Xriſti eius vnigeniti filii. hoc ſacro tempore perfeci in beati Thome profeſto. Milleſimoquadringenteſimoſeptuageſimooctavo. eiuſdem Xriſti iheſu incarnationis anno.* Litterae initiales omnes, caeruleo, & rubro colore adpictae ſunt. De reliquis huius libri editionibus,

Mm quarum

quarum recentiſſima eſt, niſi fallimur *Lugdunenſis* 1641. in fol. nec non LVDOLPHO de Saxonia, ſiue Carthuſienſi, vid. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. XI. p. 847 ſqq. Iacob. Quetif Tom. I. de *Scriptis Dominican.* p. 568. Anton. Poſſeuin. *Apparat. Sac.* Tom. II. p. 357. Iacob. le Long. *Bibl. Sacr.* T. II. p. 835. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 211. Conf. quoque Vrbani Godofredi Siberi liber *de illuſtribus Alemannis* p. 109 ſqq. vbi cognomen *Alemannus*, quod LVDOLPHO tribuit Philippus Bergomenſis in *Chronico*, familiae nomen, illumque ex illuſtriſſima *Alemannorum* gente, oriundum fuiſſe contendit.

IOAN. FRIDERICVS LVMNIVS, de extremo iudicio, conſummatione mundi, & Iudaeorum (Indorum) vocatione L. II. *Antverp.* 1594. in 8.

Editio, a Cl. Vogtio, & Gerdeſio omiſſa. Dubii vero & ancipites haeremus, vtrum liber de *Iudaeorum*, an de *Indorum*, inſcribatur vocatione. Nobis enim tam felicibus eſſe non licuit, vt librum oculis vſurparemus. In librorum & Bibliothecarum Catalogis, iam illum de *Indorum*, iam de *Iudaeorum* vocatione inſcribi vidimus. Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 369. Antonius Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* Tom. II. p. 180. Nicol. Baſſaeus in *Collectione libror.* ſaepius citata P. I. p. 155. Thomas Hyde in *Catalogo Bibliothecae Bodleianae* P. I. p. 414. Cl. Vogtius p. 420. librum titulo *de Indorum vocatione* adducunt. *Catalogus* vero *Bibliothecae Tellerianae* p. 86. *Lexicon Eruditor.* Ioecherianum, & Gerdeſius in *Florilegio* p. 196. illum *de Iudaeorum vocatione*, agere, ſcribunt.

STEPHANI LVSIGNANI, *de regio Cypri* *Semi-*

Semine, *Rectoris*, *S. Theolog. Ord. Praedicator.* Catalogus Virorum illuſtrium Veteris & Noui Teſtamenti, nec non omnium primitiuae eccleſiae, cum Succeſſoribus Pontificum in Eccleſia Romana, Conſtantinopolitana, Antiochena, Alexandrina, & Hieroſolymitana, in Eccleſia pariter Aquileiae, Rauennae, Mediolani, Pariſiorum, ac in aliis antiquioribus Galliarum Eccleſiis, cum cauſſis diſſenſionis Eccleſiae Romanae & Orientalis. *Pariſiis*, *apud Guil. Nigrum* 1580. in 8.

Vtrum huius libri editio *Paris. apud Guil. Nigrum* 1582. in 8. vt Phil. Labbeus in *Biblioth. Bibliothecarum* p. m. 326. & Iacob. le Long in *Bibliotheca Sacr.* T. II. p. 837. produnt, extet, aliis diſpiciendum relinquimus. Poſterior quoque, editionem, gallico ſermone, conſcriptam, *Paris* 1580. in 8. prodiiſſe ſcribit. Antonius Poſſeuinus in *Apparatu Sacro* Tom. III. p. 251. reliqua huius Auctoris, quem LVCINIANVM, nominat, ſcripta adfert, illumque e ciuitate Nicoſia, oriundum fuiſſe ſcribit. Diem obiit an. 1595. E libris eius, hos manu tractauimus. *Les Droits*, *que pretendent au Royaume de Ieruſalem*, *pluſieurs Princes & Seigneurs de l' Europe*, *par* ESTIENNE DE LVSIGNAN, *de Cypre.* *à Paris chez Guillaume le Noir* 1586. in 4. *Corografia dell' Iſola di Cipro*, *dal principio*, *all anno* 1572. *In Bologna* 1573. in 4. Vid. de inſigni illius raritate, Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari* p. 57. *Raccolta da V. diſcorſi intitolate Corone*, *per comprebender in ſe coſe appartenenti à gran Re*, *& à Prencipi.* *In Padoua* 1577. in 4. Hic ille liber eſt, quem Poſſeuinus l. cit. *librum quinque Coronarum* adpellat.

Digitized by Google

D. MARTIN LVTHERS, Beth Büchlein der zehen Geboth, des Glaubens, des Vater Vnſers, vnd des Ave Mariae in ſich enthaltend. 1522. in 8.

In hoc libro, LVTHERVS, *plagula H. pro anima, in* purgatorio, *orat,* & *in titulo* Ave Maria *collocauit, ex quibus adparet, illum ſcriptum eſſe eo tempore, quo* LVTHERVS *nondum omnia expurgauerat. Ceterum huius libri inſignem raritatem, auctores nouellarum Lipſienſium, ad an. 1736. p. 220. ex eo recte aeſtimant, quod neque in* Operibus Lutheri *deprehendatur, neque a* Duce Brunſuicenſi, *Rudolfo Auguſto, qui omnes primas impreſſiones*, librorum LVTHERI, *ſollicite conquiſiuit, poſſeſſus, neque a* Seckendorfio, & Frickio *vllibi fuerit allegatus.* Haec verba ſunt Adami Friderici Glafey, in *Bibliotheca Rinckiana*, p. 1021. vbi exemplari, typis in membrana impreſſo, XX. talerorum pretium ſtatuitur.

MARTINI LVTHERI, Commentarius in S. Paulli Epiſtolam ad Galatas in linguam gallicam translatus.

Vid. Cl. Vogt. p. 421. Editionem *Antuerpienſem* ſecundam 1583. in 4. recenſet Io. Henr. von Seelen in *Eclogis Lutheranis* p. 9 ſqq. vbi inter alia ſcribit: *Autorem verſionis huius gallicae, eo minus inueſtigare licuit, quo certius, quod nullam huius libri notitiam inuenire potuerim; prima quoque eiusdem editio, quod ingenue fateor, conſpectum meum adhuc non ſubierit.* Sine dubio, prima huius verſionis editio eſt, quam Iacobus le Long in *Bibliotheca Sacra* Tom. II. p. 838. *Geneuae* 1560. in 4. prodiiſſe ſcribit. Quis vero illius verſionis auctor ſit, aliis inueſtigandum relinquimus. Forte ipſe ille eſt, qui LVTHERI *Adnotationes in Ioelem* & *Ionam Geneu.* 1558. in 8. nec

non

non *Adnotationes in Eccleſiaſten*, vt idem Iacobus le Long teſtatur, *Geneuae* 1557. in 8. in ſermonem conuerſas gallicum, in lucem emiſit.

LVX in tenebris. *vid. ſupra* HISTORIA reuelationum.

SIMONE LVZZATTO, *Rabino Hebreo*, Diſcorſo circo il ſtato degli Hebrei. Et in particolar dimoranti nell' inclita citta di Venezia. Et è un appendice all' Trattato dell' openioni è dogmi degl' Hebrei dall' univerſal, non diſſonanti, e de riti loro più principali. *In Venezia*, *appreſſ. Giovanni Calleoni* 1638. in 4. pp. 184.

Ioan. Chriſt. Wolfius, in *Biblioth Hebraea* Tom. III. p. 1151. Tom. IIII. p. 115 *librum*, vocat, *hodie rariſſimum*, maximamq. eius partem, in ſermonem latinum conuerſam, Tomo IIII. *Bibliothecae Hebr.* inſeruit. Melchior Palontrottus Italus, libro ſingulari *Rom.* 1641. in 4. edito, illum confutauit. Vid. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 308 ſqq.

THOMAE LYDIAT, *Rectoris de Alkerton*, *Theologi celeberrimi*, & *Mathematici*, Praelectio Aſtronomica de natura caeli, & conditionibus Elementorum, item de origine fontium perennium frigidorum & calidorum. &c. *Londini* 1605. in 8.

Vid. Cl. Vogtius p. 424. Quod nos quidem ſciamus, ſeorſum liber nunquam prodiit, ſed adiectus inuenitur eiuſd. THOM. LYDIAT, *Tractatui de variis annorum formis*, *Londin.* 1605. in 8. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XV. p. 301 ſqq.

Digitized by Google

BALTHASAR LYDII, *M. F. Palatini Eccleſiaſtae apud Durdrechtanos*, Waldenſia, id eſt, Conſeruatio verae Eccleſiae demonſtrata ex confeſſionibus, cum Taboritarum, ante CC. fere annos, tum Bohemorum circa tempora Reformationis ſcriptis. *Roterodami, apud Ioannem Leonardi Berevout* 1616. in 8. Tom. I. pp. 415. excepta praefat. & indice. Tom. II. pp. 367.

Complectitur Tom. I. huius rarioris Collectionis 1. Ioannis Lukawitz Waldenſis, *Confeſſionem Taboritarum, contra* Rokenzanam, *& Papiſtas Pragenſes, ante duo ferme ſecula, conſcriptam.* 2. *Articulos Magiſtrorum, & ſacerdotum, antiquae ciuitatis* Pragenſis, *per Regnum* Bohemiae, *ſub anno domini* 1432 *euulgatos.* 3. *Articulos Synodi generalis, Cleri, regni* Bohemiae, *celebratae, anno dom.* 1434. *in feſto S. Iacobi Apoſtoli, in inclyta ciuitate* pragenſi. Hos excipit *Reſponſio Sacerdotum* taborienſium *ad articulos Synodi* Pragae *celebratae.* 4. Aeneae Sylvii *hiſtoriam* bohemicam. In II. Tomo inueniuntur I. *Confeſſio fidei fratrum* Waldenſium, *regi* Vladislao, *ad Hungariam miſſa.* 2. *Oratio excuſatoria atque ſatisfactitia, fratrum* Waldenſium, *regi* Vladislao *ad* Vngariam, *miſſa.* 3. *Excuſatio fratrum* Waldenſium, *contra binas litteras Doctoris* Auguſtini, *datas ad regem.* 4. *Apologia verae doctrinae eorum, qui vulgo appellantur* Waldenſes, *vel* Picardi, *qui retinuerunt* Ioannis Hus *doctrinam, cum S. Scriptura conſentientem, oblata* Georgio *Marchioni* Brandenburgico, *anno* MDXXXII. *multis in locis aucta & recognita* anno MDXXXIIX. *Ex* bohemico *exemplari, translata in linguam* latinam, *per* Burigenum *doctorem de* Kornis. Pleniorem Recenſionem inuenies, in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. I. p. 543 ſqq. Conf. D. Io. Chri-

Chriſtoph. Koecheri, *Vorbericht zu den drey letzten und vornehmſten Glaubensbekentniſſen der Böhmiſchen Brüder*, & quidem *das Verzeichnis der Ausgaben etlicher ſeltenen Bücher* p. 6 ſqq.

IO. LYSERI, Polygamia Triumphatrix.

Vid. Ea ſcripta, quae adtulimus, cum de THEOPHILI ALETHAEI *Diſcurſu politico de Polygamia*, nonnulla diceremus.

M.

SAMVEL MACIEIOWSKY, *Epiſcopi Cracovienſis, & R. P. Cancellarii*, Sermo in funere Sereniſſ. Domini Sigismundi I. Regis Poloniae &c. in 8. pl. 7.

Oratio illa, primum lingua Polonorum vernacula conſcripta, & recitata fuit, id quod MACIEIOWSKY in dedicatione ad Sigismundum Auguſtum, ipſe profitetur. Suadentibus amicis, illam in ſermonem tranſtulit latinum. Id ſine dubio Stanislao Orzechowsky, (Orichouio) Okszyo, incognitum fuerat, quoniam *Rerum Polonic. ab Exceſſu Sigismundi* I. Annal. I. col. 1485. edit. *Lipſiens.* vitio vertit illi, quod lingua Polonica illam conſcripſerit. *Perendie*, ille ait, *in arce Stanislai ſacrificante Nicolao Dirgouio, Gneſnenſi Archiepiſcopo,* SAMVEL MACIEIOVIVS, *Epiſcopus* Orationem *habuit, in qua & ciuilia & bellica Sigismundi Regis ſtudia, ſummatim expoſuit, genus item atque mores, non ſine graui ipſius Concionis motu. Qua in re tamen illud fuit moleſtum, quod* polonice SAMVEL *verba fecit, quaſi ea oratio, ad ſolos Polonos, nec etiam ad alienos, qui aderant, pertineret, ſed* SAMVELI *ita tum fuerat viſum, vt Polonum Regem, apud Polonos, ſermone*

mone laudaret Polono. Ab eximia raritate hanc verſionem latinam laudat, librumque pro eo, ac decet, deſcribit I. D. Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p 77 ſqq. Vitam SAMVEL. MACIEIOWSKY, qui ex Comitiis, Petricoviae celebratis, aegrotans Cracouiam rediit, ibique in hydropen lapſus diem obiit ſuum anno 1550 aetatis ſecundo & quinquageſimo, pluribus expoſuerunt Stanisl. Orzechowsky in *Annal.* paſſim in primis Annal III col. 1518 ſqq. Stanislaus Lubienski, in *Serie Vitis & rebus geſtis Epiſcoporum Plocenſium* p. 167. Simon Starouolſcius in *Vitis Antiſtitum Cracouienſium* p. 232 ſqq. Piechowski in *Cornu copiae Inſulae Chelmenſis* p. 27 ſqq. Naramowski, in *Facie rerum Sarmatarum* T. 2. p. 225 ſqq. 412. 579. Conf. Io. Dan. Ianozki in Diſſert. *de litterarum in Polonia Propagatoribus*, § XXXI. p. 24. & in der *Nachricht von raren polniſchen Büchern* P. II. p. 67 ſqq. Iacobus Woit in *diſſertat. de incrementis Studiorum per Polonos ac Pruſſos* Cap. II. §. XXXII. p. 37.

P. FRANCISCI A SANCTO AVGVSTINO MACEDO, Doctrina Reu. P. Franciſci Ioannis Bona, Abbatis Generalis Ciſtercienſis, e Congregatione Fullienſium, de vſu fermentati, in ſacrificio Miſſae per mille & amplius annos, a latina eccleſia obſeruato, dum eſſet abbas, antequam R. E. Cardinalis (qualis nunc eſt) crearetur, examinata, expenſa, refutata. *Ingolſtad.* in 8.

Anno 1671. Cardinalis Io. Franciſc. Bona *Rerum Liturgicarum libros* II. *Romae* ediderat in 4. qui poſtea plus vice ſimplici, variis in locis editi fuerunt. Vix autem lucem publicam hi libri viderant,

Digitized by Google

cum eius ſententia, quam libro I. Cap XXIII. *de Fermento* propoſuit, a variis hominibus impugnaretur. Inprimis FRANCISCVS MACEDO, hoc, quem adtulimus, libro, *Venetiis*, non vero *Ingolſtadii*, vt in titulo legimus, impreſſo, contra illum inſurrexit, illiusque ſententiam, *quod Fermentum Eucharistia fuerit, non Eulogia, Fermentique vſus ad nonum vsque ſeculum viguerit, fermentumque iure Euchariſtia dici potuerit, quia ex Fermentato fuiſſet*, multis argumentis confellere ſtuduit, quae vid. in Ioannis Giampini *Coniecturis de perpetuo Azymorum vſu in Ecleſia Latina vel ſaltem Romana* Cap. IIII. §. V. p. 99 ſqq. edit. *Rom.* 1688. in 4. Cum vero hic FRANCISCI MACEDO liber, Romae, eo ſtatim tempore, quo comparuerat, prohibitus fuit, euenit, vt haec, quam adduximus editio, paullo rarior fieret. In ſecunda, quam FR. MACEDO, titulo *Em. ac Reu. Dom. Cardinalis Bona, Doctrina de vſu fermentati, in ſacrificio Miſſ e per mille & amplius annos a Latina Eccleſia obſeruato, in ſuo libro Rerum Liturgicarum cap. XXIII. examinata & expenſa. Veronae* 1673. in 8. edidit, omnia quae paullo ſeuerius, acerbiusque in Cardinalem Franc. Ioan. Bona dicta, in priori fuerant, omiſſa ſunt. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXXI. p. 328 ſqq. Qua ratione vero poſtea Cardinalis ille, ſuam hanc ſententiam, *declaratione* quadam edita, temperauerit, vid. ap. Ciampinum l. cit. p. 84 ſqq. Conf. Cap. VI. p. 134 ſqq.

THOMAE MADOK, Formulare Anglicanum, or a collection of ancient Chartres and Inſtruments from the Norman Conqueſt, to the End of the Reign of King Henry IIX. *London* 1702. in fol.

Auctor, in Cl. Vogtii *Catalogo libror. rar.* perperam p. 428. MADOH nominatur. Habemus alium

huius Auctoris librum, ſimiliter extra Angliam rarum: THOM. MADOK, *Firma Burgi or an hiſtorical Eſſay concerning de Cities, Towns and Borougs of England, taken from Records. London* 1726. in fol.

SCIPIONIS MAFFEII, Diſſertatio de Fabula Equeſtris Ordinis Conſtantiniani, ad Gisbertum Cuperum. *Tiguri* 1712. in 4.

Editioni, a Cl. Vogtio, p. 428. memoratae, addi poterit haec *Tigurina*, quam Cl. Bruckerus in *Pinacotheca Scriptorum noſtra aetate litteris illuſtrium*, Decad. II. in vita SCIPIONIS MAFFEII, adtulit.

Aedificorum & ruinarum Romae ex antiquis atque hodiernis monimentis L. II. inciſ. & delineat. a IOANNE MAGGIO. *Rom.* 1618. in fol. mai.

Splendidior, atque rarior haec editio eſt illa, quam Gerdeſius in *Florilegio* p. 198. adtulit. Inter rariores libros locum quoque obtinent *Fontane diverſe di Roma & altre parte d' Italia delin. da* GIOVANNI MAGGI, *In Roma* 1625. in 4. *Raccolta di Fontane da* MAGGI, *Rom.* 1647. in 4.

MAHOMETIS, ABDALLAE *filii*, Theologia, dialogo explicata, Hermanno Nellingaunenſe interprete. Alcorani epitome, Roberto Ketenenſe Anglo, interprete. Ioannis Alberti Widmeſtadii, Iuris conſulti, Notationes falſarum impiarumque opinionum Mahumetis, quae in hiſce libris occurrunt. Iohannis Alberti Widmeſtadii Iuriſc. ad Ludouicum Alberti F. Palatii Rhenani Comitem, Bauariae vtri-

vtriuſq. Principem. Illuſtriſſ. optimumque dicatio. 1543. in 4. folior. 60.

Librum impreſſum eſſe *Norimbergae* teſtatur Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 286. & 335. Io. Georgius Schellhorn in *diſſertat. de eximiis Sueuorum, in orientalem litteraturam meritis*, §. XIIII. quae extat in *Amoenitatibus Litterar.* Tom. XIII. p. 240. huius libri quidem mentionem facit, ſed librum, ab eo, oculis conſpectum haud fuiſſe, ex ipſius verbis colligimus. Occurrunt in libro 1. Ioannis Alberti Widmeſtadii *Epiſtola dedicatoria ad Ludouicum Alberti F. Palatii Rhenani Comitem & Bauariae vtriusque Ducem. Landisbut. XIIX. Kal. Februar.* 1543. ſcripta. 2. Eiusdem *Epiſtola ad Ioannem Ottonem Bibliopolam, & Ciuem Norimbergenſem.* Nunciat illi, MAHOMETIS theologiam arabice ſcriptam fuiſſe, quam Hermannus quidam Nellingaunenſis, vt in Fauſti. Sabaei Codice animaduerterit, latine ſit interpretatus: in libro manuſcripto, qui, ad illum, Byzantio miſſus fuerit interpretis nullum nomen eſſe adſcriptum: Alcoranum in hanc Epitomen, a ſtudioſo aliquo deformitatum Mahometanarum, contractum, a Roberto vero Ketenenſi, Petri Cluniacenſis hortatione, eo tempore, quo Adelfonſus Imperator, Cauriam in Hiſpania expugnauerat, ex arabico in latinum ſermonem fuiſſe translatum. Tandem vtriusq. opuſculi exemplaria, Vratislauiae &Byzantii, apud Praedicatorii Ordinis Fratres, ante annos XXX. in Bibliothecis adſeruata fuiſſe, memorat. 3. MAHOMETIS Abdallae filii *Theologia Dialogo explicata, Hermanno Nellingaunenſe interprete.* Colloquuntur *Abdia ben Salon*, Princeps Iudaeorum & magiſter Iſraelita, & MAHOMEDES. In fine Colloquii exclamat Iudaeus: *Viciſti optime* MAHVMET, *Siſte & recipe me confitentem. Ego credo & video, quia non ſunt Dii, ſed Deus vnus omnipotens, cuius vere tu nuncius es & Propheta.* 4. *Alcorani Epitome,*

me, Roberto Ketonenſi Anglo interprete. Continet haec Epitome, *Orationem Arabum; leges de Homicidis; de matrimoniis; Reſurrectionis modum; Orationem ſecundam Arabum, qualis ſit? Orationem Arabum tertiam; Tempus, quo fuit* MAHVMET, *& vnde, & qualis? Creatoris rerum, ordinem; Orationem Arabum quartam; Exhortationes ad pugnam; Homicidae poenam qualis eſſe debeat; inferorum quaedam; Scalbe Propheta miſſus a Deo, quid praeceperit?* MAVMETHIS *verba ad populum; Cautiones ad pugnam, & exhortationem; Iudicii diem, formamq. & verba damnatorum; praecepta circa mores feminarum; Abrahae hiſtoriam de vxore ſterili; exhortationem ad pugnam, contra infideles.* 5. Ioan. Alber. Widmeſtadii, *variarum impiarumq. opinionum* MAHVMETIS, *quae, in dialogo occurrunt, notationes, ad Ludouicum Alberti F. vtriusque Bauariae Ducem illuſtriſſimum.* 6. MAHOMETIS *vita, per Io. Albert. Widmeſtadium Iuriſc. ad Lud. Alb. F. vtriusque Bauariae Ducem, illuſtriſſ. ſcripta.* 7. Io. Alb. Widmeſtadii IC. *variarum rerum, impiarumque opinionum, quae in Alcorani Epitome occurrunt, notationes.* In fine haec eius excuſatio legitur: *Si qui ſunt, quos Cabaliſticae doctrinae frequens memoria, in hiſce notationibus meis offendat, hi ſciant me ſola neceſſitate impulſum, ex iſtorum libris reconditis, delibaſſe nonnulla, quae Iudaeorum fraudes, Chriſtianorum e gremio Eccleſiae, delapſorum, leuitatem, &* MAHOMETIS *inconſtantiam, atque ſcelerum atrocitatem commonſtrarent.* Alcorani Epitome a Roberto Ketenenſi, qui rectius adpellatur Retenenſis, id quod iam Chriſtianus Schoettgenius docuit in *Continuat. Bibliotb. Fabricii med. & infim. Latinit.* L. XVII. p. 303. latine verſa, inſerta etiam fuit Collectioni Scriptorum *de rebus Mahumeticis*, quam edidit Theodorus Bibliander *Baſil.* 1543. & 1550. in fol. Tom. I. Forte Hermannus Nellingaunenſis, ille eſt Hermannus Dalmata, qui varia opuſcula, ad res Turcarum ſpectantia, ex arabico, in latinum ſermonem conuertit, quae in eadem

eadem, Bibliandri Collectione, reperiuntur. De Io. Alberto Widmeſtadio vid. Schellhornius l. cit. Angli Sealteli *ad Romanos indices pro Ambroſio de Grumppenberg contra Io. Alb. Widmeſtadium Orationum Actio prima* apud Schellhornium l. cit. Tom. XIIII. p. 468-500. Andr. Mülleri *diſſertationes II. de Moſe Mardeno* vna; *de Syriacis librorum ſacrorum verſionibus, deque Viennenſi Antiocheni textus N. V. editione*, altera. Conf. quae infra de Io. Alb. Widmeſtadii NOVO TESTAMENTO *Syriaco* Nobis dicenda erunt.

MICHAELIS MAIERI, *Imperial Conſiſt. Comit. Med. D. Equ. Ex.* &c. Chymiſches Cabinet derer groſſen Geheimnüſſen der Natur, durch wohl erſonnene ſinnreiche Kupfferſtiche und Emblemata, auch zu mehrerer Erleuchtung und Verſtand derſelben, mit angehefften ſehr dienlich- und geſchickten Sententien und Poetiſchen Uiberſchrifften, dargeſtellet und ausgezieret. Welches, nachdeme es wegen vieler darinn entdeckten raren Geheimnüſſen und Erläuterung der philoſophiſchen Subtilitäten, von Verſchiedentlichen hocherleuchtenden und zu groſſen Künſten ſich applicirenden Liebhabern, zum öfftern begehret und verlanget worden; Der Chymiſchen Republic und dero Liebhabern zur Speculation, Betracht- und Unterſuchung, aus wohlmeinender Veneration und Liebe zum zweyten mahle in der Lateiniſchen Spraach ausgefertiget, vorietzo aber zum erſtenmahl in das Hochteutſche überſetzet iſt; von G. A. K. der Philoſophiſchen Künſten Liebhabern.

Digitized by Google

habern. Deme beygefüget iſt, eine Application des hohen Lied Salomonis auf die Univerſal Tinctur der Philoſophen. *Franckf. verlegts Georg Heinrich Oehrling* 1708. in 4. pp. 153.

De raritate Operum MICHAEL. MAIERI vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 430 ſqq. In hoc libro quinquaginta emblemata chymica, ſatis quidem eleganter aere expreſſa, inueniuntur. Cuilibet ſex verſiculi, & explicatio, ſoluto ſermone vernaculo, conſcripta, adiecta cernitur. Niſi fallimur, ex latino libro, qui inſcribitur *Atalanta fugiens, h. e. Emblemata noua, de Secretis naturae, chymica* &c. *Oppenhem. apud Hieron. Galler.* 1617. in 4. translatus eſt.

OLIVERII MAILLARDI, Sermones de Aduentu, declamati Pariſiis in Eccleſia S. Ioannis de Grauia, anno 1493. *Paris.* 1498. in 4.

Eiusdem, Quadrageſimale opus, declamatum Pariſiorum in vrbe, in Eccleſia S. Ioannis de Grauia. *Paris.* 1498. in 4.

Vid. de hac editione Michael. Maittaire *Annal. Typograph.* Tom. I. p. 669. Lucae Waddingi *Scriptores Ordinis Minorum* p. 270. Io. Gothofr. Olearii *Bibliotheca Scriptor. Eccles.* Tom. II. p. 43. Niceron *Memoires* Tom. XXIII. p. 51. Quo tempore vero iſti OLIVERII MAILLARDI, *Sermones*, prima vice prodierint, pro certo adfirmare non ſuſtinemus. Si Michaeli Maittaire in *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 585. fidem habemus, *Sermones de Aduentu*, iam an. 1494. typis exſcripti fuerunt. Eodem teſte l. cit. p. 647. *Sermones de Aduentu* recuſi ſunt *Pariſiis apud Antonium Caillaut, & Ludouicum Martineau* 1497. in 4. Quod autem ex eadem officina, *Sermones*

Qua-

Digitized by Google

Quadrageſimales, prodierint, dubitanter adfirmare videtur Maittaire, cum l. cit. libri titulum hac ratione adtulit: *Eiusdem forſan* ſcilicet OLIVERII MAILLARDI, quem modo nominauerat, *Expoſitio Epiſtolarum totius Quadrageſimae. Paris. apud eosdem* Anton. Caillaut, & Lud. Martineau 1497. in 4. Subdubitare etiam videtur p. 669. de editione *Lugdunenſi* 1498. *Sermonum de Aduentu*, in 4. quam Gerardi Ioannis Voſſii, Luc. Waddingi, Io. Gothofr. Olearii, & Henric. Whartoni, adductus auctoritate, in ſerie librorum, anno 1498. impreſſorum, collocauerat. Editionem anni 1499. cum reliquis MAILLARDI Sermonibus, e teſtimonio Henrici Villot, producit Anton. Poſſeuinus, in *Apparat. Sacr.* Tom. II. p. 510. quae forte eadem editio eſt, quam, hoc titulo inſignitam: OLIVERII MAILLARDI, *Ordin. Minor. Opera varia in vnum collecta, vna cum pulcherrimis Iuris Quaeſtionibus, ad quemlibet ſermonem & tractatum additis, ipſomet curante*, adducit Maittaire l. cit. p. 701. & Gerdeſius in *Florileg.* p. 198. Editiones a Io. Alb. Fabricio in *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. XII. p. 19. cit. hic ſilentio tranſimus. De editione *Pariſienſi*, *Sermonum de Aduentu* 1511. in 8. & *Sermonum Quadrageſimalium* 1512. in 8. vid. Niceron l. cit. Recenſionem editionis *Sermonum* MAILLARDI, hoc titulo conſpicuae: *Sermones de Aduentu: quadrageſimales: dominicales: & de peccati ſtipendio & gratie premio: vnacum pulcerrimis iuris quaeſtionibus quolibet in ſermone inſertis & ſpiritualiter applicatis per venerabilem patrem ſacre ſcripture interpretem & diuini verbi preconem fratrem* OLIVERIVM MAILLARDI *ordinis minorum Parhiſiis declamati, nouiter impreſſi & accuratiſſime emendati, Argentine impenſis ſolertis viri Ioannis Knoblouchi eiusdem ciuitatis chalchographi. Anno ſalutis ſuper ſesqui Milleſimum ſexto V. Kalend. Septembr.* in 4. fol. 356. vid. in Io. Georg. Schellhornii *Amoenitat. Hiſtor. Eccles. & litterar.* Tom. I. p. 778-796. in den *Nachrichten*

richten von einer Halliſchen Biblioth. Tom. IIII. p. 51-59. Repetitam hanc eſſe editionem, *Argentor. apud eundem Knoblouchium* 1512. nec non *Paris. apud Ioannem Paruum* 1516. colligimus ex Anton Poſſeuini *Apparat. Sacr.* l. cit. & ex Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 531. De aliis MAILLARDI *ſermonibus* vid. Fabricius l. cit. Niceron l. cit. *Bibliotheca Telleriana* p. 102. & 395. Quod vero ad eloquentiam, MAILLARDI, ſacram adtinet, quam in his *ſermonibus* prodidit, Niceron l. cit. p. 52. hac ratione, mentem ſuam de illa exponit: *Ces Sermons ou plutôt ces Extraits ſont écrits d'un ſtile fort groſſier. Le Predicateur y envoye à tout moment ſes Auditeurs à tous les Diables.* Inuito vos ad omnes Diabolos - - - Ad omnes Diabolos talis modus agendi. *Il falloit que la corruption fût bien publique de ſon temps, puisque ſa morale roule le plus ſouvent ſur l' Impureté, quil ſe ſert en cette matiere des expreſſions les plus crues, & que lorsqu'il en parle, il s' addreſſe presque toujours aux Eccleſiaſtiques. Dans chaque Sermon il agite une queſtion de Scholaſtique, & de Droit Canon; ce qui etoit la Methode de ſon Siecle, comme on le voit par les autres Predicateurs ſes Contemporains. Il paroit qu'il avoit plus de Zele que de Science; ſes Sermons ſont remplis de Fables, de traits burlesques, & d' Hiſtoires apocryphes* &c. Nonnulla adtulerunt Specimina, Niceron p. 53 ſqq. Henry Etienne dans *l' Apologie pour Herodote* Tom. I. p 40 ſqq edit. de Mr. le Duchat. Charles Etienne Iourdain dans *l' Hiſtoire d'un Voyage litteraire* p. 162. Pierre Roques dans le *Paſteur Evangelique* p. 134 ſqq. edit. *Baſil.* 1723 in 4. Vid. quoque *Eſſais de Litterature* 1702. p. 185 ſqq. it. Naudaei *iudicium de Nipho*, Opuſculis Niphi, a Naudaeo editis, praemiſſum. it. M de Vigneul-Marville *Melanges d' Hiſtoire & de Litterature* Tom. I p. 124 ſqq. edit. *Paris.* 1725. vbi inter alia, haec legimus: *Les Predicateurs de ſon temps affectant de touſſer, comme une choſe qui donnoit de la grace à leurs, déclamations, il n' a*

n'a pas manqué dans un ſermon en François, imprimé à Bruges vers l'année 1500. *de marquer à la marge, par des* hem, hem, *les endroits où il avoit touſſé.* Obiit OLIVERIVS MAILLARDVS, e Britannia minore oriundus, Theologus Pariſienſis, Ordinis Minorum Vicarius generalis, *ſanctitatis*, vt Poſſeuinus l. cit. ait, *vitae, nomine celebris* anno 1502. vid. Luc. Waddingi *Scriptores Ordinis Minor.* l cit.

LVDOVICI MAIORANI, *Grauinatis, Canonici Regularis Lateranenſis, & Epiſcopi Caſtelli a Mare in regno Neapolitano*, Clypeus militantis Eccleſiae, ſeu de vero Dei cultu. Eiusdem de optimo Reipubl. ſtatu, Oratio, quam miſit ad Patres in Concilio Tridentino. *Romae apud Vincentium Accoltum, & Valentem Panitiam Socios*, 1575. in 4.

De raritate teſtem habemus Daniel. Gerdeſium, in *Florileg.* p. 199. Liber recuſus fuit, titulo paullo immutato: *Scutum fidei, id eſt, verae, catholicae, atque orthodoxae religionis, aduerſus haereticos, ſoliſſima defenſio, ſeu de vero cultu Dei Libri III. Eiusdem de republica bene conſtituenda ad Concilii Tridentini Patres miſſa oratio. Antuerp. apud Petrum Bellerum* 1589. in 8. *Oratio*, quae huic libro adiecta eſt, prima vice, excuſa fuit *Dilingae* 1563. Vitam LVDOVICI MAIORANI vid. in Celſi de Roſinis *Lyceo Lateranenſi*, quod II. Tom. in fol. prod. *Caeſen.* 1649. Conf. Ant. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. II. p. 363.

MALLEVS maleficarum.

Editiones huius libri Cl. Vogtio & Haubero incognitae nobis innotuerunt. 1 *Iacobi Sprengeri*, MALLEVS *maleficarum, in tres diuiſus partes, in quibus concurrentia ad maleficia, maleficiorum effectus, & re-*

Digitized by Google

& remedia, & modus procedendi & puniendi maleficos, continetur, hac poſtrema editione per Raphael. Maſſaeum illuſtratus. Venet. 1574. in 4. 2. MALLEVS *Maleficarum, a P. Iacob. Sprenger. Ordin. Praedicat. Veneriis ex officina Bertrani* 1576. in 8. 3. MALLEVS *Maleficarum, in III. Tomos diſtinctus, quorum poſtremus, qui Fuſtis Daemonum inſcribitur, nunc primum prodit Lugduni apud. Petrum Landrii* 1604. in 8. Conf. I. A. Fabricii *Bibliotb. med. & infim. Lat.* L. IIX. p. 663 ſqq. L. VIIII. p. 46.

IOANNIS DE MANDEVILLE, itinerarius a terra Angliae in partes Ieroſolymitanas, & in vlteriores transmarinas, ab Autore primum gallice conſcriptus, anno 1355. & poſtea latine verſus, in 4. *charactere gothico* ſ. l. & ann. indicio.

Vitam IOANNIS DE MANDEVILLE deſcripſerunt, praeter Fabricium a Cl. Vogtio p. 436. cit. Io. Baleus in *Scriptorum illuſtrium Maioris Britanniae Catalogo* p. 478. Io. Pitſeus in *Relationibus hiſtoricis de rebus Anglicis* p. 478. Io. Lelandus in *Commentar. de Scriptor. Britannicis* Tom. II. p. 366. qui ,, illum , Io. MAGNOVILLANVM nominat. Caſimirus Oudin in *Supplemento de Scriptoribus vel Scriptis Eccleſiaſticis, a Bellarmino omiſſis, Paris.* 1686. in 8. p. 642 ſqq. in *Commentario de Scriptorib. Eccleſ.* Tom. II. col. 1093. Niceron *Memoires* Tom. XXV. p. 250 ſqq. Hic poſterior de eius itinerario p. 254. ita ſcribit: *Ie ne ſçai ſi l' Ouvrage publié à Anvers en* 1564. *ſous le titre* Deſcriptio Ieruſalem, locorumque ſacrorum, *fait partie de l' itineraire, ou eſt un nouvel Ouvrage. Elle a été imprimée en François à Lyon l' an.* 1487. *& l' an.* 1542. *in* 4. *& à Paris in* 8. *En Anglois à Londres l' an.* 1696. *in* 4. *& dans les Recueils d' Hackluit, & de Purchas. En Italien en* 1496. *in* 4. *& à Veniſe*

l' an

Digitized by Google

l'an. 1534. *in* 8. *it.* 1567. *in* 8. *En Eſpagnol à Valence l'an.* 1540. *in fol. En Flamand l'ann.* 1483. *Malgré toutes ces Editions, & celles que j'ignore cet Ouvrage eſt rare; mais il n'y a pas grand mal, car c'eſt un amas de fables, & rien autre choſe.* In *Catalogo Biblioth. Ludewig.* p. 844. huius libri editio, praeter *Venetam*, quam Cl. Vogtius memorat, nulla extare dicitur, ſed rem ſecus ſe habere, e dictis conſtare poterit. Inuenitur etiam alia editio antiquiſſima ſine loci & anni indicio, cum titulo: *Itinerarius Domini* IOAN. DE MANDEVILLE *Militis. Accedit de ritu & moribus Indorum liber Presbyteri Ioannis in* 4. in *Bibliotheca Selliana* P. I. in Append. p. 136. Verſio eius germanica prodiit cum titulo: IOHANN. DE MONTEVILLA *Reyſz und Wanderſchaft durch das gelobte Landt, Indien und Perſien, Frankf.* 1580. in 8. In nonnullis editionibus, & a nonnullis Scriptoribus *Miles* dicitur, id quod vel ex Anglorum *Esquire* deducendum erit, vel inde ortum eſt, quod in itinere forte militiam exercuerit. Profeſſione enim *Medicus* fuit. Patet illud ex inſcriptione eius ſepulcrali, quae Leodii, apud Guillelmitas inuenitur, & quam ex Scriptorib. cit. hic adiiciemus. *Hic iacet vir nobilis Dominus* IOHANNES DE MANDEVIL, *alias dictus* de Barbam, *Dominus de Campoli, natus in Anglia*, Medicinae Profeſſor, *deuotiſſimus Orator, & bonorum ſuorum largiſſimus erogator pauperibus, qui toto quaſi orbe luſtrato, Leodii vitae ſuae diem clauſit Anno Dom. M. CCC. LXXII. menſis Nouembris die XVII.* Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 393. qui illum, *armatae militiae Equitem auratum*, nominat.

PROSPER. MANDOSII, *Nobilis Romani, Ordinis Sancti Stephani Equitis*, Θέατρον, in quo, maximorum chriſtiani Orbis Pontificum, Archiatros, ſpectandos exhibet. *Romae typis Franciſci de Lazaris.* 1696. in 4. pp. 236.

Digitized by Google

Rariſſime in noſtris regionibus hic liber conſpicitur, cui conſcribendo Auctor maiorem induſtriam impendit, quam *Bibliothecae Romanae*, quam ab ipſo compoſitam habemus. Recenſet vero Pontificum Archiatros a Seculo poſt Chriſtum natum VIIII. ad annum vsque Seculi XVII. XCVI. Primum omnium, inter eos, occupat locum Vrſus, Nicolai I. Pontificis Rom. Archiater. Recentiſſimus vero eſt Ludouicus Tozzi, Innocentii XII. Medicus, & Marcelli Malpighi ſucceſſor in ea dignitate. Plura vid. in *Actis Eruditor.* an. 1697. p. 182 ſqq. Conf. quoque die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. III. p. 159 ſqq.

CIPRIAN. MANENTE, *da Orvieto*, Storia della Citta di Orvieto. Tomo I. dall' anno 970. ſino al 1400. *in Venezia per il Giolito* 1561. in 4. Tomo II. dall anno 1400. ſino al 1563. *in Venezia* 1566. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 437. Chriſtian. Gottl. Buderus in *Biblioth. Hiſtorica Struuiana* p. 134. Compilator *Bibliothecae Menckenianae* p. 267. & ille, qui *Catalogum Hiſtoricorum Fresnoio-Menkenian.* contexuit, p. 354. inter Hiſtoriae vniuerſalis ſcriptores librum adducit: CIPRIANO MANENTE, *Iſtoria dall 970. ſino al* 1400. *In Venezia* 1561. in 4. Vtrum iſte liber, ſit a noſtro diuerſus, an noſtri Tomus I. id quod nos facile crediderimus, illud aliis, quibus, oculis hunc librum vſurpare licuit, diiudicandum relinquimus.

MANIPVLVS Orationum ab eruditis viris polonicae nationis, diuerſis temporibus & occaſionibus ſcriptarum. *Romae ex typographia Haeredum Franciſci Corbelletti* 1639. in 4. pp. 358.

Col-

Digitized by Google

Collectionem illam inſigniter raram, acceptam referimus, induſtriae, Andreae Trzebicki, Decani Plocenſis, cuius vitam inuenimus in Naramowski *Facie Rerum Sarmaticar.* Tom. II. p. 236. & 520. In eiusdem *Signatoribus Regni* p. 58. De libro ipſo vero conſulendus Io. Daniel Ianozki, in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 53 ſqq.

IOS. MARIAE MARAVIGLIA, Pſeudomantia Veterum & recentiorum exploſa. *Venet.* 1662. in fol. pp. 606.

De hoc Opere, cuius Auctor Clericus Regularis & Profeſſor Moralium publicus, in Academia Patauina fuit, vid. *Nou-Antiqua* Anni 1715. p. 964 ſqq.

CHRISTOPHORI MARCELLI, rituum Eccleſiaſticorum, ſiue ſacrarum cerimoniarum SS. Romanae Eccleſiae L. III. *Florent. per haeredes Philippi Iunctae*, 1621. in 8.

Sacrarum cerimoniarum ſiue rituum Eccleſiaſticorum Sanctae Romanae Eccleſiae L. III. poſt omnes omnium editiones, ſumma denuo vigilantia recogniti. *Romae ex officina Valer. Dorici*, 1560. in fol.

Cl. Vogtio, qui p. 438 ſqq. multa lectu digna, de hoc libro adtulit, iſtae editiones incognitae fuerunt. Nos autem libri huius hiſtoriam, Niceroni verbis p. 4 ſqq. adlatis, hic adiiciemus: Paris Graſſi, *de* Boulogne, *Maitre des Ceremonies, Pontificales, ayant appris l'année ſuivante* 1517. *que ce livre avoit été imprimé à* Veniſe, *& étoit repandu dans* Rome, *en fit de grandes plaintes, choqué de ce qu'on avoit rendu ainſi public, ce qui ne devoit être connu que des Miniſtres de l'Egliſe, & de ce que,* MARCEL *avoit re-*

tranché & ajouté pluſieurs choſes au Manuſcrit Original. Le Pape inſtruit du fait, ordonna à Graſſi *de confronter l' un & l' autre ouvrage.* Graſſi *le fit, & pretendit avoir trouvé dans l'edition de* MARCEL *plus de mille falſifications, ajoûtant que cet editeur s' étoit approprié le travail de* Patrizi, *en ſupprimant ſon epitre dedicatoire au Pape* Innocent IIX. *& en retranchant quelques endroits, qui ne pouvoient convenir qu' à lui, quoiqu' il en eût laiſſé d' autres, qui ſuffiſoient pour decouvrir ſa mauvaiſe foy. Sa concluſion fût qu'il falloit condamner au feu le livre avec ſon pretendu Auteur. Les commiſſaires deputés par le Pape, pour examiner cette affaire, ne ſuivirent pas les idées de* Graſſi, *ni le livre, ni l' Editeur ne furent condamnés au feu; on le laiſſa vendre publiquement, & même on le réimprima pluſieurs années après à* Rome. *Il eſt facile au reſte de juſtifier* Marcel, *de ce que* Graſſi *lui attribuoit, d'avoir voulu s' appropier l'Ouvrage de* Patrizi. MARCEL *dans ſon Epitre dedicatoire au Pape* Leon X. *ne dit nulle part que ce ſoit ſon Ouvrage; il marque au contraire expreſſément, que c' eſt un Ouvrage, qui ne paroît en public qu'après bien des années, & fait entendre par là qu'il avoit été composé long tems auparavant. Il eſt vrai, qu'il ne l' a pas donné ſous le nom de* Patrizi; *mais il en a pû uſer ainſi, parceque tout ce qu'il contient, exiſtoit avant ce Maître des Ceremonies, qui n'en a été que le Collecteur; d' ailleurs il y a laiſſé un grand nombre de choſes, qui ne peuvent convenir qu'au temps de* Patrizi; *ce qu'il n'auroit point fait, s'il avoit voulu veritablement s' approprier l' Ouvrage. La premiere edition eſt aſſez rare, parceque* Graſſi, *qui fit tous ſes efforts pour faire ſupprimer le livre; n'y ayant pas réuſſi, ſupprima lui même tous les exemplaires, qui lui tomberent entre les mains. Elle eſt cependant peu recherchée, & ſe trouve à un prix fort raiſonnable dans les ventes, qui ſe font à Paris.* Libellum ſupplicem; quem Leoni X. Pontifici Maximo, ob hunc librum, obtulit Paris Graſſi, in-

inuenies in Io. Mabillonii *Muſeo Italico* Tom. II. p. 588 ſqq. vbi etiam Auguſtini Patricii, Piccolominei, ſeu de Piccolominibus, Epiſcopi Pientini (*Pienza* in Hetruria) & Ilcinenſis, epiſtola ad Innocentium IIX. ſub quo Ceremoniarum magiſter fuerat, *libro Ceremoniarum MSto*, praemiſſa, inuenitur. Paris Graſſi, ſeu de Craſſis Epiſcopus fuit Peſarenſis, vid. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1302. Strenue defendit CHRISTOPHORVM MARCELLVM, contra Paridis Graſſi criminationes, Apoſtolo Zeno in *Giornale de Letterati d' Italia* Tom. XIIX. p. 367 ſqq. Libri particula ſeorſum excuſa fuit, titulo: *de Exequiis Romani Pontificis, ſeu ſupplementum ad Gretſeri III. libros de funere Chriſtiano, Viteb.* 1612. in 4. In compendium vero redactus lingua vernacula prodiit 1565. in 4. hoc titulo: *Bapſts Gepreng ausz dem Ceremonien Buch: auch etliche Ceremonien der Biſchoffe, ausz ihrem Pontifical ſehr fleiſſig gezogen* Qua ratione CHRISTOPHOR. MARCELLVS in expugnatione vrbis Romae an. 1527 a Hispanis militibus captus, & immani crudelitate trucidatus fuerit, vid. apud Niceron. l. cit. qui Iacobum Albericum confutat, propterea quod illum, in inſula Corcyrenſi, cuius erat Archiepiſcopus, mortuum, ibique eſſe ſepultum, in *Catalogo degli Scrittori Venetiani* p. 20. ſcripſerat. Inter rariores, CHRISTOPHOR. MARCELLI libros, etiam locum merentur, eius *Vniuerſalis de anima traditionis opus. Impreſſum Venetiis per Gregorium de Gregoriis anno dni* 1508. in fol. folior. 297. & *de Authoritate ſummi Pontificis, & his, quae ad illam pertinent, Liber aduerſus impia, Martini Lutheri dogmata. Florentiae per haeredes Philippi Iuntae* 1521. in 4. folior. 145. Vtriusque extat recenſio, in den *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Bibliotb. zu Dresden*, & quidem illius, Tom. I. p. 67. huius vero Tom. II. p. 20 ſqq. Conf I. A. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. III. p. 1049 ſqq.

Digitized by Google

Vite de' Prencipi di Venezia, ſcritte da PIETRO MARCELLO, e tradotte da Lodovico Domenichi, con le vite di quei Prencipi che furono dopo il Barbarigo ſino al Doge Priuli. *In Venezia per Franceſco Marcolini* 1558. in 8.

Liber, quem Nicol. Fr. Haym, nella *Notizia de' libri rari*, p. 96. *aſſai raro* nominat, e latino translatus eſt. PETRVS MARCELLVS, Antonii F. Patricius Venetus, librum conſcripſerat *de Vitis Principum & geſtis Venetorum*, a primo Paulutio Anafeſto, ad obitum vſque Ducis LXXIIII. Auguſtini Barbadici anno 1502. Continuauit librum Syluester Girellus Vrbinas, & quatuor Venetorum Leonardi Lauretani, Anton. Grimani, Anton. Gritti & Petri Laudi, qui poſt Petri Marcelli aetatem imperarunt, adiecit vitas, eumque edidit *Venet.* 1554. in 8. Anno 1574. liber cum auctario Henrici Kelneri hoc recuſus fuit titulo: *De vita, moribus, & rebus geſtis, omnium Ducum, qui a iam conſtituta Republica ipſorum, vſque ad noſtram aetatem imperio praefuerunt. Francof. apud Sigism. Feirabend.* 1574. in 8. Inſertus poſtea fuit Ioannis Gualterii ſeu Iani Gruteri *Chronico Chronicorum Eccleſiaſtico-Politico, Francof.* 1614. in 8. Tom. I. p. 581—791.

CORNELII MARGARINI, Scripta omnia eſſe rariora, teſtatur Cl. Vogtius p. 440. Eminet inter illa *Bullarium Caſinenſe complectens Pontificum, Imperatorum, Regum* &c. *Priuilegia, Donationes, Vniones, Libertates, Exemptiones, Praerogatiuas & Onera, pro Congregatione Caſinenſi, ex eius Archiuis ſelecta. per* CORNEL MARGARINVM. Tom. I. *Venetiis ex officina Omn. Ferretti.* 1650. in fol. Tom. II. *Tuderti apud Vincent. Galaſſium.* 1670. in fol. Recenſionem Operis rariſſimi vide in *Giornale de' letterati in Roma* per Abbatem Franciſc. Nazari 1671. p. 21.

p. 21. Vita CORNELII MARGARINI, reperitur in D. Mariani Armellini, Congregationis Caſinenſis S. Petri de Aſſiſio Abbatis, *Bibliotheca Benedictino-Caſinenſi*, quae 1731. & 1732. ſi Appendicem, *Fulginei* editam, exceperis, *Aſſiſii* II. Tom. in fol. prodiit.

SIMONIS MARICII, *Pilsnenſis Iure conſulti*, de Scholis, ſeu Academiis Libri II. *Cracouiae in officina Hieron. Scharffenbergi. Anno ſalutis* 1551. in 8. fol. 192.

Tantae liber raritatis eſt, vt etiam Chriſtophoro Auguſto Heumanno, ſolertiſſimo eiusmodi rerum indagatori incognitus fuerit. Pluribus eum deſcripſit Io. Daniel. Ianozki, in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 100 ſqq. Elogium SIMONIS MARICII, dedit Simon Starauolſcius, in *Elogiis & Vitis Scriptorum, Poloniae illuſtrium* p. 92 ſqq. in *Laudatione Almae Academiae Cracouienſis* p. 15. Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 630.

LVCII MARINEI, *Siculi*, Epiſtolarum familiarium L. XVII. Carminum L. II. & Orationes aliquot. *Valiſoleti* 1514. in fol.

De raritate vid. Cl. Vogtius p. 442. Edidit illas epiſtolas Arnaldus Guil. Brocarius. Vid. Antonii Mongitore *Bibliotheca Sicula* Tom. I. p. 67. Fuit LVCIVS MARINEVS, Vyzae (Bizini) in Sicilia natus. Poſteaquam Romae Pomponium Laetum audiuerat, cum militum duce Hiſpano, anno 1484. e patria in Hiſpaniam ſe contulit. Tantum apud Regem Ferdinandum Catholicum valebat, vt nonſolum illi a Confeſſionibus eſſet, ſed illum quoque in itinere Neapolitano anno 1507. comitaretur. Caroli V. & Iſabellae Hiſtoriographus conſtitutus, multa

Digitized by Google

edidit ſcripta, quae res Hiſpanicas ſpectant. Eminent inter illa *de rebus Hiſpaniae memorabilibus Libri XXII.* qui poſt editionem *Complutenſem* 1533. & Roberti Beli *Francofurtens.* 1579. inſerti fuerunt Andr. Schotti *Hiſpaniae illuſtratae* Tom. I. p. 291 ſqq. Io. Vaſaeus in *Hiſpaniae chronico*, apud Schottum l. cit. Tom. I. p. 579. de hoc MARINEI opere ita ſcribit: L. MARINEVS, *Siculus, de rebus Hiſpaniae ſcripſit opus, varium nec inelegans, ſed in quo multis locis diligentiam, pluribus etiam fidem deſidero.* Quod hoc opus hiſpanice etiam prodierit *Alcala de Henares* 1539. teſtatur *Catalog. Bibl. Bodleianae* Tom. I. p. 432. Conf. Nicol. Antonii *Bibliotb. Hiſpan. noua* Tom. II. p. 360. Ioſ. Simleri *Bibliotb.* p. 459.

GVILIELM. DE MARLOT, *Doctoris Theologi, S. Nicaſii Remenſis M. Prioris, & Fiuienſis Cellae prope Inſulas Adminiſtratoris*, Metropolis Remenſis Hiſtoria, a Frodoardo primum arctius digeſta, nunc demum aliunde accerſitis plurimum aucta, & illuſtrata, & ad noſtrum hoc Saeculum fideliter deducta Tom. I. in quo Remorum gentis origo, vetus Dominivm, Chriſtianae religionis per Prouinciam Belgicam initia, & incrementa, Archiepiſcoporum vera ſucceſſio, Baſilicarum natales, & in iis ſacra lipſana, publici conuentus incolis aſperſi fauores, & alia id genus, quatuor libris diſtincte referuntur. *Inſulis ex officina Nicol. de Rache* 1666. in fol. pp. 668. cum fig. aen.

Hic Tomi I. titulus eſt, de quo vid. Cl. Vogtius p. 442. Tomus II. *Remis* prodiit, & vt titulus habet, *Supplementum Frodoardi ab anno* 970. *ad noſtram aetatem*

Digitized by Google

tem fideliter & accurate productum, in quo praeter ſeriem hiſtoricam Praeſulum, Bullae Pontificiae, Regum Diplomata, Tituli Fundationum, a quinque Summis Pontificibus, Remis coacta concilia, Eccleſiarum origines ac in eis ſacra lipſana, diſtincte & accurate referuntur, complectitur. *Opus* illud *poſthumum in officina Protaſii Lelorain* excuſum, paginis abſoluitur 886. Vid. Cornelii a Beughem *Bibliographia Hiſtorica, chronologica, geographica.* p. 167. *Catalogus Hiſtoricorum Fresnoio-Menkenianus* p. 301. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. III. p. 359 ſqq. vbi totius operis extat recenſio.

LVYS DEL MARMOL, *Caravaial*, Deſcripcion general de Affrica, con todos los Succeſſos de guerras, que a avido entre los infieles, y el pueblo Chriſtiano y entre elles miſmos desde que Mahoma invento ſu Secta haſta el anno 1571. Tom. I. & II. *en Granada* 1573. Tom. III. *en Malagga* 1599. in fol.

Libri titulum ab aliis non ſatis adcurate deſcriptum, hic integrum adſcripſimus. Gallica verſio cuius Cl. Vogtius p. 443. mentionem facit, hunc praefixum habet titulum: *L' Afrique de* LOVIS DE MARMOL, *contenant la deſcription de l' Afrique & l' Hiſtoire de ce qui s' y eſt paſſé, de remarquable, depuis l' an* 613. *jusqu' en* 1571. *traduit de l' Eſpagnol par* Nicolas Perrot d' Ablancourt, *avec des Cartes geographiques du Sieur* Samſon: *enſemble l' Hiſtoire des Cherifs traduite de l' Eſpagnol de* Diego de Torres *par le* Duc d' Angoulême *le pere*, (Charles de Valois Duc de Angoulême) *le toutrevû & retouché par P. R. A.* (Pierre Richelet, Avocat) *A Paris chez L. Billaine* 1667. in 4. III. Tom. Quod vero ipſe Nicolaus Perrottus d' Ablancourt hoc opus non ediderit, ex eo adparet, quod ille diem ſuum obierit d. XVII. Nou. an. 1664. haec vero eius verſio, anno demum 1667. in

Digitized by Google

lucem emiſſa fuerit. Hiſtoriam huius verſionis pluribus expoſuit Niceron Tom. VI. p. 337 ſqq.

MARTINI MARRIER, *Sancti Martini a Campis Monachi, & Profeſſi*, Bibliotheca Cluniacenſis, in qua SS. Patrum Abbatum Cluniacens. Vitae, miracula, ſcripta, Statuta, Priuilegia, chartae, Diplomata, & chronologia duplex. Item Catalogus Abbatiarum. *Pariſiis ex officina Niuelliana* 1614. in fol.

Acceptum referimus hunc librum, de cuius raritate vid. Cl. Vogtius p. 444. Andr. Quercetano ſeu du Cheſne, qui illum cum notis edidit. In Philippi Labbei *Bibliotheca Bibliothecarum* p. m. 266. liber quidem *Paris. apud Sebaſt. Cremoiſy* 1618. editus dicitur. Cum vero neque apud Niceron *Memoir.* Tom. VII. p. 325. neque apud alios, quos ideo euoluimus, ſcriptores, eiusmodi editionis mentio facta fuit, illam plane in dubium vocamus. Aequat hanc *Bibliothecam Cluniacenſem*, raritate, eiusd. D. MARTINI MARRIER, *Monaſterii Regalis S. Martini de Campis Paris. Ord. Cluniac. Hiſtoria*, quae *Paris. ex officina Seb. Cramoiſy* 1636. in 4. prodiit.

NICOLAI MARSCHALKI, *Thurii*, Opera

in Typographia priuata, quam domi habebat, per Güntherum Hyemem, ſeu Winter, Erphordianum, excuſa, eſſe rariſſima, iam teſtatus eſt Cl. Vogtius p. 444. vbi etiam eorum tituli adlati ſunt. Nos vero ſilentio hic praeterire neutiquam poſſumus, quod Auctores *Biblioth. Hamburg. hiſtoricae* inſignem admiſerint errorem, cum Centur. II. p. 264. de NICOLAI MARSCHALKI typographia priuata Roſtochienſi, ſcripſerunt: *Der Autor hat in ſeinem eignen*

eignen Hauſe, *einen Buchdrucker*, *Nahmens Günther Winter*, *von Erfurth gebürthig*, *darzu gehabt*, *weil damals vielleicht* noch keine Typographia publica zu Roſtock *mag geweſen ſeyn. Wie denn auch dieſes* NICOLAI MARESCHALCI *Bücher* die aeltſten und erſten ſind, *die man* zu Roſtock *gedruckt findet*. Iam enim ſupra demonſtrauimus p. 87. & 88. quod iam an. 1476. *Lactantius*, anno vero 1481. Bernhardi, Clareuallenſis Abbatis, *Sermones*; *Roſtochii*, *ex officina typographica Fratrum presbyteror. & Clericorum Congregationis domus viridis horti ad ſanctum Michaelem*, in lucem prodierint. In *Bibliotheca* Ioſ. Simleri p. 522. NICOLAI MARSCHALCI *Hiſtoria aquatilium*, *figuris*, ornata dicitur *abſurdis*.

SAMVEL MARTINII, *Horzouini*, Collatio hiſtorica Io. Huſſi Bohemi & Martini Lutheri Germani. *Pragae ap. Paull. Seſſium* 1618. in 8.

De auctore rariſſimi libri, nec non de libro ipſo, ex inſtituto nuper egit, Vir Cl. Ioann. Ludolph. Bünemannus in denen *Hamburgiſchen Berichten* ann. 1746. num. XXXV.

MICHAEL. MARVLLI, naenia. *Fani* 1515. in 8.

Rariſſimam hanc editionem carminis, quod in reliquis MARVLLI carminibus deſideratur, euulgavit Marcus Anton. Flaminius. Vid Niceron *Memoires* Tom. XXXVIIII. p. 404.

ANDREAE MASII, *Lenniacenſis*, *Belgae*, Ioſuae Imperatoris Hiſtoria illuſtrata, atque explicata, praeter triplicem editionem Hebraeam, Graecam & Latinam, additae ſunt annotationes, quibus veterum illarum notarum loca ſingula ſunt indicata, & ratio praeſcripta, & copioſa in eam ipſam hiſtoriam commentaria. *Antwerp. ex officin. Plantiniana*, 1574. in fol.

Opus

Opus illud poſt Auctoris mortem, quam Zeuenariae Cliviorum anno 1573. aetatis anno XXXX. ſubiit, in lucem prodiit, recuſum eſſe *Antuerp.* 1699. in fol. teſtatur Io. Fabricius in *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae* Tom. I. p. 318. Sed ſine dubio ea editio eſt, quae in repetita *Criticorum Sacror.* editione Belgica an. 1698. & 1699. extat. Hunc Commentarium a Theologis Anglis in Biblia Critica relatum, praefatione truncatum eſſe dolet Cl. Vogtius p. 446. Forte illud in editione prima *Criticorum Sacr. Anglica* factum eſt. In ſecunda vero *Belgica*, nec non tertia, *Francofurtenſi*, qua nos vtimur dum haec ſcribimus, Tom. ſtatim I. ANDR. MASII, praefationes, eiusque epiſtola dedicatoria ad Philippum Regem Catholicum inuenitur. In eadem *Criticorum Sacror.* editione *Francofurtenſi* & quidem Supplement. Tom. I. extant ANDR. MASII *adnotationes nouae in Ioſuam e MS. editae.* Sed haud adeo placuit pontificiae religioni addictis hic MASII *Commentarius*, quam ob rem in *indice librorum prohibitorum Romano*, in ea librorum claſſe, collocatus conſpicitur, qui, donec expurgati fuerint, prohibentur. Nonnulla notauit Antonius Poſſeuinus in *Bibliotheca Selecta* L. II. cap. XIX. p. 62. edit. *Colonienſis.* Conf. de ANDREA MASIO Aub. Miraei *Elogia illuſtrium Belgii Scriptorum* p. 132. Paull. Freheri *Theatrum viror. erudit. Claror.* p. 864. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. I. p. 85. Iacobi le Long *Biblioth. S.* T. II. p. 850. Io. Fabricii *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae* Tom. I. p. 317 ſqq. Henrici a Weze *Epiſtolae ad Plantinum de morte* ANDR. MASII, Tom. I. *Critic. Sacr.* edit. *Francofurt.* praemiſſa.

Voyages & avantures de IAQVES MASSÉ. *A Bourdeaux chez Iaques l' Aveugle.* 1710. in 8. pp. 508. *a Rouen.* 1734.

Liber

Digitized by Google

Liber non *Burdigalae*, quam vrbem titulus prae ſe fert, ſed *Hagae Comitum* typis exſcriptus fuit. Auctorem fuiſſe Mathematicum Dauentrienſem Simonem Tyſſot de Patot, extra omnem dubitationem poſitum eſſe videtur. Adparet illud aliqua ex parte e Tom. II. de *lettres choiſies* de Mr. Simon Tyſſot de Patot p. 251. vbi librum multis argumentis defendit, Apum vero fabulam, quae in illo reperitur p. 468 ſqq. ab alio auctore confectam, & ab editore inſertam eſſe ſcribit: Quod vero ipſe in ſuſpicionem venerit, libri confecti, id p. 253. his verbis declarat: *En fin, j'en viens à moi même, & je dis, que m'attribuer ce livre eſt me faire bien de l'honneur: il eſt vrai pourtant, qu'il ne contient rien, ſans vanité, qui ſoit au deſſus de ma portée, & qu' encore qu' un Eſprit tourné aux Mathematiques s'applique rarement à la Mythologie & aux Romans il s'en eſt vû néanmoins, qui y ſont fort bien reuſſi.* Pleniorem libri, quo religio, nefando auſu impugnatur, recenſionem vid. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 124 ſqq.

PAPIRII MASSONI, de Epiſcopis Vrbis, qui Romanam Eccleſiam rexerunt, rebusque geſtis eorum ad Henricum vſque III. Franciae Regem, Libri VI. *Pariſiis ex Officina Sebaſt. Niuellii.* 1586. in 4.

Librum, inter cetera PAPIRII MASSONI ſcripta, eſſe rariorem, nos verba docent Ioan. Petri de Ludewig, quae Tom. I. *Catalog. Biblioth. Ludewigianae* p. 307. leguntur: *Eſt hic liber inuentu rarior, quam alia auctoris eiusdem. Auctor non vulgaria tractat, ſed his omiſſis, adfert illa, quae apud alios biographos deſiderantur. Singularia enim habet omnino, conducta ex ſcriptoribus & poetis profanis, quos plerumque negligere ſolent rerum eccleſiaſticarum hiſtorici.*

Etiam

Etiam fabulas in hac biographia vel notat, vel tacet: nequidquam illis capitur occupaturque. Valde diſpli-cuit liber Pontifici Romano, id quod ex Antonii Poſſeuini intelligimus *Adparatu Sacro*, qui Tom. III. p. 6. haec adnotauit: PAPYRIVS MASSONVS, *Gallus, & I. C. vir peracris iudicii, atque doctrinae ſcripſit ſex libros* de Vitis Epiſcoporum, Vrbis Romae, *quos* Pariſiis *edidit. At poſtea a ſancta apoſtolica Sede iisdem examinatis, decretum eſt, vt poſthac non legantur, niſi qui ab eadem fuerint emendati, cum Adprobatione Magiſtri Sacri Palatii. Vide Indicem Romanum librorum prohibitorum Clementis IIX. Pont. Max. iuſſu editum.* Carolus Perrault dans *les Hommes illuſtres, qui ont paru en France* Tom. I. elogium PAPIRII MASSONI conſcripſit; vbi lepidum admiſit errorem, & libri *de epiſcopis Vrbis* titulum traduxit: *des Eveques de Paris.* Conf. quoque PAPIRII MASSONI *vita* a Thuano conſcripta & *Paris.* 1638. in 8. edita. Niceron *Memoires* Tom. V. p. 182 ſqq.

MATAGONIS DE MATAGONIBVS, *Decretorum Baccalaurei*, Monitoriale aduerſus Italogalliam ſiue Antifrancogalliam Antonii Matharelli Aluernogeni *Prouerb.* 26. Reſponde ſtulto, ſecundum ſuam ſtultitiam, 1575. in 8. pp. 65.

Plures quidem huius libelli extant editiones, 1578. & 1584. in 8. quae omnes hodie paullo rariores ſunt, ſed nulla quod nos quidem ſciamus in 12. vt apud Cl. Vogtium p. 446 legimus, prodiit. Reperitur quoque in Satyrarum collectione, quae titulo: *Gerardi Busdragi Lectura ſuper Canone de Conſecr. Diſt. III. de Aqua benedicta. Nicodemi Turlupini Antichoppinus. M. Benedicti Paſſauanti Epiſtola &c.* MATAGONIS DE MATAGONIBVS *Monitoriale ad-*

uerſus

verſus Italogalliam &c. & *Strigilis Papirii Maſſoni Williorbam* 1593. in 8. prodiit. Auctor fuit Franciſcus Hottomannus, qui illum ſtilo, qui dicitur, Macaronico, contra Antonium Matharellum, conſcripſit. Ediderat enim hic, contra Hottomanni *Francogalliam*, libellum, cui titulum fecerat: *Ad Franciſci Hottomanni Francogalliam reſponſio, in qua agitur de initio regni Franciae, ſucceſſione regum, publicis negotiis & politia. Praefixum eſt iudicium Papirii Maſſoni de libello Hottomanni. Paris. apud Feder. Morellum* 1575. in 8.

Strigilis Papirii Maſſoni, ſiue remediale charitatiuum, contra rabioſam Freneſim Papirii Maſſoni, Ieſuitae excucullati, per MATAGONIDEM DE MATAGONIBVS, *baccalaureum formatum in iure canonico, & in medicina ſi voluiſſet*. Ex lib. Pap. Maſſoni contra Hottomannum pag. 10. *Hypocauſtum Germanorum eſt hara porcorum egregie ſorbentium*. 1575. in 8. pp. 32.

Vid. Cl. Vogtius p. 446. Eundem Hottomannum liber habet auctorem, eodemque, vt praecedens, ſtilo conſcriptus eſt. Adiectus etiam reperitur eiusdem Hottomanni *Francogalliae* & quidem edit. *Colonienſi* 1576. in 8. Inſertus quoque eſt Collectioni Satyrarum modo a nobis adductae.

HIERONYMI MATRANGA, *Panhormitani, e Congregat. Cler. Regul. Theologi*, de Academia Syntagmata VII. *Panhormi in domo S. Ioſephi per Anton. Martarelli* 1637. in 4. pp. 227.

HIERONYMVS MATRANGA, Clericus regularis Theatinus, & Praepoſitus ad S. Ioſephi, Panormi

natus fuit anno 1605. variiſque opuſculis poeticis & hiſtoricis, inclaruit. Diem obiit anno 1679. die XXIIX. Auguſti. Liber eius admodum rarus in ſeptem diſpeſcitur Syntagmata, quae paullo vberius recenſentur in den *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 327. Chriſtophorus Auguſt. Heumannus in *Bibliotheca hiſtorica academica* recentiſſimae editioni *Antiquitat. academicar.* Conringii adiecta p. 147. hunc librum hiſtoriam complecti academiae Panormitanae ſcribit; aliter tamen ſe habere omnia, oppido intelligit, qui recenſionem in den *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* l. cit. cognitam habet. Conf. Anton. Mongitore *Bibliotheca Sicula*, vbi de Auctore plura inueniuntur.

Diſcorſi, di PIER ANDREA MATTEOLO, ne' libri VI. di Dioſcoride della materia medicinale. *In Venezia appr. Bartol. degl. Alberti* 1604. Tomi due in fol. con belliſſime figure in legno.

Rariſſimus dicitur liber in *Bibliotheca Selliana* P. I. Append. II. p. 1. Editio illa Nicolao Franc. Haym incognita fuiſſe videtur. Alias editiones antiquiores adducit Io. Albert. Fabricius in *Bibliotheca graeca* L. IIII. c. III. p. 97 ſqq. Conf. Scipion. Maffei *Traduttori Italiani* p. 47. Haym. p. 255.

Illuſtriſſimi Principis ac Domini, *Dn.* MAVRITII, *Haſſiae Landgrauii*, *Comitis in Catzenelnbogen*, *Dietz*, *Zigenhain & Nidda* &c. Davidis regii Prophetae Pſalterium, vario genere carminis latine redditum. *Excuſum Smalcaldiae* in 4. fol. 153.

Hunc

Hunc librum, quem poſſidemus ipſi, illuſtriſſimus Princeps Patri ſuo, Guilielmo, Haſſiae Landgrauio, hoc dedicauit carmine:

Illuſtris Guilelme *Heros*, *Pater*, *inclyte Princeps*,
Cuius virtutes ſecla futura canent.
Principis eſſe decus, ſcio, & ornamenta potentis,
Vt ſciat eſſe Deum, & ſit pietatis amans.
Hoc ego dum meditor, concepi mente Dauidis
Cantica vel tenui vertere ſacra ſtylo.
Exemplo monitus, volui tua reddere verſu,
Quae vates Domino regius ore canit.
Succeſſus coepto dedit implorata labori,
Sedibus aetbereis quae venit aura Dei.
Eſt opus egregium, velut eſt & regius Autbor,
At mibi diſſimili ſunt metra ſcripta modo.
Qualiacunque licet ſint carmina, tu tamen iſta
Concinnata ſcias, factaque Marte meo
Ingenii tenuis ſpecimen, quod cernis, id oro,
Quod decet, aequo animo ſuſcipe care parens.
Cantica ſacra meo quae cernis reddita verſu,
Iſta tui Nati conſule quaeſo boni.
Sic melos Iſiadae tibi det ſolatia viua
Sic numeres felix ſecula multa, Vale.

In fine dedicationis ſequens legitur diſtichon, *dedicationis tempus indicans, quo ſtudiorum primitiae oblatae fuerunt, anno aetatis ſcilicet XIIX completo.*

In MaIo ſoL Vt VIgIntI qVInqVe regreſſVs
CVrrIt, age aCCIpIas CantICa noſtra pater.

In libri autem fine, conſpiciuntur inſignia Haſſiaca, cum hoc diſticho.

Hoc opus illuſtre eſt, Heſſorum Principis: ergo
Iniuſſus temere nemo recudat idem.

ANDREAE MAVROCENI, *Reipublicae Venetae Hiſtoriographi*, Hiſtoria Veneta, ab anno 1521. ad annum 1615. *Venetiis ap. Anton. Pinellum* 1623. in fol.

Non ipſe hanc hiſtoriam, quam, a raritate laudavit Cl. Vogtius p. 448. in lucem emiſit ANDREAS MAVROCENVS, ſeu MOROSINI. Sed illo mortuo anno 1618, a fratre Paullo Moroſini typis ſubiecta, Ducisque Venetorum Antonii Priuli nomine inſcripta fuit. Repetita eius extat editio, in Collectione Hiſtoricorum Venetorum, quae prodiit titulo: *Degl' Iſtorici delle Coſe Veneziane i quali hanno ſcritto per publico Decreto. In Venezia* 1718-1722. X. Tom. in 4. Occupat illa Tomum V. VI. & VII.

ANDREAE MAVROCENI, Opuſculorum & Epiſtolarum Pars prima. *Venetiis ex officina Pinelli.* 1625. in 8.

Collectionis inſigniter rarae Pars ſecunda, nunquam in lucem prodiit. Pars prima complectitur 1) *de beati Thomae Aquinatis, vita, obitu, geſtis, moribus, doctrina, ſcriptis commentarium.* 2) *de ſacris Lipſanis, ſiue reliquiis in D. Marci templo*, a Ioanne Cornaro Procuratore an. 1617. *inuentis Commentar.* 3) *Meditationes* quatuor. 4) de *Zoophagia & Anthropophagia Commentarium* ſtilo dialogico conſcriptum. 5) *In Ioannis Bembi, sereniſſimi Principis*, an. 1618. mortui, *elogium.* 6) *De Aloyſio Georgio, D. Marci Procuratore*, anno 1615. mortuo, *elogium.* 7) *Chriſtophori Valerii*, Corcyrae an. 1615. defuncti, *elogium.* 8) *De Arrogantia Commentarium.* 9) *Epiſtolas.* Duplex extat ANDREAE MAVROCENI vitae deſcriptio. Alteram, a Nicolao Craſſo conſcriptam, notis illuſtrauit Petrus Catharinus Zenus; alteram acceptam referimus Aloyſio Lollino Bellunenſium Epiſcopo. Vtraque vero praemiſſa eſt *Hiſtoriae Venetae*, in Collectione Hiſtoricorum Venetorum a nobis modo memorata. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XII. p. 16-25. Nicolai Hieron. Gundling. *Collegium Hiſtorico-litterarium* Cap. II. §. XIIII.

Digitized by Google

§. XIIII. p. 404 ſqq. (q. 13*) vbi vero *Hiſtoria Veneta*, minus recte an. 1626. edita dicitur.

FRANCISCI MAVROLYCI, *Abbatis Siculi*, Sicanicarum rerum compendium. *Meſſanae ex officina Petri Spirae* 1562. in 4.

De raritate vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 201. In Stephani Baluzii *Miſcellaneis* legitur L. II. p. 323. *Collectio locorum quorundam inſignium conſilio omiſſorum in libro VI.* Rerum Sicanicarum MAVROLYCI *Abbatis edit. Meſſanae an.* 1562. Ex Autographo Auctoris, quod in Bibliotheca Colbertina adſeruabatur, illa dedit Stephanus Baluzius. Inſertae poſtea iſtae additiones fuerunt, vna cum libro ipſo, Parti IIII. *Theſauri Antiquitatum Siciliae.* Vitam FRANCISCI MAVROLVCI, Patricii Meſſanenſis, ex clariſſima Maurulorum familia, Abbatis D. Mariae a partu, Hiſtorici, ac Mathematici celeberrimi, anno 1575. aetatis anno LXXXI. defuncti, deſcriptam dedit D. Franciſcus Maurolycus, Foreſtae & S. Georgii Baro, FRANCISCI, e fratre filius, titulo: *Vita dell' Abbatae del Parto D.* FRANCESCO MAVROLYCO. *In Meſſina* 1613. in 4. Conf. Anton. Mongitore *Bibliotheca Sicula* Tom. I. p. 227 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXVII. p. 336 ſqq. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. I. p. 730. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 204. Claud. Franc. Milliet Dechales Tract. prooemial. *de progreſſu Matheſeos, & illuſtribus Mathematicis*, vbi paſſim laudatur. De Sylueſtr. Maurolyco, Franciſci Iunioris fratre vid. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibl. zu Dr.* Tom. II. p. 249.

IACOBI MAZONII *Caeſenatis*, in vniuerſam Platonis & Ariſtotelis philoſophiam praeludia, ſiue de comparatione Platonis & Ariſtotelis Lib. I. *Venet. ap. Io. Guerilium* 1597. in fol.

IACOBI MAZONII, quem Georg. Daniel Morhofius in *Polybiſt. philoſ.* L. I. Cap. XI. p. 59. §. 19. *Portentum hominis, philoſophum ſuo tempore ad omnem palaeſtram paratum, & Diſputatorem promtiſſimum & acerrimum* nominauit, vitam, breuibus expoſuit Ianus Nicius Erythraeus in *Pinacotheca* I. *imaginum illuſtrium* p. m. 65 ſqq. Paull. Freherus in *Theatro virorum eruditione claror.* p. 1487. In hoc, quem adduximus libro, admodum raro, Platonis Ariſtotelisque principia, ex vno eodemque fonte hauſta, demonſtrat, & ingenue profitetur, *methodum*, quam edidit, *de triplici hominum vita*, nunnulla egere emendatione. Vid. Poſſeuini *Apparat. S.* T. II. p. 81. Silentio hic praeterire non poſſumus, quod liber a Cl. Vogtio p. 448. & ille, a Gerdeſio p. 201. citatus, vnus idemque ſit, cuius integer hic eſt titulus. *Methodus de triplici hominum vita, actiua nempe, contemplatiua, & religioſa, libris III. Quaeſtionibus autem centum & nonaginta ſeptem, ſupra quinque millia, demonſtrata. Caeſenae excud. Barthol. Rauerius* 1577. in 4.

THOMASO MAZZA, Apologia per Fratre Giovanni Annio Viterbeſe, nella quale ſi libera dall' impoſture di molti d' haver ſuppoſti gli Autori da lui publicati. *In Verona* 1673. in fol.

Inſignem, huius libri raritatem, colligimus e Georg. Daniel. Morhofii *Polybiſt. Litterar.* L. I. cap. VI. §. 33. p. 49. & e Cl. Vogtii *Catalogo libror. rar.* p. 448. In *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. I. p. 237. liber quidem in 4. editus dicitur, quod vero falſum eſt. Latina tantum libri verſio, a Fr. Io. Baptiſt. Ettoreo ordin. Dominican. edita, in 4. prodiit. Vix autem haec MAZZAE *Apologia*, in lucem prodierat, cum Franciſcus Sparauierius, Veronen-

Digitized by Google

ronenſis, caſtigationibus ſuis, eam notaret, quas, eâ lege, manuſcriptas, cum Franciſco Macedo communicauit, ne illas publici iuris faceret. Sed Franciſc. Macedo promiſſi oblitus, eas nihilominus, inuito & inſcio auctore, in lucem protruſit *Veronae* 1675. in 4. illisque adiecit *Reſponſionem ad notas Nobilis Critici Anonymi* (Sparauierium enim non nominaueret) *in Apologiam R. P. F.* THOMAE MAZZA *pro Ioanne Annio Viterbienſi.* Id admodum aegre ferens Franciſcus Sparauierius, inprimis cum *Caſtigationes* ſuas, mutatas, corruptas, interpolatas, truncatas a Fr. Macedo, conſpiceret, ipſe eas in lucem emiſit hoc titulo: *Caſtigationes ad Apologiam* THOM. MAZZAE, *pro Ioanne Annio Viterbienſi vindicatae & adſertae, etiam aduerſus reſponſiones, ad eas, Franciſci a S. Auguſtino Macedi* 1676. in 4. Litterarum typi librum in Germania excuſum eſſe docent. Vid. Io. Georg. Schellhorn. *Amoenitates litterar.* Tom. VIIII. p. 764 ſqq. Gregor. Leti *Italia regnante* Tom. IIII. L. III. p. 329. Morhof. l. cit. Burcard. Gotth. Struuii Diſſ. *de Doctis Impoſtoribus* §. XXX. p. m. 47. Niceron *Memoires* Tom. XI. p. 10. Tom. XX. p. 4 ſqq. Tom. XXXI. p. 334. Duplicem poſtea THOM. MAZZA contra Sparauierii *caſtigationes* in vulgus emiſit defenſionem, & quidem primam, contra Franciſci Macedo editionem, hoc titulo: *Aucupium Ibis, hoc eſt confutationes obiectionum Elenchiſti anonymi, in Apologiam, pro Annio F.* THOMAE MAZZA. *Autore* Didymo Leoclavio Siuiliano, *editum a R. P.* Franciſco a Sexto, *Ord. Min. Capuc. & ab eodem dicatum Illuſtriſſimo DD. Coſmo ex Centurionibus Vltramarinis Vrſinis, Marchionibus Stepae* &c. *Patricio Genuenſi. Ronchi apud Georgium Anton. Franchellium* in 4. Vid. Vincent. Placcii *Theatr. Pſeudonym.* p. 230. Secundam vero hoc titulo conſpicuam: *Ad Franciſcum Sparauierium, plus aequo in* THOM. MAZZAM *exandeſcentem Paraeneſis* 1677. in 4. ipſi Sparauierio obiecit. An-

no 1679 THOMAS MAZZA nouum librum, ſub ficto Didymi Ropaligeri Liuiani, nomine, euulgavit, in quo, ea, quae, in Apologia pro Annio Viterbienſi, prodiderat nouis corroborauit argumentis, illique titulum praefixit: *I Goti illuſtrati, o vero Iſtoria de' Goti antichi, con varie digreſſioni, in materie parimente antiche e ſingolari, da* Didymo Ropaligero Liviano; *inſertavi l' Apologia per F. Giovanni Viterbeſe. In Verona* 1679. in fol. pp. 294. Vid. Niceron Tom. XI. p. 10.

SCIPIONE MAZZELLA, Deſcrittione del Regno di Napoli, e di famiglie nobili, &c. *In Napoli* 1586. & 1601. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 449. In anglicam linguam, librum tranſtulit, Samſon Lennard, quam verſionem poſtea parte ſecunda auctam, edidit Iacobus Howell hoc titulo: *Parthenopoeia, or the Hiſtory of the Kingdome of Naples, into English by Sir Samſon Lennard; augmentedwith a ſecond part by* Iames Howell *London* 1654. in fol. Vid. Niceron Tom. XXXVIIII. p. 266.

IACOBI MAZZOCHII, Epigrammata antiquae Vrbis. *Rom.* 1521. in fol.

Vid. Cl. Vogtius p. 449. IACOBVS MAZZCOHIVS plerumque ob hunc librum, primus antiquorum Epigrammatum, ſeu inſcriptionum dicitur Collector, id quod Petrus Burmannus, in Praefat. ad Iani Gruteri *Theſaur. Inſcriptionum* ſibi perſuadet. Sed vindicauit hunc honorem Germanis, Io. Georgius Lotterus, in *Epiſtola ad Schellhornium*, in qua demonſtrat, quod iam anno 1505. Conradus Peutingerus, Auguſtanus *Romanae vetuſtatis fragmenta, in Auguſta Vindelicorum, & eius dioeceſi, apud Erhard. Ratdoldum Auguſtanum*, in fol. pl. 3. & dimid.

mid. euulgauerit. Conf. Eiusd. Lotteri *Hiſtoria vitae atque meritorum* Conradi Peutingeri *Auguſtani, Lipſ.* 1729. in 4. §. V. p. 44 ſqq. Michael. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. II. p. 173. de MAZOCHII Collectione Tom. II. p. 617.

IOSEPH MEDE, Clauis Apocalyptica, ex innatis & inſitis viſionum characteribus eruta & demonſtrata, vna cum Commentario in Apocalypſin, nec non coniectura de Gog & Magog. *Cantabrig.* 1649. in 4.

Haec iam tertia libri editio, & quidem latina eſt. Omnium, quod nos ſciamus quidem, prima anglice & latine prodiit *Cantabrig.* 1627. in 4. ſecunda *ibidem* 1629. in 4. Editiones anglicae omiſſo textu latino, nobis innotuerunt hoc titulo: *The Key of the Revelation with a Commentary there upon. Cantabrig.* 1632. *ibid.* 1643. in 4. *London.* 1650. in 4. Latine liber etiam reperitur in IOSEPHI MEDE *Operibus latinis*, quae *Londini* 1664. II. Tom. in fol. edita fuerunt. Anglice in *Operum* MEDE *Collectione anglica Londin.* 1664. & 1677. in fol. Spectat huc alius quoque IOSEPHI MEDE liber, cui titulus: *Opuſcula latina, ad rem apocalypticam ſpectantia: Reſponſio ad Structuras* Daniel. Laweni *in Clauem Apocalypticam. Reſponſio ad Animaduerſiones* Ludouici de Dieu *in Clauem & commentarium apocalypticum. Annotationes in Apocalypſim. Cantabrig.* 1652. in 4. & in *Operibus.* Fuit IOSEPHVS MEDE Eſſexienſis Anglus baccalaureus Theologiae, & Collegii Chriſti, in Academia Cantabrigienſi, Socius. Varia munera publica, illi oblata, recuſauit, vitamque cum morte commutauit anno 1638. aetatis anno LII. Vid. Iacob. le Long *Biblioth. Sacra* Tom. II. p. 855. Io. Fabricii *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae* Tom. V. p. 103. Tom. VI. p. 435 ſqq.

PEDRO DE MEDINA, grandeſas y coſas memorables de Eſpanna. *Alcala de Henares* 1595. in fol.

Admodum rarum eſſe ſcribit Cl. Vogtius p. 450. Editiones antiquiores ſunt *Alcala* 1548. & 1566. in fol. Haec extat in *Catalogo Biblioth. Hulſianae* P. V. p. 306. Illa memoratur in Thom. Hyde *Catalog. Biblioth. Bodleian.* Tom. I. p. 445.

HIERONYMI MEGISERI, Fürſtenbuch von Oeſterreich und Steierland, beſchrieben von Herrn Ianſen dem Enencheln. *Linz* 1618. in 8.

Tam rarus iſte liber eſt, vt ipſe Petrus Lambecius, in *Commentar. de Bibliotheca Vindobonenſi*, Codicem eius MS. recenſens, neſciuerit, librum hunc iam typis exſcriptum eſſe. Conſtituerat poſtea Io. Petrus de Ludewig eundem Tom. IIII. p 191. *Reliquiarum MStorum omnis aeui diplomatum*, inſerere, iamque in typographia ad plagulam vsque T. p. 304. opus deductum erat, cum aulae Vindobonenſis, Miniſtri, auctoritate efficeretur, vt plagulae iam impreſſae ſupprimerentur, & Io. Petr. de Ludewig, ab Opere edendo deſiſteret. Haec nos docuit *Catalogus Bibliothecae Rinkianae* p. 401.

F. IVAN MELENDEZ, *Natural de Lima, Hijo de la misma prouincia, y ſu Coroniſta.* Teſoros Verdaderos de las Yndias, en la hiſtoria de la gran Provincia del Perù, de el Orden de Predicadores. Al reverendiſſimo Patre F. Antonio de Monroy Mexicano, General del dicho Orden. *En Roma, en la Imprenta de Nicolas Angel Tinasſio* 1681. Tom. III. in fol.

Tom.

Digitized by Google

Tom. I. pp. 643. Tom. II. pp. 669. Tom. III. pp. 857.

Vberior huius libri notitia inuenitur in den *Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 415 ſqq. vbi illum, ſi monaſteriorum bibliothecas exceperis, rariſſime inueniri legimus.

STEPHANI MELISCH, *Pragenſis, ciuis Lesnenſis in Polonia*, Viſiones nocturnae, quas ſuper eam ciuitatem, & regnum Poloniae, regemque Sueciae & Franciae, & aliis, (anno 1655. 1656. 1657. 1658.) habuit; cum ſubiunctis annotationibus, quid de ſingulis euidenter impletum ſit, aut implendum reſtet. *Anno* 1659. in 12. pl. 10.

De hoc libro, qui ex germanico, in latinum, conuerſus ſermonem, a fratre quodam Bohemo, *Amſtelodami*, ſine dubio, prodiit, eiusque duplici editione, dedita opera diſſeruit Io. Dan. Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Bibliotb. ſich befindenden raren polniſchen Bücbern.* P. I. p. 19 ſqq. quem vide.

DOMINICI MELLINI, *Florentini*, Vitam Marſilii Ficini,

cuius Natalis Alexander in *Hiſtor. Eccleſ.* Tom. IIX, f. 182. Niceron dans les *Memoires* Tom. V. p. 225. Cl. Vogtius in *Catalogo libror. rar.* p. 456. & alii mentionem faciunt, nunquam vidiſſe lucem, nos docet Giulio Negri nella *Storia degli Scrittori Fiorentini* p. 153. Conf. Io. Alb. Fabricii *Bibliotb. med. & infim. Lat.* L. VI. p. 497. Inter rariores autem libros, omni iure locum merentur, eiusdem MELLINI *Vita di* Filippo Scolari, *volgarmente chiamato*

Pip.

Digitized by Google

Pippo Spano. *In Firenz.* 1569. in 8. *Trattato di* DOMENICO *di Guido* MELLINI *del Origine, Fatti, Coſtumi, e Lodi di Matelda la gran Conteſſa d' Italia. In Firenze per Filippo Giunti.* 1589 in 4. Vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua Italiana* p. 97. Cum vero Benedictus Luchinus, Mantuanus, monachus, & Abbas Benedictinus S. Mariae Gratiarum, in Tractu Placentino, in lucem ederet *Chronica della vere origine & attioni della Conteſſa Matilda. In Mantoua per Fr. Oſanna* 1592. in 4. eoque in libro MELLINVM variis in locis impugnaret, hic poſtea promulgauit *Lettera Apologetica di* DOMENICO MELLINI *in difeſa di alcune Coſe già ſcritte da lui, e appartenenti alla Conteſſa Matelda la Grande d' Italia, ripreſe da* Benedetto Luchini. *In Firenze per Giorgio Mareſcotti.* 1594. in 4. Demonſtrare in ea praeſertim nititur, quod varios in hiſtoria Mathildae, admiſerit Luchinus errores, inprimis cum caelibem vixiſſe Mathildam, litterasque Gregorii VII. Pont. Max. datas Romae XVII. Kal. Ianuar. Indict. XIII. de diſſolutione matrimonii inter ipſam, & Azonem Marchionem Eſtenſem propter Conſanguinitatem, non fuiſſe legitimas, neque alias ea de re ſcriptas, prodiderit.

R. MENACHEM, *Filii Jehudae, filii Menachem de Lunzano,* Sehte Iadoth, i. e. duae manus: diuiditur ſcil. in duas partes, quarum prima eſt Iad oni i. e. manus pauperis; ſecunda Iad hamelech, i. e. manus regis. Vtraque manus habet quinque digitos, quorum primus eſt Or torah, i. e. lumen legis, ſeu animaduerſiones in Legem; caeteri digiti, ſubiecta a ſe inuicem diuerſa tractant, quae omnia repetere, longum eſſet. *Venet.* 1538. in 4.

Ra-

Digitized by Google

Rariſſima haec, libri rarioris, quae in Thom. Hyde *Catalog. Biblioth. Bodleian.* Tom. I. p. 448. reperitur, editio eſt, omnibusque, qui de hoc libro commentati ſunt, incognita fuiſſe videtur.

GILLES MENAGE, Miſcellanea. *Paris.* 1562. in 4.

Haec Collectio Opusculorum graecorum, latinorum, & gallicorum, tum ſoluta, tum ligata oratione conſcriptorum, rariſſime hodie inuenitur, id quod iam Tom. II. *Menagianorum* in fine, teſtatur.

Eiusd. Annotazioni ſopra le rime di Monſignor della Caſa. *In Parigi* 1667. in 8.

Rariſſimus hic liber eſt, cuius pauca tantummodo exemplaria, ſuis ſumtibus exſcribenda curauit typis, MENAGIVS. Vid. *Giornale de' letterati d' Italia.* Tom. IIII. p. 161. Inſeruit poſtea illas adnotationes Abbas Io. Baptiſta Caſotti, de Prato Tom. I. dell' *Opere di Mons.* Giovanni della Caſa *con una copioſa Giunta di ſcritture non più ſtampate.* *In Firenze* 1707. III. Tom. in 4.

Al ſantiſſimo e beatiſſimo Padre Benedetto XIIII. queſta Spiegazione di un baſſo rilievo per antichità venerando rappreſentante il feroce Curzio Sabino, GIVSEPPE MENATTI *Conſeruatore di Roma*, da, dona, dedica. *In Roma preſſo Giovanni Salvioni Stampatore Vaticano nell' Archiginnaſio della Sapienza.* 1744. in 4. mai.

In ipſa Italia hic liber rariſſimus eſt. Pauca enim exemplaria typis exſcripta fuerunt ſumtibus MENATTI, quae cum amicis tantummodo communicauit.

Digitized by Google

cauit. Duo deſcribit monumenta antiqua, in quibus M. Curtius, equo inſidens, & in lacum ſe praecipitans conſpicitur. Alterum in villa Borgheſia, alterum in Capitolio hodie conſpicitur.

Dom LVIS DE MENEZES, *Conte de Erizeyra*, Hiſtoria de Portugall reſtaurado. *En Lisboa* 1679. II. Tom. in fol.

Opus noſtris regionibus fere incognitum. Vid. Chriſt. Gryphius *de Scriptor. Hiſtor. Seculi XVII. illuſtrantib.* p. 201. *Bibliotheca hiſtorica Struuio-Buderiana* p. 245.

HIERONYMI MENGI, Fuga Daemonum, adiurationes potentiſſimas, & exorcismos formidabiles, atque efficaces, in malignos Spiritus propulſandos, continens. *Venet.* 1596. in 8.

Liber ſacerrimus, cum iis, quos Cl. Vogtius p. 459. ab eodem Auctore adfert, coniungendus. Conf. de HIERONYMO MENGO Vitellianenſi (*Viadana*, oppidum ſitum ad Padum, in ditione Mantuana) Ordinis Minorum Ant. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. II. p. 31.

Sermones Quadrageſimales *Reuerendi Patris F.* MICHAELIS MENOTI, *ſacre Theologie quondam Profeſſoris pariſienſis*, ab ipſo olim Pariſiis declamati, nunc denuo & diligentiſſime caſtigati, & nouis legum atque canonum additamentis locupletati. *Pariſiis* 1530. *Vaeneunt in aedibus Ioannis petit* in 8. folior 224. except. indice folior. 15.

In tres, liber, diſpeſcitur partes, quarum prima in-

inſcribitur: *Patris* MICHAELIS MENOTI, *zelantiſſimi predicatoris; ac ſacre theologie profeſſoris; ordinis minorum; perpulchra epiſtolarum quadrageſimalium expoſitio ſecundum ferias & dominicas: declamatarum in famatiſſimo ac deuotiſſimo conuentu fratrum minorum Pariſienſium, anno domini milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, fauſto labore incipit.* Secunda his inchoatur verbis: *Opus aureum euangeliorum quadrageſimalium, in Pariſiorum academia olim per venerabilem patrem, ſacre theologie profeſſorem eximium, nec non diuini verbi facundiſſimum concionatorem fratrem* MICHAEL MENOTI, *ordinis fratrum minorum, declamatorum.* Tertiae tandem Parti, haec praemiſſa conſpiciuntur: *Reuerendi patris, fratris* MICHAELIS MENOTI, *zelantiſſimi predicatoris ac S. Th. prof. ordinis min. perpulcher tractatus: in quo tractatur perbelle de federe & pace ineunda media ambaſſiatrice penitentia.* De editionibus *Sermonum* antiquioribus vid. Niceron *Memoires* Tom. XXIIII. qui de illis p 397. hac ratione mentem ſuam exponit. *Il y a quelques autres éditions, qui n' empêchent pas que ces Sermons ne ſoient fort rares. —— le jargon latin-Barbare de* MENOT, *qui étoit celui des Moines de ſon temps, à donné l' idée du ſtile Macaronique, qui eſt tres-rejouiſſant, quand il eſt bien mis en oeuvre. La naiveté & la ſimplicité avec laquelle il s'exprime, ont de quoi faire rire dans les Sujets les plus graves, & l' on peut dire, qu'il eſt incomparable en certains endroits. Ses Sermons de la Madeleine, du mauvais Riche, de l' enfant prodigue, & du miracle des cinq pains, ſont ſur tout des Chefs d' Oeuvre.* Conf. p. 391. vbi haec legimus: *Si cette liberté de ſ' exprimer lui a été commune avec* Barlette *&* Maillard, *il les a ſurpaſſés de beaucoup en groſſiereté & en bouſonnerie; rien de plus barbare que ſa latinité, ni rien de plus bas que les vûes qu'il prête aux perſonnes les plus reſpectables, qu'il introduit dans ſes Sermons, que la maniere dont il les fait parler,*

que

que les interpretations qu'il donne quelque fois à l' Ecriture, & que les Comparaiſons dont il ſe ſert: Il falloit que nos Peres fuſſent alors bien groſſiers, pour courir avec tant d' empreſſement à un tel Predicateur. &c. Illum *Linguam auream*, dictum fuiſſe, ſuae aetati, teſtatur I. A. Fabricius in *Bibliotb. med. & inf. Latinit.* L. XII. p. 207. Eloquentiae Specimina adlata conſpiciuntur in Henr. Etienne *Apologie pour Herodote* Tom. I. p. 40 ſqq. edit. de Mr. le Duchat, in Niceron *Memoires* l. cit. p. 387. 388 ſqq. 392 ſqq. 398 ſqq. in Pierre Roques *Paſteur Evangelique* p. 133. in Andr. Riueti *operibus* Tom. II. p. 329. 939. Tom. III. p. 37. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* Tom. IIII. p. 62 ſqq. Conf. de MICHAEL. MENOTO, qui ſub regimine Ludovici XI. Caroli IIX. & Ludouici XII. non vero Ludouici VIIII. tempore, vt in *lexico Eruditorum* legimus, floruit, Lucae Waddingi *Scriptores Ordinis Minorum* p. 261. *Eſſais de Litterature* Septembr. 1702. Gabriel. Naudaei iudicium de Nipho, *Opuſculis Niphi*, a Naudaeo, editis, praemiſſum.

Hiſtoire de la Vie, miracles, enchantemens, & Propheties de MERLIN. *Paris par Anthoine Verard l' ann.* IIII. CCCC. IIII. XX. XVIII. (1498) III. Tom. in fol.

Inter rariſſimos libros, praecipuum quendam hic liber facile obtinet locum. Extitit in Bibliotheca Dalmanniana, vt *Catalogus* illius, p. 129. docet, nec non in Bibliotheca Selliana. Vid. *Catalog.* P. I. p. 27. In Poſterioris Bibliothecae auctione liber XIIII. thaleris veniit. Conf. de hoc libro Michael Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 665. Cornel. a Beughem *incunabula Typograph.* p. 94. De AMBROSIO MERLINO Cambro, vid. praeter Scriptores a Io. Alb. Fabricio L. XII. *Bibliotb. med. & infim. Lat.*

Digitized by Google

Lat. p. 209 ſqq. cit. *Commentatio* M. Frideric. Gotthilf. Freytagii, patris, *Numburgi* 1737. in fol. edita, & a Viro S. R. Eberh. Dauid. Haubero, in *Bibliotheca Act. & Script. Magic.* Tom. III. p. 480 ſqq. recenſita. Ad rariores quoque libros pertinent: *Prophetia Anglicana* MERLINI *Ambroſii Britanni, ex incubo olim, in Anglia, nati, vaticinia & praedictiones, a* Galfredo Monomutenſi *latine conuerſa, vna cum VII. libris explanationum in eandem prophetiam* Alani de Inſulis. *Francof. ap. Hieronym. Megiſer* 1603. in 8. *Prophetia Anglicana, & Romana, hoc eſt,* MERLINI AMBROSII *Britanni, ex incubo olim nati, vaticinia.* Alani de Inſulis *Explanationes in eandem. Addita ſunt vaticinia* Ioachimi *Abbatis Calabri. Francof.* 1608. in 8.

MARINI MERSENNE, Quaeſtiones celeberrimae in Geneſim, cum accurata textus explicatione. In hoc volumine Athei & Deiſtae impugnantur & expugnantur, & vulgata editio ab haereticorum calumniis vindicatur, Graecorum & Hebraeorum muſica inſtauratur. Franciſci Georgii Veneti cabaliſtica dogmata fuſe refelluntur, quae paſſim in illius problematibus habentur. Opus Theologis, Philoſophis, Medicis, Iuriſconſultis, Mathematicis, Muſicis vero & praeſertim Catoptricis praeſertim vtile. *Paris.* 1623. in fol.

De libro, foliisque in eo ſublatis, apud Niceron dans les *Memoires* Tom. XXXIII. p. 146 ſqq. haec leguntur: *Il eſt à remarquer, qu'on a ſupprimé, deux feuillets de ce livre, qu'on a remplacés par deux Cartons, qui renferment depuis la colonne* 669. *jusqu' à la colonne* 676. *incluſivement, & il eſt tres-rare de trouver des exemplaires, où cette ſuppreſſion n'ait pas été faite.* Le P.

MERSENNE *y faiſoit l'enumeration des Athées de ſon tems, y parloit de leurs differens ouvrages, & y rapportoit leurs Sentimens, & leurs Dogmes, comme on le voit par la table au mot* Athei, *à laquelle on n'a point touché. Soit que tout ce detail ait paru dangereux, ſoit que le P.* MERSENNE, *un peu trop credule y eût trop enflé le Nombre des Athées, on a jugé à propos, qu'il otat tout ce qu'il avoit dit, ſur cette matiere.* Reliqua, quae huc ſpectant, iam expoſita fuerunt a Cl. Vogtio in *Catalogo libr. rar.* p. 461. quem adeas. Quod vero ad controuerſiam adtinet, inter MARIN. MERSENNVM, & Robertum Fludium ob hunc librum exortam, conf. ea, quae ſupra diximus, cum Ioachimi Frizii *Summum bonum* recenſeremus, quibus id addendum, quod MERSENNI poſtea egerint partes, illumque contra Robertum Fluddium defenderint Franciſcus de la Noue, & Ioannes Durel, alter adſcititio Flaminii, alter Euſebii a Sancto Iuſto, nomine. Illius quoque ſuſcepit defenſionem, Petrus Gaſſendus, quae inter eius reperitur *opera*. Vid. *Vita* MARINI MERSENNI ab Hilarione de Coſte conſcripta, *Paris* 1649. in 8. Renati Thuillier *Diarium Ordinis Minorum Prouinciae Franciae, Paris.* 1709. II. Tom. in 4. Tom. II. p. 90 ſqq. Charl. Perrault *Hommes illuſtres qui ont paru en France pendant ce Siecle*, Tom. II. Niceron l. cit. Conf. Iacobi le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. II p. 859. qui nos docet, quod cum hoc MERSENNI opus, quaeſtiones ſolum in ſex priora Geneſeos capita contineat, in reliqua capita, quaeſtiones, ſeruentur Pariſiis in Bibliotheca Ordin. Minorum. Vid. quoque Io. Franc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologica* T. II. p. 1714. Daniel. Georg. Morhofii *Polyhiſtor Practicus* L. V. §. 11. p. m. 533.

PAVLLI MERVLAE, Vita Ioannis Capnionis; cum eiusdem epiſtolarum libris. &c.

Vid.

Digitized by Google

Vid. Cl. Vogtius p. 462. Hunc librum neutiquam extare, nobis facile perſuaderi patiamur, eo, quod omnes Scriptores, qui Reuchlini vitam conſcripſerunt, Henricus Maius, Iacobus Bruckerus, Ioannes Petrus Niceronus, & alii, nec non illi, qui de PAVLLO MERVLA commentati ſunt, nullam illius mentionem faciunt. Edidit vero PAVLLVS MERVLA Deſiderii Eraſmi *vitam, cum eiusdem Epiſtolarum Libris II. Lugd. Bat.* 1607. in 4. Forte e tituli ſimilitudine error enatus eſt.

ARNOLDI MESHOVII, *Lipſienſis S. Theol. Licent.* de vita, moribus, & obitu Caſparis Vtenbergii liber. *Colon.* 1638. in 8. pl. 10.

Librum admodum infrequentem eſſe, nos docuerunt *Non-Antiqua* ann. 1729. p. 206. qui eius pleniorem exhibent recenſionem. Idem MESHOVIVS etiam *Hiſtoriae Anabaptiſticae Libr. VII. Colon. ex officina Gerardi Greuenbruch* 1617. in 4. edidit, quae raro hodie conſpicitur.

La MESSE trouvée dans l' Ecriture. 1646. in 8. pp. 32.

Libellus ſatis adcurate recenſetur in den *Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. II. p. 526 ſqq. vbi illum non 1642. vt quidem Daniel Gerdeſius in *Florileg.* libr. rar. p. 203. & Cl. Vogtius in *Catalog. libr. rar.* p. 463. ſcribunt, editum fuiſſe legimus, quia *Bibliorum* in illo, mentio facta eſt gallicorum, quae anno 1646. *Pariſiis* cura Franciſci Veron, Ieſuitae, Doctoris & Profeſſoris Theologiae, Concionatoris regii & Paſtoris Charentonenſis prodierant.

Digitized by Google

IO. MATALII METELLI, Speculum Orbis terrae, ſeu tabulae geographicae totius orbis, cum hiſtorica narratione, ab ipſo authore inchoatae, quo moriente, ab alio quodam perfectae, & editae ſunt. *Vrſellis & Coloniae Agrippinae* 1600. & 1602. IIII. Tom. in fol.

Hic totius operis titulus generalis eſt, cuius duas tantummodo partes Cl. Vogtius p. 463. adduxit, Africam nimirum & Americam.

IO. MEVRSII, rerum Belgicarum Liber vnus, in quo induciarum hiſtoria, & anni noni reliqua. *Lugduni Batau.* 1612. in 4.

Eiusd. rerum Belgicarum Libri IIII. in quibus Ferdinandi Albani Sexennium, Belli belgici principium. Additur V. ſeorſim antea excuſus, in quo induciarum hiſtoria, & eiusdem belli finis. *ibid.* 1614. in 4.

Recuſi hi libri, quos rariſſimos eſſe ſcribit Cl. Vogtius, p. 463. cum reliquis IOANNIS MEVRSII Operibus hiſtoricis *Amſtelodami* 1638. in fol.

IO. MEVRSII, diſſertationes politico miſcellaneae. *Hafniae* 1641. in 8.

Vid. Cl. Vogtius p. 464. Iſtae diſſertationes IO. MEVRSIVM iuniorem, IOANNIS filium, Auctorem habent.

FRANÇOIS EVDES DE MEZERAI, Hiſtoire de France, depuis Pharamond, jusqu' à preſent, avec les Portraits & les Medailles. *A Paris chez Matth. Guillemot.* Tom. I. 1643. Tom. II. 1646. Tom. III. 1651. in fol.

Nouvel.

Digitized by Google

Nouvelle edition, revue, corrigée & augmentée par l' Auteur. *A Paris chez Thierry* 1685. III. Tom. in fol.

Adcuratam praeſtantiſſimi huius operis recenſionem vid. in Niceron *Memoires* Tom. V. p. 317. in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. I. p. 80 ſqq.

FRANÇOIS EVDES DE MEZERAI, Abregé chronologique, ou extrait de l' hiſtoire de France depuis Pharamond jusq' à la paix de Vervins, avec les Portraits des Rois. *A Paris chez Th. Iolly* 1668. III. Tom. in 4.

Haec prima editio, omnium praeſtantiſſima & optima eſt. Niceron Tom. V. p. 322. *la premiere edition*, inquit, *de cet Abregé recut encore plus d' éloges, que n' avoit fait le grand Ouvrage, & fut recherchée avec une egale avidité, par les François & par les Etrangers.* —— *Comme cette premiere edition déplût à Mr.* Colbert, *il adoucit dans la ſeconde publiée en* 1672. *les expreſſions, qui avoient paru trop dures, & y fit quelques changemens; ce qui la fit entierement tomber, & la premiere à toûjours été eſtimée préferablement à toutes les autres.* Plura vid. in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. I. p. 85 ſqq. Hanc primam editionem, ingens numerus diuerſarum editionum ſecutus eſt. Recuſus nimirum liber fuit 1672. *chez Billaine à Paris* VI. Tom. in 12. *A Amſterd.* 1674. VI. Tom. in 12. Hae editiones res geſtas Regum Galliae, ad annum vſque 1598. enarrant. Illae vero, quas nunc adferemus continuationibus auctae ſunt. Prodiit autem liber *continué jusqu' à la mort d' Henri IIII. à Paris chez Billaine* 1676 & 1678. IIX. Tom. in 12. *à Amſterd.* 1782 & 1688. *chez Wolfgang.* VII. Tom. in 12. *A Paris chez Thierry* 1690. III. Tom. in 4. *ibidem apud eundem* 1698. IIX.

IIX. Tom. in 12. *Precedé de l' Hiſtoire des François avant Clovis, à Amſterd.* 1692. VII. Tom. in 12. *Augmenté de la vie des Reines. à Amſterd.* 1701. VI. Tom in 12. *Sur l' edition de Hollande à Rouen* 1713. VI. Tom. in 12. *Troiſiéme edition in* 4. *à Paris chez Osmont* 1717. III. Tom. *ibidem.* 1717. X. Tom. in 12. *A Amſterdam.* 1723. VIIII. Tom. in 12. *A Amſterdam.* (*Amſtelodamum* quidem titulus huius editionis prae ſe fert, ſed illa *Pariſiis* typis exſcripta fuit) *augmenté de la vie de Louis XIII. & XIIII.* 1740. IIII. Tom. in 4. *A Paris* 1740. XIII. Tom in 12. Conf. *La Vie de* FRANÇOIS EVDES DE MEZERAI *à Amſterd.* 1726. in 12. Conſcripſit illam Mr. de la Roque, id quod e praefatione libri intelligimus, cui titulus: *Hiſtoire de la Mere & du Fils par* F. E. DE MEZERAI, vbi etiam errores quos Auctor vitae admiſit, notantur.

IOSEHI MEZGERI, Hiſtoria Salisburgenġenſis. *Saliſb.* 1692. in fol. cum figuris aere expreſſis.

Rariora exemplaria, quae figuris aere expreſſis, ornata ſunt, docet *Catalogus Bibliotb. Rinckianae* p. 476 vbi haec legimus: *Exemplaria huius operis, in tabernis librariis venalia, communiter figuris aeri inciſis deſtituuntur, vtpote quas Archiepiſcopus quibusdam tantum conceſſit, ipſis tabulis ſequeſtro poſitis, quae nunc, fama ferente, periere.*

MICROLOGVS, de eccleſiaſticis Obſeruationibus.

Iam anno 1549. Ioannes Cochlaeus in *Speculo antiquae deuotionis, circa Miſſam & alios cultus, Mogunt.* in fol. edito, XXII. Capita de officio Miſſae ex MICROLOGO, & quidem e codice MS. Bibliothecae cathedralis Wormatienſis, euulgauerat. Eam vero editionem, admodum mendoſam eſſe teſtatur Georgius

gius Caſſander, Belga, Theologus, qui illam MICROLGOI partem, pluribus Mſtis collatis, emendatiorem denuo edidit, illamque *operibus* ſuis inſeruit. Vid. edit. *Colonieus.* 1561. p. 121 — 135. Integrum tandem MICROLOGVM LXII. Capitibus adornatum, edidit Iacobus Pamelius *Antuerp. ex officina Plantiniana.* 1560. in 8. Quam editionem plures ſequutae fuerunt, aliae, quae inueniuntur in Thom. Hyde *Catalog. Bibliotb. Bodleian.* Tom. I. p. 456. in Io. Alb. Fabricii *Bibliotb. med. & inf. Latinit.* L. XII. p. 236 ſqq. Quis vero MICROLOGVM conſcripſerit, adhuc ſub iudice lis eſt. Alii Rabanum, alii Ioannem quendam Epiſcopum, alii Guidonem Abbatem S. Crucis Auellani, prope Aretium Etruriae ciuitatem, monachum Benedictinum, alii, alios nominant auctores, quos Fabricius l. cit. recenſet. Verum Auctorem eſſe Iuonem ab anno 1098. Epiſcopum, in Gallia, Carnotenſem, ex auctoritate antiquiſſimi Codicis Lambethani fidem facit Henricus Wharton in *Auctario ad* Iacobi Vſſerii Armachani Archiepiſcopi, *Hiſtoriam dogmaticam controuerſiae inter orthodoxos & Pontificios de Scripturis & ſacris vernaculis*, quam edidit *Londini* 1690. in 4. p. 359. Vid. Fabricius l. cit & L. VIIII. p. 607. Theophil. Rainaldus *de malis & bonis libris* p. 131. vbi lectu quaedam digna de libri titulo, & ficto IOANNIS MICROLOGI nomine adfert. Conf. Vincent. Placcii *Theatrum Pſeudonymor.* p. 120.

Don VINCENZO MIRABELLA, Dichiarazione della pianta delle antiche Siracuſe, e di alcune ſcelte medaglie di eſſe, e de' Principi che quella poſſedettero. *In Napoli per Lazaro Scoriggio* 1613. in fol.

Inſignem libri, qui antiquitates exponit ſyracuſanas, praeter Cl. Vogtium p. 468. teſtatur quoque raritatem Nicol. Franciſc. Haym nella *Notizia de' libri rari, nella lingua italiana* p. 69. In prima parte Templa, Portas, Theatra, Hortos, Sepulcra & alia monumenta antiqua vrbis, auctor deſcribit. Secunda, numiſmata antiquarum Syracuſarum recenſet. In fine operis Vitae quatuor virorum Syracuſanor. celebrium reperiuntur, nimirum Archimedis, Theocriti, Epicharmi & Tiſiae. Plura vid in *Bibliotb. Hamburgenſi hiſtorica* Centur. V. p. 178 ſqq. Omnium vero optima editio eſt, quae cum Iacobi Bonanni & Columnae Ducis Montalbani *Antica Siracuſa illuſtrata*, *exceptis e* Cluueri *Sicilia*, & Fazello *de rebus ſiculis*, adiectisque C Marii Aretii de Syracuſis *ſcriptis* & Georg. Gualteri *tabulis*, *in Palermo* 1717. II. Tom. in fol. prodiit. In latinum Sermonem conuerſus liber, notis illuſtratus, praefationibus atque indicibus adiectis, auctus, a Sigeberto Hauercampo, inuenitur in *Theſauro Antiquitatum Siciliae* P. XI. Conf. *Bibliotb. hiſtorica Struuio - Buderiana* p. 1420.

MISSALE Dioeceſis Plocenſis, *Impreſſum Cracouie, ſumma cum diligentia correctum, & emendatum in edibus ſpectabilis viri domini Ioannis Haller, Ciuis Cracouienſis. Anno incarnationis dominice 1520. Feria ſecunda poſt dominicam Inuocauit.* In fol. mai. folior. 291.

Stephanus Bilinski, Epiſcopus Plocenſis, hoc MISSALE, quod ab eximia raritate laudatur, a Io. Daniel. Ianozkio, in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 41. edidit. Conf. Stanislai

lai Lubienski *Series, vitae, & res geſtae Epiſcoporum Plocenſium* p. 168.

MISSALE Eccleſie & Prouincie Gneznen. cum ſumma diligentia reviſum, ac fideli ſtudio emendatum. Nuper vero cum aliquibus miſſis & ritibus ſacris, ac ceremoniis novis romanis, alias nunquam antea viſis & additis. *Impreſſum Moguntie in Officina famati ac prouidi domini Franciſci Bohemi. Impenſis non modicis ſpectabilis ac famati viri domini Ioannis Patrui civis & bibliopole Posnanien. Anno domini* 1. 5. 5 5. in fol. mai. folior. 320.

Illuſtriſſimus Comes Zaluskius in *Conſpectu Collectionis Scriptorum eccleſiaſticorum Poloniae* p. 17. hoc MISSALE *Opus*, adpellat, *albo coruo rarius*. Ediderunt illud iuſſu Nicolai Dziergowski, Archiepiſcopi Gnesnenſis, & Primatis regni polonici Matthias Lanzkius I. V. D. Canonicus & Cancellarius Gnesnenſis, & Barthol. Pangrodzius Theol. D. & Poenitentiarius Gnesnenſis. Vid. I. Dan. Ianozki l. cit. P. I. p. 45 ſqq.

MODESTVS, de re militari, de magiſtratibus Vrbis, de Sacerdotiis, & primo de prima religione apud Latinos, item Suetonius de grammaticis. *Cremonae* 1473. in 4.

Editio rariſſima, teſte *Catalogo Bibliothecae Dalmannianae* p. 215. Sine dubio eadem editio eſt, quae, apud Michael. Maittaire in *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 329. *opera & impendio Bartholomei Cremonenſis ac Bartholomei de Carlo Vercellenſis eius conſocii die XXVII. Madii.* M. CCCC. LXXiiij. *Nicolao Marcello inclyto Venetiarum Duce, Venetiis* 1474. in 4. impreſſa

Digitized by Google

preſſa]dicitur. Conf. Pellegrin. Antonio Orlandi *Origine e progreſſi della Stampa* p. 26. De MODESTO vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliotb. latin.* L. III. c. 12. p. 617. Tom. III. p. 133.

GVILIELMI MODICII, *Monteferratenſis*, Virgilius a Calumniis vindicatus. Eiusdem Autoris epigrammata, & in ſacrum annum 1575. carmen. *Peruſiae apud Petrum Iacobum Petrutium & Michael Portum* 1575. in 8. folior. 128.

GVIL. MODICIVS ingraueſcente aetate, coecus factus, vti e nonnullis epigrammatibus adparet, quae carminibus eius praemiſſa ſunt, hoc libro Virgilium contra obtrectatores defendit; Iul. Caeſarem Scaligerum, qui Virgilium, Homero praepoſuerat, hanc ob cauſſam, epigrammate hoc, & elogio ornauit egregio:

Italiae decus eximium, linguaeque Latinae
Gloria, Virgilii Mantua magna parens,
Veronae debes, vrbs quae tibi proxima, multum:
Antiquum duxit Scaliger *vnde genus.*
Iudice Scaligero *doctorum principe cedunt*
Smyrna, Syracuſae, cedit & Aſcra tibi.

Nonnulla e MODICII carminibus Tomo VI. *Carminum illuſtrium Poetarum Italorum Florent.* 1720. in 8. inſerta leguntur. Conf. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. II. p. 551 ſqq.

CAROLI MOLINAEI, Commentarius ad edictum Henrici II. contra paruas datas & abuſus curiae Romanae, & in antiqua edicta & Senatusconſulta Franciae contra Annatarum & id genus abuſus multas nouas deciſiones Iuris & praxis continens. *Lugduni* 1552. in 4.

Haec

Haec prima & rariſſima libri editio eſt, ob quam Auctor e Gallia, in Germaniam profugere coactus fuit. Repetita fuit eodem anno *Lugduni*, in 8. & *Baſil.* in 4. In Operibus CAROLI MOLINAEI, quae, hoc titulo prodierunt: CAROLI MOLINAEI, *Franciae & Germaniae celeberrimi Iuriſconſulti, Omnia quae extant opera, ex variis librorum Apothecis, in quibus latebant, nunc primum eruta, & ſimul typis commiſſa, permultisque mendis, quibus ſenſim ſcatebant, ad exemplaria tum ab Autore recognita, tum a viris doctiſſimis, Iurisque peritiſſimis inter legendum notata, & quam fieri potuit diligentiſſime purgata. Editio nouiſſima auctior & emendatior, Paris.* 1681. in fol. V. Tomis, inuenitur Tom. IIII p 299 ſqq. Ab ipſo auctore, liber in gallicum conuerſus ſermonem, in lucem prodiit *à Lyon* 1554. in 4. it. *à Lyon* 1564. in 4. Quae editio poſterior multo auctior prima eſt. In Operibus haec verſio extat Tom. IIII. p. 369 ſqq. In eodem Tomo IIII. inueniuntur quatuor opuscula, quae hac occaſione in lucem prodierunt. Primum p. 515 ſqq. *Factum pour la Iuſtification du Traité de* M. CHARLES DV MOVLIN, *contra paruas datas*, ipſum MOLINAEVM habet auctorem, primaque vice an. 1558. euulgatum fuit. Secundum hoc titulo: *In* MOLINAEVM *pro Pontifice Maximo, Cardinalibus, Epiſcopis, totoque ordine ſacro defenſio. Autore* Remundo Rufo (Remond le Roux) *Iurium Doctore, & in ſupremo Senatu Advocato;* editum fuit *Pariſiis* 1553. in 8. Tertium a Franciſco Hottomanno, adſcititio Franciſci Villierii nomine, contra Remundum Rufum, promulgatum fuit *Geneuae* 1553. tit. *De ſtatu primitiuae eccleſiae eiusque Sacerdotiis ad* Remundum Rufum *defenſorem Pontificis Romani, aduerſus* CAROLVM MOLINAEVM in 8. Quartum denique ad confutandum Hottomanni ſcriptum compoſitum, hunc praefixum habet titulum: *Duplicatio in Patronum* MOLINAEI, *pro Pontifice Romano. Paris.* 1555. in 8.

Vid.

Vid. de turbis, quas MOLINAEI liber in Gallia excitauit, CAROLI MOLINAEI *vita* a Iuliano Brodeau conſcripta, & *Operibus* MOLINAEI Tom. I. praemiſſa. Niceron *Memoires* Tom. XXXIII. p. 86 ſqq. Bernardi de Montfaucon *Monumens de la Monarchie Françoiſe*. Tom. V. p 13.

CHARLES DV MOVLIN, Conſeil ſur le fait du Concile de Trente, reception, ou rejet d' icelui. *A Lyon* 1564. in 8.

CAROLVS MOLINAEVS, nonſolum a parentibus, pontificiae religionis, prognatus, ſed ipſe quoque huic religioni addictus fuit. Caluinianis quidem fauere credebatur, ſed eorum fidem nunquam palam profeſſus eſt. Cum anno 1552. ob librum ſuum, contra *paruas datas*, e Gallia, vti iam diximus, in Germaniam ſe recipere coactus fuit, ad Lutheranorum Sacra tranſiit. In Galliam vero reverſus, eodem, quo fatis conceſſit, anno 1566. a Lutheranorum coetu, ad Pontificios rediit. Rem omnem paullo fuſius exponit Iulianus Brodeau, in *vita* MOLINAEI iam citat. Niceron *Memoires* Tom. XXXIII. p. 79-99. Paull. Freherus in *Theatro viror. eruditione claror.* p. 852. Ex his igitur dictis oppido patet, quod Gerdeſius in *Florileg.* p. 206. illum minus recte, *primum apud Tubingenſes, Lutheranae profeſſionis Iurium Profeſſorem & Doctorem, deinceps ad papiſmum prolapſum Concilii licet Tridentini, & factionis Ieſuitarum oſorem perpetuum* fuiſſe dixerit. Liber quem adduximus, de *Concilio Tridentino*, e gallico, in ſermonem latinum conuerſus, prodiit *Pictauii* 1565. in 8 gallice inuenitur in *Operibus* MOLINAEI Tom. V. p. 347 ſqq. Latina verſio per errorem iisdem *Operibus*, bis illata fuit & quidem Tom. II. p. 1005. Tom. V. p. 368. De aliis editionibus, vid. Niceron l. cit. p. 116. Cl. Vogtius p. 471 ſqq. Fata, quae, ob hunc librum, expertus

Digitized by Google

tus eſt MOLINAEVS exponit Iulianus Brodeau l. cit. Niceron l. cit. p. 96 ſqq. Bernard. de Montfaucon dans *les monumens de la Monarchie Françoiſe* Tom. V. p. 141. vbi haec legimus: CHARLES DV MOVLIN *qui paſſoit pour un habile Iuriſconſulte, fit un Traité, où il tachoit de prouver par bien des raiſons, que ce Concile ne devoit point être admis. Ce qui offenſa tellement les Catholiques, que* DVMOVLIN *fut d'abord traîné en priſon avec ignominie, d'où il fit tiré depuis, avec défenſe de rien imprimer, dans la Suite, qu'avec l'agrément du Roi.* Petrus Gregorius Tholoſanus contra MOLINAEI librum euulgauit: *Reponſe, au Conſeil donné par* CHARLES DV MOVLIN, *ſur la diſſuaſion de la publication du Concile de Trente en France. A Lyon* 1584. in 12. Extat in MOLINAEI *Operibus* Tom. V. p. 395 ſqq. In *Bulla* Clementis IIX. Pontificis romani, anno 1602. promulgata, omnia MOLINAEI damnatae memoriae, opera prohibentur, quippe quae non aliter quam igne purgari poſſint. Inſeruit iſtam Bullam Anton. Poſſeuinus Tom. I. *Adparat. S.* p. 637-678.

LVDOVICI MOLINAEI, *Petri filii, Hiſtoriarum Profeſſoris in illuſtri academia Oxonienſi,* Paraeneſis ad Aedificatores Imperii in imperio; in qua, defenduntur iura Magiſtratus, aduerſus Moſem Amyraldum, & caeteros vindices poteſtatis eccleſiaſticae presbyterianae. In praefatione excurritur in Ioannis Dallaei Apologiam, pro duabus Synodis. *Londini excudebat R. Daniel, proſtat apud Samuel. Thomſon.* 1656. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 472. Legi vero praeprimis merentur, quae de hoc libro adtulit Io. Franciſcus Bud-

Buddeus in *Iſagoge Hiſtorico-Eccleſ.* Tom. II. p. 829 ſqq.

ALBERTI MOLLNAR, Syllecta ſcholaſtica. *Heidelb.* 1621. in 8.

Huius libri editionem quoque extare *Norimb.* 1644. in 8. teſtatur Dauid Czwittingerus, in *Specimine Hungariae litteratae*, p. 255. Eſt nobis editio *Heidelbergenſis*, e qua, ob libri raritatem inſignem, quae in illo reperiuntur, hic adiiciamus conſpectum. I. Ioannis Bilſtenii, *Methodus noua, aperiendi ſcholam, eccleſiae ac Reip. apprime ſalutiferam.* II. Wilhelmi Zepperi, *de Scholis vernaculis, item quae ad vberiorem ingenii cultum, comparandum faciunt. Ex Politia Eccl.* III. *Inſtitutio puellarum, ex epiſtola diui* Hieronymi ad Laetam. IIII. Rudolphi Agricolae *epiſtola, de formando Studio, ſcripta Heidelbergae, Anno Chr.* 1484. V. Petrus Moſellanus, *de tempore ſtudiis impendendo.* VI. Nicodemi Friſchlini *peregrinantis in Vngaria anno* 1584. *De ratione inſtituendi puerum ab anno aetatis ſexto & ſeptimo, ad annum vsque decimum quartum: ita vt praeter duas aut tres maternas linguas, etiam latinam diſcat recte loqui & ſcribere; graecam vero mediocriter intelligere: inſuperque rudimenta dialecticae & Rhetoricae ad vſum ſcribendi conferre.* VII. *Inſtitutio iuuentutis in Paedagogiis illuſtribus inferioris Palatinatus.*

BONINI MOMBRITII, *Mediolanenſis*, ad ſanctiſſimum Dominum, Dominum Sixtum IIII. Summum Pontificem, de dominica paſſione libri ſex, heroico carmine conſcripti. *Impreſſi Liptzigk per Iacobum Thanner Herbipolenſem. Anno ſalutis noſtre* 1499. in 4. folior. 59.

Edi-

Edidit iſtum librum, Ioannes Honorius Cubitenſis, quaemadmodum e dedicatione ad Ioannem Schrenck, Vtriusque Iuris Doctorem, & Georgii, Ducis Saxoniae Conſiliarium, adparet. Liber omnino dignus eſt, qui recudatur, & forte inuenietur, qui illum, cum eruditis iterum communicare poterit. Idem MOMBRITIVS, Heſiodi *Theogoniam*, carmine latino heroico expreſſam, edidit, vid. die *Merckwürdigk der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. II. p. 349. De *Chronico*, quod anno circiter 1475. *Mediolani* in fol. in lucem emiſit, vid. Niceron *Memoires* Tom. XI. p. 82. Conf. I. A. Fabricii *Bibliotb. med. & infim. Lat.* Lib. XII. p. 257 ſqq.

HENRICI MONANTHOLII, Commentarivs in iusiurandum Hippocratis.

Vid. Cl. Vogtius p. 351. & 473. In MSto illum adhuc latere, nos docuit Niceron *Memoires* Tom. XV. p. 50. Conf. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 1998.

Melchior. Inchoferi, MONARCHIA Soliſorum, ad virum clariſſimum Leonem Allatium, cui nuperrime acceſſit clauis onomaſtica. *Venetiis* 1652. in 12.

Editio Cl. Vogtio, & aliis incognita. Eo ſtatim tempore, quo liber prima vice prodiit *Venetiis* 1645. in 12. omnes Gaspar. Scioppium, Auctorem exiſtimabant. Cum vero nonnulla libri loca, auctorem proderent, qui ipſi Societati Ieſu, olim fuerit addictus, Scioppius, & Ioannes Cruſius Auctor *Aſtri inextincti*, hanc adripiebant occaſionem, & Melchiorem Inchoferum, eſſe auctorem, vno quaſi ore clamabant, vt iniuriam, ab eo, ſub nomine Eugenii Lauanda, illis inlatam vlciſcerentur. Hac re ad pontificem delata, Innocentium X, ille ſta-

ſtatim iuſſit, vt in Auctorem omni adhibita cura inquireretur. Etſi quidem nihil inueniebatur, quod Inchoferum reum facere poterat, illum tamen ad haec noſtra vsque tempora, libri eſſe Auctorem, communis & peruulgata eſt opinio, & editio illa, quam adduximus, quatuor poſt Inchoferi mortem, in lucem emiſſa, annis eius nomen in fronte gerit. Verum autem huius Satirae eſſe auctorem Iulium Clementem Scoti, variis, & vt noſtra quidem fert opinio, firmiſſimis demonſtrauit argumentis Niceron *Memoires* Tom. XXXV. p. 237 ſqq. Tom. XXXVIIII. p. 67 ſqq. vbi inter alia e Theophili Rainaldi *Iudicio de libro* Clementis Scoti *eiusdem Soc. Ieſu Apoſtatae, contra illam ipſam religionem ſuam* Clemens Scotus Virbius, *bis natus, bis mortuus, bis damnatus* §. 6. teſtimonia, quaedam lectu digna adfert. Negat Melchior Inchoferum auctorem eſſe Alphonſus van Huylenbrouck in *Societatis Ieſu Vindicationibus alteris, Gandau.* 1713. in 8. Vid. *Nou-Antiqua* anni 1713. p. 862. Conf. Sfortiae Pallauicini *Vindicationes Societatis Ieſu, Rom.* 1649. in 4. p. 154. Theophil. Rainaldi *Hoplotheca] contra ictum calumniae: robur & aes triplex circa pectus a patientia & fide Sanctorum, Lugdun.* 1650. in 4. Sect. II. c. 16. & in *Operibus* Rainaldi Tom. XII. Nicolai Comneni Papadoli *hiſtoria gymnaſii Patauini* Tom. I. p. 156. Inuenitur vero iſta *Solipſorum* MONARCHIA etiam libro inſerta, cui titulus: *Tuba magna mirum clangens ſonum per* D. Liberium Candidum. Gallice extat titulo: *La* MONARCHIE *des Solipſes traduite de l'original latin de* Melchior Inchofer, *Ieſuite, avec des Remarques, à Amſterd.* 1721. in 12. De verſionibus germanicis nec non libro ipſo vid. Theophil. Sinceri *Sammlung von lauter alten und raren Büchern* p. 54. die *Nachricht von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 151-161.

PE-

Digitized by Google

PETRI MONMAVRI, *Graecarum litterarum Profeſſoris regii*, Opera in duos Tomos diviſa, iterum edita, & notis nunc primum illuſtrata, a Quinto Ianuario Frontone. *Paris*, 1643. in 4. pp. 8.

Haec folia, quae euulgauit Adrianus Valeſius, rariſſima eſſe, teſtatur Niceron *Memoires* Tom. III. p. 218. vbi ſcribit: *Cette edition eſt extrémement rare.* Libelli vero hiſtoriam, omnium optime, ipſe exponit Valeſius, in *Valeſianis* p. 36. quae verba hic tranſcribemus, id quod lectoribus noſtris, non iniucundum fore, arbitramur. Ita vero ille: *Le Profeſſeur* MOMMOR *aimoit à faire bonne chere aux dépens d'autruy. Il s'etoit donné entrée chez tous les Grands, qui tenoient table ouverte, par quelques bons mots grecs & latins, qu'il leur debitoit pour ſon écot. Après avoir bien bû & bien mangé pour divertir ſes hôtes, il ſe mettoit à médire de tous les Savans, tant vivans que morts. Et il n'y en avoit pas un qui n'ût un coup de dent. La pluspart des Savans ſe crurent obligez de le célébrer, comme il le meritoit, & de luy rendre juſtice. Ce fut* M. Ménage, *qui ſonna pour ainſi dire le tocſin contre lui. Il compoſa ſa vie en latin, & à la fin de cette piece il exhorta par une petite epigramme de cinq vers tous les Savans, à prendre les armes contre cet ennemi commun. Je ne voulus pas être des derniers à prendre parti dans une guerre ſi plaiſante; Je fis imprimer deux pieces latines de ce profeſſeur, l'une en proſe, & l'autre en vers avec des notes & quoique ces deux pieces enſemble ne tinſſent que huit pages, je les diviſai en deux tomes. J'ajoutai enſuite ſa vie compoſée par* M. Menage, *& tous les vers latins & françois, que je pûs ramaſſer des uns & des autres: auſquels je joignis quelques Epigrammes latines, que j'avois faites ſur lui. Comme chacun prenoit des noms de guerre, j'en fis de même, & pris celui de* Quin-

tus Ianuarius Fronto. *Ces trois noms me convenoient parfaitement; Quintus, parceque j'étois le cinquième de mes Freres;* Ianuarius *parceque je ſuis né dans le moi de Ianvier; & Fronto, parceque j'ai le front large & élevé. Ce Livre fut imprimé à Paris en 1643. in 4.— Il eſt fort rare.* Illum poſtea Albertus Henricus de Sallengre inſeruit dans ſon *Hiſtoire de* PIERRE DE MONTMORT, quam edidit *à la Haye* 1715. II. Tom. in 8. Conf. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2003 ſqq. *Menagiana* Tom. I. p. 314. 315. Tom. II. p. 193 ſqq. Tom. III. p. 72. M. de Vigneul-Marville *Melanges d'Hiſtoire & de litterature* Tom. I. p. 109 ſqq.

PETRI MONTII, Exercitiorum, atque artis militaris collectanea. Mediolan. 1509. *Eiusd.* de ſingulari certamine ſiue diſſenſione: Deque veterum recentiorumque ritu, ad Carolum Hiſpaniarum Principem & Burgundiae Archiducem Libri III. *Impreſſi Mediolani per ſolertem Calcographum Io. Angelum Scinzenzeler, impenſa Io. Iacobi & fratrum de Lignano Mercatorum Mediolanenſium. Anno verbi incarnati 1509. Pridie Kal. Septembr. Ludouico Francorum Rege Mediolanique Duce feliciter regnante.* in fol.

Priorem librum, ex hiſpanico, tranſlatum eſſe, ipſe teſtatur Auctor, in Praefatione illius. Io. Petrus de Ludewig, ſuo exemplari, haec adſcripſerat verba: *Autor eſt barbarus in ſermone, & argutiis, quibus uti ſolet multifariam. Sed tamen liber plurima continet, nullibi occurrentia alias. Nam primo deſcribit modos belli priuati: deinde nomina militaria exponit, nullibi explicata alias: tum habet aliqua de nobilitate non ſpernenda. Verum plurima debet Hiſpanis*

Digitized by Google

ſpanis & Gallis, *nil quidquam Germanis*, *quorum nullam habet rationem*. *Liber iuuentu rariſſimus*. Vid. *Catalogus Bibliothecae Ludewig*. P. I. p. 1293. Maittairio liber plane incognitus fuit vterque. Conf. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr*. Tom. I. p. 244.

PETRI LOPEZ DE MONTOYA, de Concordia ſacrarum editionum libri duo, quorum alter continet controuerſias introductorias ad ſtudia SS. litterarum: alter concordiam ipſam editionum Hebraicae, & Graecae LXX. Interpretum, cum vulgata Latina. *Madriti*, *excudebat Ludouicus Sanchez*. 1596. in 4.

Liber in noſtris regionibus rariſſimus. Auctor fuit Canonicus Xereſanus, Theologiae Doctor, & Profeſſor Salmanticenſis, vid. Iacobi le Long *Biblioth. S.* Tom. II. p. 866.

ANTONII DE MORALES, Vid. quae ſupra p. 199 ſqq. a nobis iam dicta ſunt.

OLYMPIAE FVLVIAE MORATAE, Opera, editore Caelio Secundo Curione. *Baſil.* 1558. 1562. 1570. 1580. in 8.

Omnibus editionibus, Caelius Secundus Curio, adiecit, Hippolytae Taurellae Mantuanae, *epiſtolam*, *ad maritum ſuum* Balthaſarem Caſtellionem, *apud Leonem X. Pontificem Rom. Oratorem*, *carmine elegiaco*, conſcriptam, quae cauſſa fuit, vt Hippolyta, inter feminas, quae litterarum ſtudiis inclaruerunt, locum inueniret. Id quoque permouit Paullum Colomeſium, vt illam epiſtolam veluti χειμήλιον ſingulare, *opuſculis* ſuis p. m. 79 ſqq. inſereret. Illam vero Hippolytam, e doctis gynaeceis expungendam, carmenque illud a marito ipſo

Balthaſ. Caſtellione conſcriptum eſſe, teſtantur *Mennagiana* Tom. III. p. 321 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XXVI. p. 94 ſqq. qui, in eius *Operibus poeticis*, & in editione quidem *Veneta* 1534. in 8. hanc elegiam, hoc titulo inueniri inſignitam, ſcribunt: Balth. Caſtellionis (s. Caſtillionii) *Elegia, qua, fingit Hippolyten ſuam, ad ſeipſum ſcribentem.* De OLYMPIA FVLVIA MORATA, praeter Scriptores a Cl. Vogtio p. 475. cit. vid. Niceron Tom. XV. p. 102 ſqq.

THOMAE MORGANI, *Medici angli*, Scripta omnia,

quibus petulanter, proterue, & ferociter in ſanctiſſima, chriſtianae religionis dogmata, atque viros, inſigni pietate conſpicuos, qui, ea, profeſſi ſunt, nonnullis abhinc annis, impetum fecit, apud nos rariora ſunt. Paſſim illa recenſentur, in Diariis Eruditorum noſtri temporis. Succinctam vero; eorum, dedit hiſtoriam, Vir Magnif. D. Chriſtian. Gottlieb. Ioecherus, quem Praeceptorem noſtrum veneramur, in *Programmate, Lipſ.* 1745. edito, quo, *Hiſtoriae controuerſiarum a* THOMA MORGANO *excitatarum, primas lineas* duxit.

Au nom du Pere, du Fils, & du St. Esprit. Penſées du MORIN, dediées au Roi. Naifve & ſimple depoſition que MORIN fait de ſes Penſées aux pieds de Dieu, les ſoubmettant au jugement de ſon Egliſe tres-ſainte à laquelle il proteſte tout reſpect & obeiſſance, avouant, que, s'il y a du mal, il eſt de lui, mais s'il y a du bien, il eſt de Dieu, & lui en donne toute gloire. Suppliant tres-humblement toutes perſonnes, de quelque condition qu'elles ſoient,

de

Digitized by Google

de le ſupporter un peu pour Dieu, à cauſe de la verité, qu'il a à dire, & pour lesquelles il' encourreroit la condamnation de Dieu, s'il ſe taiſoit. *Avec approbation.* 1647. in 8. pp. 176.

Quae in hoc libro, qui *Lutetiae Pariſiorum*, impreſſus eſt, & rariſſime inuenitur, expoſita ſunt, ea, paullo vberius recenſet Niceron *Memoires* Tom. XXVII. p. 41 ſqq. Fuit SIMON MORINVS, ex eorum hominum numero, qui ea tempeſtate, in Gallia, varias diuinas fingebant inſpirationes, ſeque illuminatos dicebant. Natus fuit Richmundiae (*Richemont*) in Normannia 1623. & ſaepius ob errores, quos publice profitebatur, & propalare ſtudebat, in vincula fuit coniectus. Cum vero nulla prorſus ratione, ad frugem reduci poſſet, multosque ſuis imbueret erroribus, inter quos filius, & vxor, Franciſcus Dauenne, de quo ſupra diximus, Madem. Malherbe, & la Demois. de la Chapelle, praecipuo loco nominantur, a Ioanne Des-Mareſts de Saint Sorlin, haud incelebri quidem poeta, ſed eiusdem furfuris homine, & MORINO inimiciſſimo, qui vt eum prodere poſſet, ſe, eius fingebat amicum, detectus, & tandem viuus, cum libro illo, quem adduximus, combuſtus fuit, poſteaquam ſuos eiurauerat errores. Id accidit Lutetiae Pariſiorum, *en la place de Grève*, d. XIIII. Mart. anno 1663. Vid. de fatis, & Scriptis eius, Niceron l. cit. p. 36-71. Michelagnolo Mariani liber, cui titulum fecit: *Il più curioſo e memorabile della Francia. Venez.* 1673. in 4. Conf. Niceron Tom. XXXV. p. 144. 158. P. Baile *Dictionaire*, Tom. III. p. 2019.

PHILIPPI MORNAEI, Myſterium iniquitatis, ſ. hiſtoria Papatus. *Salmur.* 1611. in fol.

Raritate primam editionem gallicam, quam Cl. Vogtius p. 477. recenſet, haec noſtra certiſſime aequat, niſi forte ſuperat. Nonſolum enim iſtae tabulae aere expreſſae, quae a Magno Cruſio, in *Singularibus* deſcribuntur *Pleſſiacis* p. 290 ſqq. ſed reliqua omnia, quae editioni gallicae raritatem conciliant, in hac noſtra conſpiciuntur. In dubium quidem hanc editionem vocare videtur S. R. Cruſivs l. cit. p. 296 cum Dauid de Licques dans *l' Hiſtoire de la Vie de* PHIL. MORNAY L. II. p. 339. illum librum latine primum *Salmurii* 1612. in 8. prodiiſſe ſcribit. Sed illam extare editionem, nonſolum *Catalogus Bibliothecae Bodleianae* Tom. I. p. 469. ſed & *Catalogus Bibliothecae Rinkianae* p. 16. teſtantur. Conf. Wilh Erneſt. Tenzelii *monathliche Vnterredungen* Ann. 1694. p. 35 ſqq. 969 ſqq.

Note overo memorie del Muſeo di *Conte* LODOVICO MOSCARDO, *Nobile Veroneſe, uno de Padri nell' academia Filarmonica*, dal medeſimo deſcritte. *In Verona, per Andrea Roſſi* 1672. in fol. Tom. II.

Hic liber in ipſa Italia rariſſimus eſt; adfirmauit illud nobis amicus quidam, qui illum, omni adhibita opera, cum Italiam peragraret, neque Veronae, neque in aliis, per quas iter inſtituit, vrbibus indagare potuit. Prodiit liber, (cuius Tomus I. iam an. 1656. *in Padoua* in fol. typis exſcriptus fuit. Vid. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari* p. 280. *Bibliotheca Uilenbroekiana* p. 169.) ipſius Comitis LVDOVICI MOSCARDI ſumtibus, qui eius exemplaria, cum amicis tantum ſuis communicauit. Tomus I. in tres diſpeſcitur libros, qui deſcriptionem exactam tum rerum omnis generis antiquarum Statuarum, inſcriptionum, numorum, Vrnarum, lampadum, & quae ſunt reliqua, tum rerum natura-

Digitized by Google

turalium, animalium, terrarum, lapidum, mineralium, curaliorum, conchyliorum, fruticum &c. quae in muſeo Comitis adſeruabantur, complectitur. Tomus II. eas res deſcribit, quibus Muſeum illud poſt prioris Tomi editionem, auctum fuit. Haec vero omnia multis figuris ligno inciſis, & aere expreſſis, variisque obſeruationibus doctiſſimis illuſtrantur. Conf. de hoc Muſeo *Voyage d' Italie par* Mr. Miſſon Tom. I. p. 160. 168. Tom. III. p. 164 ſqq. Iohann. Georg. Keyſzlers *Fortſetzung Neueſter Reiſen.* in LXVIIII. Brief. p. 599.

Rabbi MOSSEI, *Aegyptii*, Dux, ſeu Director Dubitantium aut perplexorum, in treis Libros diuiſus, & ſumma accuratione Reverendi Auguſtini Iuſtiniani, Ordinis Praedicatorii, Nebienſium Epiſcopi, recognitus. Cuius Index ſeu tabella ad calcem totius apponetur Operis. in fol. folior. 118.

Quis R. MOSIS MAIMONIDIS, Cordubenſis Hiſpani, *More Nevochim* ignorare poterit? En libri illius verſionem latinam. Vocatur vero in libri titulo, MOSES *aegyptius*, a regione Aegypto, in qua, per maximam vitae ſuae partem, commoratus fuerat. In fine huius editionis, quam Chriſtoph. Wolfius in *Biblioth. Hebraeae* Tom. IIII. n. 1594. *rariſſimam*, bis vocat, leguntur haec verba: *Finis Rabi* MOSSEI *ductoris Dubitantium ſeu perplexorum. Anno* 1520. *ad Nonas Iulias. Opera Iodoci Badii Aſcenſii: cum gratia & Priuilegio in triennium proximum. Annuente literatorum omnium Mecoenate L. Ruze.* Auguſtinus Iuſtinianus a quo, hanc verſionem accepimus, Nobilis fuit Genuenſis, Ord. Praedicat. qui linguas, quas calluit, Latinam, Graecam, Hebraicam, Chaldaicam & Arabicam Lutetiae Pariſiorum docuit, & mathematicarum ſcientiarum probe

Digitized by Google

peritus fuit. Anno 1514. epiſcopatui Nebienſi in Regno Corſico a Leone X. Pontifice Max. praefectus fuit, ibique *vetus & Nouum Teſtamentum, quinque linguis*, quas iam nominauimus, *nouo*, vt Sixtus Senenſis L. III. *Bibliothecae Sanctae* p. 219. ait, & *ingenti auſu primus omnium, in vnum Corpus, Octapla inſcriptum, redegit, tanto artificio, vt in ſingulis paginis, octo columnas diſponeret, in quibus, omnes predictae linguae, propriis characteribus expreſſae, totidem lineis, totidemque verbis, ſibi correſpondentes, vno eodemque adſpectu cernerentur.* Illud vero opus adhuc in MStis latet, praeter *Pſalterium Octaplum, Genuae* 1516. in fol. in lucem editum. Cum anno 1536. e Liguſtico littore ſoluiſſet, ad eccleſiam ſuam in regno Corſico, profecturus, nunquam ex eo tempore viſus eſt. Alii illum, maritima tempeſtate exorta, naufragio periiſſe, alii, in praedonum manus incidiſſe, ſcribunt. Celebrauit mortem illius, Latomus hoc epigrammate:

Iuſtinianus *quo abierit ne quaerito*
Id ſcire Olympi quando te Rex noluit,
Sacro trilingui quem edito volumine
Ad alta caeli tranſtulit palatia,
Exemplo humatum clanculum Moſaico,
Ne forte buſto lacbrimas ſi impenderes
Ne quicquam ocellos lacbrimasque perderes.

Sunt nonnulli, inter quos Sixtus Senenſis, l. cit. Antonius Poſſeuinus, in *Apparat. S.* Tom. I. p. 146. Paull. Colomeſius, in *Italia Orientali* p. 32. Andreas du Sauſſay, in *Continuatione inſignis libri de Scriptoribus eccleſiaſticis Emin. Cardinalis Bellarmini* p. 11. qui illum 1530. periiſſe ſcribunt. Sed illud anno demum accidiſſe 1536, demonſtrarunt Auguſtinus Oldoinus, in *Athenaeo Liguſtico* p. 67. Iac. Echardus, *de Scriptor. Dominican.* Tom. II. p. 96 ſqq. P. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1711. Iac. Gaddius, *de Scriptoribus non Eccleſiaſticis.* Tom. I. p.

Digitized by Google

267 ſqq. Quod ad verſionem Maimonidis adtinet, Richardus Simon, dans ſes *Lettres choiſies* Tom. III. p. 107 ſqq. nos docet, illam, non Iuſtiniani eſſe laborem, ſed latinam veterem verſionem, qua iam Thomas Aquinas, Thomas Bradwardinus, aliique Theologi, vſi fuerint, quamque in Bibliotheca Sorbonnica, ſe, vidiſſe teſtatur manuſcriptam. Dicauit hanc ſuam editionem Iuſtinianus Stephano Poucherio, Senonenſium Archiepiſcopo, qua in dedicatione, Maimonidem ſummis effert laudibus, illumque nominat *virum candidum, minimeque ſuperſtitioſum, plus certe veritati addictum, quam naeniis importunis Iudaeorum.* Opus vero ipſum adpellat: *Opus reconditae, & minime triuialis doctrinae, in quo multa demonſtrantur rationibus philoſophicis, plurima adducuntur, quae mire conducunt & faciunt ad intelligentiam li!rorum ſacrorum.* Conf. Simon de Muis, in *Caſtigat. animaduerſ. Io. Morini* p. 99. vbi *Opus praeclarum, & tantum non diuinum* dicitur. it. *Die Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 307.

Magiſtri IOANNIS MOTIS, *Neapolit. Sanctae Sedis apoſtolicae Secretarii*, Inuectiua caetus feminei contra mares. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 478. Idem ſine dubio liber eſt, quem Ioſ. Simlerus, hoc titulo adtulit in Bibliotheca p. 398. IOANNIS MOTIS, *Neapolitani, Secretarii apoſtolici, apologia mulierum, carmine ſcripta, in viros probroſos, excuſa in thermis Antonii, oppidi Badenſis, per Renatum Beck. anno* 1511.

Le MOYEN de parvenir, oeuvre contenant la raiſon de tout ce qui a été, eſt, & ſera. Avec demonſtrations certaines & neceſſaires, ſelon la rencontre des Effets de vertu, & advi-

endra que ceux qui auront nez à porter lunettes, s'en ſerviront, ainſi qu'il eſt écrit au Dictionaire à dormir en toutes langues. S. recenſuit Sapiens, ab A. ad Z. *Imprimé cette année* in 24. pp. 439.

Quae de diuerſis, huius libri editionibus, memoratu digna ſunt, vid. apud Niceron Tom. XXXIIII. des *memoires* p. 232 ſqq. vbi inter alias editiones, duae occurrunt, quarum altera titulo prorſus immutato, inſcribitur: *Le Salmigondis, ou le Manège du Genre humain. A Liège chez Louis Réfort.* 1698. in 12. pp. 347. altera hunc praefixum habet titulum: *Le Coupecu de la melancolie, ou Venus en belle humeur. A Parme chez Iaques le Gaillard* 1698. in 12. pp. 347. *Ces deux derniers editions*, ait Niceronus, *n' en font qu' une dont on à ſeulement varié le frontispice, pour faire acheter le livre deux fois à ceux, qui n' y prennent pas garde de ſi près.* In *Ducatianis* P. II. p. 289. liber ille, iam eo editus dicitur tempore, quo *le Roman comique de Francion*, in lucem emiſſus fuerat, anno circiter 1624. Conf. Charles Sorel, *Bibliotheque Françoiſe* p. 174. edit. *Paris.* 1664. in 8. & auctores, a Cl. Vogtio p. 478. cit.

Don FILADELFO MVGNOS, Teatro genealogico delle Famiglie Nobili & Titolate feudatarie, ed antiche Nobili del regno di Sicilia, viventi ed eſtinte Tom. I. *In Palermo* 1647. Tom. II. 1655. in fol.

Struuius, & Buderus, de hoc libro, qui admodum rarus eſt, nec facile niſi in inſtructiſſimis Bibliothecis inuenitur, plane ſilent. Idem auctor edidit: *Ragguagli Storici, del Veſpro Siciliano. In Palermo* 1645. in 4. *Teatro della Nobilità del Mondo. In Napoli* 1680. in fol. Vid. Nicol. Franc. Haym *Noticia*

Digitized by Google

tizia de' libri rari, nella lingua italiana, p. 66. 67. & 105.

ANDREAE MÜLLERI, *Greiſenhagii*, Opuſcula nonnulla orientalia, vno volumine comprehenſa. *Francof. ad Oderam apud Io. Völcker* 1695. in 4.

Nouem illa Scripta ad litteraturam orientalem ſpectantia, quae in rariſſima hac collectione reperiuntur, ſeorſum olim prodierant, titulo autem generali hic inſignita ſunt. Vberiorem eorum, ſuppeditant recenſionem die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. I. p. 97 ſqq. Alia etiam *Opuſculorum*, a MÜLLERO editorum, & a dictis diuerſorum, extat collectio, quam Sebaſtianus Godofredus Starckius anno 1703. euulgauit, illique vitam ANDREAE MÜLLERI, anno 1694. mortui, & praeſentium *Opuſculorum*, hiſtoriam praemiſit. Conf. Wilh. Erneſt. Tenzelii *Monathliche Vnterredungen* 1697. p. 174 ſqq 977. ſqq. *das Alte und Neu Berlin* P. I. p. 343 — 363.

SEBASTIANI MÜNSTERI, Coſmographia vniuerſalis.

De variis editionibus genuinis, & ab Hugone Amerongenſi truncatis, vid. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. II. p. 146 ſqq. Struuii *Biblioth. hiſtorica* p. 761. edit. recentiſſ. Conf. quoque Iacobi Bruckeri *Ehrentempel der deutſchen Gelehrſamkeit* Decur. IIII. p. 137 ſqq. & Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 479.

Origenes MVRENSIS monaſterii, in Heluetiis Ordinis S Benedicti. *Spirenberg.* 1618. in 4.

Vid.

Vid. Cl. Vogtius p. 479. De editione repetita anni 1627. in 4. vid. *Bibliothecа Telleriana* p. 316. Inſertus liber inuenitur *Scriptoribus Rerum germanicarum ſpeciatim Bambergenſium*, a Io. Petro de Ludewig 1718. II. Tomis in fol. editis, & praefatio quidem Tom. II. p. 4. opuſculum vero ipſum p. 399. Conf. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. VII. p. 243. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. XII. p. 275.

IOANNIS DE MVRIS, Arithmeticae ſpeculatiuae libri duo, ab innumeris erroribus, quibus hactenus corrupti, & vetuſtate ferme perierant, diligenter emendati, pulcherrimis quoque exemplis, formisque nouis declarati, & in vſum ſtudioſae iuuentutis moguntinae iam recens excuſi. *Moguntiae apud Iuonem Schoeffer* an. 1538. in 8. pp. 88.

Pauciſſimis hic liber cognitus, nedum viſus eſt. Maittairio ſaltem illa editio incognita fuit. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. VIIII. p. 309. illam e Geſnero adducit. Quo tempore editiones priores prodierint, & an recentior quaedam extet, nos ignorare fatemur. Fuit vero IOANNES DE MVRIS, Pitſeo teſte, Anglus, & vt Trithemius cap. 580. prodit, Ioanni de Ligneriis, quem Lelandus Io. de Linneriis adpellat, amicus, qui anno 1330. inclaruit. Legimus in Ludouici L. B. de Holberg *vermiſchten Briefen* P. I. epiſtol. XXXIII. p. 212. *daſs einer aus Paris, Namens* Ioan. de Meurs *auf eine Erfindung gekommen, wodurch die Laenge und Kürze einer jeden Noten konnte angezeigt werden; und daſs dieſes der Vrſprung ſey, der nun gebräuchlichen grauen und ſchwarzen Noten, wie auch der einfachen und dopelten Fuſen, welche durch ganz Europa angenommen worden.* Eundem eſſe IOANNEM DE MVRIS,

RIS, cuius adduximus *Arithmeticam*, nobis facile perſuaſimus, propterea quod I. A. Fabricius l. cit. illum Opus *de Muſica* ſcripſiſſe perhibet, quod in Codice regio 384. euoluerit Cangius. Bernard. de Montfaucon, in *Bibliotheca Bibliothecarum Manuſcriptorum noua*, duos codices adtulit MStos, qui, IO. DE MVRIS *Muſicam* ob oculos ponunt. Alterum Tom. I. p. 38. in Bibliotheca Chriſtinae Sueciae reginae, quae Vaticanae inlata fuit, alterum Tom. II. p. 762. in Bibliotheca regia Pariſienſi, adſeruari, ait.

R. P. THOMAE MVRNERI, *Argentinenſis*, *Ord. Minor.* Chartiludium Logicae, ſeu Logica practica, vel memoratiua. Opus, quod centum amplius annos, in tenebris latuit, erutum, & in apertam ſaeculi huiusce curioſi lucem, productum. Opera, notis & coniecturis Ioannis Balesdens. *Pariſiis apud Tuſſanum du Bray* 1629. in 8. cum fig. pp. 329.

THOMAE MVRNERI librum, prima vice prodiiſſe *Bruxell.* 1609. in 8. ſcribit Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 361. Sed centum annis antiquiorem *Argentinenſ.* ſcilicet editionem *apud Io. Grüninger* 1509. in 4. e *Bibliothecae Vilenbroekianae Catalogo* p. 67. adducit Gerdeſius in *Florileg.* p. 209. Fuit vero THOM. MVRNERVS, Philoſophiae Profeſſor, in Academia Cracouienſi, cum eiusmodi nouam Methodum, addiſcendi logicam excogitaret, illamque, ea lege, cum ſuis communicaret diſcipulis, vt iurando ſe obſtringerent, ſe alios illius artis facere nunquam velle participes. Tam eximium vero breui temporis ſpatio, in arte logica, hoc adiuti artificio, faciebant progreſſum, MVRNERI diſcipuli, vt ob hanc cauſſam, praeceptor, in magiae veni-

Digitized by Google

veniret ſuſpicionem. Coactus igitur fuit, ſuum publicare artificium, quo tantam a Doctoribus Academiae Cracouienſis reliquis, iniit gratiam, vt nonſolum illud veluti opus diuinum admirarentur, illudque ſuo comprobarent ſuffragio, ſed auctori quoque XXIIII. florenos hungaricos praemii loco offerrent. Inueniuntur, ea, quae adtulimus, a Doctore quodam cracouienſi memorata, qui, ſuo teſtimonio, librum ornauit. Matthias Berneggerus Orat. II. *de parandae doctrinae modis illegitimis*, haec habet: *Pollicitus etiam* (THOM. MVRNERVS) *ſe daturum quatuor libros* inſtitutionum Iuſtinianearum, *in ſimilem chartularum luſoriarum formam redactos. Quo praeclaro munere, an ſtudioſos iuris beauerit mihi non conſtat, nec enim vidi.* Logicum chartiludium *vidi, ſtoliditatem artis vaniſſimae deteſtatus.* Conf. Georg. Paſchius *de Inuentis Nou-Antiquis* Cap. II p. 136. Sigismundi Iacobi Apini Diſſert. *de variis diſcendi methodis, memoriae cauſa inuentis, earumque vſu & abuſu*, Stanislai Minck von Weinsheim, ſub quo nomine latet Ioannes Iuſtus Winckelmannus *logicae memoratiuae Peripateticae* adiecta, p. 72. qui Minckius eiusdem commatis librum, cuius iam titulum adtulimus, cum publico communicauit. In *Epiſtolis Obſcurorum viror.* p. m. 235. THOMAE MVRNERI, & eius *Chartiludii*, his verbis, mentio facta conſpicitur: *Celeriter, non facto praeambulo, habet dominatio veſtra ſcire, quomodo noviter venit huc* (Treuiram) *vnus D. Theologiae, qui vocatur* THOMAS MVRNER, *ipſe eſt de ordine S. Franciſci, & eſt Superioriſta, & praeſuppoſuit ita multa, quod non creditis. Dicunt quod facit* cartas, *& qui ludunt in illis* cartis *diſcunt* grammaticam *&* logicam. *Et compoſuit vnum* ludum Scaci, *in quo trahuntur* quantitates ſyllabarum. —— *& dixit mihi vnus, quod talis Doctor in omnibus artibus ſcit aliquid. Tunc ego audiens dixi: in omnibus aliquid, in toto nihil.* Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 663.

p. 663. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. III. p. 309.

MVRTADI hiſtoria Aegyptiaca, de Pyramidibus, Nilo &c.

Quo tempore arabice ille liber prodierit, & a quo fuerit editus, id omni adhibita opera, indagare non potuimus. Gallica verſio prodiit titulo: *L' Egypte de* MVRTADI *fils du Gaphiphe, où il eſt traité des Pyramides, du Debordement du Nil, & des autres merveilles de ceste province, ſelon les opinions arabes, traduite de l' arabique par Mr.* Pierre Vattier. *A Paris chez Thom. Ioly* 1666. in 12. Conf. *Mélanges de litterature tirez des Lettres Manuſcrite de Mr.* Chapelain p. 205 ſqq. vbi Vattieri, regii linguae arabicae Profeſſoris, inuenitur elogium, Anglice in lucem emiſſus fuit liber, hoc titulo: *The Egyptian Hiſtory written originally in the Arabian Tongue by* MVRTADI *the ſon of Gaphiphus. Engliſhed by* Iohn Davies. *London.* 1666. in 8.

VINCENTII MVSSAR, *Vranophili*, Regnum & regia Plutonis. Siue de Inferni & inferorum laudibus, diſſertatio feſtiua. Scripta & habita in peccatorum circulo ad aquas coctiles. *D. Bernhard. in libr. de vit. Solit. ad fratr de Monte Dei:* Deſcendant ad Infernum viuentes, videlicet ne deſcendant morientes.

Epigramma

Infernum *ſaluere iubet, Coelumq. valere*
Infernus *hic cui diſplicet.*
Saluere hic Superos iubet, Infernumque valere
Infernus *hic cui perplacet.*

Nil

Nil capit ille ſuo, quisquis ſiet ille cerebro.
Hos Inferos *qui non capit.*
Francofurti, Impenſis Io. Berneri haered. Typis Caſparis Roetelii. Anno 1646. in 12. pp. 174.

Hunc libellum, praeter hoc noſtrum, quod poſſidemus, exemplum, nusquam vidimus, nec in inſtructiſſimarum bibliothecarum catalogis, illum reperimus. Nonnullos quidem viros, hiſtoriae litterariae peritiſſimos, per litteras rogauimus, vt ſiquid de auctore, nomen enim, quod in titulo ſpectatur, confictum eſſe putamus, iis innotuerit, nobiscum communicare velint; Sed ii, omni adhibita opera, nihil de eo, ſe exploratum habere reſcripſerunt. Ingenio luſiſſe, vel potius eodem abuſum fuiſſe Auctorem exiſtimamus, cuius libellus, iis ſaltem ſcriptis ludicris adnumerari debet, quae Caſpar. Dornauius, in *Amphitheatro Sapientiae Socraticae ioco-ſeriae Hanou.* 1619. II. Tom. in fol. collecta edidit.

N.

SAMVELIS NAKIELSKY, Miechouia: Sive Promtuarium Antiquitatum Monaſterii Miechouienſis: vbi per continuam ſeriem Praepoſitorum Miechouienſium, praemiſſis primum Fundatorum eiusdem Monaſterii, praecipue vero Nobiliſſimae Gentis Griphicae, elogiis, nonſolum iura, priuilegia, immunitates, exceptiones, ac beneficia, cum a Summis Romanis Pontificibus, tum vero ab ipſis Hieroſolymitanis Patriarchis, qui ſibi ordine ſuccedebant: &

Digitized by Google

& aliis viciſſim Archiepiſcopis, Epiſcopis, Principibus, Dynaſtis, Baronibus, ac plerisque regni Poloniae vtriusque ſtatus Nobilibus, in illud, profecta recenſentur: Verum etiam Piae aliarum ecclesiarum, Iurisdictioni dicti Monaſterii ſubiectarum fundationes & incrementa, ſeruata diligenti temporum & annorum, ab ipſius exorta, ratione, optima fide repraeſentantur: interiectis nonnunquam, ad maiorem operis, ab autore, ſuſcepti elucidationem, ſcitu neceſſariis, maxime de Inſtitutis aliorum Religioſorum Ordinum, adnotationibus. Vniverſi pene Status Ordinis Canonicorum S. S. Sepulchri Dominici Hieroſolymitani Conuentus Miechouien. veritatem, perennitatemque in ſe complectens. *Cracouiae in Officina Franciſci Caeſarii. Anno Dom.* 1634. in fol. pp. 984.

Illuſtriſſimus Comes Zaluskius, hunc librum in *Conſpectu Collectionis Scriptorum Eccleſiaſticor. Poloniae Ineditorum tum & Editorum quidem, ſed rariſſime obuiorum* p. 35. *Opus* nominat *raritatis ſummae ob paucitatem exemplarium impreſſorum.* Fuit vero SAMVEL NAKIELSKY S. Theologiae Doctor Cracouiae S. Hedwigis Praepoſitus. Conuentus iſtius & S. totius Canonici Ordinis Hiſtoriographus politiſſimus Antiquitatum Eccleſiae patriarchalis Hieroſolymitanae, Clerique eius, ab aeuo vſque Apoſtolorum indagator ſolertiſſimus. Obiit aetatis anno LXVI. 1651. Plura de libro, eiusque auctore vid. in I. D. Ianozki *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 107 ſqq.

IO. NAPIERI, Commentarius in Apocalypſin Anglice. *Edimb.* 1593. in 4. ib. 1611. in 4.

De raritate libri, & illius verſione Belgica vid. Gerdeſius in *Florileg.* p. 210. Eſt ad manus libri eius, verſio gallica ſimiliter rara: *Ouverture de tous les ſecrets de l' Apocalypſe, à Rochelle* 1602. in 4. quae verſio poſtea recuſa fuit *ibid.* 1603. in 8. *ibid.* 1607. in 4. *Geneu.* 1642. in 4. In germanicum conuerſus ſermonem prodiit *Lipſ.* 1611. *Gerae* 1612. *Francof.* 1615. *ibid.* 1627. in 4. Conf. Iacobi le Long *Bibliotheca Sacr.* Tom. II. p. 875. Fuit vero iſte IO. NAPIERVS, ſeu vt plerumque ſcribitur IO. NEPERVS, celebris ille Scotiae Baro, & Comes Marchtonenſis, Mathematicus inſignis, qui per *Rhabdologiam*, ſeu numerationem per virgulas, cuius eſt inuentor maxime celebris factus eſt.

NARRATIO de rebus geſtis Stephani I. Regis Poloniae, Magni Ducis Lithuaniae &c. contra Magnum Moſchorum Ducem. *Romae apud haeredes Antonii Bladii, impreſſores Camerales.* 1582. in 4. pp. 48.

Inueniuntur in rariſſima collectione, quam Flaminio Nobilio acceptam referimus, quinque opuſcula, quae, propterea quod paucis conſtant foliis, facile e conſpectu ſubmoueri ſolent. I. *Edictum regium Suirenſe, ex quo cauſſae ſuſcepti, in Magnum Moſcouiae Ducem, belli cognoſcentur.* II. *Edictum regium de ſupplicationibus ob captam Polociam.* III. *Epiſtola, qua ordines ad regni comitia conuocantur.* IIII. *Rerum poſt captam Polociam contra Moſcum geſtarum narratio.* V. *Commentarius rerum, a Stephano rege Poloniae, in ſecunda expeditione, aduerſus Magnum Moſcorum ducem geſtarum an.* 1580. Dedicauit Flaminius Nobilius, hanc Collectionem Stanislao Karncouio, Archiepiſcopo Gnesnenſi. Plura vid. in I. D. Ianozki *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen* Bü-

Büchern P. I. p. 28. Fuit Flaminius Nobilius Patricius Lucenſis, philoſophus & Theologus, qui multis libris editis inclaruit. Fatis conceſſit, poſt egregie nauatam, in latinorum Bibliorum, a Sixto V. procurata editione, operam, cum Roma in patriam migraſſet 1590. aetatis anno LIIX. Vid. Iac. Aug. Thuani *Hiſtoriar.* L. XCVIIII. p. m. 882. Iacobi le Long *Bibliotheca Sacr.* Tom. I. p. 573.

GABRIEL NAVDÉ, le Marſore, ou Diſcours contre les libelles. *Paris* 1620. in 8.

Niceron Tom. VIIII. p. 83. ſcribit: *Ce livre eſt extremément rare.*

GABRIEL NAVDE, Inſtruction à la France, ſur la verité de l' hiſtoire des Freres de la Roſecroix. A Meſſire Gabriel de Guenegaud, Seigneur du dit lieu, & du Pleſſis Belleville, Conſeiller, Secretaire du Roi en ſes Conſeils d' état, & des Finances. *A Paris chez François Iuillet* 1623. in 8.

Recuſus liber fuit *Pariſiis chez Pierre Chevalier* 1624. in 4. *avec la Continuation, du progrès de l' hereſie de* Claude Malingre *Senonois.* Vid. *Naudaeana* p. 237. Niceron Tom. VIIII. p. 84. qui nominat *un Ouvrage tres-curieux; on y voit un detail exact, de tout ce qui regarde les prétendus freres de la Roſe-Croix, que* NAVDÉ *fait voir n' être que des impoſteurs.*

P. DOMINGO FERNANDEZ NAVARRETE, *de la Orden de Pred.* Tratados hiſtoricos, politicos, ethicos, y religioſos de la Monarchia de China. *En Madrit, en la Imprenta real* 1676. II. Tom. in fol.

Digitized by Google

Libri raritatem teſtantur Langleti du Freſnoy *Tablettes chronologiques* P. II. p. XLIIII.

MICHAEL NEANDRI, Opus aureum, planeque ſcholaſticum. *Baſil. per Ioann. Oporinum* 1559. in 4. mai.

Editio haec, quam in manibus habemus, Io. Alb. Fabricio, Nicerono, Cl. Vogtio, & aliis incognita fuiſſe videtur. Deſiderantur in hac noſtra editione, ex libris, quos Fabricius in *Bibliotheca Graec.* L. VI. Cap. X. p. 471. & Niceron Tom. XXX. p. 136. in editione *Lipſienſi* 1577. adeſſe ſcribunt, 1. *Gnomologici ex graecis Scriptoribus proſariis collecti, libri II.* 2. *Apophthegmatum e graecis Scriptoribus libri II. collecti a* Matthaeo Gotho *Elrichenſi.* 3. *Cointus Smyrnaeus*, & 4. Luciani *Somnium.* Reliqua omnia, in noſtra editione, & praeter ea etiam, Xenophontis *Hercules*, & *deſcriptio voluptatis & virtutis*, e Silii Italici L. XV. reperiuntur. Conf. de hac noſtra editione, ea, quae Michael Neander ipſe, in Appendice *Erotematum graecae linguae*, quae magni aeſtimantur, quoniam hiſtoriam, veterum Scriptorum litterariorum, praefatio exhibet, p. 409. de Scriptis ſuis adtulit. Praefationem *Erotematum gr. linguae*, quam memorauimus, Ioachimus Io. Maderus, *Collectioni*, quam *de Bibliothecis & archiuis* edidit, inſeruit.

MICHAEL. NEANDRI, Chronicon ſiue Synopſis hiſtoriarum, quae res geſtas praecipuarum in orbe gentium, a rebus humanis conditis, ad hanc vsque noſtram aetatem, certa expoſitionis, imperiorum, gentium, rerum variarum, & maxime inſignium, annorum item & temporum ſerie, annotatas & expoſitas continet. *Lipſiae* 1586. in 8.

Nice-

Digitized by Google

Niceronus rariorem hunc NEANDRI librum in Catalogo Operum NEANDRI plane omiſit. Praemittuntur variae Dauidis Chytraei, Georg. Fabricii, Io. Sambuci, Petri Monauii, Io. Michaelis Bruti, Reineri Reineccii, Petri Albini, Martini Cruſii, & aliorum ad MICHAEL. NEANDRVM & Petrum Monauium epiſtolae, & carmina. Acceſſerunt praeterea huic *Chronico* 1. *Applicatio ſingulorum ad ea, quae in Daniele propheta, de imperiorum mutatione, translatione, & eccleſiae afflictione ſcripta ſunt, ac tandem ſuo vbique loco autorum indicatio veterum atque recentium, graecorum & latinorum probatorum, vnde explicatio hiſtoriarum ſingularum, ac rerum luculentior peti poteſt.* 2. *Hiſtoriola eccleſiae ſiue populi Dei, politiae eiusdem, & rerum praecipuarum, quae in illo populo acciderunt.* 3. *Hiſtoria & narratio plane ſtupenda, prodigioſa, neque vllo aeuo audita, de* Pſeudo-Martino, *Gallo, callidiſſimo, & aſtutiſſimo impoſtore, qui fretus ingenio acri & ſubdolo, memoria incredibili, facundia ſingulari, pro vero marito ſe geſſit vxoris boneſtae ac formoſae, dum maritus eius verus,* Martinus Guerra, *militatum profectus, totum octennium domo abfuerat.*

MICHAELIS NEANDRI, Menſchen-Spiegel, das iſt von den Menſchen, vor dem Fall, nach dem Fall, vnnd irer Seligkeit, worinn ſie ſtehet, wodurch ſie dieſelbe bekommen vnnd behalten, von der ewigen Wonnen, von der Hellen. *Wittenberg.* 1588. in 8.

En libri titulum integrum, quem laudari & perrarum vocari, in *Catalogo Biblioth. Reimmann.* Tom. II. p. 219. ſcribit Cl. Vogtius p. 486.

Tragedia de F. N. B. intitolata libero arbitrio. 1546. in 4. pl. 20.

Digitized by Google

Huius *Tragoediae*, vel ſi mauis Satyrae, auctor eſt FRANCISCVS NEGRO *Baſſanenſis*, id quod e repetita eius editione nouimus, quae hoc titulo prodiit: *Della Tragedia di M.* FRANCESCO NEGRO, *Baſſaneſe, intitolata libero arbitrio, edizione ſeconda, con accreſcimento dell' anno* 1550. in 12. pl. 22. Anno 1559. eiusdem *Tragoediae* verſio prodiit latina in 8. cui FRANCISCI NIGRI, Baſſanenſis, nomen, quoque praefixum conſpicitur. Quae cum ita ſint, neſcimus, quae cauſſa fuerit, quam ob rem illa *tragoedia* Bernardino Ochino, in *Catalogo Bibliothecae Dalmannianae* tribuatur. Ita enim p. 176. eius titulus adducitur: *Tragedia intitolata: libero arbitrio da Bernard. Ochino* 1546. in 4. Extat quoque eius *Tragoediae* verſio gallica titulo: *Tragedie du Roy Franc-Arbitre. En laquelle les Abus, pratiques & ruſes cauteleuſes de l' Antechriſt ſont au vif declarées, d' un ſtil fort plaiſant, & recreatif. Nouvellement traduict de l' Italien en François. Imprimé à Villefranche avec privilege* 1559. in 12. pp. 406. Cui editioni Ioannes Criſpinus, Bibliopola Geneuenſis, praefatus eſt. Quod vero ad *Tragoediae* argumentum, eiusque Auctorem adtinet, vid. de iis die *Merckwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 468 ſqq. & 512.

THOMAE NETTERI, *Waldenſis*, *Angli*, Doctrinale antiquitatum fidei, & Eccleſiae Catholicae, III. Tomis diſtinctum. *Paris* 1532. III. Tomis in fol. *Salamantic.* 1556. III. Tom. in fol. *Venet.* 1571. III. Tom. in fol.

Raritatis teſtes habemus, Langleti du Fresnoy *Tablettes chronologiques* Tom. II. p. 373. Poſteriorem editionem *Venetam*, accepimus a Baptiſta Rubeo, qui totum opus recognouit, & triplicem adiecit indicem. Tomo I. agitur de Deo, Chriſto, Petro, Eccle-

Eccleſia, Religioſis. Tomo II. de Sacramentis. III. de Sacramentalibus, aduerſus Wicleſitas, & Huſſitas, eorumque adſeclas recentiores. Oriundus fuit THOMAS NETTERVS, vir ſuae aetatis celeberrimus, e vico Walden, in agro Eſſexienſi, Magiſter Oxonienſis, & Carmelitarum Ordinis, Londini, Prior generalis, & Henrici V. Anglorum Regis Confeſſionarius, a quo, anno 1409. ad Concilium Piſanum, anno 1415. ad Concilium Conſtantienſe, & anno 1419. ad Vladislaum Poloniae Regem, Alexandrum Lithuaniae Ducem, & Michaelem Ordinis Teutonici Magiſtrum, miſſus fuit legatus. Diem obiit ſupremum Rothomagi, in Gallia, anno 1430. Vid. de illo Io. Lelandi *Commentar. de Scriptoribus Britannicis* P. II. p. 438. vbi THOMAS nominatur *Vallidenus*. Petri Lucii *Bibliotheca Carmelitana* p. 79 ſqq. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. III. p. 313. Sixti Senenſis *Bibliotheca Sancta* L. IIII. p. 331. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 666. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptoribus eccleſiaſticis* Tom. III. col. 2214. Chriſtian. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabricianae *med. & infim. Lat.* L. XVIIII. p. 741 ſqq. vbi plures, qui de THOMA NETTERO, Waldenſi, commentati ſunt, adducuntur Scriptores.

IO. NEVIZANI, Sylua nuptialis, bonis referta non modicis, nunc te, lector obnixe rogat, vt ſe aſpicias, deinde quod ſcriptum eſt legas, & protinus viſis opuſculi annotamentis, cum indice alphabetico contentorum narratiuo, laetaberis gaudio maximo. *Paris.* 1521. in 8.

Etſi variae huius libri extant editiones, nimirum *Lugdunens. apud Io. Frellonium* 1556. in 8. *Venetiis apud Franc. Zileti* 1570. in 8. *Lugdun. apud Anton. de Harſy* 1592. in 12. & aliae plures, rariſſime tamen

Digitized by Google

hodie inuenitur hic liber, cuius rei teſtem habemus Niceron Tom. XXIIII. p. 182. vbi dicit: *Ce livre eſt aſſez rare, malgré toutes ſes differentes editions* &c. Ea quae in libro tractantur, e titulo editionis *Lugdunenſis* 1556. omnium optime cognoſci poſſunt, qua de cauſſa illum hic adiiciemus. *Sylvae nuptialis libri VI. In quibus ex dictis Moder. materia matrimonii, Dotium, filiationis, adulterii, originis, ſucceſſionis, & monitorialium pleniſſime diſcutitur: vna cum remediis, ad ſedandum factiones Guelphorum & Gibellinorum. Item modus iudicandi & exequendi iuſſa principum. Ad haec de authoritatibus doctorum, priuilegiisque miſerabilium perſonarum. Quae omnia ex quaeſtione, an Nubendum ſit, vel non, deſumpta ſunt.* Niceron l. cit. de illo ſententiam ſuam ita exponit: NEVIZANVS *a fait connoitre l'inclination, qu'il avoit à debiter des plaiſanteries, & y a etalé une erudition aſſaiſonnée de curioſités divertiſſantes, mais une erudition mal digerée, car ſon livre eſt un vrai fatras, où il a ramaſſé differentes choſes, qui n' ont aucune liaiſon entre elles, & qui ſont noyées dans une infinité des citations. Il avoit tellement la fureur de citer, que lorsqu'il rapporte un paſſage de l' Ecriture, il ne ſe contente pas de marquer l'endroit, d' où il eſt pris, il y joint encore les citations de cinq ou ſix Iuriſconſultes, qui l' ont allegué. — au reſte on trouve dans l' Ouvrage bien des Choſes ſingulieres, & des penſées originales.* Addere debuerat, multa quoque abſurda & paradoxa, quae ſub cenſuram, pro eo ac decebat, vocauit Petrus Maturus S. I. iuſſu officii Inquiſitionis Mantuani. Vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. II. p. 224 ſqq. Conf. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2086. Fuit IOANNES NEVIZANVS, Aſtenſis, Franciſci Neuizani filius, & Iurisprudentiae operam dedit. Guidus Panzirollus *de claris legum Interpretibus* L. II. Cap. CLV. p. m. 265. illum quidem caelibem egiſſe vitam, ex quadam tamen Iacobeta, filium reliquiſſe, ſcribit,

qui

qui omnibus bonis ſpoliatus, ad extremam inopiam, ac demum inſaniam peruenerit, & anno 1540. diem obierit ſupremum. François de Billon, in libro, cui titulus: *Le Fort inexpugnable de l'bonneur du Sexe feminin, Paris* 1555. fol. 17. teſte Bailio & Nicerono ll. citt. hanc de eo refert hiſtoriam, quam Bailius ipſius Auctoris adfert verbis, nos vero Niceronium, qui eam paullo ſuccinctius & brevius adtulit, in ea repetenda ſequemur. Ita vero hic: *Il dit, ſcil.* Fr. de Billon, *que les Dames de Turin, choquées des mediſances, qu'il avoit debitées, contre le Sexe, dans ſa* Forêt nuptiale, *& determinées à s'en venger, allerent un jour le prendre, & le chaſſerent à coups de pierres, de la ville, qu'il obtint à la verité, quelque tems aprés, la liberté de revenir, mais que ce ne fut qu'aprés avoir fait devant elles amende honorable à genoux, ayaut attachés au front, pour marque de ſon repentir ces deux vers latins:*

Ruſticus eſt vere, qui turpia dicit de muliere;
Nam ſcimus vere, quod omnes ſumus de muliere,

Il ajoute que depuis ce tems-la jusqu' à ſa mort, il ne put jamais trouver de femme, ſi vieille qu'elle fut, qui voulut faire ſon lit.

NICEPHORI *Blemmidae*, Epitome phyſica, quam ante annos 370. ab Autore conſcriptam, iam primum e manuſcriptis codicibus Bibliothecae Auguſtanae, graece edidit M. Ioannes Wegelinus. *Auguſtae apud Georg. Willer.* 1605. in 8.

NICEPHORI *Blemmidae*, Epitome phyſica latine verſa, cum breui Analyſi ſingulorum capitum, argumentis, allegationibus & marginalibus, notisque illuſtrata a M. Ioanne Wegelino,

no, Auguſtano. *Auguſtae apud Georg. Willer.* 1606. in 8.

De inſigni, vtriusque libri, in primis vero latinae verſionis, raritate, vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. Graeca* L. V. Cap. 5. p. 342. qui illam non editam eſſe, contra Caueum, contendit. Non vero hanc ſolam, ſed omnes Ioannis Wegelini, qui, a Gerdeſio in *Florileg.* p. 214. haud ſatis adcurate, *Thomas* adpellatur, veterum Auctorum graecorum editiones, & praeſertim verſiones, rariores eſſe, teſtantur die *Merckwürdigk. der koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 393 ſqq.

PETRI NIGRI, Tractatus contra perfidos Iudaeos, de conditione Meſſiae veri ad Pſalm. CXIIX. 12. Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus eſt in caput anguli. *Eslingae per Conradum Fyner* 1475. in fol. ſeu 4. mai.

Haec prima libri rariſſimi editio eſt, Epiſcopo Ratisbonenſi Henrico III. de Absperg dicati. Vid. Michael. Maittaire *Annal. Typographic.* Tom. I. p. 345. & Scriptores ab illo citatos. Io. Saubertus in *Hiſtoria Biblioth. Norimbergens.* p. 126. Valentin. Erneſt. Loeſcherus in *Stromat.* Sect. XI. p. 242. & Cornel. a Beughem in *Incunabulis typographicis* p. 99. librum *de perfidia Iudaeorum*, ab eo diuerſum eſſe ſcribunt, quem *de conditione veri Meſſiae*, nonnulli adlegant. Ioan. Albert. Fabricius vero L. XIII. *Biblioth. med. & infim. Lat.* p. 406 vnum eundemque librum eſſe, demonſtrat, cuius ſecunda editio prodierit *Norimbergae* 1477. Conf. de illa quoque Maittaire l. cit. Tom. I. p. 381. Saubertus l. cit. p. 132. Beughem l. cit. Fuit PETRVS NIGER, qui & alio nomine PETRVS *Schwartz* dicitur, Germanus, Ord. Praedicator. qui

qvi hebraicas litteras a Iudaeis, in Hiſpania edoctus, in variis Galliae, & Germaniae Academiis, quas Fabricius l. cit. nominat, theologicis ſtudiis dedit operam. Tandem euocatus Budam, a Matthia Hungariae rege, poſt an. 1481. diem obiit. Iacobus Quetif in *Scriptor. Ordin. Dominicanor.* Tom. I. p. 861. librum de quo mentionem fecimus, ſub perſona PETRI NIGRI adducit. Tom. vero I. p. 855. eundem librum, duplici errore deformatum, PETRI ſcilicet *Teutonis*, *contra Indos* adfert. PETRVS enim *Teuto*, idem NIGER eſt, pro *contra Indos* autem, *Contra Iudaeos*, ſcribi debebat. Conf. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 562. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. III. p. 62.

PETRI NIGRI, Stern des Meſchiach. *Eslingen* 1477.

Hunc librum, liberiorem verſionem germanicam antecedentis operis referre, vberius explicatam & XI. diſtributam libris ſcribit I. A. Fabricius l. cit. p. 406. In Mich. Maittaire *Annal.* Tom. I. p. 381. & ap. Saubertum l. cit. p. 132. inuenimus *Bruder* PETERS *Prediger Ordens Tr. wider die Iuden*, *Eslingen per Conrad. Fyner.* 1477. quem eundem librum eſſe ſuſpicamur.

LVDOVICI NOGAROLAE, de Nili incremento dialogus. *Venetiis* 1552. in 4.

Hanc editionem, adeo raram factam fuiſſe, teſtatur Niceron Tom. XII. p. 308. vt cum hunc *Dialogum* denuo edere voluiſſet Fridericus Nogarola, nullum eius inuenire poſſet exemplar, & ideo cogeretur, illum e MSto Auctoris edere *Mediolani* 1626. in 4.

Digitized by Google

LVDOVICI NONNII, Diaeteticon, ſeu de re cibaria Libri IIII. *Antw.* 1627. in 8.

Miramur Bibliophilum Hamburgenſem, apud Cl. Vogtium p. 488 ignorare, tres huius libri, quae nobis innotuerunt, extare editiones, ſcilicet hanc *primam*, deinde *Antwerpienſem* 1633. in 8. & longe locupletiorem auctioremque *Antwerpienſem* 1646. in 4. M. de Vigneul-Marville Tom. I. des *Melanges d' hiſtoire & de litterature* p. ſtatim 1. hunc librum eſſe ait *un excellent Traité*, huncque addit: *on ne peut rien lire en ce genre ni de plus utile, ni plus agreable.* Conf. I. A. Fabricii *Bibliographia antiquaria* cap. XVIIII. p. 580.

IACOBI NOVELLI, *Iur. Doctoris*, Volumen Statutorum Legum ac iurium D. Venetorum, cum ampliſſimo indice omnium materiarum, quae in ipſis Statutis continentur, alphabetico ordine adcommodato. &c. *Venet.* 1586. in 4.

Editio iis adiungenda, quas Cl. Vogtius, p. 489. adtulit.

IOANNIS NOVIOMAGI, de numeris libri duo. Quorum prior Logiſticen & veterum numerandi conſuetudinem, poſterior theoremata numerorum complectitur. *Coloniae Ioannes Gymnicus excudebat* 1544. in 8. fol. 60.

Prima huius libri editio prodierat *Paris.* 1539. ſed haec noſtra editio, recens ab Auctore recognita ipſo dicitur. Docuit vero IOANNES NOVIOMAGVS, ſeu NEOMAGVS, Dauentriae, poſt Seculi XVI. initium, variiſque ſcriptis mathematicis inclaruit, quae apud Franciſc. Sweertium, in *Athenis*

Bel-

Belgicis p. 457. apud Valer. Andream, in *Bibliotheca Belgica* p. 468. recenſentur. An ille IOANNES NOVIOMAGVS, a Ioanne Bronchorſtio, *Nouiomage*, qui Roſtochii docuit, vt Fabricius L. VIIII. *Biblioth. med. & infim. Lat.* p. 319. putat, alius fuerit, pro certo nos adfirmare non poſſumus. In *Lexico Eruditorum* vterque locum inuenit, ſed alteri, alterius tribuuntur ſcripta, id quod nos adducit, vt IO. NOVIOMAGVM, & Io. Bronchorſtium, *Nouiomagum*, vnum eundemque virum eſſe credamus, qui primo Dauentriae, poſtea vero Roſtochii docuit. Confirmare noſtram videtur ſententiam, editionis, libri *de numeris* quam adduximus, dedicatio, qua, librum ſuum IO. NOVIOMAGVS Andreae Eggerdae, Roſtochienſis Profeſſoris, nomine inſcripſit.

IO. NYDER, ſeu NIDER, Opuſcula pleraque,

in librorum rariorum Catalogis locum merentur. Vitam IOANNIS NYDERI, e pago Sueuiae, oriundi, & Ordinis Praedicator. Prioris, Conuent. Baſileenſis, paullo vberius expoſuit, Georgius Colvenerius, IO. NYDERI *Formicario*, quem edidit *Duaci* 1602. in 8. praemiſſ. Conf. quoque praeter Scriptores a Cl. Vogtio p. 489. & a Gerdeſio p. 215. cit. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* T. II. p. 233. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptoribus eccleſiaſtic.* T. III. col. 2371. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Latinit* L. VIIII. p. 213 ſqq. Ex operibus eius in Bibliotheca Portenſi publica adſeruantur, ea, quae nobis inſpicere licuit. *Praeceptorium diuinae legis, ſeu Expoſitio decalogi.* editio antiqua in fol. folior. 330. cuius in fine haec leguntur: IOHANNIS NYDER *ſacre pagine egregii doctoris ordinis predicatorum Conuentualis nurenbergenſis preceptorii preclariſſimum opus quodam digne admiracionis modo.* Non

pen-

pennis vt priſci quidem, ſed litteris ſculptis artificiali certe conatu ex ere. Remota nempe indagine. Ingeniique diuerſa in quitatione illuſtre figuratum accurrate denique correctum. Ac per prouidum Leorſum Husner ciuem vrbis famoſe argentinenſis completum ac terminatum eſt ydus Februarii. Anno 1476. Conf. Michael. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 369. vbi tamen in ſubſcriptione, nonnulla omiſſa conſpiciuntur. Eiusdem libri alia vetuſta editio, charactere paullo minore impreſſa, in fol. ſine typographi, loci, & anni indicio, folior. 299. Eiusdem libri editio antiqua in 4. fol. 224. cuius in fine legimus: *Impreſſum Nurnbergae Impenſis Anthonii Koburgers. Anno dom.* 1496. *Quinto Kal. Aug.* Eiusdem *Formicarius*, editio peruetuſta, ſine anni, typographi & loci facta mentione, in fol. folior. 125. In principio & fine codicis haec reperiuntur: *Formicarii liber iuxta edificationem fratris* IOHANNIS NYDER *ſacre theologie profeſſoris eximii, qui vitam tempore concilii conſtancienſis Baſilienſisque duxit in humanis.* Idem liber, editio recentior, titulo: *Formicarius* IOANNIS NYDER *theologi profundiſſimi, pulcherrimus Dialogus ad vitam Chriſtianam exemplo conditionum Formice incitatiuus: hiſtoriisque Germanie refertiſſimus, mentionem paſſim faciens, de Principibus, Epiſcopis, Prelatis, Sacerdotibus, Monachis, Monialibus, Beguinis & Beghardis, Rebuspublicis, Ciuibus, Coniugatis, Viduis, Virginibus, Maleficis, Necromanticis, Incubis & Succubis, Mania, ac ceteris lectu dulcibus & vtilibus.* 1517. in 4. fol. 91. excepto titulo, prologo, & indicibus. In fine haec leguntur verba: *Formicarium* IO. NYDER, *ſumptibus prouidorum Io. Knoblouchi, & Pauli Gotz Iohannes Schottus prelo ſuo Argentine reſtituit.* Hanc editionem curauit Iacobus Wympfelingius, qui in fine libri *epiſtolam* adiecit, *ad nobilem bonae indolis adoleſcentem* Wernherum de Vrſirupe, *vulgo* Berenfels, *qua illum hortatur, vt a militia, cui ſe deſtinauerat, animum auertat.* Haec edi-

Digitized by Google

editio Michaeli Maittaire incognita fuit. *Venerabilis magiſtri* IOHANNIS NYDER *Ordinis predicator. tractatus de morali lepra*, in 4. fol. 102. editio, omni, anni, loci, & typographi indicio, deſtituta. De reliquis IOANNIS NYDERI operibus, eorundemque editionibus plura vid. in I. A. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Lat.* l. cit.

O.

LOPEZ DE OBREGON, Confutacion del Alcoran y Secta Mahometana ſacado de ſos proprios libros y la vida del miſmo Mahoma. *En Granada* 1555. in fol.

Hanc editionem raram adfert *Catalogus Bibliotb. Hulſian.* P. V. p. 297.

BERNARDINI OCHINI, *Senenſis*, Scripta fere omnia

eſſe rariora, teſtatus eſt Cl. Vogtius p. 490. Conf. de B. OCHINI libris Niceron Tom. XVIIII. p. 166-184. Anton. Mariae Gratiani, *vita Io. Franciſc. Commendoni Cardinalis* C. VIIII. p. 138. edit. *Patauin.* 1685. in 12. e quibus ea, quae Cl. Vogtius iam adtulit, ſuppleri poſſunt.

CAROLI OGERII, Ephemerides, ſiue iter Danicum, Suecicum, Polonicum, cum eſſet in comitatu Illuſtriſſ. Claudii Memmii Comitis Auauxii, ad Septentrionis Reges extraordinarii legati. Accedunt Nicolai Borbonii ad eundem legatum epiſtolae hactenus ineditae. *Lutetiae Pariſiorum. Apud Petrum le Petit Regis Typographum, via Iacobaea ſub ſigno Crucis aureae.* 1656. in 8. pp. 532.

Bi-

Digitized by Google

Bibliotheca Anonymiana Norimbergenſis p. 255. librum vocat, *rariorem certe quam rariſſimum*, & *fere his oris nullibi obuium.* Confirmat ſuo, hoc elogium, teſtimonio Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zalusk. Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern.* P. II. p. 108 ſqq. vbi librum paullo vberius recenſet, illumque non ab ipſo CAROLO OGERIO, ſed a Franciſco fratre, celeberrimo Galliae oratore, cuius *Actions publiques. Paris chez P. le Petit* 1656. & 1655. II. Tom. in 4. prodierunt, biennio poſt CAROLI mortem, editum eſſe ſcribit. Ipſe CAROLVS OGERIVS vitae ſuae ſuccinctam dedit deſcriptionem, hoc epigrammate ſepulchrali

Pio Viatori:

Perlege, parua mora eſt: tumulo decumbit in iſto
CAROLVS OGERIVS,
Natus Pariſiis, Mederici *fonte renatus.*
Prima elementa puer
Pariſiis *didicit. Humanis artibus illum*
Inſtituit Biturix.
Inde Valentina, *ſtudiis non ſegnibus, hauſit*
Iura latina, ſchola.
Pariſio *demum exercens vtcumque Senatu*
Munera Cauſidici.
Heu fata! heu leuitas! mutatur & ad noua vertit
Illico conſilia.
Ergo abit ad Danos, *ad* Suecos *atque* Polonos;
Memmiademque ſequens
Per mare, per terras, vires amiſit eundo:
Atque ſiniſtro oculo
Captus; ſcribendis animum, quae plurima vidit
Appulit hiſtoriis.
Fors ſortem mutaſſet adhuc, fixiſſet in iſto
Hunc niſi mors tumulo.

R. P. F. SIMONIS OKOLSKI, *S. T. M. prioris Tyſmienicen.* Ruſſia, Florida Roſis & Li-

Digitized by Google

Liliis. Hoc eſt ſanguine, Praedicatione, Religione, Vita. Antea F. F. Ordinis Praedicatorum Peregrinatione Inchoata. Nunc Conventuum, in Ruſſia, ſtabilitate fundata. *Leopoli. Typis Collegii Societatis Ieſu, apud Sebaſtian. Nowogorski, Archiepiſcopalem typographum.* 1646. in 4. pp. 172.

In ipſa Polonia, hunc librum, qui ad hiſtoriam Ordinis Praedicatorum ſpectat, rariſſimum eſſe, teſtatur Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P.I. p. 60. Duabus liber abſoluitur partibus: Prima agitur, *de Origine Appellationis Ruſſiae; de Diuiſione Ruſſiae; de Ducibus Ruſſiae; de Religione Ruſſiae; de FF. Peregrinantibus* (intelligit auctor Miſſionarios Ordinis Praedicatorum) *in Ruſſia; de Priuilegiis Peregrinantium; de imaginibus Peregrinantium; de Inchoatione prouinciae Ruſſiae; de Natis & Educatis, in Ruſſia, Doctis & Deum Timentibus ab Antiquo; de Actis Capitulorum pro prouincia Ruſſiae; de Prouincialibus & Vicariis Congregationis; de Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in prouincia Ruſſiae.* In ſecunda parte nonnulla inueniuntur *de Fratribus, a Tartaris, Turcis, & Valachis, occiſis; de Fratribus in captiuitatem Turcicam, Tartaricam, & Moſchouiticam deductis; de Fratribus, a Praedonibus ſpoliatis & percuſſis; de Fratribus pie defunctis; & de Fratribus, Scientia & Praedicatione, illuſtribus.*

AVGVSTINI OLDOINI, Athenaeum Romanum, ſeu de Pontificum & Cardinalium Scriptis. *Perus.* 1676. in 4.

Eiusdem, Athenaeum Auguſtum, in quo Peruſinorum ſcripta publice exponuntur. *Peruſiae*

typis, & exſpenſis Laurentii Ciani, & Franci ſci Deſideri 1678. in 4.

Eiusdem, Athenaeum Liguſticum, ſeu Syllabus Scriptorum Ligurum, nec non Sarzanenſium, ac Cyrnenſium Reipublicae Genuenſis Subditorum. *Peruſiae ex Typographia Epiſcopali, apud H. H. Laurentii Ciani, & Franciſcum Deſiderium. Superior. permiſſu.* 1680. in 4.

Tria haec OLDOINI, e Societ. Ieſu, *Athenaea*, nos poſſidemus ipſi, eaque inter libros rariores, qui bibliothecam ornant, haud immerito referimus.

L' Alamanna di ANTON FRANCESCO OLIVIERO *Vicentino*, data in Rime. *In Venez. da Vincenzo Valgriſi.* 1567. & 1568. II. Tom. in 4.

Liber rarus, multis figuris, nitidiſſime ligno inciſis, exornatus. Vid. *Catalog. Biblioth. Dalmannianae* p. 289. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari, nella lingua Italiana.* p. 116. vbi haec adnotata legimus: *Queſto Poema, è diviſo in due parti — ciascuna comprende XII. Libri; ma la prima è ornata di figure intagliate egregiamente in legno, del qual' ornamento è priva la ſeconda: In fine di queſt' Opera vi è un altro Poema parimente in verſi ſciolti d' un ſolo Libro, intitolato* Carlo V. in Olma, *oltraciò ve n' è un altro ſimile intitolato* l' origine di Amore; *e finalmente una Canzone* ſopra le Guerre d' Italia del 1557.

OPPIANI *Anazarbei*, de piſcatu libri V. de Venatione libri IIII. *Pariſiis typis regiis apud Adrianum Turnebum typographum regium* 1555. in 4. pp. 218.

Haec

Haec editio nitidiſſima, & rariſſima textum ſolum graecum exhibet. Illam vero non a Guil. Budaeo, vt nonnulli ſibi perſuadent, ſed ab Adriano Turnebo ipſo, in lucem emiſſam eſſe, ipſa haec editio teſtatur. His enim verbis noſtrae editionis, editor Adrian. Turnebus lectorem in libri fine compellat: *Septem abhinc annis leuiter emendaueram* OPPIANVM de Venatione, *partim animi coniectura, partim libri veteris ope. Eas emendationes quidam vſurpauit, & ſibi donauit, quas tamen non putabam tanti vt in furtiuis rebus eſſe deberent: eas a nobis vindicatas & recuperatas eſſe, nemo conqueri debebit. Nam rerum furtiuarum lege aeterna eſt auctoritas* &c. Hoc vero plagium a Io. Bodino, qui eodem anno *Paris. apud Michael. Vaſcoſanum* OPPIANVM *de Venatione latino carmine verſum* in 4. *cum commentario* edidit, admiſſum eſſe, teſtatur Iacobus Bongarſius in *epiſtola ad* Conrad. Rittershuſium apud Paull. Colomeſium in *Gallia orientali* p. 53. edit. quae *Hag. Comit.* 1665. in 4. prodiit, vbi inter alia ſcribit: *Iam edidiſſe illum*, ſcil. Bodinum, *lectiones* Turnebi *in* OPPIANVM, *pro ſuis, nemo noſtrorum ignorat.* Conf. I. A. Fabricii *Biblioth. Graec.* L. IIII. c. XX. p. 627 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XVII. p. 255. Eundem vero Turnebum, eodem anno, etiam OPPIANI *de venatione libros IIII. ita conuerſos, vt ſingula verba, ſingulis reſpondeant, Pariſiis* in 4. edidiſſe, idem teſtatur Niceron Tom. XXXVIIII. p. 347. Inſerta poſtea fuit iſta verſio Tom. II. *Operum* Adriani Turnebi, *quae ex Bibliotheca* Stephani Adriani F. Turnebi, *Senatoris Regii, in vnum collecta, emendata, aucta & tributa in Tomos III. Argentorat.* 1600. in fol. prodierunt. Guilielmum vero Budaeum, OPPIANVM anno 1555. edidiſſe, ideo cum Fabricio non crediderimus, cum in nullo Catalogo, eiusmodi vnquam editionem inuenerimus, ſi *Heinſiani Bibliothecae* exceperis *catalogum*, cuius auctoritate Polycarpus Lyſerus, in *Selectis de vita & Scriptis*

Io. Bodini §. 13. vbi Fabricio contradicit, tantummodo nititur. Praeterea illi, qui vitam Guil. Budaei litteris conſignarunt, inter quos eminent, Ludouicus Regius, apud Guil. Bateſium in *vitis Selectorum aliquot virorum* p. 215-239. P. Baile dans le *Dictionaire* Tom. I. p. 690 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. IIX. p. 371-389. Mr. Boivin dans l' *Hiſtoire de l' Academie Royale des Inſcriptions & belles Lettres* Tom. III. p. 528-535. edit. *Amſterd. chez François Changuion.* 1731. in 12. nihil de eiusmodi editione memorant, & quod magis noſtram confirmat opinionem, ipſe Budaeus, iam anno 1540. d. XXIIII. Aug. anno aetatis LXXIII. vt viri modo citati teſtantur, diem obiit. Sunt quidem, qui, cum Io. Launoio in *Hiſtoria gymnaſii Nauarrei* p. 882. illum anno 1573. die I. Sept mortuum eſſe ſcribunt, ſed illos errare patet, cum extra omnem dubitationem poſitum ſit, illum anno 1467. patre Ioanne Budaeo, matre vero Catharina le Picart, Lutetiae Pariſiorum natum fuiſſe; quem annum ſi cum Budaei aetate contuleris, Launoium opinione deceptum fuiſſe, intelliges. Conf. de Controuerſia ob OPPIANVM, inter viros doctos agitata, Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 504.

La veritable ORIGINE de la maiſon d'Alſace, de Lorraine, d'Autriche, de Bade, & de pluſieurs autres, avec les Tables généalogiques des deſcentes & des branches desdites Maiſons, depuis l'an de I. C. 600. jusqu'à preſent, le tout juſtifié par Titres, Chartres, &c. *A Paris* 1649. in fol.

Opus hoc tam rarum eſt, vt nec viro his in rebus experientiſſimo, P. le Long, *qui in* Bibliotheque hiſtorique de la France L. IIII. c. 2. *Scriptores Lotharingiae, longa ſerie, ſatis operoſe recenſet, cognitum fuerit.*

Stru-

Struuius *in* Bibliotheca Hiſtorica c. XXIIII. §. 18. Theodorum Godofredum *auctorem eius facit; ſed* Hieron. Vigerium *Presbyterum Oratorii*, *illius eſſe Compilatorem*, Blondellus, *in praefat. Apol.* & Iacobus Chifletius, *in tractatu*, *cui titulus:* Stemma Auſtriacum millenis abhinc annis: Hieron. Vigneri Cong. Orat. Presbyter, Priores nouem gradus elucubrauit, Io. Iacobus Chiffletius aſſuit atque illuſtrauit, Antw. 1650. in fol. *detexerunt. Raritatem huius libri inde ortam perbibent, quod quadraginta tantum exemplaria fuerint impreſſa, id quod haud adeo improbabile eſt, quoniam maioris operis, vt praefatio docet, prodromus tantum fuit.* Vid. *Catalogus Bibliothecae Rinkianae* p. 389. Cum vero Auctor huius obſeruationis Burcard. Gotthelf. Struuium erroris arguit, quod Theodorum Godofredum huius libri fecerit auctorem, ipſe errorem admittit. In ea enim editione quam de *Bibliotheca* Struuiana *hiſtorica, Ienae* 1705. edit. ad manus habemus l. cit. Cap. nimirum XXIIII. §. 18. p. 631. haec legimus: *Theodor. Godofredus de vera origine Ducum Lotharingiae ſcripſit gallice, Pariſiis* 1624. 4. Haec vero cum veritate omnino congruunt; ſcripſit enim Theodor. Godofredus librum, *de la veritable Origine de la maiſon d' Autriche, contre l' opinion de ceux, qui la font deſcendre en ligne Maſculine des Rois de France de la race Merovingienne;* nec non alium huc ſpectantem; *Genéalogie des Ducs de Lorraine fidélement recueillie de pluſieurs Hiſtoires & Titres autentiques*, quorum vterque *Pariſiis* 1624. in 4. prodiit. Conf. de Hieron. Vignier libro Niceron *Memoires* Tom. II. p. 360.

STANISLAI ORICHOVII, *Ruteni*, Funebris Oratio, habita ad Equites Polonos, in funere Sigismundi Iagellonis, Poloniae Regis. *Cracouiae*, *apud Viduam Floriani Vnglerii* 1548. in 8. pp. 104.

Rariſſimam eſſe hanc orationem, qua STANISLAVS ORZECHOWSKI, *Demoſthenis Polonorum*, conſequutus eſt elogium, teſtatur Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 80 ſqq. Inſerta illa oratio fuit *Orationibus funebribus in morte Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum* &c. *habitis a Legatis Viriſue ſuae aetatis doctiſſimis* quae prodierunt *Hanou. typis Wecbelianis* 1613. in 8. p. 30-77. In eadem Collectione etiam reperitur p. 286-322. *Oratio* Martini Cromeri, *in funere Optimi & Maximi Principis*, Sigismundi, *eius nominis, primi, Polonorum, Lituanorum, Ruſſorum, Pruſſorum, & Maſouiorum Regis* &c. *Cracouiae* 1548. *ad VII. Kal. Aug.* quam idem Ianozki l. cit. p. 79. ab inſigni raritate laudauit.

Statuta inclyti ac heroici ORDINIS Equitum immaculatae virginis. in 4. pl. 5.

Hiſtoriam rariſſimi huius libri, impenſis Vladislai Poloniae Regis, quo ille tantummodo Principes, aliosque viros in ſumma dignitate conſtitutos, donauit, impreſſi, paullo vberius exponit Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 108 ſqq. qui, illum iuſſu Vladislai Regis, a Georgio Oſſolinski, Comite in Tenczyn, quem Rex, Romam, miſerat legatum, vt a Pontifice Statutorum impetraret confirmationem, conſcriptum eſſe, adſerit.

Dell' ORIGINE de' Barbari, che diſtruſſero per tutto il mondo l' Imperio di Roma; ond' ebbe principio la Città di Venezia, con un Cronico, che ſerve alle nazioni ricordati in eſſi, & particolarmente ſopre le Coſe de' Veneti

ti dalla prima origine della Città ſino all' anno 800. *In Venezia* 1557. in 4.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 506. Recuſum librum eſſe *Venet.* 1558. in 8. teſtatur Nicol. Franc. Haym nella *notizia de' libri rari, nella lingua italiana* p. 47.

STANISLAI ZDESCHEKI OSTROWSKI, *Abbatis Premetenſis*, de Trinitate Liber I. Contra impia ſcripta, Simonis Budnaei, Martini Cechowicii, Stanislai Farnowii & aliorum Antichriſtorum Anabaptiſticorum, catholicam Trinitatis fidem, & Ieſu Chriſti, Altiſſimi Dei noſtri diuinitatem, in Polonia & alibi oppugnantium. *Cum gratia & priuilegio S. R. M. Poſnaniae in officina Typographica Ioannis Wolrabi* 1591. in 4. pp. 202.

Refutatio examinationis Fauſti Infauſti Socini, qua impius Antrinitarius, & verus Samoſatenus, conatus eſt reſpondere, ad quoddam Catholicorum argumentum, pro Trino & Vno Deo, allatum. Per STANISLAVM ZDESCHEKVM OSTROWSKI, *Abbatem Premetenſem.* Ad Sereniſſimum & potentiſſimum Principem Sigismundum III. Poloniae & Sueciae &c. Regem, conſcripta. Huic adiectae ſunt quaedam Theſes, de Chriſto, a vera Diuinitate excludendo, niſi ſit caeli terraeque creator, vna cum refutatione reſponſionum Socini. *Poſnaniae in Officina Typographica vidua & haeredum Ioannis Wolrabi* 1594. in 4. pp 468.

Digitized by Google

Omnia huius auctoris ſcripta, in ipſa Polonia, ob impreſſorum exemplarium paucitatem, eſſe rariſſima, teſtatur Reuerendiſſ. & illuſtriſſ. Princeps Ioſephus Andreas Comes Zaluskius, Supremus regni Poloniae Referendarius &c. litterarum in Polonia Reſtaurator Clementiſſimus, apud I. D Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zalusk. Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 114 ſqq. vbi librorum a nobis adductorum reperitur recenſio.

OTTFRIDI, *Monachi Weiſſenburgenſis*, Euangeliorum liber, veterum Germanorum grammaticae, poeſeos, theologiae, praeclarum monumentum. Euangelien Buch in Altfrenckiſchen Reimen durch OTTFRIDEN *von Weiſſenburg*, *Münch zu St. Gallen*, vor ſibenhundert Iahren beſchrieben, jetzo aber mit Gunſt des geſtrengen, Ehrenveſten Herrn Adolphen Hermann Riedeſel, Erbmarſchalck zu Heſſen, der alten deutſchen Sprach und Gottesforcht zu erlernen in Druck verfertiget. *Baſel* 1571. in 8.

Vid. de hoc libro rariſſimo praeter Scriptores a Cl. Vogtio p. 508. cit. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. II. p. 545. Io. Georg. Eccardi *Hiſtoria ſtudii etymologici linguae germanicae hactenus impenſi* Cap. VIIII. p. 86 ſqq. Eiusd. praefatio *incerti monachi Weiſſenburgenſis catecheſi theotiſcae* praemiſſa. I. Franc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologic.* P. II. p. 1546. & p. 1841. I. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. XIIII. p. 535 ſqq. Petrus Lambecius in *Commentar. Bibliothecae Caeſar. Vindobonenſ.* Tom. II. p. 459. 460. it. p. 757—761. & ex illo, Caſimir. Oudinus, in *Commentar. de Scriptoribus eccleſiaſticis*, Tom. II. col.

312

Digitized by G

312—317. Ioh. Balthas. Ritter, *Leben und Tod* M. Matthiae Flacii *Illyrici* p. 352. edit. *Francof.* 1725. in 8. M. Dauid. Hofmanni, Gymnaſii Vratislau. Eliſabethani Profeſſor. publ. OTTFRIDVS *Monachus Weiſſenburgenſis quatuor Euangeliorum Interpres celeberrimus. Helmſtad.* 1717. in 4. pp. 24.

A. R. IOANNIS OTREMBI, Vox Clamantis in deſerto, a Lutheriſtis, Eccleſiae Catholicae paradiſo. Seu fides & ſecta Lutherana, in quaeſtionem vocata. *Cracouiae ex officina Schedeliana. S. R. M. Typogr.* 1681. in 8. pp. 248.

Huius libri, qui atrociſſimis in Diſſidentes iniuriis, refertus eſt, Auctor praepoſitus fuit Zychlinenſis in Polonia. Vid. Io. Daniel. Ianozki *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 71 ſqq.

IACOB VAN OVDENHOVEN, Harlems Wieg, of geſchiedkundige Bedenkingen over enige Oudheden, rakende den Toeſtand Oorſprong van de Stad van Haarlem, en haren Omring. *Haarlem* 1671. in 12.

Vid. Cl. Vogtius p. 509. Recuſus liber fuit *Rotterdam.* 1703. in 8. Scripſit idem Auctor *Oud en Nieuw Dortrecht. Haarlem* 1666. in 8. qui liber etiam raro obuius eſt.

Digitized by Google

P.

BARTHOLOMAEI PAAPROKEHO Diadochos (i.e. hiſtoria Bohemica ab anno 1607.) in fol.

Io. Petrus de Ludewig, huic libro, eiusmodi adſcripſit elogium: *Eſt hic liber fere vnicus, in quo nobilium Bohemiae familiarum ſtirpes deſcribuntur. Nam Bohemi eſſe malunt, quam dici. Propterea Scriptores alto ſupercilio vel contemſerunt, vel eos publica lege prohibuerunt, ne ſcriberent de argumento Bohemicae nobilitatis. Igitur maioris debet fieri noſter.* Balbinus *de illo ſentit bene. Sed hic theologus neſcit, quantum e re ſit, nobiles Bohemiae familias noſſe, & habere diplomata & libellos clientelares, quos in hoc volumine reperimus.* Vid. *Catalogus Biblioth. Ludewig* P. I. p. 1123. De reliquis BARTHOL. PAAPROKEHO, ſeu PAPROCKI libris vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 510. quibus accenſendi, eiusdem liber, cui titulum fecit: *Ogrod Krolewski. Praag* 1599. in fol. in quo Imperatorum Romanorum, Archiducum Auſtriae, Regum Poloniae, & Bohemiae, Ducum Sileſiae, Ruſſiae Lithuaniae, & Boruſſiae expoſuit hiſtoriam. Ea poſtea ex illo libro, quae ad polonicam, bohemicam & boruſſicam hiſtoriam ſpectant, in ſermonem germanicum tranſtulit, quidam Georgius Fridericus, Magiſter & ciuis Dresdenſis, quod ipſe nomen in fronte libri profeſſus eſt. Liber MStus adhuc in regia Bibliotheca Dresdenſi adſeruatur. Vid. die *Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. II. p 177. Multa quoque, ex hoc PAPROCKI opere, in ſuos vſus conuertit Simon. Okolski, & ſuppreſſo PAPROCKI nomine *orbi* ſuo *polono* inſeruit. Vid. Dauid. Braunii *de Scriptorum Poloniae & Pruſſiae hiſtoricorum politicor. & iuridicor. virtutibus & vitiis Catalogus & iudicium* p. 9. Ipſi poſſidemus BARTHOL. PAPROCKI librum, cui titulum fecit: *Soc. Ie-*

ſu

Digitized by Google

ſu Pharus Sarmatica Europaeo Trioni Auguſtis ignibus irradians Vladislaum IIII. Sigismundum *Suecorum Regem, faſces regni Poloniae & Diadema prebendentem. Cracou. ex offic. typogr. Franc. Caeſarii* 1633. in fol. cum fig. Conf. de BARTHOL. PAPROCKI Societ. Ieſu adſcripto, Simon Starouolſcius, in *Scriptorum polonicorum Centuria.*

SANCTIS PAGNINI *Lucenſis*, Hebraicarum inſtitutionum Libri IIII. *Lutet. Paris. excudebat Robertus Stephanus Typogr. Reg.* 1549. in 4. mai. pp. 915.

Splendide excuſum, & rariorem illum ex auctione publica poſſidemus librum. SANTES PAGNINVS omnia fere, mutato tamen ordine, e R. Dauid Kimchi *Michlól* parte priore, transſcripſit, adiectis nonnullis, ex ſic dicti *Magiſtri vitalis*, ſeu R. Moſeh, ad Chriſtianiſmum conuerſi, libro *Ephod.* Vid. Io. Chriſt. Wolfii *Bibliotheca Hebraea*, Tom. I. p. 308. De aliis editionibus, & libro in Compendium redacto, conf. Iac. le Long *Bibliothec. Sacr.* T. II. p. 1178.

ALPHONSI PALAEOTTI, Ieſu Chriſti ſtigmata S. Sindoni impreſſa, explicata, cum elucidationibus Daniel. Mallonii. *Venet. ex officina Baretii* 1606. in fol. cum figur. aere expreſſis.

De operis raritate vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 218. cui tamen haec editio, minus cognita fuiſſe videtur. In Io. Weidneri *Catalogo Doctorum, qui paſſionem Chriſti ſcriptis illuſtrarunt*, eius *Paſſions - Kinder-Lehren, Augſp.* 1725. in 8. mai. adiecto, occurrit editio *Veneta* 1569. in fol. Illa editio, quam adfert Gerdeſius non 1616. ſed 1606. *Duaci* prodiit in 4.

id

id quod teſtatur *Catalogus uniuerſalis pro nundinis Francofurtenſibus vernalibus anni* 1607. niſi forte liber 1616. recuſus fuerit. Acceſſit vero editioni anni 1606. Tom. II. *de vita, paſſione, morte, reſurrectione, Aſcenſione, & inſtrumentis paſſionis D. N. Ieſu Chriſti* &c. *ſtudio* Marci Vigerii. In ſermonem PALAEOTTI liber, conuerſus vernaculum, prodiit titulo: ALPHONSI PALAEOTTI, *Erzbiſchofs zu Bologna, Beſchreibung der heiligen Leinwat, oder Grabtuchs Chriſti, durch* F. Carolum Stengelium, *Conuentual bey St. Vlrich zu Augſpurg, Augſp.* 1607. in 4. Fuit vero ALPHONSVS PALAEOTTVS Archiepiſcopus II. Bononienſis, eius vero Commentator Daniel Mallon, S. Congregationis Hieronymianae, ſacrarum litterarum in Academia Bononienſi Profeſſor. Vid. *Nou-Antiqua* anni 1612. p. 75. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I p. 281. De Marco Vigerio, Saonenſi Ligure Ordinis Minorum, Epiſcopo Senogallienſi & S. R. E. Cardinale vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. II. p. 386. Auguſtin. Oldoini *Athenaeum Liguſticum* p. 417.

ANDREAE PALLADII, de Architectura opus.

Prodiit opus illud, cuius Schellhornius Tom. II. *Amoenitat.* p. 391. & Cl. Vogtius p. 511. exemplaria tantum 250. impreſſa eſſe ſcribit, italice, gallice, & anglice titulo *L' Architettura di* ANDREA PALLADIO, *diviſa in quattro libri, con alcune note, ed oſſervazioni di* Inigo Iones *rived, diſegne poſto in luce da* Giacomo Leoni. *In Londra* 1715. in fol. charta maxima, & quam plurimis figuris aere nitidiſſime expreſſis referta. Tom. II. Gallice poſtea ſplendidiſſimum hoc opus recuſum fuit, titulo: *L' Architecture de* PALLADIO *diviſée en IIII. Livres: dans lequels apres un Traité, de Cinqu Ordres, joint aux Obſervations les plus neceſſaires, pour bien batir, il eſt parlé de la Conſtruction des maiſons publiques,* &

& particuliers, des grands Chemins, des Ponts, des places publiques, des Xyſtes, & des Temples, avec leurs Plans, Profils, Coupes & Elevations, avec des Notes d' Inigo Iones, *qui n'avoient point encore imprimées. Le tout revu, deſſiné, & nouvellement mis au jour par* Iaques Leoni *Venitien, à la Haye* 1726. II. Tom. in fol. Haec poſterior editio, ſi figurarum elegantiam, chartaeque & litterarum nitorem & ſplendorem ſpectaueris, priori anglicae, nulla prorſus ratione cedit.

PANEGYRICI veteres. Interpretatione & notis illuſtrauit Iacobus de la Baune, Soc. Ieſu, iuſſu Chriſtianiſſimi Regis, ad vſum ſereniſſimi Delphini. *Paris.* 1677. in 4.

Cl. Vogtius p. 513. editionem nominat *dignam, quae recudatur*, id quod iam anno 1728. *Venetiis apud Barthol. Lauarina* in 4. mai. factum eſſe nouimus. In titulo haec leguntur: *Editio altera italica, cui accedunt obſeruationes criticae in Latinum Pacatum V.* C. Chriſtiani Schwarzii *Profeſſ. Altorfini.* Ita vero colligimus aliam in Italia fuiſſe editionem, quae eam, quam adduximus, praeceſſerit. Abſoluitur illa pp. 364. excepta Typographi dedicatione, ad Io. Benedictum Ioannellum ex Ordine Praedicatorum S. Palatii Magiſtrum, Iacobi de la Baune praefatione, & indicibus.

HENRICI PANTALEONIS, Proſopographia Heroum.

Cl. Vogtius p. 514. partem huius libri primam in ſermonem vernaculum conuerſam, anno 1578. prodiiſſe ſcribit, id quod 1567. iam factum eſſe nouimus. En titulum! *Heldenbuch Teutſcher Nation darinn werden beſchrieben aller fürtreflichen Männer*

Thaten, welche ſeidt der Verwirrung der Spraachen bisz auf den groſſen Carolum erſten Teutſchen Keyſer gelebt haben. Beſchrieben vnnd verteutſcht durch HEINRICH PANTHALEONEM, *Baſel* 1567. in fol. *Heldenbuch Teutſcher Nation, das ander Theil, darinn beſchrieben werden die hochberümbte Perſonen ſo vom Keyſer Carolo I. bisz auf Maximilianum I. gelebt haben, Baſel durch Brillingers Erben* 1568. in fol. *Heldenbuch das dritt Theil von Anno* 1500. *bisz* 1570. *verteutſcht durch* PANTALEON *ſelbs. Baſel.* 1570. in fol. Vid. Nicolai Baſſaei *Collectio omnium librorum* ſaepius citat. P. II. p. 296. Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 280. Habemus ab eodem HENRICO PANTALEONE alium librum qui rarus quoque noſtra aetate & infrequens eſt. Nimirum *Hiſtoriam militarem Ordinis Iohannitarum, Rhodiorum, aut Melitenſium Equitum, XII. Libris, Baſil.* 1581. in fol.

PAPEKOST opgediſt in Geuſe Schotelen, handelnde van de Pauſſelyke Opkomſt, in niderduitſche Dichtkonſt gebraght. *te Blockziel* 1720. in 8. cum fig. aen.

Geuſekoſt opgediſt in Paapſche Schotelen, handelnde van de ſouveraine Oppemagt en Heerſchappye des Roomſchen Pauſen 1725. in 8. cum fig. aere expreſſ.

Ieſuitenkoſt of de Maaltyd der Ieſuiten op de welcke verſcheide vaaderen der voorsz. Societeyt niet alleen hebben koomente noodigen de Roomſe Pauſen. *Gedruckt in de Kook-keuken der Ieſuiten* 1726. in 8.

Ad hos libros in ipſo Belgio ſuppreſſos, quos Cl. Vogtius p. 516. adduxit, pertinent *Vervolg op de Ieſuitenkoſt* &c. *Leyden* 1728. in 8. *Nieuwekoſt* &c. ſine loci indicio 1727. in 8.

FILIP-

FILIPPO PARVTA, Palermo antico, Palermo ſacro, & Palermo nobile. *In Palermo* 1649. 1650. 1651. III. Tom. in fol.

Librum omnium rariſſimum dici in *Bibliotheca Albini* p. 25. ſcribit Gerdeſius in *Florileg. libr. rar.* p. 221. quod illi ſane largimur, cum eiusmodi librum a PHILIPPO PARVTA editum fuiſſe, nemo facile dixerit. Habemus autem hoc titulo librum, ab Agoſtino Inveges conſcriptum, de quo vid. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 67. Conf. ea, quae ſupra de AGOSTINI INVEGES libro adtulimus.

La Sicilia di FILIPPO PARVTA, deſcritta con medaglie. *In Palermo* 1612. in fol. it. con aggiunta da Lionardo Agoſtini. *In Roma per Ludovico Grignani* 1649. in fol. it. *in Lione preſſo Marco Maier.* 1697. in fol.

Omnes huius libri editiones, ſunt rariſſimae, id quod teſtatur Nicol. Fr. Haym l. cit. p. 281. vbi ſcribit: *Tutte l' edizioni di queſto libro ſono rariſſime; ma quella di* Palermo *piu' d' ogn' altra, benche in quella di* Roma, *e di* Lione *vi ſiano ſtate fatte molte aggiunte e che in effetto ſiano migliori.* In Petri Burmanni *Theſauro Antiquitatum Siciliae* P. VI. VII. & IIX. inuenitur PHILIP. PARVTAE, *Nobilis Panormitani, I. V. D.* & Leonardi Auguſtini, *Senenſis Sicilia numismatica, nunc primum additis* Huberti Golzii *aliorumque Siciliae deſcriptione & in Numismata ſingula explicationibus; ingenti numero tabularum aenearum, edita ſparſim apud alios & inedita Numismata complectentium, locupletata, & perpetuo Commentario illuſtrata, ſtudio & induſtria* Sigeberti Hauercampi, *Hiſtor. Eloquentiae & graecae Linguae in Academia Lugduno-Batauae Profeſſoris.* PHILIPPVS

PA-

PARVTA, qui anno 1629. diem obiit Panormi, operis, quod molitus erat, Partem tantummodo primam in lucem emiſit. Conf. Anton. Mongitore *Bibliotheca Sicula* Tom. II. p. 174. vbi numiſmatum, ait, Siculorum explicationem praelo paratam a PARVTA, Venetiis in lucem dare paraſſe Maurum Marcheſium, ſed eo oculis capto rem omiſſam, & PARVTAE poſthumas lucubrationes, in Germaniam tranſuectas, a Monacho quodam ordinis Caſinenſis. De diſcrimine, quod inter editiones italicas PARVTAE, Leonardi Auguſtini, Marci Maieri, & latinam Hauercampi intercedit, vid. I. Alb. Fabricii *Conſpectus Theſauri litterarii Italiae* p. 148 ſqq.

PETRI PARVI, *Roſaefontani*, *Equitis Dani*, Refutatio calumniarum cuiusdam Iohannis Magni, Gothi Vpſalienſis, quibus in hiſtoria ſua ac famoſa oratione Danicam gentem inceſſit, ad illuſtriſſ. Fridericum II. Dan. & Norw. Regem ſcripta. Huic acceſſit chronicon ſiue hiſtoria Iohannis Regis Dan. in declarationem eiusdem refutationis, vna cum ſententia illa iudiciali, quam duorum Regnorum Daniae & Norwegiae Patres anno 1505. die Iulii prima, Calmariae contra Stenonem Sture, eiusque complices tulerunt, cum Maximiliani Romanorum Regis confirmatione, ab Auctore olim collecta & iam recens edita. *Hafniae* 1560. in 4. plag. 40.

Scriptum, quod hodie perrarum eſſe ſcribit Cl. Vogtius p. 517. recuſum fuit *Hafniae* 1597. in 4. Vid. Albert. Bartholinus *de Scriptis Danorum* p. 121. edit. Io. Molleri in *Bibliotheca Septentrionis eruditi.* Occaſionem, qua PETRVS PARVVS, Roſaefontanus, Eloquentiae in Academia Hafnienſi Profeſſor, permotus fuit, vt hunc conſcriberet librum

librum exponit Io. Iſaacius Pontanus in *chorographica regni Daniae tractusque eius vniuerſi borealis vrbium deſcriptione*, quae acceſſit eius *rerum Danicarum hiſtoriae*, vbi p. 785. haec legimus, *Extulit Roſchildia* — PETRVM PARVVM, *cognomento* Roſaefontanum, *Equitem Danum, elegantis ingenii virum* ——— *qui calumnias confutauit* Ioannis Magni, *Gothi, Vpſalienſis: Quibus ille partim praue ad ſuum ſenſum detorto* Saxone Grammatico, *partim inuidiae loligine incitatus, lacerare atque inceſſere Danicam gentem, famoſa ſub* Gaddii *cuiusdam nomine edita oratione, inſtituerat. Sed ei non minus docte quam vere reſpondit* Roſaefontanus & *hominis inſulſi ſordidas atque aniles naenias orbi vniuerſo ſpectandas repraeſentauit.* Conf. Io. Chriſtophor. Becmanni *Hiſtoria orbis terrarum geographica ac ciuilis* p. 626. Euulgavit contra PETRI PARVI *Refutationem*, adſcito Iani Minoris, Suemenſis, nomine, Ioannes Meſſenius, Oſtrogothus Ph. D. & poeta laureat. Eloquentiae & I. V. Profeſſor Vpſalienſis, regiique Dicaſterii Holmienſis Aſſeſſor: *Retorſionem impoſturarum, quibus inclytam Suecorum, Gothorumque nationem inſectatur* PETRVS PARVVS *Roſefontanus Danus, Holmiae* 1611. & 1614. in 8. Roſtoch. 1648. in 8. in linguam Suecicam conuerſ. ab Henrico Chemio, Holm. 1612. in 8. Vid. Io. Schefferi *Suecia litterata*, in Io. Molleri *Bibliotheca Septentrionis eruditi* p. 84. Vincent. Placcii *Theatrum Pſeudonymor.* p. 373. Nicol. Petri Sibbern *Bibliotheca hiſtorica Dano-Noruegica* Cap. VI. p. 171. qui vero editionem *Holmienſem* latinam 1614. in 8. editam, quam in *Catalogo Bibliothecae Mulenianae* inuenerat, in dubium vocat. Illam vero omnino extare nos docet *Catalogus Bibliothecae Tellerianae* p. 323. Willichium quidem Weſthouium (qui apud Placcium l. cit. minus recte Villidricus Weſthouius nominatur) Boſovia Holſatum, Equitem Danum, Comitem Palatinum, Poetam laureatum & Canonicum Lunden-

ſem, Meſſenium ſingulari libro, cui titulum fecerat: *Iani Minimi Expoſitio veritatis hiſtoricae contra ſcythicam Iani Minoris in* P. PARVVM *retorſionem*, confutaſſe, ſed librum nondum editum eſſe teſtatur Nicolaus Petrus Sibbern l. cit. Vincent. Placcius l. cit.

CAROLI PASCHALII, *Regis in ſacro Conſiſtorio, Conſiliarii, & apud Rhaetos legati*, Legatus. Altera editio non paucis locupletata. *Pariſiis ex officina Plantiniana, apud Hadrianum Perier, via Iacobaea.* 1612. in 4. except. dedicat. & indicibus.

Paucis, haec editio, ſatis quidem ſplendida, cognita, a paucioribus conſpecta fuit. Dedicauit illam Nicolao Brularto Sillerio, Galliae Cancellario, PASCHALIVS, qua in dedicatione de hac ſecunda editione, haec adnotauit: *Amici iam diu monuerant ——— ac typographus rogauerat, vt legatum meum, qui fere nusquam compareret, recognitum luci redderem. ——— Iamque legatum meum iis oculis intueri coepi, quibus parentes chariſſima pignora miſerantur, quoties laborantibus opitulari nequeunt. Supprimi opus doctis & experientibus iam diu probatum non par arbitrabar. Attentatum nec penitus retractatum rurſus in conſpectum dari, hominis erat nihil ſuam exiſtimationem, nihil cunctorum iudicia verentis ——— librum in manus reſumo, quod penes me erant non pauca huius argumenti, quae poſt huius ſcriptionis editionem e plurima antiquitate conquiſite excerpſeram. Haec diſpertita priſtinis agglutino. Quaedam attondeo, hic muto; alibi emendo.* &c. Paullo poſt *plane nouum & ex ſe reparatum opus* adpellat. Prima editio prodierat *Rothomagi* 1598. in 8. De editione *Elzeuiriana* 1612. in 12. vid. Cl. Vogtius p. 517. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XVII. p. 238 ſqq. De CAROLI

PA-

PASCHALII *legatione Rhaetica*, vid. Abraham de Wicquefort *Ambaſſadeur* Tom. I. L. I. p. m. 114. vbi inter alia ſcribit: CHARLES PASCHAL, *qui a formé l'idée de l'Ambaſſadeur, dans ſon livre, ne le repreſentoit pas fort bien, en ſon Ambaſſade auprès de Griſons —— la relation fait voir, qu'il ſçavoit force grec & latin, mais ſon ambaſſade fait connoitre, que c'étoit un miniſtre fort mediocre.*

PETRI PASCHALII, Opuſcula. *Venetiis typis Paulli Manutii* 1548. in 8.

In paucorum manibus verſari, ſcribit Gerdeſius in *Florileg.* p. 221. Forte eadem ſunt, quae *Gryphius Lugduni* 1548. in 8. recuſa dedit. In exemplari quo nos vtimur, dum haec ſcribimus, inueniuntur I. *Actio aduerſus* Ioannis Maulii *parricidas, in ſenatu Veneto recitata.* II. *Gallia per proſopopoeiam inducta ad Venetam rempublicam.* III. *Oratio de legibus Romae habita, cum inſignia iuris caperet.* IIII. *Epiſtolae in italica legatione exaratae.* Quod vero *orationes* quasdam, *comoedias, odas, eleglas,* & *epigrammata* conſcripſerit, ipſe teſtatur in epiſtola noſtrae collectionis antepenultima.

PASQVILLORVM Tomi duo. Quorum primo verſibus ac rhythmis, altero ſoluta oratione conſcripta quamplurima continentur, ad exhilarandum confirmandumque hoc perturbatiſſimo rerum ſtatu pii lectoris animum, apprime conducentia. Eorum catalogum proxima a praefatione pagella reperies. *Eleutheropoli* (Baſileae ex officina Oporiniana) 1544. in 8. min. pp. 637. excepta praefatione & indice 15. pp.

De libro hoc rariori praeter Scriptores a Cl. Vogtio p. 518. citat, vid. Niceron *Memoires* Tom. XXI.

 p. 16.

p. 16. *Nou-Antiqua* anni 1717. p. 945 ſqq. & inprimis die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. II. p. 392 ſqq. vbi omnia, quae de illo, dici poterant, expoſita videntur. Hic vero notandum, quod liber non 453. vt ex Alberti Henrici de Sallengre *Memoires de litterature* Cl. Vogtius commemorauit, ſed 637. abſoluatur paginis.

PASQVINI, Hiſtoria orbis ad annum 1683. *Lipſiae* 1688. in 8.

Rariſſime hoc opuſculum hodie conſpicitur. Conſcripſit illud Ioachim. Fellerus Theolog. Licent. & Scholae S. Nicolai Lipſienſis Collega III. Profeſſor poeſeos, & Bibliothecae academicae Bibliothecarius.

Epiſtola *Magiſtri* BENEDICTI PASSAVANTII reſponſiua ad commiſſionem ſibi datam a venerabili D. Petro Lyſeto, nuper Curiae Pariſienſis Praeſidente, nunc vero Abbate S. Victoris prope muros. Adiunctis quibusdam pertinentiis. *Sine mentione loci & anni.*

Cum Cl. Vogtius p. 519. rarioris huius ſatyrae editiones recenſet, inter alia ſcribit: *Extat quoque in Collectione Ludicrorum Io. Hottomanni* 1593. *euulgata.* Sed haec paullo obſcuriora ſunt, vt nemo facile intelliget, qualem his verbis indigitare voluerit collectionem. Intelligit autem, ſine dubio, collectionem, quae hoc inſignitur titulo: Gerardi Busdragi *Lectura ſuper Canone de Conſecr. Diſt. III. de Aqua benedicta*, Nicodemi Turlupini, *Anticboppinus*; *M.* BENED. PASSAVANTII *Epiſtola* &c. Matagonis de Matagonibus, *Monitoriale aduerſus Italogalliam* &c. Eiusd. *Strigilis Papirii Maſſonii. Williorbani* 1593. in 8. Conf. de BENED. PASSAVANTII, ſeu

ſeu Theod. Bezae *Epiſtola* Vincent. Placcii *Theatr. Pſeudonymor*. p. 485. Quae Cl. Vogtius e Simleri *Bibliotheca* adtulit non p. 112. leguntur, ſed p. 95. edit. *Tigur*. 1574.

ALBERTI RADICATI, *Comte de* PASSERAN, Recueil de pieces curieuſes, ſur les matieres les plus intereſſantes. *A Rotterdam, chez la veuve Thom. Iohnſon & fils*. 1736. in 8. mai. pp. 394.

Cum Vir ſumme Reu. Sigismundus Iacob. Baumgarten exactiſſimam huius libri, qui religionem inſectatur chriſtianam, dederit notitiam, in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothec* T. II. p. 527 ſqq. verbum non addimus amplius, ſed lectorem, ad dictum librum ablegamus.

IO. PASSERATII, de litterarum inter ſe cognatione ac permutatione liber. Omnibus ſtudioſis bonarum ſcientiarum vtilis, & ad veram auctorum, veterum maxime Pandectarum Florentin. lectionem indagandam neceſſarius. *Paris. apud Dauid. Douceur*. 1606. in 8. pp. 195.

De inſigni huius libri raritate teſtem habemus Ioannem Daniel. Ritterum in praefatione *Codicis Theodoſiani*, qui *librum* nominat *diu quaeſitum*, *in quo* PASSERATIVS *inter alia de orthographia Codicis Theodoſiani, & quo modo vel permutatae fuerint litterae vel omiſſae, diſſeruerit*. Conf. die *Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr*. T. II. p. 533. Ioſephus Scaliger, ad Philippum Labbeum ſcripſit: *Accepi* PASSERATII *libellum, de cognatione litterarum, magis vtilem nobis, quam autori glorioſum. Rari erunt, qui eo ſciant vti. Nos quanti ſit, ex eo aeſtimare poſſimus, quod paucorum hominum eſt, & plures habebit*

qui non capiant, quam qui eo capiantur. Ego ſane in cenſum bonorum eum dedico. Conf. Niceron *Memoires* Tom. II. p. 329.

IANI PASSERATII, *Eloquentiae Profeſſoris, & interpretis regii*, Coniecturarum liber. Cui acceſſit Adriani Behotii Apophoretorum Libri III. In quibus Auctores priſci paſſim illuſtrantur, emendantur, recenſentur. *Paris. ex officin. Claud. Morell.* 1612. in 8. P. I. pp. 72. P. II. pp. 192.

Hunc etiam, ſicut omnes IANI PASSERATII libros raro occurrere, ſcribit Auctor *Theſauri bibliothecalis* P. I. p. 25. Recenſionem eius vide in den *Merckwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 534. Conf. Niceron l. cit.

GVILIELM. PASTRENGICI, *Veronenſis*, de Originibus rerum libellus, in quo agitur de Scriptis virorum illuſtrium, de fundatoribus vrbium, de primis rerum nominibus, de inventoribus rerum, de primis dignitatibus, deque magnificis inſtitutionibus, e tenebris eductus in lucem a Michael. Anglo Blondo. *Venetiis per Nicol. de Baſcarinis* 1547. in 8. fol. 132.

Tantae liber in ipſa Italia, raritatis eſt, vt etiam teſte Bernardo de Montfaucon in *Diario italico* Cap. III. p. 48. *Venetiis ille fere incognitus ſit. Infinitis* autem *mendis librum foedatum eſſe*, ſcribit, *vt vix apta ſententia eruatur, biulcum praeterea & lacerum in multis, ita vt operae pretium ſe facturum*, exiſtimauerit Bernardus de Montfaucon, *illum ad duos romanos Codices caſtigatum & auctum typis iterum tra-*

tradere, inprimis cum *opus illo aeuo ſit perutile*, & *multi ſcriptores*, *multique libri non noti ibidem memorentur.* Vtrum promiſſis fuerit ſatisfactum, a doctiſſimo illo Benedictino, qui haud ita pridem rebus mortalium ereptus fuit, pro certo adfirmare non poſſumus. Sperauerat quidem Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. VII. p. 474. fore, vt ille liber, in *Bibliotheca Bibliothecarum MStorum noua*, quae tunc temporis, a Bernardo de Montfaucon, prelo ſubiecta erat, compareret, ſed illam ſpem vanam fuiſſe, iam compertum habemus, cum illa *Bibliotheca*, quae *Paris.* 1739. II. Tom. in fol. in lucem prodiit, indices tantummodo manuſcriptorum Codicum, qui, in variis adſeruantur Bibliothecis, ob oculos ponit. Opus illud, ordine alphabetico eſſe contextum, & initium ducere ab Anaximandro philoſopho, adſerit Iacobus Philippus Tomaſini, in *Bibliothecis Venetis MStis, publicis & priuatis, quibus diuerſi ſcriptores hactenus incogniti illuſtrantur. Vtini* 1650. in 4. p. 27. Mentionem illius factam eſſe conſpicimus, in Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 260. in Phil. Labbei *Bibliotheca Bibliothecarum* p. 123. vbi editionem *Venetam, apud Scipionem Blondum* prodiiſſe ſcribit. Conf. de GVIL. PASTRENGICO, qui ab aliis etiam Paſtrengus, Paſtregicus, Paſtrègius, & Paſtergicus nominatur, *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XV. p. 198 ſqq. Vixit circa annum 1330. & cauſſarum Patronus, nec non Iudex & Procurator communis Veronae fuit. Petrarcha illum in operibus ſuis, multis effert laudibus, illumque Praeceptorem & amicum ſuum adpellat.

FRANCISCI PATRICII, noua de vniuerſis philoſophia, in qua ariſtotelica methodo non per motum, ſed per lucem, & lumina ad primam cauſam adſcenditur. Deinde propria

PATRICII methodo, tota in contemplationem venit Diuinitas: Poſtremo methodo Platonica rerum vniuerſitas a Conditore Deo deducitur. Ad ſanctiſſimum Gregorium XIIII. Pont. Max. & eius ſucceſſores futuros Pontt. Maxx. omnes. Opus rerum copia, & vetuſtiſſima nouitate, dogmatum varietate, & veritate, methodorum frequentia & raritate, ordinis continuitate, rationum firmitate, ſententiarum grauitate, verborum breuitate & claritate maxime admirandum. *Ferrariae apud Benedictum Mammerellum.* 1591. in fol.

Editionis rariſſimae, exactiſſimam vide recenſionem, in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. I. p. 199 ſqq. In *Catalogo libror. rar.* Cl. Vogtii p. 521. typothetarum errore, pro Panaugia *Panangia*, pro Diſcuſſionum *Diſcurſionum* poſitum fuit.

CAMILLO PELLEGRINO, Diſcorſo dell' origine dell' antica famiglia detta di Colimenta. *In Napoli per Franceſc. Savio* 1643. in 4.

Haec diſſertatiuncula, quae ſeorſum excuſa, raro obuia fuit, nunc inſerta conſpicitur in Ludouici Antonii Muratorii *Scriptoribus rerum italicarum* Tom. V. p. 225 ſqq.

PENSÉES philoſophiques. Piſcis hic non eſt omnium. *A la Haye, aux depens de la Compagnie*, 1746. in 12. pp. 136. except. indice.

Librum ineptum, impium, & nefandum, non *Hagae Comitum*, ſed *Pariſiis* prodiiſſe, & in ea vrbe, a carnifice combuſtum fuiſſe, teſtantur die *Erlangiſche*

ſche gelehrte Anmerkungen und Nachrichten ann. 1746. num. XLI. p. 332. Sin Auctori de *l'homme machine* fides eſt habenda, librum vt is p. 65. memorat, medicus quidam, cognomine Diderot, conſcripſit. Recuſus fuit liber, quem idem auctor de *l'Homme Machine* l. cit. vocat: *ſublime Ouvrage qui ne convaincra pas un Athée*, vna cum confutatione haud adeo exacta, hoc titulo: PENSÉES *Chretiennes miſes en parallele ou en Oppoſition avec les* PENSÉES *philoſophiques, on y a joint quelques reflexions d'un autre auteur ſur ces dernieres. De his quaeſo iudicate vosmet ipſi* 1. *Cor.* X. *A Rouen aux depens de la Compagnie* 1747. pp. 251. praeter indicem. Dans *l'Avis au lecteur* huic editioni praemiſſ. Auctor des PENSÉES *philoſophiques* hac ratione deſcribitur. *L'Ouvrage qui a donné lieu à celui-ci, parut à Paris au Commencement de cette année* 1746. *ſous le titre ſpecieux, de* PENSÉES philoſophiques, *avec cette fauſſe annonce du lieu de l'impreſſion & des Libraires*; à la Haye aux depens de la Compagnie 1746. *On l'attribue generalement à un Auteur deja connu par quelques petits ouvrages de Medecine de ſa façon, par la traduction de quelques autres du celebre* Boerhave, *& de ſa vie, mais plus encore par des* Diſcours *très-relachés* ſur la Religion & des moeurs aſſortiſſantes *qui le firent congedier du Regiment des Gardes Françoiſes apres la bataille de Fontenoi, & la Mort de Mr. le Comte de Grammont ſon Protecteur. Ces petites Anecdotes, peuvent ſervir à faire connoitre les veritables motifs, qui ont porté cet Auteur à publier des* PENSÉES, *qui tendent toutes au Deisme. Par la même raiſon, l'on peut ajouter, qu'il paſſe pour être auſſi l'auteur d'un* Traité ſur Materialité de l'Ame, *& d'un autre qui parut l'année derniere ſous le titre des* Principes de la Philoſophie morale, ou Eſſai de Mr. S***, ſur le merite & la vertu, avec des Reflexions *imprimé* à Paris 8. *ſous le faux nom d'*Amſterdam chez Zacharie Chatelain. &c. Idem auctor, maximam, rerum,

in libro occurrentium partem, ex Operibus Antonii Ashleii Cooperi Comitis de Shafteſbury, Angli, exſcriptam eſſe ſcribit. Quae ad has Obiectiones, reſponderit Auctor de *l'Homme Plante* vid. p. 14. & 15. in not. 3. vbi inter alia ſcribit: *On voit que je ſuis, comme* Mr. le Voltaire *le dit de* Newton —— *l'Hercule de la Fable, à qui l'on attribue tout les faits des autres Héros. Il n'eſt pas néceſſaire d'en dire ici d'avantage. Peutetre répondraije quelque jour à ces bons Chretiens, qui m'ont ſi pieuſement calomnié dans* l'Avis au Lecteur *des* PENSÉES Chretiennes, miſes en Parallele, ou en Oppoſition avec les PENSÉES philoſophiques. Prodierunt les PENSÉES *philoſophiques*, etiam germanice, vna cum Confutatione, omnibus, vt aiunt, numeris abſoluta, hoc tit. *Die philoſophiſchen Gedanken mit der Beyſchrift, dieſer Fiſch iſt nicht vor alle. Gedruckt Haag oder vielmehr Paris* 1746. *vernünftig, und chriſtlich beantwortet. Chriſten werfen die faulen Fiſche weg Evang. Matth.* 13, 48. *Halle* 1748. in 8. pp. 86. Prodiit quoque alia libri impii confutatio hoc titulo: PENSÉES *raiſonnables opposées aux* PENSÉES philoſophiques *avec un Eſſai de Critique ſur le livre intitulé* Les Moeurs. *Relligio vincat noſtrae ſit regula vitae. Anti Lucret.* L. I. v. 764. *A Berlin chez Chriſt. Fred. Voſs.* 1746. in 8. pp. 272. Vid. plura in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* Tom. I. p. 244 ſqq Tom. II. p. 476 ſqq. in der *Berliniſchen Bibliothek* Tom. III. p. 389 ſqq. e qua diſcimus, Virum cel. Samuel. Formey, poſterioris Confutationis eſſe auctorem.

XXIII. Libri (vel potius) PENTATEVCHVS & quinque Meghilloth & Haphtharoth Hebraice. *Conſtantinopoli imperante Solymanno II. typis Exigui Samuelis Hhaim germani* 1548. in 4.

Edi-

Editionem rariſſimam vocat, eiusque exemplum, in Bibliotheca illuſtr. Dom. Caroli Henrici du Cambout de Coislin, Epiſcopi Metenſis, extare ſcribit Iacobus le Long, in *Biblioth. Sacr.* Tom I. p. 73.

PENTATEVCHVS Hebraeo-Chaldaeo-Perſico-Arabicus. *Conſtantinopol.* 1546. in fol.

Putauit quidem Morinus, in Epiſtola ad Thom. Crombertum p. 203. *Antiquit. Eccleſ. Oriental.* hunc codicem rariſſimum, *Theſſalonicae*, eſſe impreſſum, quoniam locus, quo impreſſus fuit, in editione ipſa, non memoratur. Illud autem *Conſtantinopoli* factum eſſe, nomen docet typographi, quod in fine Geneſeos, hiſce memoratur verbis: *Abſolutus eſt Liber Geneſeos, in domo Eliezeris Berab Gerſonis Soncinatis.* Quod ille vero *Conſtantinopoli*, artem exercuerit typographicam, colligimus e PENTATEVCHO *Hebraico, Chaldaico, Hiſpanico, Barbarograeco*, in folio impreſſo, cuius in fine haec cernuntur verba: *Initium libri huius in principio menſis Thamus anno 5307. creationis, Conſtantinopoli, in domo Eliezeris Berab Gerſon Soncinatis.* In tres codex deſcriptus eſt columnas, in media, textus hebraicus, litteris maiuſculis, in laeua, paraphraſis Chaldaica Onkeloſi, in dextra, verſio Perſica R. Iacob F. Ioſeph Tauos, ſiue Tuſenſis; in ſuperiori parte, paraphraſis arabica R. Saadiae Gaonis, & in inferiori, Raſi commentarius, litteris paullo minoribus, conſpiciuntur. Omnia vero, charactere quadrato hebraico, cum punctis exſcripta ſunt. In fine Deuteronomii legitur: *Completum eſt hoc opus Caelorum die XVI. menſis Schevet h anno 5306. creationis.* Nonnulla quidem Ed. Pocockius, in Praefat. in variantes lectiones arabicas, Tom. VI. *Biblior. polyglottor. anglican.* p. 2. in hoc codice taxauit. Sed confutauit illum Euſebius Renaudot, apud Iacob. le Long. in *Biblioth. Sacr.* T. I. p. 41. quem vid.

ETI-

ETIENNE PERARD, *Doien de la Chambre des Comptes de Diion*, Recueil de pluſieurs titres anciens, & pieces curieuſes ſervant à l' hiſtoire de Bourgogne. *A Paris chez Cl. Cramoiſy* 1664. in fol.

Ea collectio Diplomatum ab anno 482. ad ann. vsque 1471. praeſtantiſſima, ad hiſtoriam Galliae noſcendam admodum neceſſaria eſt, quae non 1644. vt apud Cl. Vogtium p. 524. legitur, ſed 1664. excuſa fuit. Conf. Lengleti du Fresnoy *Catalogus Hiſtoricor.* edit. Menken. p. 306. *Bibliotheca hiſtorica Struvio-Buderiana* p. 402.

IOANNIS PEREGRINI, *Petroſelani*, Conuiualium ſermonum liber, meris iocis & ſalibus, non impudicis, nec laſciuis, ſed vtilibus & ſeriis refertus. Accedit libellus, de variis moribus vrbium, virorum, & mulierum. Adiectae ſunt Forcianae quaeſtiones, in quibus varia Italorum ingenia explicantur. Auctore Philalete Politopienſe Ciue. *Baſileae apud Weſthemerum.* 1542. in 8.

IOAN. PEREGRINVM, Petroſelanum, anno a Chr. nat. 1541. inclaruiſſe, ſcribit Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 404. Sub Philalethis Politopienſis nomine, latere Hortenſium Landum, medicum mediolanenſem, qui a Vincentio Placcio in *Theatr. Pſeudonym.* p. 497. per tranſpoſitionem, *Landus Hortenſius*, & a Cl. Vogtio p. 525. *Hortenſius Laudes* dictus fuit, res extra omnem dubitationem poſita eſt. *Forcianae* eius *quaeſtiones*, etiam *Lovanii* 1550. & *Norimbergae* 1591. in 8. in lucem editae fuerunt. De Scriptis reliquis Hortenſii Landi, eiusque charactere, vid. P. Baile *Dictionai-*

re

re Tom. II. p. 1655 ſqq. ipſe Ortenſio Lando, in *Sette libri de' catalogbi a varie coſe appartenenti, non ſolo antiche, ma anche moderne. Opera utile molto alla Storia, & da cui prender ſi po materia di favellare d' ogni propoſito che ci occora. In Vinegia* 1552. in 8. p. .9. vbi, ſe hominem admodum iracundum, ſuamque naturam ex ira, veneno, bile, & ſuperbia compoſitam ſcribit. Conf. Iuſt. Fontanini della *eloquenza italiana. In Venezia* 1737. in 4.

IOANNIS PAVLLI PERRINI, Hiſtoria Chriſtianorum Albigenſium & Waldenſium. *Geneuae* 1618 & 1619. in 8.

Citata a Gerdeſio in *Florileg.* p. 223. inſcribitur: *Hiſtoire des Vaudois & des Albigeois par* IEAN PAVL PERRIN. *A Geneve chez Matth. Berjon* 1618. in 8.

Il PETRARCA, *in Tuſculano* 1521. in 16. *in Lione appr. Guglielm. Rovillio* 1551. in 12. *in Venezia* 1535. in 8. *ibid. appreſſ. Gabriel Giolito* 1560. in 12. *in Venezia* 1570. in 16. *ibid.* 1573. in 12.

Iſtae editiones rariſſimae, & Nicolao Franciſco Haym, Auctori della *notizia de' libri rari, nella lingua italiana*, incognitae dicuntur, in *Catalog. Bibliotb. Sellianae.* P. II. in Append. p. 60 ſqq.

Celeberrimi viri, D. CHONRADI PEVTINGERI, *Auguſtani, Iuris vtriusque Doctoris & Oratoris diſertiſſimi*, Oratio pro ſacro ſancti romani Imperii Ciuitate Auguſta Vindelicorum, Imp. Caeſ. Charolo ſemper Aug. Brugis in Comitatu Flandrenſi pronunciata. *Antverp.* 1519. in 4.

Haec

Haec Oratio ad Carolum V. Caeſarem, habita, anno 1519. VII. Kal. Aug. litteris *antuerpienſibus* exſcripta fuit, 1521. cura Petri Aegidii, ab Actis Curiae antuerpienſis, qui in praemiſſa praefatione, conſilii huius ſui rationes grauiter commendat. Ipſum vero argumentum Orationis, in exponendis ſtrictim carptimque auguſtiſſimorum Caeſaris, e domo Habsburgica, maiorum, atque ipſius Caroli laudibus, maxime verſatur. Illud teſtantur, hancque orationem inſigniter raram eſſe ſcribunt Io. Georg. Lotterus, in *Hiſtoria vitae atque meritorum* CONRADI PEVTINGERI, *Lipſ.* 1729. in 4. p. 51. Niceron *Memoires* Tom. XIII. p. 339.

CONRADI PEVTINGERI, Epiſtola, olim ſcripta ad reuerendiſſimum in Chriſto Patrem & dominum D. Bernhardinum Caruaſalum, Epiſcopum Tuſculanum, Sacroſanct. Roman. Eccleſiae Cardinalem titulo S. Crucis, Patriarcham Hieroſolymitanum & D. Iulii II. Pont. Max. ad D. N. Regem Maximilianum Auguſtum a latere Legatum. Aug. Vindelicor. XV. Kal. Ianuar. anno humanae ſalutis 1507. data. *Antuerp.* 1521. in 4.

Hanc quoque PEVTINGERI epiſtolam adeo raram eſſe, ſcribunt auctores ſupra excitati, vt haud meminerint aliquem, ex illis, qui, de PENTINGERO expoſuerunt, illius habuiſſe notitiam. Adferuntur vero in prolixiori epiſtola, Caeſarum germanorum exempla, quorum inſignia, erga Pontificem romanum, ſtudii atque obſeruantiae, extant documenta. Conf. de CONRADO PEVTINGERO, Iacob. Bruckeri *Ehrentempel der deutſchen Gelehrſamkeit* Decur. II. p. 45 ſqq.

ISAAC

Digitized by Google

ISAAC PEYRERE, du Rappel des Iuifs 1643. in 8. pp. 375.

Hunc librum valde rarum eſſe, nos docet Niceron *Memoires* Tom. XII. p. 72. vbi etiam ſatis adcuratam eius inuenimus recenſionem. Si Richardo Simon fidem habemus, liber non anno 1643. editus, ſed eo tempore a PEYRERIO, in Seminario virtutum, haud procul ab vrbe Pariſienſi, apud Patres Oratorii conſcriptus fuit, cum is dogmata Caluinianorum iam eiuraſſet. Illum vero anno 1659. ex vrbe Roma, in Galliam rediiſſe, extra omnem dubitationem poſitum eſt. Quid quod Richard. Simon *Lettr. choiſies* Tom. II. p. 29. librum ineditum & in Bibliotheca Principis Condaei, manu auctoris ſcriptum, tunc temporis adſeruatum fuiſſe, perhibet. Vtrum igitur liber editus ſit, an manuſcriptus in bibliothecis lateat, aliis inueſtigandum relinquimus.

ISAACI PEYRERII, Praeadamitae, ſiue Exercitatio ſuper verſibus XII. XIII. XIIII. Capitis V. Epiſtolae Paulli ad Romanos, quibus inducuntur primi homines ante Adamum conditi. Item Syſtema theologicum ex Praeadamitarum hypotheſi, Pars I. 1655. in 4. & 12.

Legi omnino merentur, quae, de hoc libro, & Praeadamitarum hypotheſi, ad ipſum PEYRERIVM perſcripſit Richardus Simon. Vid. *Lettres Choiſies de* Mr. Simon Tom. II. Lettr. I. II. III. p. 1-26. Tom. III. Lettr. VII. p. 41. Conf. Tom. II. Lettr. IIII. à Mr. Z. S. vbi quoque inueniuntur *Quelques particularitez touchant l'Auteur & l'Ouvrage des Préadamites.* Idem Rich. Simon l. cit. Tom. II. p. 19. Syſtema Praeadamitarum nominat *indigne d'un Chrétien.* P. Baile dans le *Dictionaire* Tom. III. p. 2215. ſe vidiſſe in Catalogo quodam ait, edi-

Digitized by Google

editionem anni 1653. ſed id cum veritate minus congruit, cum liber prima vice in Belgio 1655. impreſſus fuerit. Cum liber Lutetiam in Pariſiis deferretur carnificis manu combuſtus fuit. Docent nos illud *Menagiana* Tom. II. p. m. 41. vbi haec leguntur: *Lorsque le Livre des* Préadamites *parut, il fut condamné à être brûlé par la main du bourreau. Ie priai l' auteur, qui étoit de mes amis de me l' envoyer avant qu' il fût mis en lumiere. Il comprit ma raillerie, & me l' envoya avec ce Vers d' Ovide, en changeant le mot d'* Vrbem *en celui d'* ignem

Parue, nec inuideo, ſine me, liber ibis in ignem.

In belgicum translatus ſermonem, titulo, *Praeadamiten, waarin geleert werd dat' es Menſchen voor Adam zyn geweeſt*, prodiit 1667. in 8. Strinxit contra illum calamum Ioan. Conrad. Dannhauerus. Ioan. Micraelius, Io. Henr. Vrſinus, Io. Hilpertus, Anton. Hulſius, Io. Pythius, Phil. le Prieur, ſub ficto Euſebii Romani nomine, Io. Baptiſt. Morinus, Samuel. Mareſius, Bedianus Morange, Michael. Colabus, & alii. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XII. p. 80. *Non-Antiqua* anni 1703. p. 584. 825. Io Franc. Buddei *Iſagoge Hiſtorico-theologic.* Tom. I. p. 1765. Tom. II. p. 1436. 1443. Viri S. R. Io. Georg. Walchii *Einleitung in die Religions-Streitigkeiten* Tom. V. p. 224. 254 *Catalogus Bibliothecae Reimmannianae* P. I. p. 1114. Mr. de Vigneul-Marville *Melanges d' Hiſtoire & de Litterature* Tom. I. p. 174. Cauſſam, quam ob rem ille, litteris aliter poſitis, ISAACVM LA PEYRERE, vocauerit *Pereyre,* nos comminiſci haud quaquam poſſumus.

ISAACI PEYRERI, Epiſtola ad Philotimum, qua exponit rationes, propter quas eiurauerit ſectam Caluini, quam profitebatur, & librum de Praeadamitis, quem ediderat. *Romae typis*

Digitized by Google

pis. S. Congregat. de propaganda ſide. 1657. in 4.

Cum ISAACVS PEYRERIVS conſpiceret, quod in primis Proteſtantium, quorum profitebatur ſacra, Doctores, in ſuum maxime inueherentur librum, id admodum aegre tulit, & vt ipſe in Epiſtola quadam ad Comitem de la Suze profitetur, hanc vnicam ſibi fuiſſe cauſſam, ſcribit, vt dogmata Proteſtantium eiuraret, & ad Pontificiorum ſacra transiret. Vid. *Recuit des Lettres écrites à* Mr. le Comte de Suze *pour l'obliger par raiſon à ſe faire Catholique, Paris* 1661. in 12. pp. 29. quam collectionem ipſe PEYRERIVS in lucem edidit. Euulgauit quoque *Suite des Lettres écrites à* Mr. le Comte de la Suze, *pour l'obliger par raiſon à ſe faire Catholique, Paris* 1662. in 12. pp. 282. Conf. Richard Simon *Lettres Choiſies* Tom. II. Lettr. IIII. p 27. vbi haec legimus: ISAAC LA PEYRERE, *qui étoit attaché au ſervice de Mr. le* Prince de Condé, *fut pris dans la Flandre Eſpagnole par quelques Inquiſiteurs Eſpagnols, qui le firent mettre en priſon comme un Heretique, lequel ſemoit des Hereſies dans le Païs. Tout le Crédit de Mr. le Prince ne pût le tirer de leurs mains. Le ſeul moyen qu' il trouva de s'en retirer fût de promettre l' abjuration de ſes erreurs, & de retracter ſon livre des* Préadamites *par un Ecrit public. Mais il ne voulut faire cette retractation qu' à* Rome *où il alla en effet. Le Pape* Alexandre VII. *le reçut très-bien. Dès que Sa Sainteté le vit étant accompagnée de quelques Cardinaux, elle dit en ſoûriant:* Embraſſons cet homme, qui eſt avant Adam. LA PEYRERE *aidé de quelque Savant, que le Pape lui avoit fait donner pour l'inſtruire de la maniere qu'il feroit ſa retractation, fit imprimer un petit Ouvrage, où il retractoit & reformoit ſon* Syſtême Preadamitique *comme étant entierement contraire aux Peres & à toute la Tradition de l' Egliſe.* Illa autem retractatio, ſeu epiſtola, quam adduximus,

ximus, recuſa fuit *Francofurti* 1658. in 4. Vid. Niceron *Memoires* l. cit. p. 81. Igitur haec epiſtola, quam *Romae* editam recenſemus, ab illa, quae *Francofurti* recuſa prodiit, non diuerſa eſt, quemadmodum nonnulli tradiderunt. Gallice prodiit titulo: *Lettre d'* ISAAC LA PEYRERE *contenant les raiſons qui l' ont obligé d' abjurer le Calviniſme & & ſon livre des* Préadamites *traduite du latin par l' Auteur même. Paris* 1658. in 8. Obiit ISAAC. PEYRERIVS anno aetatis LXXXII. die XXX. Ianuar. anno 1676. vid. Niceron Tom. XX. p. 42. In obitum eius, a poeta quodam Gallo, hoc conſcriptum fuit epitaphium:

La PEYRÉRE *ici gît, ce bon Iſraëlite*
Huguenot, Catholique, enfin Préadamite.
Quatre religions lui plûrent à la fois;
Et ſon indifference étoit ſi peu commune
Qu' après quatre vingt ans qu' il eut à faire un choix,
Le bon homme partit, & n' en choiſit pas une.

Vid. *Menagiana* Tom. IIII. p. m. 37. *Recherches hiſtoriques curieuſes & remarquables. A Paris* 1723. in 8. p. 221. *Nouveaux Memoires d' Hiſtoire, de Critique & de Litterature par M.* l' Abbé d' Artigny Tom. I. p. 117 ſqq.

PAVL PEZRON, Hiſtoire evangelique confirmée par la Iudaique & la Romaine. *Paris.* 1696. II. Tom. in 8.

YVO PAVLLVS PLEZRON, Gallus, Aremoricus, Hennebontii anno 1639. natus, Ordini Ciſtercienſium addictus, & Theologiae Doctor fuit Pariſienſis, qui diem obiit ſuum anno 1706. Vitam eius deſcripſit Niceron Tom. I. des *Memoires* p. 177 ſqq. Conf. *Memoires de Trevoux* an. 1705. menſe Iul. p. 1279. vbi Catalogus Operum ab illo editorum reperitur. Hunc vero librum, quem adduximus, in ipſa Gallia

lia infrequentem hodie & rariorem eſſe, nos docet Lengletus du Fresnoy dans les *Tablettes chronologiques* Tom. I. p. CLXXXII.

GEORGII MICHAEL. PFEFFERKORNII, Merkwürdige und auserleſene Geſchichte von der berümten Landgrafſchaft Thüringen, darinnen das Denkwürdigſte von dieſes Landes Chroniken, Lage, Fruchtbarkeit, Bergen, Gründen, Flüſſen, Wäldern, Sitten, Sprache, Regiments-Verfaſſung, Kirchen-Polizei-Gewerbe-und Hauszhaltuns-Sachen, wie auch von den vornemſten Thaten und Begebniſſen der Ober-Herren, der Koenige, Keyſer, Landgrafen, Grafen, Herren, Edelen, der Städte, Veſtungen, Vniuerſitäten, Schulen; auch berümte particular-Perſonen und Geſchlechter, nebſt den vornemſten Waſſer-und Feur-Schäden, Contagionen, Kriegen und Belägerungen, Hohen und niedern Standes-Perſonen zu Nuzz und Luſt, aus den geſchriebenen und gedrukten Chroniken und andern brieflichen Uhrkunden Allezeit mit Zuſezzung der neueſten Begebniſſe, bisz auf dieſe Zeit, aufs kürzeſte und fleiſſigſte in 33. Capiteln mit warhaftiger und aufrichtiger Feder beſchrieben. *Frankfurt und Gotha, verlegts Auguſtus Boetius, Druckts Io. Caspar Bachmann. Anno* 1684. in 4. pp. 562. except. dedicat. praefat. & indice.

Haec prima eſt editio chronici Thuringici, in cuius titulo, quem e noſtro deſcripſimus exemplari, Auctoris quidem nomen non comparet, quem tamen

Digitized by Google

GEORGIVM MICH. PFEFFERKORNIVM, Superintendentem Tonnenſem, fuiſſe, extra omnem dubitationem poſitum eſt. Expoſuit in illo magna cura, non antiquam modo, ſed etiam recentiorem & maxime notabilem Landgrauiatus thuringici hiſtoriam. At enim haec prima Chronici editio, paullo rarior eſt. Cum enim in nonnullis locis auctor, & inprimis p. 490 — 494. de conſiliis & conatibus Ioannis Friderici II. Saxoniae ducis, iuſto liberius, adeoque imprudenter ſcripſiſſet, folia iſta, iuſſu Conſiſtorii Gothani, reſecta, & alia in eorum locum adiecta, libroque nouus praefixus fuit titulus, qui annum 1685. omiſſo loci & typographi nomine praefert. Vid. praeter ſcriptores a Cl. Vogtio p. 530. cit. Burcard. Gotth Struuii *Bibliotheca Saxonica* p. 829. Georg. Chriſtoph Kreyſig *Hiſtoriſche Bibliotheck von Ober - Sachſen* Sect. II. c. XVII. p. m. 340.

PHAEDRI, Fabulae, & Publ. Syri Sententiae. *Paris. e typographia regia.* 1729. in 16.

Rariſſima haec eſt editio. Cauſſa illius rei adlata fuit in *Catalogo Bibliopolu Caroli Levier* p. 315. vbi haec leguntur: *Cette edition qu' eſt d' un tres petis caractere, eſt faite dans le gout de celles de* Ieannot; *C'eſt le Roi qui en a fait la depenſe, de ſorte qu'on n'en a tiré qu' un tres petit nombre pour en faire Preſent aux Seigneurs de la Cour.*

EVSEBII PHILADELPHI, *Coſmopolitae*, Dialogi duo de vita Caroli VIIII. Regis Galliarum, reginaeque matris, in Gallorum & ceterarum nationum gratiam compoſiti, quorum primus ab ipſo auctore recognitus & auctus, alter vero in lucem nunc primum editus fuit. *Edimb.* 1574. in 8.

Satis

Digitized by Google

Satis quidem recenſuit hunc libellum rariorem Io. Chriſtoph. Colerus in *Antholog.* p. 293. & de Auctore illius notitiam dedit Vincentius Placcius in *Theatr. Pſeudonymor.* p. 497. ſed vterque primam, primi dialogi, ſilentio praetermittit editionem, quae gallice prodiit titulo: *Le Resveil matin des François & de leurs voiſins composé par* EVSEBE PHILADELPHE *Coosmopolite en forme de Dialogue. A Edimbourg.* 1574. in 8. Niſi omnino nos fallit memoria, verſionem etiam germanicam, vtriusque dialogi vidimus, in 8. excuſam. De auctore libri praeter ea, quae Placcius l. cit. adfert, haec leguntur apud Struuium in *Bibliotheca hiſtorica* p. 380. edit. Buderi: *Verus horum* (dialogorum) *auctor vt manus coaeua adſcripſit exemplo meo, eſt* Barnandus (Placcius l. cit. illum Bernaudum nominat.) *Delphinas. Addidit eadem manus: Multi, quae hic ſcribit, mendacia & columnias eſſe dicunt. Ob id Dn.* de la Fin *illi* Baſileae *in platea frumentaria ad Curiam publice alapam dedit.*

FRANCISCI PHILELFI, Satyrarum Hecatoſtichon Decades decem. *Mediolani* 1476. in 4. mai.

Recuſae fuerunt *Satyrae Venetiis* 1502. vid. *Menagiana* Tom. IIII. p. 232. Maittaire *Annales Typogr.* Tom. II. p. 158. nec non *in almo gymnaſio Pariſiorum per viros fideles Robertum & Ioannem Gourmont fratres apud Clauſum Brunellum ſub ſigno cornu dam̄ei* 1518. in 4. vid. *Menagiana* l. cit. Maittaire l. cit. p. 322. quae quidem editiones omnes rarae ſunt, noſtra autem prima, omnium ſplendidiſſima & rariſſima eſt. Io. Petrus de Ludewig librum vocat *inuentu difficillimum, vtiliſſimum tamen ad cognoſcendos ſeculi mores XV.* Vid. *Catalog. Ludewigian. Biblioth.* P. II. p. 1458. vbi vero bis per errorem *Phileleus* nominatur. In fine noſtrae editionis haec leguntur:

FRANCISCVS PHILELFVS *huic Satyrarum operi extremam manum Mediolani impoſuit. Die Martis Kal. Decembribus. Anno a Natali Chriſtiano M. CCCC. XLVIIII.*

Calliphilus Bernardinus Robiatinus in FRANCISCI PHILELPHI Poetae Praeceptoris Sui Satyras.

Terrarum curſus Satyrae diſcurrite: flammis
Et facinus veſtris vrite quodque malum
Ambitio: liuor: caedes: vis: furta: rapinae:
Orbe micant toto. regnat & ipſe Cotys.
Nunc trutinam praetura tenet maleſana retortam.
Et quae iam fuerant dextra: ſiniſtra manent,
Mitra ſuum proh! nulla quidem conſeruat aſylum,
Coenoſae fiunt fana frequenter hara.
Artemin atque iuuat foedae parere Dianae.
Mercurium Bromio. Thaidi Penelopen.
Quis parcit vitio? Quis vel non crimina curat?
Vel quis non aurum nocte dieque ſitit?
Ergo precor: tantas iam pellite pellite clades.
Corrigite & veſtro fulmine quosque reos.

Impreſſae Mediolani Galeacio Maria Sphortia Inuictiſſimo Duce Quinto florente: per Chriſtophorum Valdarpher Ratisponenſem huius eximiae artis imprimendi conſumatiſſimum Magiſtrum: Anno a natali Chriſtiano Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Sexto: Idibus Nouembribus. Vid. de FRANCISCO PHILELPHO Gerard. Ioannes Voſſius *de poetis latinis* p. m. 80. 81. Io. Albert. Fabricii *Bibliothec. med. & inſim. Lat.* L. XV. p. 845 ſqq. Io. Henric. Foppii *vita* FRANCISCI PHILELPHI in *Miſcellaneis Lipſienſibus* Tom. V. p. 322 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. VI. p. 71 ſqq. Tom. X P. I. p. 159 ſqq. Tom. XXXXII. p. 230 ſqq. Conf. quoque de hac *Satyrarum* editione die *Merckwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 277 ſqq. & Scriptores ibidem cit. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 362. *Menagiana* Tom.

Tom. IIII. p. 232. 233. vbi de alio PHILELPHI libro, etiam haec leguntur: *Vn de ſes Ouvrages, que j'aurois le plus de paſſion de voir, eſt celui, qu'il a intitulé* de iocis & ſeriis *qu'il dit conſiſter en Epigrammes, le tout de pareil nombre de vers, que ſes Satires. Ie ne penſe pas qu'il ait jamais été imprimé quoique l' Auteur dans l' Epitre unique du XXVI. Livre parlant de ſes poeſies, qu'il partage en V. Volumes ſemble marquer le contraire. Voici ſes paroles:* quartum autem & vltimum ex latinis opus eſt, quod inſcribitur de iocis & ſeriis, libri editi decem, verſuum decem millibus. Quintum enim totidem verſibus graecis conſtat. &c. *Mais je tiens que dans le ſtile de ce temsla ces mots* libri editi, *ne ſignifient autre choſe, que livres publiez, quoique ſimplement écrits à la main. On les apelloit* editi, *parce qu'ils étoient redigez en diverſes copies multipliées & repandues dans le public.* &c. Ad hanc Mr. Duchat adnotauit: PHILELPHI *Epigrammatum opus citatur a* Borrichio *de poetis* p. 102. Foppius, *Vie de* FRANC. PHILELPHE p. 351. *du 5e. Tome des Miſcell. Lips. Le même* Foppius p. 354. *parle du Livre* de Iocis & Seriis, *Ouvrage qu'il dit n' avoir jamais vu, & qui n'eſt autre que celui des Epigrammes de* PHILELPHE &c. E quibus verbis adparet, quod FRANCISCI PHILELPHI liber *de iocis & ſeriis* eiusque *epigrammata* vnus idemque ſit liber. Vid. *Ducatiana* Tom. II. p. 279.

FRANCISCI PHILELFI, *viri graece & latine eruditiſſimi*, Epiſtolarum familiarium Libri XXXVII. ex eius exemplari transſumpti. Ex quibus vltimi XXI. nouiſſime reperti fuere & impreſſoriae traditi officinae. *Venet.* 1502. in fol. folior. 266.

In fine noſtri exempli legimus:

FRANCISCI *quicunque velis dictata* PHILELFI
Diſcere, ſiſte gradus, haec monimenta legens.

Vv 4 *Quic-*

Digitized by Google

Quidquid enim variis de rebus epiſtola praebet,
Hinc haurire queas, nil aliunde petens.
Non iactata leges, & quae dat vulgus ineptum,
Sed quae doctus habet vſus (niſus), *& artis opus.*
Siue poeta cupis, ſeu vis Orator haberi,
Philoſophusve magis, hinc erit alta ſeges.
Nam quicquid pulcrum noſtris licet eſſe latinis,
Aut etiam Graecis, hic docuere libri.

Petrus Auguſtinus Philelſus.

Hic eſt finis libri trigeſimi ſeptimi & ultimi Epiſtolarum clariſſimi equitis aurati, ac excellentiſſimi Oratoris, poetaeque laureati Domini FRANCISCI PHILELFI. *Venetiis ex aedibus Ioannis & Gregorii de Gregoriis fratres regnante Sereniſſimo Principe D. Leonardo Lauredano Inclyto Venetorum Duce. Anno Domini* 1502. *Octavo Kal. Octobres.* Iam anno 1488. *Epiſtolarum* FRANCISCI PHILELFI *Libri ſexdecim, impreſſi Venetiis ſtudio & diligentia Magiſtri Ioannis Rubei*, in fol. prodierant, illae nimirum quae a PHILELFO ab anno 1427. ad annum usque 1461. ſcriptae fuerunt. Conſtituunt illae, editionis noſtrae partem priorem. In ſecunda vero parte, quae huic editioni denuo acceſſit, iſtae reperiuntur epiſtolae, quas PHILELPVS ab anno 1461. vsque 1473. ſcripſit. Optimam & rariorem hanc collectionem nominat *Giornale de letterati d' Italia in Venezia* Tom. XIIII p. 341. vbi editor illius Petrus Auguſtinus, PHILELFI nepos dicitur. Auctores diarii, in eam adducti ſententiam fuerunt, per epigramma Petri Auguſtini Philelfi, quod adduximus. Se vero ſecundam epiſtolarum, nondum editarum inueniſſe partem, & e manuſcriptis originariis, in lucem edidiſſe teſtatur Gaspar Alemannus in Dedicatoria epiſtola ad Venetiarum Ducem, id quod etiam Marcus Antonius Sabellicus, in epiſtola adiecta confirmat. Plura vide in den *Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 427 ſqq. Conf. quoque auctores ſupra adlegat. in primis de dua-

duabus aliis editionibus Niceron *Memoires* Tom. X. P. II. p. 187 ſqq. Promiſit quidem illarum *epiſtolarum* nouam editionem Vir S. R. Iacob. Guil. Feuerlinus, promiſſis tamen, quod nos quidem ſciamus, nondum ſatisfactum fuit. Prodierunt vero illae ſtudio S. N. Mucci *Florent.* 1743. in 8.

FRANCISCVS PHILELFVS, de Ieſu Chriſti Sacerdotio. *Rom.* 1476. in 4.

Si talis a FRANCISCO PHILELPHO liber conſcriptus extat, certe e rariſſimis eſt, cum neque apud Michael. Maittaire, neque apud Scriptores, qui de FRANCISCI PHILELPHI vita commentati ſunt, eius mentio facta fuerit. Inuenimus illum in *Catalogo Bibliothecae Dalmannianae* p. 177.

MARI PHILELPHI Epiſtole, Octoginta epiſtolarum genera complectentes, acriori lima nuper recognite quarum ſingula genera in tria membra partita ſunt. Quibus preponuntur eiusdem nonnu'la Artis Rhetorices precepta, Epiſtolari arti non parum accommoda. *Paris. per Nicol. de Pratis.* in 4. omiſſo anni indicio.

Produxit hunc librum, quem *extrêmement rare* vocat Niceron *Memoir.* Tom. X. P. II. p. 189. e *Catalogo Bibliothecae Vilenbroekianae*, & de illo haec adnotauit: *On voit à la tête une Lettre de* MARIVS PHILELPHE (qui Franciſci fuit Filius) *à* Louis Mondellus *datée d'Vrbin le* 8. *Fevrier* 1477. *par laquelle il lui addreſſe le Manuſcrit unique de cet Ouvrage, à condition qu'il ne le communiqueroit à perſonne.* Mondellus *cependant crût devoir le donner en public après la mort de* MARIVS, *comme il paroît par la Lettre, qu'il écrivit ſur ce Sujet à* Octavien Vbaldini, *& qui eſt du* 29. *Avril* 1481. *datte qui fait voir que*

MARIVS *étoit mort quelque temps auparavant:* Conſ. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 477. Vid. quoque *Hiſtoire d'un Voyage litteraire fait en* 1733. *en France, en Angletere & en Hollande* p. 25. vbi recentior memoratur editio, cuius in titulo legitur: *Venundantur, Parrhiſiis a Magiſtro Iohanne Galthero, in clauſo brunelli, in interſignio dive Genovephes* 1511.

PHILOTHEI, Symbola chriſtiana, quibus idea chriſtiani hominis exprimitur *Francof.* 1677. in fol.

De inſigni libri raritate, eiusque auctore nonnulla adtulit Melchior Hurterus apud Gerdeſium in *Florileg.* p. 225. Repetitam illius editionem *Lugd. Bat.* 1691. in 12. cognitam habemus.

PAVLLI CONSTANTINI PHRYGIONIS, Commentarius in Exodum. *Tubing.* 1542. in 4.

Eiusd. Explanatio in Leuiticum, & in priorem epiſtolam ad Timotheum. *Baſil.* 1543. in 4. *ibidem* 1596. in 8.

PAVLLVS CONSTANTINVS PHRYGIO, Scleſtadienſis, ex Alſatia fuit, Doctor Theologiae, & Tubingenſium Paſtor, qui diem obiit anno 1543. Vid. Paull. Freheri *Theatr. viror eruditione claror.* p. 115. Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 544. ab illo editum refert *Chronicon Regum regnorumque omnium catalogum & perpetuam ab exordio mundi temporum ſeculorumque ſeriem complectens, ex optimis quibusque hebraeis, graecis & latinis auctoribus congeſtum, Baſil.* 1539.

GVI DV FAVR *Sieur de* PIBRAC Scripta omnia, rariora eſſe, nos docet Gerdeſius in *Florileg.* p. 226. Catalogum eorum adfert Miceron *Memoires* Tom. XXXIIII. p. 245 ſqq. Conſ. Caroli

Pa-

Digitized by Google

Paſchalii, *vita* VIDI FABRICII PIBRACHII. *Paris* 1584. in 12. & gallice *ibidem* 1617. in 12. De eius *epiſtola*, quam, *de laniena Pariſienſi* conſcripſit, vid. ea, quae ſupra de IOACHIMI CAMERARII Scriptis diſſeruimus.

ALESSANDRO PICCOLOMINI, Dialogo dove ſi ragiona della bella creanza delle Donne, dello Stordito Intronato. *In Milano* 1558. in 8. *ibid.* 1560. in 8. *in Venez.* 1574. in 12. pp. 108.

Iſte liber ſine Auctoris nomine prodiit, quae cauſſa fuit, quam ob rem illius nomen diu ignoraretur. Certe Vincentius Placcius Paullum V. Scauenius vero Pium V. Pontifices Romanos, libri Auctores prodiderunt. Emendauit errorem ſuum Placcius, ab Aproſio admonitus, vid *Theatrum Anonymor.* p. 658. Academiae vero *Intronatorum* Sienenſi PICCOLOMINEVS adſcriptus fuit, cognomenque habuit *Stordito.* Primam & tertiam editionem adducunt Nicol. Franc. Haym nella *Notizia de' libri rari*, *nella lingua italiana* p. 177. Niceron *Memoires* Tom. XXIII. p. 63. Alter librum *rariſſimo*, alter *un Ouvrage extrêmement rare*, adpellat. Editionem ſecundam in *Catalogo Bibliothecae Hulſianae* P. III. p. 577. inuenimus. Libri argumentum Niceron l. cit. his verbis prodit: *On y voit un Entretien entre une jeune Dame, & une de ces femmes, qui ſe meslent de debaucher la jeuneſſe. Cette femme veut perſuades à la jeune Dame l'avantage qu'il y a de ſe faire aimer & d'avoir un amant, & lui enſeigne la maniere dont elle ſe doit conduire pour en avoir, & pour lui plaire, les qualités, qu'elle doit chercher en lui, & la conduite qu'elle doit tenir à ſon egard. Comme la jeune Dame lui répreſente, qu'en prenant un Amant, elle fait une infidelité à ſon Mari, l'autre lui répond qu'il n'y a de mal, que lorsque le Mari le ſçait, & l'avertit de prendre toutes les meſures neceſſaires pour le lui cacher, & pour l'em-*

empêcher même de le ſoupçonner. Elle finit en l'exhortant à s'attacher à un jeune homme, qu'elle lui fait connoître, & la jeune Dame ſéduite par ſes Diſcours ſe ſépare d'elle dans la réſolution de profiter de ſes avis. In gallicum ſermonem libellus translatus per Franciſcum d'Amboiſe, Curiae Pariſienſis Aduocatum, Redonenſis vero Conſiliarium, ſub ficto *Thierry de Timophile, Gentilhomme Picard*, nomine, & hoc titulo inſignitus fuit: *Instruction aux jeunes Dames en forme de Dialogue, dans laquelle elles ſont appriſes comme il ſe faut bien gouverner en Amour. A Lyon*, ſine anni indicio in 16. & paullo poſt titulo rurſus immutato. *Dialogues & Devis des Damoiſelles, pour les rendre vertueuſes & bien heureuſes en la vraye & parfaite amitié. A Paris chez Robert le Maignier* 1583. in 16. De ALEXANDRO PICCOLOMINEO, Patrarum Archiepiſcopo & Senarum Coadiutore, anno 1578. aetatis anno LXX. mortuo, qui iuuenis hunc librum conſcripſit, vid. Girolam. Ghilini *Theatro d' Vomini Letterati* Tom. I. p. 8. Ioannis Imperialis *Muſeum hiſtoricum* p. 82. 83. P. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2288.

DANIEL DEL PICO *Dottore di Sacra Theologia*, Raccolta d'alcune deciſioni ed iſtruzioni colle quali ſi dimoſtra, quall ſia ſtata la pratica della Chieſa nel propagare la fede e nel decidere Controuerſie in ſorte trà Miſſionarii. *In Auguſta* 1702. in 8. pp. 372.

Recenſetur liber in den *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 432. vbi ſub ficto DANIELIS DEL PICO nomine, magnus e Societate Ieſu Vir latere, & liber admodum rarus eſſe, dicitur.

Digitized by Google

IOSVAE PICTORII, alias *Maalers*, Lexicon Latino-germanicum.

Sub tit. *Die teutſche Sprach. Alle Wörter Nahmen und Arten zu reden in Hochteutſcher Spraach dem A. B. C. nach ordentlich geſtellt und mit gutem Latein gantz fleiszig und ordenlich verdollmetſcht, dergleichen bisher noch nie geſehen.* Zürich 1561. in 4. Auctoribus der *Beyträge zur kritiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache* P. XIII. p. 4 nunquam viſum fuiſſe, diſcimus e Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 531. IOSVAM autem PICTORIVM, Tigurinum, hoc Dictionarium, ſuadente Conrado Gesnero, in lucem edidiſſe, ipſe profitetur Gesnerus, in Catalogo Operum ſuorum, quem ipſe edidit, apud Simlerum in *Bibliotheca* p. 140. vbi haec talia legimus: *Dictionarium germanicolatinum noſtra adhortatione copioſiſſimum* IOSVA PICTORIVS *noſter confecit, excuſum Tiguri a Froſchouero in 4. anno* 1561. *cum noſtra praefatione, in qua de lingua germanica in vniuerſum eiusque dialectis, & quam late pateat: qui ei cum Gotthica & Gallica commune: deque antiquis ac recentibus in ea ſcriptis & illuſtrandae eius ratione diſſerimus, per ſesquichartam fere.*

LVDOVICI BIGI PICTORII, opera oratione ligata conſcripta.

LVDOVICVS BIGVS PICTORIVS, quem alii *Bicipictorium*, alii *Ludouicum Bitum*, alii *Piſtorium*, alii denique *Victorium* nominant, Ferrarienſis fuit, qui Angeli Politiani iudicio, inter poetas chriſtianos maxime eminuit. Chriſtianus Daumius in epiſtola ad Thom. Reineſium, illum *bonae mentis ſcriptorem & diſertum poetices* nominat. Vid. *Collectio Epiſtolarum* Thom. Reineſii, *quae e muſeo* Io. Andr. Boſii prodiit. *Ienae* 1670. in 4. Ep. LXXIII. p. 190. Conf. Agoſtino Superbi *Apparato degli huomini illuſtri di Fer-*

Ferrara p. 11. Hieronym. Baruffaldus in *Diſſertat. de poetis Ferrarienſibus* p. 21. Tom. VIIII. *Theſauri Antiquitat. & Hiſtoriar. Italiae*, qui illum meritis ornant elogiis. Varia ſcripſit, quae hodie rariora ſunt. Opuſculorum, prout illa adnotata inuenimus, hic titulos adferemus.

LVDOVICI BIGI PICTORII, *Ferrarienſis* poetae. Candida. in 4.

In fine libri, inter reliqua PICTORII Scripta, rariſſimi, legitur: LODOVICI BIGI P. *Ferrarienſis poetae opus, Ioanni Franciſco Mirandulae Concordiaeque Comiti puero illuſtriſſ. dedicatum. Impreſſum Mutinae per M. Dominicum Richizolam* 1491. *die VIIII. Nou.* Complectitur hoc Carmen elegiacum quinque libros, quibus, ſubs cum Candida amores celebrat. Auguſtino Superbi, & Michael Maittaire illud incognitum fuit. Hieronym. vero Baruffaldus eius l. cit. facit mentionem, qui tamen ea in re, admiſit errorem, quod *Candida*, quae vox, in ſingulari numero, nomen perſonae proprium, in titulo, refert, numero multitudinis extulerit, & a PICTORIO *Candidorum libros V.* ſcriptos dixerit. Conf. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 522.

LVDOVICI BIGI PICTORII, *Ferrarienſis*, Tumultuariorum carminum L. VII. in 4.

In fine libri, reperiuntur haec adſcripta; *Mutinae per Magiſtrum Dominicum Rocciolum. Anno Dom. noſtri* 1492. *VII. Idus Iunii.* Vid. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 548. Agoſtino Superbi & Hier. Baruffaldus l. cit. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. l. cit.

LVDOVICI BIGI PICTORII, meditatio de

de oratione dominica. Precationes item duae, altera ad Chriſtum Dei filium, altera ad beatiſſimam virginem eius matrem. *Venet.* 1502. in 4.

Vid. Antonii Poſſeuini *Adparat. Sac.* Tom. II. p. 358.

LVDOVICI BIGI PICTORII, Paraphraſis in Pſalterium rhythmis italicis. *Ferrarae* 1510. in 8. recus. 1547.

Vid. Iacob. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. II. p. 905.

LVD. BIGI PICTORII, *Ferrar.* Epigrammaton in Chriſti vitam libellus Leoni X. Florentino ſummo Pontifici, ex mandato Octauiani Mariae Sforziae Laudenſis Epiſcopi feliciter dedicatus. *Mediolani per Io. Angelum Scinzenzeler* 1513. *d. XVII. Decembr.* in 4.

Vid. Maittaire *Annal Typogr.* Tom. II. p. 250. Bernardi de Montfaucon *Bibliotheca Bibliothecarum manuſcriptorum noua.* Tom. I. p. 313. vbi vero pro *XVII. Decembr.* legitur *XVII. Nouembr.*

LVD. BIGI PICTORII, *Ferrarienſis*, Opuſculorum chriſtianorum epitome. in 4. fol. 16.

In fine legitur: *Finit Epitome Opuſculorum chriſtianorum* LVDOVICI BIGI *aereis litteris deſcriptum, per orthographiae inſtructiſſimum virum Ioannem Knap. anno ſalutis chriſtiane* G D. *IX.* (1509) Vid. die *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 523.

LVD. BIGI PICTORII, *Ferrarienſis*, Opuſculorum chriſtianorum metricorum Libri III.

Pon-

Pontii Paulini carmen Iambicum chriſtianam pietatem commendans, edente Beato Rhenano, Heluetenſi. *Argentinae ex officina Schureriana* 1509. in 4.

Vid. Niceron *Memoires* Tom XXXIIX p. 273. Maittaire *Annal.* Tom. II. p. 197. Dicati ſunt hi tres libri Io. Franc. Pico, Alberto Pio Carporum Principi, & Guidoni Vbaldo Vrbin. Duci. Extat quoque editio *Murinae per Dominicum Rocociolam* 1498. in 4. vid. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 664. Ex iis non pauca *ſcbolae* ſuae *Chriſtianae*, *Baſileae* aliquoties editae, inſeruerunt Io. Süſenbrot, & Io. Gaſtius. It. Ian. Gruterus Tom. I. *Deliciar. Italorum poetarum* a p. 404-436. Leodegarius a Quercu in *Floribus* quo Epigrammatum multa ex illis adtulit.

LVD. BIGI PICTORII, in coeleſtes proceres hymnorum epitaphiorumque liber; eiusdem Epigrammatum libelli duo. *Ferrar. impreſſ. per Io. Maciochum Bondenum* 1514. in 4.

Vid. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. II. p. 262. Ant. Poſſeuini *Apparat. Sac.* T. II. p. 358. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 460.

LVD. BIGI PICTORII, Sacra & ſatyrica epigrammata, elegiae, epitaphiorum item & epigrammatum L. II. *Ferrar. per Io. Mazochium.* 1514. in 4.

Vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* & Ioſ. Simleri *Bibliotheca* ll. cit. Recuſa fuerunt *ſacra & ſatyrica epigrammata cum nonnullis* Michael. Verini, B. Dardani, Bened. Iouii, Laurentii Lippii, p. Fauſti Andrelini, Ludouici Lazarelli Sedtempedani *poematibus*, *opera & ſtudio* B. Rhenani. *Baſil. apud. Io. Frobeni-*

Digitized by Google

benium 1518. in 4. pp. 110. vid. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. III. p. 523. In Catalogo operum Beati Rhenani, quem Niceron Tom. XXXIIX. p. 270-278. adtulit, hic liber non reperitur.

LVD. BIGI PICTORII, Hippolita. *Venetiis* 1516. *per Georg. de Ruſconibus.*

Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* l. cit. *carmen* vocat *elegantiſſimum*, quod prima vice *Ferrariae* prodierit. Conf. Ant. Poſſeuin. l. cit. qui dicit: *eam perelegante carmine ſcriptam ferunt. Nimirum eam ipſe non vidi.* Mich. Maittaire etiam incognita fuiſſe videtur.

LVDOVICI BIGI PICTORII, Orriciorum poematum Libri III. *Venet.* 1522.

Simlerus & Poſſeuinus ll. cit. huius libri quidem mentionem faciunt, ſed apud Mich. Maittaire illum fruſtra quaeſiueris, ſicuti eiusdem *Coricea*, & *ſex libros aliorum carminum*, qui etiam a Simlero & Poſſeuino memorantur.

IO. FRANCISCI PICI, *Mirandolani*, de auro libri III. in quo de auro tum aeſtimando, tum conficiendo, tum vtendo diſſeritur: cum explicatione complurium Philoſ. & Medic. Facult. arcanorum. *Venet.* 1586. in 4.

Libris omnium rariſſimis, hunc adnumerari, in *Bibliotheca Heukelom-Akersloot.* ſcribit Cl. Vogtius p. 531. Plures autem editiones, extant ſubinde repetitae, e quibus nobis innotuerunt *Ferrarienſis* 1587. in 8. *Vrſell.* 1598. in 8. *ibid.* 1602. in 8. Adiectus poſterioribus duabus editionibus conſpicitur Bernardi Comitis antiqui Treuirenſis philoſophi expertiſſimi *περὶ χημείας liber.* Inſertus etiam eſt

Tom. II. *Theatri Chemici*, quod 1613. aliquot voluminibus prodiit. p. 337 ſqq. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXXIIII. p. 147.

THEODOR. PIESPORDII, Stemma Habsburgo-Auſtriacorum Principum, origo, & res geſtae, quatuor ſchematibus a Pharamundo deductae, iconibus, emblematibus, inſignibusque illuſtratae. *Bruxell.* 1616. in fol.

Hunc librum 1616. prodiiſſe teſtantur *Catalog. Bibliotb. Menkenianae* p. 387. *Ludewigianae* Tom. I. p. 856. Num editio anni 1620. quemadmodum in Cl. Vogtii *Catalogo libr. rar.* p. 532. legitur extet, nos ignorare fatemur.

IO. PISTORII, *Woerdenatis*, ob euangelicae veritatis adſertionem apud Hollandos, primo omnium exuſti, martyrium. Deſcriptum a Guil. Gnaphaeo Hagienſi, tunc temporis in eundem cum beato martyre carcerem coniecto. Nunc autem e manuſcripto editum a Iacobo Revio. *Lugdun. Batau. excud. Wilhelmus Chriſtianus Boxius* 1549. in 8. pp. 168.

Commendant hunc libellum, qui in belgicam translatus linguam inſertus fuit der *Hiſtorie der Martelaren. Dordr.* 1657. in fol. p. 56—69. a ſingulari illius raritate die *Nchrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. IIII. p. 29. Combuſtus fuit PISTORIVS, ob contractum in ſacerdotio matrimonium an. 1425.

Cum Priuilegio. PLATYNAE hiſtoria de Vitis Pontificum periucunda: diligenter recognita;

gnita: & nunc tantum integre impreſſa in fol. folior 146.

E rariſſimis haec editio eſt, quam, haec ſcribentes, ante oculos habemus. Illa neque a Theophilo Sincero in der *Neuen Sammlung von lauter alten und raren Büchern* p. 412. neque a Nicerono Tom. IIX. p. 226. qui editiones huius libri, longa ſerie recenſent, memorata, neque ipſi Michael. Maittaire cognita fuit. In fine haec leguntur: *Excellentiſſimi hiſtorici* PLATYNAE *in vitas ſummorum Pontificum ad Sixtum IIII. Ponti. Max. praeclarum opus feliciter explicit: Venetiis impreſſum a Philippo Pincio mantuano anno Domini* 1504. *die* 22. *Auguſti. Iuſtiſſimi DD. Leonardi Lauredani Venetiarum Ducis Sereniſſimi tempeſtate.* Adiecta conſpiciuntur huic editioni I. PLATINAE *dialogus de falſo & vero bono. L. III. Diuo Sixto IIII. Pont. Max.* II. *Dialogus contra amores ad Ludouicum Stellam Mantuanum.* III. *Dialogus de vera nobilitate ad ampliſſ. Vrſinum Archiep. tranenſem.* IIII. *Dialog. ad Laurent. Medicen de optimo ciue L. II.* V. *Panegyricus in laudem ampliſſimi patris Beſſarionis Epiſc. Sabini, Cardinalis Niceni, & Patriarch. Conſtantinop.* VI. *ad Paullum II. Pont. Max. oratio de pace Italiae confirmanda & bello Thurcis indicendo.* VII. *Diuerſorum academicorum panegyrici in Parentalia B.* PLATYNAE. Omnis vero adpendix fol. LIII. abſoluitur. Conf. de PLATINA, praeter Scriptor. a Cl. Vogtio cit. *Giornale de' letterati d' Italia in Venez.* Tom. XIII. p. 414. it. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica.* Centur. IIII. p 9 ſqq.

PLATINAE, Hiſtoria inclytae vrbis Mantuae & ſereniſſimae familiae Gonzagae in libros VI. diuiſa, & nunc primum e Bibliotheca Caeſarea a Petro Lambecio in lucem edita, atque neceſſariis additionibus illuſtrata. *Vindobonae* 1675. in 4.

Digitized by Google

De rariſſimo hoc libro in *Bibliothecae Rinckianae Catalogo* p. 545. haec leguntur: *Hic rariſſimus liber, olim magno pretio redimebatur.* Lambecius *enim cum Commentario ſuo in* PLATINAE Hiſtoriam Mantuanam, *auguſtae viduae* Eleonorae Gonzagae *offenſam incurriſſe dicitur, a continuatione deſiſtere iuſſus, id quod verba finalia:* Annotationum Petri Lambecii in PLATINAE Hiſtoriam Mantuanam, praeter ſpem interruptarum finis, *confirmant.* Conrad. Samuel. Schurzfleiſchius *in litteris prid. Calend. Septembr.* 1677. *ſcriptis, hunc libellum fiſco addictum perhibet, hiſce verbis: Hiſtoriam Mantuanam Lambecii optarem continuari, ſed vt Dresdae audiui, eo ſcripto offenſam Auguſtae viduae, incurrit, quod non dubito, quin cognitum habeas:* Vid. *Fortſetzung der monathlichen Unterredungen* anni 1706. p. 268. Fabricii Adnotata ad *Catalogum Lambecii.* Conf. Niceron *Memoires* Tom. IIX. p. 229. *Biblioth. Hamb. Hiſtorica.* Centur. IIII. p. 26 ſqq. *Leben Petri Lambecii. Hamb.* 1724. in 8. p. 138. In Ludouici Anton. Muratori *Scriptores rerum italicarum* PLATINAE liber inuenitur Tom. XX. p. 609 ſqq.

EDVARDI POCOCKII, Specimen Hiſtoriae Arabum ſiue Gregorii Abulpharagii Malacienſis de origine & moribus Arabum, ſuccincta] narratio, in linguam latinam conuerſa, notisque e probatiſſimis, apud ipſos, auctoribus fuſius illuſtrata. *Oxonii* 1650. in 4.

Prima huius libri editio, prodiit *Oxon.* 1648. in 4. vid. Thom. Hyde *Catalogus Bibliothecae Bodleianae* T. II. p. 65. Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 408. Recuſum librum eſſe *Lipſiae* adfirmat Richard Simon *Bibliotheque Choiſie* T. II. p. 94. Idem POCOCKIVS etiam edidit Gregorii Abulpharagii *Hiſtoriam Dynaſtiarum arabice & latine cum Adpendice. Oxon.* 1663. cui libro

Digitized by G

libro imprimendo Academia Oxonienſis 140. libr. Sterlingorum ſuppeditauit.

POEMATA aliquot inſignia illuſtrium poetarum recentiorum, hactenus a nullis ferme cognita, aut viſa. *Baſileae apud Robertum Winter.* 1544. in 16. ibid. 1557. in 16.

Haec rariora & haud adeo cognita POEMATA collegit Gilbertus Cognatus Nozerenus, vti perhibet Niceron *Memoires* Tom. XXIIII. p. 63. eaque in re auctoritate manuſcripti cuiusdam catalogi, Scriptorum Comitatus burgundici, innititur. Titulos POEMATVM Laurentii Mondanarii, Petri Bembi, Auguſtini Beatiani, Camilli Palaeotti, Iul. Camilli, Aaronis Batalaei Triuilienſis, Eucharii Syneſii, Baptiſt. Perſii, Ioannis Arnolletti, Buccii Aenicolae, Franciſci Philelphi, Iani Vitalis Panormitani, Petri Curſii, Claudini Budini, Paull. Cerrati, Paul. Belmiſſeri, & Quintiani Stoae, quae in hac collectione reperiuntur, longa ſerie recenſet, ſingulorum quoque ſcripta, paſſim enarrat Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca*.

Le POETE ſans fard, ou diſcours Satyriques en vers. *A Cologne* 1696. in 12.

Haec prima libri editio eſt, *Lugduni*, non autem, vti titulus refert, *Coloniae* impreſſa. Secunda prodiit mutato paullulum titulo: *Le* POETE *ſans fard; contenant Satyres, Epitres, Epigrammes, ſur toutes ſortes de Sujets. A Libre ville* (Rouen) *chez Paul. Diſantvray, a l' Enſeigne du Miroir, qui ne flate point.* 1698. in 12. & tandem recepto priore titulo, *Bruxell.* 1701. in 12. Adſciuit vero Franciſcus Gacon ſibi cognomen du POETE *ſans fard*, ob ingenium ſatyricum, quo omne, quod tulit illi ſe obuium, carmine ſatyrico proſequutus eſt.

Imagini eius, Pariſiis, aere inciſae, hoc ſubſcriptum legitur epigramma:

Tel fût le POETE *ſans fard*
Qui tacha d' accorder & la nature & l' art
Dans ſes poetiques Ouvrages
Aux froids & ſots rimeurs il porta des grands coups
Et pour ſe faire aimer des ſages
Il fit toujours la guerre aux ſous.

Natus fuit Franc. Gacon Lugduni 1667. & Prior de *Notre Dame de Baillon*, Ordinis Cluniacenſis, factus, ibidem obiit anno 1725. anno aetatis LIIX. mens. VIIII. Vitam eius deſcripſit Niceron Tom. XXXIIX. p. 233 ſqq.

POETAE chriſtiani. *Venetiis apud Aldum* 1501. 1502. II. Tom. in 4.

Rarioris collectionis recenſio ſatis adcurata inuenitur in den *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 508 ſqq.

Speculum haereticorum: *Fratris* AMBROSII CATHARINI POLITI, *Senenſis, Ordinis Praedicatorum. Impreſſum Cracouiae. Per Ioannem Haeliz, Neo-Chriſtianum Anno Dom.* 1540. in 8. pl. 7.

Inſignem libri raritatem prodidit Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluſkiſch. Bibliotb. ſich befindenden raren polniſchen Büchern.* P. I. p. 20. Edidit illud *ſpeculum* Martinus Sporn Dominicanus, & haereticae prauitatis inquiſitor Vratislauiae, qui POLITO illud ſubduxerat cum Romae commoraretur. Recuſum eſt *Speculum* cum POLITI libro *de peccato originali, & perfecta iuſtificatione a fide & operibus Lugduni* 1541. in 8. Conf. de AMBROSIO CATHARINO POLITO, Senenſi, Archiepiſcopo Com-

Digitized by Google

Compſae, qui eo potiſſimum floruit tempore, quo Synodus Tridentina habebatur, Sixtus Senenſis in *Bibliotheca Sancta* L. IIII. p. m. 208. vbi illum *conciuem* ſuum, *primum in diuinis Scripturis Praeceptorem, virum ingenii viribus valentem, diſciplinarum opibus excellentem, & eloquii tam hetruſci, quam latini facundia praepotentem*, nominat. Idem Sixtus Senenſis L. V. VI. & VII. *Bibliothecae Sanctae*, excutit pleraque AMBROSII CATHARINI POLITI, praeſertim quae in libris *Adnotationum* aduerſus ſcripta & dogmata Thomae Cardinalis Caietani POLITUS emiſerat. Vid. quoque Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 71 ſqq. Ambroſii de Altamura *Bibliotheca Dominicana* Centuria IIII. ad ann. 1553. p. 302 ſqq.

P. POMPONATII, *Mantuanii*, Tractatus de immortalitate Animae in 8. pp. 128.

In fine legitur: *Finis impoſitus eſt huic tractatui per me* PETRUM *filium Ioannis Nicolai Pōponatii de Mantua, die* 24. *menſis Septemb. Anno Chriſti* 1516. *Bononiae. Anno* 4. *Pontificatus Leonis* 10. *ad laudem indiuiduae Trinitatis*, &c. Exiſtimat quidem Cl. Vogtius p. 540. e ſuo, libri, quod poſſidet, exemplo, a quodam titulum eſſe abſciſſum, ſed libellum, ſine titulo, vt tunc ferebat conſuetudo, fuiſſe excuſum, vt credamus adducimur, ipſa illa editione, quam poſſidemus, & alio huius editionis exemplo, quod apud amicum, cum Lipſiae, ſtudiorum cauſſa verſaremur, ſine titulo, conſpeximus. De ceteris PETRI POMPONATII libris rarioribus v. c. *Apologia, Defenſorio, Dubitationibus in IIII. Meteorologic. Ariſtotelis* &c. vid. Niceron *Memoires* Tom. XXV. p. 333 ſqq. Io. Gottlieb. Olearii *Diſſert. de* POMPONATIO. *Ienae* 1709. in 4. *Hiſtoire d'un Voyage litteraire fait en* 1733. *en France, en Angleterre & en Hollande* p. 36 ſqq. Conf. Paull. Freheri *Theatr. virorum eruditione claror.* p. 1441.

Digitized by Google

ANTONII LODZIA A PONINSKY, *Palatini Poſnanienſis*, *Equitis ordinis Aquilae albae*, Opera heroica olim ſub nomine Equitis Poloni ſparſim edita, nunc vero plurimum aucta, cura, ſtudio, & impenſis Ioannis Maximiliani Krolikiewicz. Sacr. Reg. Maieſt. Secretarii, *impreſſa anno Dom.* 1739. in 4.

Hunc librum ob exemplorum impreſſorum paucitatem, in ipſa iam Polonia raro inueniri, docent *noua litteraria Lipſienſia* anni 1749. num. XXVII. p. 235 ſqq.

Sarmatides, ſeu Satyrae cuiusdam Equitis Poloni. Illuſtriſſimo & Excellentisſimo D. D. Ioanni Friderico Sacri Romani Imperii Comiti in Koden, Dorohoſtaie, Czarnobyl, & Kopyty Sapieha Supremo Magni Ducatus Lithuaniae Cancellario, Praefecto cum Iurisdictione Palatinatus Breſtienſis, Propoyſcenſi, Gorzdouienſi &c. Capitaneo, Ordinis Aquilae albae Equiti, a Ioanne Maximiliano Krolikiewicz, Sacrae Regiae Majeſtatis Secretario Dedicatae. Anno Domini 1741. in 4. pp. 241. excepta dedicatione.

Hic, in cuius poſſeſſionem, ipſi haud ita pridem venimus, liber, eundem ANTONIVM LODZIA A PONIN PONINSKY habet auctorem, & ob exemplorum paucitatem raro inuenitur. Adſcribemus hanc ob cauſſam Satyrarum tabellam, & contentorum in hoc libro indicem. Satyra I. agit *de Natura Perſonae iſtius inductionis ſunt Satyrus & Auctor.* Sat. II. *de religione*, in qua, paullo acrius, in proteſtantium inuectus eſt religionem. Sat. III. *de educatione.* Sat. IIII. *de vera magnitudine animi*, *& de temeritate.* Sat.

Digitized by Google

Sat. V. *de tyrannide amoris.* Sat. VI. *de tyrannide honoris.* Sat. VII. *de tyrannide fortunae & ſpei vanitate.* Sat. IIX. *de rebus polonicis.* Sat. VIIII. *de iniuria famae, & obliuione rerum humanarum.* Has ſatyras, multo ſale, conſperſas excipiunt eiusdem Auctoris *inſcriptiones variae, epigrammata, epitaphia, elegiae,* &c. Vt lectores noſtri perſpiciant, qualis fuerit PONINSKIVS poeta, illud hic adiiciemus epigramma quod p. 205. inſcribitur: *De ſcriptis ſuis furto ablatis.*

Quos calor egeſſit, rapuit mihi Praedo labores,
Fur tulit e noſtra proprietate lucrum.
Sed minus hoc fateor, fiam patienter egenus!
Diues ob ingenio ſi manet ille meo.
Aſt dubito quod ſit fur ditior inde futurus
Nam mentis nunquam tuta rapina fuit.
Gaudeo, ſi prudens noſtrum ſibi carmen adoptat,
Si inſipiens demum? furta dolenda reor.
Quod ſi reſtitues alienae ſcripta Poeſis,
Inſcribam gratis Carmina mille Tibi.

In Satyris, & inprimis in Satyra quinta, multi verſiculi mutilati, & penitus omiſſi reperiuntur. id quod ob nimiam eorum licentiam & acrimoniam, eſſe factum coniicimus. Plura eiusmodi opuſcula, & in ſoluta, & in ligata oratione ab Auctore conſcripta, ſed non edita fuiſſe index eorum docet, qui p. 205. & 206. reperitur.

PHILIPPE DES PORTES, Pſeaumes de Dauid, mis en vers françois. *A Paris* 1604. in 12.

Vid. Cl. Vogtius p. 544. Ingens editionum copia, e rariorum librorum numero, hunc librum, ſine omni dubio eximit, niſi forte ob contemtum, quem noſtra aetate is experitur, rarus dici debeat. Habemus enim vt ex inſigni multitudine, nonnullas

Digitized by Google

hic adiiciamus editiones, de ann. 1595. 1598. 1603. 1606. 1608. 1610. 1611. &c. Vid. Niceron Tom. XXV. p. 315. vbi de hoc libro ſcribit: *Il en avoit d'abord paru ſeulement* 60 *à Paris chez Mamert. Patiſſon l'an.* 1592. *in* 12. *C'eſt un des moindres Ouvrages de notre Auteur, qui avait perdu tout ſon feu lorsqu'il le compoſa; on peut dire auſſi la même choſe des* Poeſies & Prieres chrétiennes, *qui ſe trouvent à la Suite de quelques éditions de ſes Pſeaumes.* Floruit vero PHILIPPVS PORTAEVS Poetarum eroticorum in Gallia princeps tempore Caroli VIIII. Henrici III. & IIII. Galliae Regum, & Monaſterii, quod *Bonport* vocatur, Abbas extitit Commendatarius. Obiit anno 1606. Aetatis anno LX. Conf. Iac. le Long. *Biblioth. Sacr.* T. II. p. 698. qui illum Abbatem vocat Tironenſem. De editione des *Oeuvres de* DES PORTES, *Paris chez Patiſſon.* 1600. in 8. vid. *Hiſtoire d'un Voyage litteraire* ſaepius cit. p. 89. vbi PORTAEVS adpellatur *un charmant poete*, & Speciminis loco eius adfertur *l'Adieu à la Pologne*, p. 90 ſqq.

POVRTRAITS & hiſtoire de plus illuſtres & ſavans hommes de leurs Siécles, tant de l'Europe, que l'Aſie, Afrique & Amerique. recueillez de leurs Tableaux, Livres, Medailles, antiques & modernes. Par André Thevet Angoumoyſin, Premier Cosmographe du Roy. *A Paris* 1671. IIX. Tom. in 12.

Multo auctior haec editio illa eſt, quae *Paris.* 1584. II. Tom. in fol. prodiit. Secundam quidem editionem anno 1695. in lucem emiſſam fuiſſe perhibet Sigmund. Iacobus Apinus in der *Anleitung wie man die Bildniſſe berühmter und gelehrter Männer mit Nutzen ſamlen ſoll* p. 125. not. m. ſed id anno iam 1671. factum eſſe nos docet *Catalogus Bibliothecae Menkenia-*

nae p. 25. Cornel. a Beughem *Bibliographia hiſtorica, chronologica, & geographica*, p. 345. Niceron *Memoires* Tom. XXIII. p. 81. qui, *il ne faut pas chercher*, ait, *dans cet ouvrage beaucoup de particularités ſur ceux dont il y eſt parlé. Ce ne ſont le plus ſouvent que des generalités qui n' apprennent rien; & il y a des fables & des imaginations de l' Auteur, comme dans ſes autres ouvrages. Il y a ſur tout un article d' un certain* Quoniambec, *Geant fabuleux dont* Iean de Leri *l' a fort raillé.* Andreas Theuet obiit Eleemoſynarius Catharinae de Medicis Galliae reginae Pariſiis anno 1590. Si Io. Burchardo Menkenio in *Declamation. de Charlataneria Eruditorum* p. 124. *edit. recentiſſ.* anni 1747. fidem habemus, Andreas Theuet viginti octo ita calluit linguas, vt expeditisſime loqueretur. Sed hanc & alias eiusmodi narrationes de nimia Theueti credulitate in dubium vocare videtur Niceron l. cit. p. 77.

GVIL. POSTELLI, Scripta fere omnia.

GVIL. POSTELLVM, inter polygraphos, locum obtinere, ſatis conſtat, libellos ab eo editos, qui, hoc tempore, in paucis bibliothecis reperiuntur, ſatis adcurate recenſet Cl. Vogtius in *Catalog. libror. rar.* p. 545-552. quibuscum conferri merentur, quae, apud Niceronum Tom. IIX. des *Memoires* p. 295-356. Tom. X. P. II. p. 268 ſqq. leguntur, e quibus, paucos, per lancem quaſi ſaturam proferemus, qui, raro obiiciuntur oculis, & prae ceteris, qui commemorentur, digni ſunt.

Les tres merveilleuſes victoires des Femmes du monde, & comme elles doivent à tout le monde par raiſon commander; & même à ceux, qui auront la monarchie du monde vieuil. Livret écrit par G. POSTEL à Madame Marga-

rite

rite de France. *A Paris de l'imprimerie de Iehan Gueullard.* 1555. in 24. fol. 81.

Sic libri titulus, a quibusdam prolatus conſpicitur. Omiſſum vero eſt verbum *nouveau.* Igitur ita legi debet: *des femmes du nouveau monde;* huic enim reſpondet: *& même à ceux qui auront la Monarchie du monde vieuil.* Satis adcuratam libelli dedit notitiam Niceron l. cit. p. 334-344. vbi inprimis ea excerpta conſpiciuntur, quae, ad ſic dictam *Mere Ieanne* ſpectant. Illud vero opuſculum inter reliqua POSTELLI ſcripta, eſſe rariſſimum, ex eo coniicit Niceron, *puisque dans les ventes de Bibliotheques, où il ſe trouve, on le pouſſe toujours jusqu' à quarante écus au moins.*

Le prime Nove del altro mondo, cioe l'admirabile hiſtoria e non meno neceſſaria ed utile da eſſer letta ed in teſa da ognivno, che ſtupenda, intitolata: La Vergine Veneziana. Parte viſta, parta provata e fideliſſamente ſcritta per GVLIELMO POSTELLO *primogenito della reſtitutione, e ſpirituale Padre di eſſa Vergine.* Ieremiae 31. Creauit Dominus Ihovah nouum ſuper terram. *Appreſſo del Autore.* 1555. in 12. folior. 39.

De inſigni & plane incredibili libri raritate vid. Niceron l. cit. p. 345. vbi ſcribit: *il n'eſt point de de Livre plus rare. En vain le chercheroit-on dans les Bibliotheques les plus nombreuſes de Paris. &c.* Errant vero qui librum titulo: *de Virgine Veneta*, adducunt, ſicuti illi etiam errorem admittunt, qui titulo *la vergine Veneta*, illum prodiiſſe ſcribunt. Auctor de l'*Eſſais de litterature*, Tom. I. p. 124. ſuam recenſionem his inchoat verbis: *De virgine Veneta*

circa

Digitized by Google

circa annum 1552. &c. & paullo poſt contendit, librum, qui inſcribitur *les tres-merveilleuſes Victoires des Femmes* &c. apologiam & commentarium huius noſtri eſſe. E quibus ſatis dilucide adparet, vtrumque librum ab illo oculis non fuiſſe conſpectum. Dixerat quidem Niceron l. cit. exemplum libri, quod in Bibliotheca M. le Gros de Boze, Academiae Inſcriptionum & bon. litterar. Secretari perpetui extitit, vnicum forte eſſe in Europa, ſed hanc mutauit poſtea ſententiam, vt patet e P. II. Tom. X. p. 268. Plura vide apud Scriptores a Cl. Vogtio p. 547. productos.

GVLIELM. POSTELLI, reſtitutio rerum omnium conditarum, per manum Eliae Profetae terribilis, vt fiat in toto mundo conuerſio perfecta & maxime inter Iudaeos; interprete ex Hebraeis GVIL. POSTELLO. *Paris* 1552. in 16.

Librum hunc ſeorſum prodiiſſe, vix crediderimus, cum in ea editione, quam nos vidimus, ille ſecundam partem, vel, ſi mauis, adpendicem conſtitueret libri, cui titulus; *Abrahami Patriarchae, liber Iezirah ſiue formationis mundi, patribus, quidem Abrahami tempora praecedentibus reuelatus, ſed ab ipſo etiam Abrahamo expoſitus Iſaaco, & per prophetarum manus, poſteritati conſeruatus, ipſis autem LXXII. Moſis Auditoribus, in ſecundo diuinae veritatis loco, hoc eſt in ratione, quae eſt poſterior authoritate, habitus. Vertebat ex Hebraeis & Commentariis illuſtrabat* 1551. *ad Babylonis ruinam, & corrupti mundi finem* GVIL. POSTELLVS *reſtitutus. Paris.* 1552. in 16. Idem teſtatur Niceron l. cit. p. 329. vbi & irdiculam narrationem de mortuo POSTELLO, & reſuſcitato, cui, epitheton, *reſtitutus*, nomini adiectum, occaſionem dedit, adfert. Quis

vero

vero libri Cabbaliſtici *Sepher Ietzirach*, qui ſub Abrahami Patriarchae nomine apud Iudaeos circumferri ſolet, verus ſit auctor, nondum inter viros doctos conſtat. Omnia fere, quae ad hanc controuerſiam ſpectant, congeſſit Io. Alb. Fabricius in *Codice Pſeudepigrapho veteris Teſtamenti* p. 381 — 390. Conf. *Lettres Choiſies de* M. Simon. Tom. II. Lettre XXVII. p. 187 ſqq. Optima libri cenſetur editio, quae hebraice cum Commentariis R. Abraham ben Dauid, ſeu Dior; R. Moſis, filii Nachanan; R. Moſis Botrel; R. Eliezer de Garmiſa; & R. Saadias Gaaon *Mantuae* 1562. in 4. prodiit. Recentiſſima vero eſt, quam cum noua verſione, & notis, Io. Stephanus Rittangel Linguar. oriental. in Elect. Acad. Regiomontana Prof. Extraordinar. *Amſtelodami* 1642. in 4. in lucem emiſit. Sine dubio etiam GVIL. POSTELLI verſio eſt, etſi Io. Morinus illam Io. Reuchlino tribuat, quae inter Io. Piſtorii *Scriptores Cabbaliſticos Baſil.* 1587. in fol. Tom. I. p. 869 ſqq. reperitur.

GVIL. POSTELLVS, de Originibus, ſeu de varia, & potisſimum orbi latino ad hanc diem incognita, aut inconſiderata hiſtoria, cum totius orientis, tum maxime Tartarorum, Perſarum, Turcarum & omnium Abrahami & Noachi alumnorum origines, & myſteria Brachmanum retegente. Quod ad gentium, litterarumque, quibus vtuntur, rationes adtinet, ex libris Noachi & Hanochi, totiusque auitae traditionis a Moſis alumnis ad noſtra tempora ſeruatae & Chaldaicis litteris conſcriptae a POSTELLO poſteritati eruta, expoſita, atque propoſita. *Baſil.* 1553. in 8.

Cl.

Digitized by G

Cl. Vogtius illum librum in 4. Miceron autem l. cit. p. 333. & *Catalogus Bibliothecae Tellerianae* p. 145. in 8. prodiiſſe tradunt.

GVIL. POSTELL, Hiſtoire memorable des expeditions depuis le deluge faictes par les Gauloys ou Francoys depuis la France, jusques en Aſie, ou en Thrace, & en l' orientale partie de l' Europe, & des commodités, de divers chemins pour y parvenir & retourner pour montrer avec quelz moyens l' Empire des Infideles peut & doibt par eulx eſtre deffaict. A la fin eſt Apologie de la Gaule contre les maleuoles Eſcrip vains, qui d' icelle ont mal ou negligemment eſcript; en apres les tres anciens droicts du peuple gallique & de ſes Princes. *A Paris.* 1552. in 16. pp. 190.

Integrum libri, qui nobis ad manus fuit, titulum ab illo, quem Cl. Vogtius ex Iacobi le Long *Bibliotheca hiſtorica*, adtulit, aliqua ex parte, diuerſum hic adſcripſimus. Liber etiam non in 8. ſed in 16. recuſus eſt.

La loy Salique, livret de la premiere humaine verité, la ou ſont en brief les origines & autoritez de la loy Gallique, nommée communement Salique, pour montrer, a quel point faudra neceſſairement en la Gallique republique venir, & que la dite republique ſortira un Monarque temporel. *Paris.* 1552. in 16.

Vid. Niceron l. cit. p. 332. qui librum etiam mutato titulo; *de la premiere verité humaine, où ſont contenuë les ſources, cauſes, vertu & pouvoir de la loy Gal-*

Digitized by Google

Gallique, dite Salique, de duite ſelon ſa vraye antiquité. A Lyon 1559. in 16. pp. 77. editam fuiſſe ſcribit.

Prot-euangelium Iacobi fratris Domini, de admirabili natiuitate, & incunabilis virginis matris Mariae, & ipſius Ieſu. *Baſil.* 1552. in 8.

GVLIELM. POSTELLVS primus fuit, qui hunc librum, e graeco ſermone, in latinum translatum euulgauit, illumque more ſuo, tanti aeſtimauit, vt in libro, *de originibus, ſeu de varia & potiſſimum orbi Latino, ad hanc diem incognita aut inconſiderata hiſtoria* &c. *Baſil. apud Oporinum* 1553. in 8. edita, ſcriberet: *euangelica hac hiſtoria Iacobi, Pontificatum maximum Iuſti, ac Mariae virginis matris, Chriſtique incunabula ita proponi, vt absque illa hiſtoria Euangelium ad rationis examen, de ſua origine diſcuſſum, ſit ob Atheos periclitaturum.* Fuerunt nonnulli, qui hunc librum a GVIL. POSTELLO ſuppoſitum fuiſſe exiſtimarunt. Eminet inter illos Henricus Stephanus, qui, dans ſon *Traité preparatif à l' Apologie pour Herodote* Chap. XXXIII. Tom. II. p. 91. edit. recentiſſ. Mr. le Duchat. contra *Proteuangelium Iacobi* vehementer declamat, eiusque narrationes cum Alcorano confert, & POSTELLVM ipſum totius fraudis architectum librumque ab eo compoſitum fuiſſe, diſertis verbis prodidit. Sed liberat a fraudis ſuſpicione GVIL. POSTELLVM, & nihil hac opinione vanius aut iniquius eſſe, e Codd. MSS. & multis teſtimoniis adductis, demonſtrat Io. Alb. Fabricius in *Codice Apocrypho Nou. Teſt.* p. 56. vbi ab aliquo Ebionita, Gnoſticoue, ex iis, qui tot olim ſcripta, apoſtolorum nominibus, ſimplicem, illorum & hebraiſantem dictionem aemulantes ſuppoſuere, graece conſcriptum fuiſſe, teſtatur, ipſum-

Digitized by Google

ipſumque *Proteuangelium Iacobi* inſeruit. In *Apocryphis* Michael. Neandri, quae *Baſileae* 156 . *ex officina Oporini* prodierunt, & *Catecheſi* Lutheri *graeco-latinae*, *& ſelectioribus aliquot patrum ſententiis graeco-latinis* adiecta ſunt, *Iacobi Prot-euangelium*, cum POSTELLI verſione etiam inuenitur, cui Neander, more ſuo, notulas, in margine adſperſit.

GVILIELM. POSTELLI, *regii in Academia Viennenſi, linguarum peregrinarum & Mathemat. Profeſſoris*, de linguae Phoenicis, ſiue hebraicae excellentia, & de neceſſario illius & arabicae penes latinos, vſu, praefatio, aut potius loquutionis, humanaeue perfectionis panegyris. *Viennae Auſtriae opera Michael. Cimmermanni* 1554. in 4.

Vid. *Ducatiana* P. II p. 374. Conf. quoque *Bibliotheca Bremenſis* Tom. VII. p. 193 ſqq. cui hic libellus ob inſignem eius raritatem, integer conſpicitur inſertus.

Apologia pro Serueto de anima mundi, ſiue de ea natura, quae omnino neceſſaria eſt, & habenda eſt media inter aeternam immobilemque, & creatam mobilemque, eſtque conſubſtantialiter in ipſo Chriſto, ſicuti etiam eſt habenda: contra aſpergines & praecipitatum Caluini in hanc cauſſam iudicium. Auctore GVIL. POSTELLO, *reſtitutionis omnium primogenito, a Caluino hac in cauſſa male perſtricto.*

Ineditam hanc eſſe *Apologiam*, & in Bibliotheca Mr. du Fay extare, teſtatur Niceron l. cit. p. 354. Illam

Iam vero inde in Bibliothecam Comitis de Hoym illatam fuiſſe inuenimus in *Ducatianis* P. II. p. 374.

GVIL. POSTELLI, Apologia pro ſe ipſo.

Vid. Cl. Vogtius p. 551 ſqq. In ea GVIL. POSTELLVM ſe purgare, ſcribit Niceron l. cit. p. 355. a criminationibus cuiusdam Matthieu d'Antoine, quem Viretum eſſe, POSTELLVS ſuſpicatur, qui contra illum, libellum euulgauerat, titulo inſignitum ſequenti: *Reponſe aux Reveries & Hereſies de* GVILLAVME POSTEL *Coſmopolite. A Lyon.* 1562. in 16. Excerpta ex hac apologia, ſatis luculenta dedit Rich. Simon dans ſes lettres choiſies Tom. I. p. 205—217. Qui plura de GVIL. POSTELLO noſcere cupit, adeat praeter *Bibliothecas gallicas* Verdieri, & de la Croix du Maine, *Obſeruationes Halenſes* Tom. I. Obſeruat. XXI. p. 323—369. Tom. IIII. Obſeruat. XII. p. 231—265. vbi etiam librorum ab illo conſcriptorum inuenitur catalogus, qui tamen ſi illum cum eo, quem Niceronus exhibet, contuleris, admodum imperfectus eſt. Conf. quoque Godofred. Arnoldi *Kirchen-und Ketzerhiſtorie* Tom. I. p. 318. Iacobi Friderici Reimmanni *Hiſtoria vniuerſalis Atheiſmi & Atheorum* p. 289 qui illum ex Atheorum indice expunxit. Vid. quoque Scriptores illi, quos Niceron l. cit. p. 356. longa ſerie adfert.

IOANNIS POSTHII, *Germershemii*, Parerga poetica. *Baſil.* in 8.

Admodum rara eſſe, teſtatur Iacob. Bruckerus in dem *Ehrentempel der deutſchen Gelehrſamkeit* Decur. II. p. 66. not. q. Ianus Gruterus, ob carminis elegantiam, ea inſeruit *Deliciis Poetarum Germanorum* Tom. V. p. 122—244.

POSTV-

Digitized by Google

POSTVLATA Ordinis eccleſiaſtici vniuerſi, in regno Poloniae, coram S. M. Regia, ordine Senatorio & Equeſtri, in Comitiis Varſauiens. Generalib. A. D. MDLXXXV. habitis, propoſita. *Eccleſ. VII.* in tota anima tua time Dominum, & Sacerdotes illius ſanctifica. In omni virtute dilige eum, qui te fecit, & miniſtros eius ne derelinquas. Honora Deum, ex tota anima tua, & honorifica Sacerdotes, & propurga te cum bracchiis. Da illis partem, ſicut mandatum eſt tibi primitiarum & purgationis. *I. Theſſalonic. V.* Rogamus autem, vos Fratres, vt noueritis eos, qui laborant, inter vos, & praeſunt vobis, in Domino, & monent vos, vt habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum, & pacem habete cum eis. *Poſnaniae, in Officina Typographica Ioannis Wolrabi. Cum gratia & priuilegio S. R. M.* 1585. in 4. pp. 36.

Continet rariſſima haec collectio, quae Iacobum Brzeznicki, Canonicum poſnanienſem & Secretarium regium, habet auctorem, opuſcula tria, tunc temporis, ob decimas, ordini eccleſiaſtico, in Polonia, reſtituendas, promulgata. Pluribus verbis illam recenſet Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 30 ſqq.

PARDVLPHI PRATEII, Iurisprudentia vetus Draconis & Solonis, cum romano Iure Legum regiarum ac decemuiralium diligenter collata. *Lugdun.* 1559. in 8.

Digitized by Google

Eiuſd. Iuriſprudentiae mediae L. IIII. *ibid.* 1561. in 8.

PRATEIVS, Auguſtobucconias, non *Rodulphi*, vt Cl. Vogtius ſcribit, ſed PARDVLPHI geſſit nomen. Guilielmi du PRAT, ſeu PRATEII, philoſophi ſui temporis, celeberrimi fuit nepos, multisque operibus iuridicis, & libris e graeco ſermone, in latinum conuerſis, tempore Henrici II. Galliae regis inclaruit. Vitam eius deſcripſit François la Croix *du* Maine dans *la Bibliotheque de France*, quem videſis. Hos vero libros inſeruit Eucrardus Otto *Theſauro iuris Rom.* quem V. Volum. in fol. *Traiecti ad Rhenum* 1733 edidit.

GABRIEL. PRATEOLI, *Marcoſſii*, *D. Theolog.* Elenchus alphabeticus, de vitis, ſectis & dogmatibus omnium haereticorum, ab orbe condito, ad noſtra vſque tempora *Colon.* 1581. in 4.

Editio a Cl. Vogtio omiſſa; GABRIEL PRATEOLVS, vulgo *du Preau* dictus, Marcoſſius, Theologiae Doctor fuit pariſienſis, qui diem obiit 1588. Vid. de illo Anton. Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* Tom. I. p. 523. Ioſ. Simlerus in *Bibliotb.* p. 213. Quale vero pretium ſit ſtatuendum eius *haereticorum elencho*, vel inde patet, quod commentis & figmentis ineptiſſimis refertus ſit, & ſaepe haereticos, qui nullibi, niſi in PRATEOLI cerebro exſtiterunt, commemoret; quod exemplis demonſtrat luculentiſſimis P. Baile dans le *Dictionaire* voce *Bezanitae*, ſive *Bezaniani* Tom. I. p. 541. voce *Farellus* Tom. II. p. 1156 voce *Ioan. Weſtphalus* Tom. IIII. p. 2879. &c. Conf. Natalis Alexandri *Hiſtor. Eccleſ. Vet. Teſt.* Sec. XV. & XVI. Cap. V. Art. II. p. 290.

Digitized by Google

IOH. PREVSSE, Theologia, oder geiſtliche Geſpräche, von vnterſchiednen Artickeln der chriſtl Religion, Inſonderheit von der warhafrigen vnd Heil. Drey - Einigkeit, angefangen von zween Handwercksleuten; welche aber, nachdem ſie zu tief in die Schrift kommen, ihre Seelſorger zu Hülfe geruffen: von welchen zwar in ihrer beiderſeits Gegenwart drey gantzer Tage lang diſputiret, aber der Streit nicht beygeleget worden, ſondern weil beyde Parten vermeinet gewonnen zu haben, ſind ſie raths vnd einig worden aller Welt Vrtheil ihre gehaltne Diſputation, mit beiderſeits Vnkoſten, vnd Erlaubnis allenthalben nachzudrucken, durch öffentl. Druck zu vnterwerfen. im Iahr, aLs DIe haVptIrrthVMer begVnten zV wanCken (1682) *Freyſtadt in Verlegung der Autoren*, in 4. pp. 1078.

Vid. Cl. Vogtius p 555. Recenſetur peſtilentiſſimus liber, in *Nou-Antiquis* anni 1725. p. 200 ſqq. Co f. quoque de Auctoris vita *Nou - Antiqua* 1713. p 579. Chriſtophor. Sandii *Biblioth. Anti - Trinitarior.* p. 163. Io. Fabricii *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae* P. V. p 65. Godofr. Arnoldi *Kirchen-und Ketzerhiſtorie* P. XI. L. XVII. c 13. §. 21. p. 1034. S. R. Io. Georg. Walchii *Einleitung in die Religions - Streitigkeiten* P. IIII. & V. p. 315.

Statuta ac Priuilegia Regni Poloniae omnia: Hactenus, magna ex parte, vaga, confuſa, & ſibi pugnantia: iam autem, in gratiam D. Sigismundi Auguſti, Regis Poloniae, & in vſum

Reipublicae. Ab IACOBO PRILVSIO. *Caſtren. Praemislien. & tum Terreſtri Cracouien. Notario ac Aedili*, collecta, digeſta, & conciiata. Ita, vt vna lex ſit, de vno quouis negocio: indeque noſtrae, immo vero optimae Reipub. forma, omnibus ſui partibus, deſcripta appareat. His omnibus etiam Praefationes & Commentaria, ex Regum decretis, conſuetudinibus Regni, variisque Scriptoribus ac Legislatoribus, conflata: non tamen Legum, ſed, apud gratos Lectores, vim tantum conſiliorum habitura, opportunis locis acceſſerunt. Quae quidem Statuta diuiduntur in libros ſex. Primus liber: De Rege nec non ſpiritualibus & ſaecularibus conſiliariis, Officialibus ſeu Magiſtratibus Regni. Item de Militibus. Item de Mercatoribus, Opificibus, & Agricolis. Item de Seruis, Vagis, & Mendicis. Item de Iudaeis, & Paganis. Secundus de rebus Fiſci Regii. Tercius de rebus Spiritualium & Saecularium. Quartus de Actionibus Terreſtris Iudicii. Quintus de Ducatibus, Regno vnitis, foederatis, & externis, item de Pace & Obedientia, ac de Legationibus. Sextus de Re Militari. Opus, labore ac ſumptu meo, partim in Sczuczin, partim ſub arce Cracouien. in aedibus meis, ad antrum Draconis, ſcriptum & toto biennio eſt excuſſum, abſolutum vero ineunte anno 1553. in fol. pp. 965.

In ipſa Polonia, hanc legum collectionem eſſe rariſſimam nos docuit Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht*

Digitized by Google

richt von denen in der Zalusk. Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern P. I. p. 38 ſqq. vbi ſatis copioſe eam recenſet. De prodromo huius Operis, vid. idem Ianozki l. cit. p. 41. Conf. de IACOBO PRILVSIO, qui a Pontificiis, ad Proteſtantium ſacra tranſiit, Simon. Starouolscii *Elogia & vitae Scriptorum illuſtrium* p. 76. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 321. qui illum minus recte *Iacob. Peluſium* nominat, illiusque opus, ob praefationes, ab auctore additas, opera Epiſcoporum ſuppreſſum eſſe, ſcribit, illumque Cracouiae circa anni 1554. initium obiiſſe, teſtatur.

Les PRINCESSES Malabares, ou le Célibat philoſophique. Ouvrage intereſſant & curieux avec des Notes hiſtoriques & critiques. A *Tranquebar chez Thomas Franco.* 1735 in 8. pp. 200. except. praefat. & claue libro adiect.

Primum liber in Gallia prodiit, niſi forte haec noſtra, prima eſt editio, quam auctor Gallus, in Belgio, typis exſcribendam curauit. Charta enim, litterarum character, & omnia alia, Belgium produnt. Impius vero auctor, qui, vt populo placeret, quam fecit, fabula, perſonas, veſtes, vela & colores, ab Indis mutuatus eſt, diſertaque oratione, luminibus, & ornamentis malabaricis, ingenioſe decorata, *gratiam* quidem *efficacem*, eiusque amicos commendat, & Ieſuitas, cum *ſufficienti*, quam praedicant, *gratia*, explodit, re ipſa vero, nullam eſſe omnibus ex religionibus ſuadet, cui vir ſapiens, & recta ratione praeditus, ſalutem ſuam committere poſſet. Vix liber prodierat, cum ſupremi ſenatus pariſienſis auctoritate, a carnifice publice laceraretur, & combureretur, & omnia eius, quae quidem reperiri potuerunt, exempla, e medio tollerentur. Sed in Germania, mox recuſus

fuit, etiamſi illa editio, *Amſtelodamum*, in titulo prae ſe fert. Auctorem illius fuiſſe Crebillonium iuniorem, Ferdinandus quidem Stoſchius, in *appendicula ad* Gerdeſii & Vogtii, *Florileg.* & *Catalogum libror. rar.* p. 9. qua fretus auctoritate, neſcimus diſerte prodidit, cum vero addit ipſum illum auctorem, cum libro ſuo fuiſſe combuſtum, id cum veritate minus congruit. Crebillonius iunior enim, adhuc in Gallia viuit, id quod libellorum ab illo editorum, quorum non ſpernenda in Germaniam, perfertur copia, ſatis ſuperque commonſtrat. Strinxit contra librum impium calamum, Summe Reu. Moshemius diſſ. ſingul. quam hoc titulo: *Gallus gloriae Ieſu Chriſti Spiritusque ſancti obtrectator, publicae contemtioni expoſitus*, *Helmſt.* 1736. in 4. pp. 49. edidit. In *Diſſertationibus* Ioann. Laurent. Moshemii *ad Hiſtoriam eccleſiaſtic. ſpectantibus* Tom. II. haec diſſertat. hoc inuenitur titulo: *Nouus religionis chriſtianae hoſtis, ex Gallis patefactus & fugatus*, p. 659—727.

PROCESSVS iudiciarius Maſcaron contra genus humanum in fol. ſine loci & anni indicio.

Quis auctor huius libri, quo loco, & quonam prodierit tempore, id aliis diſquirendum relinquimus. Nihil de eo relatum legimus, etſi omnem adhibuerimus operam, incaſſum tamen laborauimus. Nouem abſoluitur foliis in folio. Litterarum characteres gothici admodum rudes & craſſi, iisque admodum ſimiles ſunt, quibus Günther Zainerus olim vſus fuit. Maſcaron, ſeu vt nonnunquam etiam in libro vocatur, Maſtaron, nec non Manſcaron, totius infernalis nequitiae, vt ſe ipſum vocat, eſt procurator, Deus iudex, Gabriel nuncius iudicialis, & Maria cauſſarum patrona, quae hominum perorat cauſſam. Liber innumerabilibus

cita-

citationibus ex vtroque iure refertus eſt, & formam proceſſus iudiciarii, ob oculos ponit. Speciminis loco hic adſcribamus Maſcaronis accuſationem: *Ego procuratorio nomine conqueror iuxta no. in l. poſt mortem. ff. quando ex facto tu. & de inſtito. l. ſi. quod cū ego & alii quorū nomine ego ago per infinita tempora comm̄ui preſcriptione preſcripta iuxta poſita. XVI. q. III. in §. p. 9. ea & per totū fuiſſemus in pacifica poſſeſſione tormentandi cruciandi & iuſticiandi genus humanum apud infectores de conſecra. dis. IIII. Firmiſſime. nunc de nouo iure iuris ordine n̄o ſeruato cont. l. ſi pacto. C. de pac. & II. qu. VI. Diffinitiue & de excep. rei iudi. in. l. I. parte non vocata contra legem de vnoquoque ff. de re. iudi. & de adop. l. nam ita diuus de conſti. c. Eccleſia ſancte Marie pro voluntatis libito ſumus dicta poſſesſione priuati in l. meminerint. C. Vnde vi. & l. ſi quis in tantam. e. ti. extra de re. ſpoli. in literis. De hoc etiam querelam lamentabilem exponemus cora te Quare placeat tibi genus* (genus) *hūanū vocare ad veniendū certa die coram te mihi procuratori reſponſurū iuxta no. in. l. aut qui aliter. §. 1. ff. q. vi aut clam ex. de reſcriptis. cſ. 1. Proteſtans primo quod reſtituatis nobis plenam & liberam eſſe fiendam poſſesſionem omnium anīarum que in celo terra & purgatorio ſunt & que eas ſequuntur q̄. nate ſunt ac naſcentur iux. l. I. §. nonſolū. als. incip̄. fructuū. & §. 9. vindemias. ff. de vi. & vi. ar. & de reſti. ſpo. gravis. &c.* In fine libri legitur: *Litigacio manſcaron contra genus humanū finit feliciter.* Vidimus librum in Bibliotheca portenſi publica, qui non confundendus, cum aliis eiusdem generis libris, quorum varii inueniuntur in Michael Maittaire *Annal. Typogr.* paſſim. Recenſetur etiam aliqua ex parte, proceſſus iudicarii, a noſtro, plane diuerſi editio rariſſima *Argent.* 1478. a Io. Adam. Bernhard in der *curieuſen Hiſtorie der Gelehrten* p. 657. Chriſtus in illo iudicis, Diabolus accuſatoris, Moſes vero rei perſonam agit. Scripſit etiam Iacobus de Thera-

mo, Canonicus Aprucinus & Archidiaconus Auerſanus *Conſolationem peccatorum, ſiue litem Chriſti & Belialis, coram iudice Salomone*, cuius inter alias, extat editio *Goudana* 1481. in fol. Ad imitationem illius, id quod ipſe fatetur, poſtea conſcripſit Iacobus Ayrer, Iur Doct. & Aduocat. Norimbergenſis, *Hiſtoriſchen Proceſſum iuris zwiſchen Lucifer und Ieſum*, cuius nos poſſidemus editionem *Francf. am Meyn* 1601. in fol. pp. 742. exceptis indicibus dedicat. & praefat.

PROCLI, *Diadochi, Lycii, Philoſophi Platonici, A. C. Mathematici probatiſſimi*, in primum Euclidis Elementorum librum Commentariorum ad vniuerſam mathematicam diſciplinam principium eruditionis tradentium L. IIII. a Franciſco Barocio, Patritio Veneto, ſumma opera, cura, ac diligentia, cunctis mendis expurgatis, ſcholiis & figuris, quae in graeco codice omnes deſiderabantur aucti: primum iam romanae linguae venuſtate donati, & nunc recens editi. *Patauii, excudebat Gratioſus Perchacinus* 1560. in fol. pp. 272. exceptis praemiſſis & indice.

PROCLVM, Lycium, Syriani diſcipulum, & in ſchola athenienſi ſucceſſorem, fuſe ac erudite, in primum Euclidis elementorum librum, eſſe commentatum, ſcribit quidem Io. Alb. Fabricius L. V. *Biblioth. graec.* Cap XXVI. p. 520. Longe vero aliam, de hoc PROCLI Commentario, tulit ſententiam Cl. Milliet Dechales, in *Tr. prooemial. de progreſſu Matheſeos & illuſtribus Mathematicis*, cum Tom. I. *Oper.* p. 11. *librum eſſe*, ait, *exigui momenti, qui multas minutias complectatur, quae cuique advertenti, facile in mentem venire poſſint.* Laudat vero Fran-

Digitized by Google

Franciſci Barocii curam & diligentiam, quam in conuertendo PROCLI collocauerit libro. Edidit hanc ſuam Barocius translationem iuuenis XXII. annorum, & M. Antonio Paſſero, patauino, quem alterum aetatis ſuae nominat Ariſtotelem, M. Antonio Mureto, gallo, Ioanne Faſcolo, patauino, Vincentio Cardino, florentino, Felici Paciotto, vrbinate, viris latinae & graecae linguae peritiſſimis, cunctisque ſcientiis praeditis, adiutoribus, & cenſoribus ſe eſſe vſum, in praefatione, ipſe profitetur. Inſcripſit verſionem ſuam nomine Danielis Barbari Patriarchae aquileienſis deſignati. Liber nitidiſſime impreſſus eſt; PROCLI textus e graeco conuerſus, variis figuris ligno inciſis, (*in holz geſchnittne Leiſten*) circumſcriptus conſpicitur. Textui vero, Barocii ſcholia & adnotationes ſubiectae conſpiciuntur. Maiorem autem a poſteris, Barocius, inire poterat gratiam, ſi verba PROCLI graeca, ſuae verſioni adiecíſſet. Habemus quidem PROCLVM graece editum, a Simon. Grynaeo *Baſil.* 1533. in fol. quam editionem auctor der *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr* Tom. II. p. 211. inſigni quodam elogio ornat, ſed Barocius lectores in praefatione rogat, ne ſuam verſionem, cum exemplari graeco, Baſileae, dilaniato potius quam impreſſo, conferre velint. Conf. I. A. Fabricii *Bibliotbeca gr.* l. cit. Ioſ. Simleri *Bibliotbeca* p. 200. vbi vero liber, typothetarum forte errore, *Patauii* 1569. prodiiſſe dicitur.

Liber PSALMORVM Dauidis arabice, cum verſione latina Victorii Scialac & Gabriel. Sionitae. *Rom. ex typographia Savariana.* 1614. in 4.

Conſtituerat Franciſcus Savari de Breves, gallus niuernenſis, Cath. Regis Chriſtianiſſ. apud Turcarum Imperatorem, deinde Romae apud Paullum

V.

V. Pontif. max legatus, ſacrorum bibliorum, arabicam & latinam interpretationem promulgare, & ideo in ſuis aedibus, ſuo ſumtu, inſtruxit typographiam, e qua vero praeter PSALTERIVM arabicum e graeco ſermone, cura & ſtudio Gabriel. Sionitae 1614. & hac editione arabica & latina, nihil aliud prodiit. Vid. Iac. le Long *Biblioth. Sacra* T. I. p. 125. p. 307. Obiit Franciſcus Savari anno 1627. Quod vero ad Victorium Scialac adtinet, cuius opera, praeter Gabriel. Sionitam vtebatur, ille Maronita accurenſis, e monte Libano, & linguae arabicae & ſyriacae Lector, in Collegio Sapientiae, Romae fuit.

PSALMI Dauidis arabici. *Aleppi ſumtibus Athanaſii graecorum antiocheni Patriarchae.* 1706. in 4.

De rariori editione vid. Iac. le Long *Bibliotheca Sacr.* l. cit.

PSALTERIVM Dauidis latino-ſaxonicum vetus, a Io. Spelmanno editum, e vetuſtiſſimo exemplari, & cum tribus aliis, non multo minus vetuſtis collatum. *Londin. excud. R. Badger* 1640. in 4.

Neque integer, neque genuinus, vt ipſe Io. Spelmannus in admonitione ad lectorem ſcribit, liber eſt. Inuenitur in rariore hac editione ſermonis ſaxonici contextus, ſed ad ſingula verba latina, verbales tantummodo verſiones, in quibus a linguae proprietate, neceſſario ſaepe diſceditur. Inuenerat vero Spelmannus, huius verſionis codicem peruetuſtum, in bibliotheca Oxonienſi, quem poſtea cum tribus aliis, e bibliothecis nimirum academiae cantabrigienſis, Collegii S. Benedicti, & Tho-

Thomae Comitis Arundelliae contulit. Vid. Iacob. le Long *Biblioth. ſacr.* Tom. I. p. 423. Auctores *Adnotat. in vitam Aelfridi magni Anglorum Regis* ab ipſo Spelmanno conſcriptam p. 1[illegible]7.

PSALTERIVM in quatuor linguis, hebraea, graeca, chaldaica, latina. *Coloniae* impreſſ. 1518. 4. Id. Iun. in fol.

Euulgauit hanc rariſſimam editionem, Ioannes Potkenius, Germanus, vir linguarum orientalium gnarus, & eccleſiae S. Georgii colonienſis, Praepoſitus. Opinione ſe deceptum intelligit, qui verſionem chaldaicam in hoc libro quaerit, reipſa enim eſt PSALTERIVM redditum lingua aethiopica, quam iis temporibus, chaldaicam vocare ſolebant. Vid. Io. Ludolphi *diſſert. de lingua aethiopica.* Idem Potkenius iam anno 1513. PSALTERIVM & *Canticum Canticorum* chaldaice, vt titulus fert, ſed verius aethiopice, in 4. cum praefat. latina ediderat, id quod ex eius epiſtola noſtrae editioni adiecta, adparet, vbi inter alia ſcribit: *Cumque maximam Indiae maioris, quae & Aethiopia ſub Aegypto eſt, Regis, a puero audiſſem, eſſe potentiam, — linguam ipſam chaldaeam ab ipſis* (monachis) *ad tantam ſufficientiam didici, vt mihi perſuaderem, me poſſe* PSALTERIVM Dauid, *arte impreſſoria edere, vt & quinquennio vix exacto* Romae *edidi: ſed cum homo germanus, in patriam poſt multa luſtra reuerſus, patriae me fateor debitorem:* PSALTERIVM *ipſum, non modo in hac chaldaea, per me in Europam importari coepta, ſed & hebraea & graeca ac latina linguis imprimi curaui — retegens etiam quod graeca, latina & chaldaea translationes ex* LXX. *interpretibus, non ex hebraea veritate deſcenderunt. Adiutorem in his habui* Iohannem Soter, *alias* Heyl *affinem meum chariſſimum, harum quatuor linguarum ſtudioſum,* &c. Conf. Iac. le Long *Bibliotheca ſacra* Tom. I. p. 130. 132. Maittaire *Annales*

del *in gloſſam magiſtralem* PSALTERII *prefatiuncula*, e qua haec pauca in lectorum noſtrorum gratiam adſcribemus: *Etſi vtriusque teſtamenti inſtrumenta: nouerimus ſatis ſatisque plurificata. quamquam etiam: alii quorundam moderniorum poſtillas: p ſcripture explanatōe multiplicarint: precipuorum tamen auctorum expoſitionibus necdum abundamus. Nos ergo quos friſculenta ſcaturitio: aut recens defluxus refrigerat: plus stāgno grādisſimo: ex plurimis: lōge decurſis: tepeſcētibusque riuulis exundante: ſtudemus atque delectamur: nō quorūcunque placitis: ſed chriſtiane religionis principūs glosſis atque doctrinis: noſtri eui homines abundātisſimos facere. Pſalterium autem dauid prophetarum eximii. quum propter excellentiam ſuam plus ceteris in diuinis frequentetur officiis: ne decetero pſalmorum decantatores ſint vt tympanum inſcuſſatum: neſcientes quid perſonent: in primis expoſitōem eius offerimus. illo etiam accedente quod codex exemplatu dignisſimus exhibebatur: cuius emendationē ſi ad eius vetuſtatē retuleris: aut primū exemplū: aut ex primo transſumptū putes neceſſe eſt. Quam gloſſā:* Petri lombardi Magiſtri ſententiarum: *qui hac ſua compilatōe vt quibusdā placet: nō libris ſentētiarum meruit antonomaſice magiſter appellari. Inde &* gloſſa magiſtralis *preritulatur. Sūt aūt pene vniuerſe eius gloſſe ſumpte: vel ab Auguſtino: Casſiodoro: Hieronymo: Remigio: Ambroſio: Gregorio: Hylario vel Alcquino.* &c. In codicis fine haec leguntur verba: *Gloſſa magiſtralis: in librum hymnorum Dauid: Petri lombardi: Magiſtri ſententiarum: explicit feliciter. Inſculpta Nueremberge oppido Germanie celebratisſimo. ductu Andree friſner de wūſidel. Artiu liberalivm magiſtri. & Ioannis Senſenſchmid. Ciuis nurembergenſis. Anno dñi. Milleſimo quadringenteſimo octauo.* (1478) *die vero februarii duodecimo. Laus deo glorioſisſimo.* Hiſce verbis ſcuta ſeu inſignia Typographorum adiecta ſunt. Conf. de hac vetuſtiſſima editione Michael. Maittaire *Annales typogr.* Tom. I. p. 393.

Digitized by Google

p. 393. Recentiſſima ſine dubio huius *gloſſae*, ſeu Commentarii in PSALMOS editio eſt, quam recognitam F. Richardus Cenomanus Franciſcanus *Paris.* 1541. in fol. in lucem emiſit. Quanti hunc librum aeſtimauerit Franciſcus Pithoeus, elucet e *Pithoeanis*, quae primum cum eruditis communicauit M. Teiſſier dans le III. Vol. des *additions aux Eloges de Mr. de Thou*, vbi p. 2. haec legimus: *Ie vous prie de m'acheter* Petrus Lombardus in PSALMOS: *c'eſt un tres bon livre. Tout ce qu'a fait* Lombard. *eſt excellent. Il étoit fort homme de bien.* &c. Conf. de Petro Lombardo, Nouarienſi, Epiſcopo pariſienſi, quem vt Sixtus Senenſis L. IIII. *Bibliothec. Sanct.* p. m. 311. ſcribit: *omnes theologorum ſcholae ſingulari quadam venerationis excellentia* Magiſtrum ſententiarum *adpellant*, Anton. Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* Tom. III. p. 59. Caſimir Oudin, in *Commentar. de Scriptoribus eccleſiaſt.* T. II. Col. 1218 ſqq. vbi integra inuenitur *diſſertatio de* Petro Lombardo *Sententiarum magiſtro.* Io. Alb. Fabricii, *Bibliotb. med. & infim. Lat.* L. XV. p. 79 ſqq. Diem obiiſſe dicitur ſuum, anno 1164. Sepultus eſt in Eccleſia Suburbii pariſienſis Sancti Marcelli, vbi hoc eius epitaphium hodie legitur:

Hic iacet Magiſter Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus, qui compoſuit librum Sententiarum, Gloſſas Pſalmorum & Epiſtolarum, cuius obitus eſt dies XIII. Kalendarum Auguſti.

In PSALTERIVM Ludolfi Carthuſienſis qui & auctor fuit vite chriſti expoſitio. *Spirae* 1491. in fol. fol. 224.

Vid. de Ludolfo, Saxone, Carthuſienſi, ea, quae ſupra adtulimus, cum rariorem editionem, de illius *Vita Ieſu Chriſti* recenſeremus. Non quidem haec omnium prima editio eſt, inter eas tamen prima, quae facto anni & loci indicio prodierunt. Quod

Iacobus Wympſelingius Sletſtatenſis huius editionis in ſe ſuſceperit curam, ex praemiſſa eius *epiſtola, ad vniuerſos optimarum litterarum cultores* oppido patet. Cum totius operis, in illa expoſuerit rationem, nonnulla quae huc ſpectant excerpemus. Ita vero ille: *Ludolfus Saxo ſacratiſſime religionis carthuſienſiū apud nobilē Argentinā Alumnus: perſpicaciſſimo ingenio: exactiſſima diligentia: cumulatisſima doctrina: ſuauisſima nobilisſimaque lucubratōne: Daviticorū carminū interpretationē enucleatisſime complexus eſt: adeo vt haud facile caeteris (cum eorum venia loquar) qui ante eum in eosdem Pſalmos expoſitōes tradiderūt minus vtilē eccleſiae fructū iudicandus ſit attuliſſe. — Dauiticae lirae diligentisſimos interptes Hieronymū Auguſtinū Casſiodorū Petrum Lumbardū: & quotquot huic labori inſudauerūt nō modo vidit & legit: ſed & ſentētias eorum tanquam amenisſimos flores & quam vtilisſima grana ſapienter ac cōpendioſius interſeruit: In primis quid ſibi tituli velint: quid argumentū & materia: quid intentio: quid ſententia generaliter & ſpeciatim prae ſe ferant. ita breuiter & aperte determinat: vt vix ſimilē legas: qui ſub pſalmorū vmbra eternā temporalēque chriſti natiuitatē: vite ſanctimoniā: perſecutōnes: tormenta: mortem ac reſurrectionem ceteraque id genus myſteria tam luculenter diſſeruerit & explicarit: Ipſos quoque verſus qui nōnunquam videntur in cortice: nequaquam ſibi inuicē: cohererere: ſubtilisſimis cōnectentibus gloſarum vinculis ſcitisſime peritisſimeque iungit & continuat. Ad calcē denique Pſalmi cuiuslibet: deuotam concinnāque & ipſi Pſalmo conſonā oratiunculā obſeruate curioſeque ſupreddit.* &c. Typographus quidem nomen ſuum non adpoſuit, litterarum vero characteres, quibus liber exſcriptus eſt, iis admodum ſimiles ſunt, quibus tunc temporis, Petrus Drach, Spirae, vtebatur. In fine libri haec legimus:

Ter quinquagenos Dauid canit ordine Pſalmos
Verſus bis mille ſex centos ſex canit ille.

Uene-

Venerabilis patris Ludolffi carthuſie͂n. Expoſitio in Pſaltèrium diligenti caſtigato͂e exarata finit feliciter.

Perge ludolfe foras: variasque f\[raris͂ ı urbes.
Doctorum placido ſuſcipiare ſinu.
Ingrediare domos arcas penetralia cellas.
Multa det hoſpiciu͂ byblıotheca tibi.

Hos verſiculos, excipiunt Franciſci Petrarchae *poe- te laureati Pſalmi penitentiales elegantes & deuoti*, qui tribus abſoluuntur foliis, totique libro finis imponitur. Conf. de variis huius libri editionibus, Scriptores ſupra a nobis producti. I. A. Fabricii *Biblio- theca med. & infim. Lat.* L. XI. p. 848. Iacobi le Long *Biblioth. Sacr.* T. II. p. 635.

PSALTER des koeniglichen prophetten Davids geteutſcht nach warhafftigem Text der hebraiſchen Zungen. *Vollendet in der kaiſerlichen Stat augspurg durch doctor Sigmund grynm.* M. D. XXIII. in 8. fol. 206. except. praefatione & indice folior. 15.

Recenſio videatur in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. II. p. 387 ſqq.

Der PSALTER des Kinigs und Propheten Davids, ain Summari und kurzer Begriff aller hayligen geſcrifft, durch Ottmaren Nachtgallen Doctorem, von Grund aus den LXX. und hebreiſchen ſprach Art und aygenſchafft zu verſtendigem und klarem hochteutſchen gebracht, dergleychen vor nye geſehen, ſambt ayns yeden Pſalmen kurzen inhalt und begryff, mit erklerung der ſchwerern örter und puncten, wie mann die verſtöen ſoll. Und wie ſie den Menſchen zu ainem Chriſtlichn leben weyſen, Gott

Digitized by Google

zu lob und eer. *Mit keyſerlichem Privilegio und Freyhait auff ſechs Iahr.* in 4. folior. 204.

Librum rariſſimum cuius in fine legitur: *Gedruckt zu Augſpurg durch Simprecht Ruffen Gott zu Lob und eer. In Koſten und Verlegung Doctor Sigmunds Grym, im Augſtmond. Anno &c. XXIIII.* (1524) ipſi poſſidemus, quo recenſendo ſuperſedemus, cum iam Auctores *Nou-Antiquorum* an. 1721. p. 544 ſqq. Iacob. Bruckerus l. a Cl. Vogtio p. 558. cit. aliique viri doctiſſimi, ſatis adcuratam illius dederint notitiam.

In tres PSALTERII primos nocturnos Divi Thomae Aquinatis dilucidiſſimae expoſitiones. In lucem caſtigatiſſimae nuperrime prodeūtes.

Io. Franciſci Philomuſi Piſaurenſis carmen In laudem Diui Thomae Pſalmorum Interpretis.

Caligabat inops humanae mentis acumen.
Ad ſacra dauidis cantica ſyderei:
Quae canit afflatus diuino numine uates
Extra hominem coelſi raptus ad aſtra poli.
Cum deus humani miſeratus pectoris aeſtus
Mittit aquinatem coeca per antra virum.
Ambroſia pectus perfundit: nectare linguam.
Auricomos calamos aurea dextra tenet.
Laeua tenet radios: quibus antra per auia nocte
Excuſſa nitidum iuſſerit ire diem

Ergo

Ergo qui canitis diuini oracula uatis
Praecipuas noſtrae relligionis opes:
Ne coeca noctis coeci offendatis in vmbra
Sit Thomas ſanctae duxque comesque viae.

in folio, folior. 83.

Fuerunt quidem inter viros doctos, qui hunc Thomae Aquinatis in LI. Dauidis PSALMOS priores, commentarium, illi abiudicarent, aliumque eius eſſe auctorem contenderent; illum tamen indubie ad Thom. Aquinatem ſpectare, confirmat Caſimir. Oudinus in luculenta *diſſert. de Scriptis* S. Thomae Aquinati *angelico Doctori attributis* Cap. XV. & hanc ſuam ſententiam, teſtimonio Guil. de Thoco, & S. Antonini corroborat. Vid. *Commentar. de Scriptor. & Scriptis ecclesiaſtic.* Tom. III. col. 314. Etſi in omnibus Operum Thom. Anquinatis collectionibus iſte liber inuenitur, & niſi fallimur, plures eius, ſeorſum excuſae, extant editiones, haec tamen noſtra editio, eo nomine inter libros rariores, ſibi vindicat locum, quod illa a nemine, qui de vita, & libris Thomae Aquinatis, editis, commentati ſunt, quod nos quidem ſciamus, memorata, ipſique Michaeli Maittaire incognita fuerit. Characteribus litterarum gothicis, ſatis nitidis illa exſcripta, & litteris, quas vocant, initialibus, ligno inciſis ornata eſt. In ſecunda tituli, quem adſcripſimus, pagina, hoc Senatus Veneti, lectorum oculis ſe offert Decretum:

Hocce opus nemo ſub ditiōe nr̄a
p̄ter Alexandrum Calcedonium īprimito: aut alibi impreſſum
uendito: Qui cōtra fecerit: libros amittito: & inſuper multator.

In fine vero libri haec legimus verba: *Explicit Explanatio ſanctiſſimi doctoris Thomae Aquinatis Almi. or.*

Digitized by Google

prae. In Pſalmos. 51. (Uulgo tres primos nocturnos) qui (morte uetante) reſiduum ipſius pſalterii complere non potuit: accuratiſſime nuperrime ſuo nitori reſtituta: per Reuerendum in chriſto patrem magiſtrum Auguſtinum de Fiuizano: ſacrae paginae profeſſorem; ordinis haeremitarum: in caenobio. S. Stephani de Uenetiis regentem: ac caſtigatiſſime in Inclytis Uenetiis per Simonem de Luere impreſſa: ſtudio & aere domini Alexandri Calcedonii. 3. Kls. ſextilis: 1505. *Leonardi Lauretani principatus Anno* 4. His verbis angeli figura ramum tenentis, ſubiecta eſt. Habemus ex eadem officina, eodem anno impreſſ. *Angelici Doctoris diui Thomae Aquinatis or. pr. In librum Salomonis qui Cantica Canticorum inſcribitur dilucidiſſimam expoſitionem:* nec non eiusdem *expoſitionem in librum beati Iob.* Qui inſignem ſcriptorum cateruam, qui, vitam Thomae Aquinatis conſcripſerunt, noſcere cupit, euoluat Chriſt. Schoetgenii *Continuat. Bibliothecae* Fabrician. *med. & infim. Lat.* L. XVIIII p. 662 ſqq.

In ſeptem PSALMOS poenitentiales Beatiſſimi Gregorii pape totius eccleſie luminis p̄clariſſimi: Explanatio admodum vtilis: cum tabula materiarum. in 8. fol. 46. ſi materiar. tabulam 2. fol. exceperis.

Editio perrara, litteris gothicis exſcripta, & Mich. Maittaire incognita. In titulo ſub typographi inſignibus haec leguntur verba: *Ad lectores. Diuū magnūque Gregoriū eccleſie ſplēdorē oēs libros mēbranasve ſuas mellitos effeciſſe, nemo inficiabitur. Adeoque attētiſſima vigilia, ſummoque ſtudio in explanādis ſacrarū lrarū codicibus deuotus extitit: vt inter agiographas: eū nō dixerim arcē deuotionis tenere. Uerū ſi in ſeptē penitentialiū pſalmorū lucubratione demiſeris ocellos: ita eū examuſſim abſoluiſſe probabis*

bis, vt non aliud, preterquam diuitiaru᷑ pelagus opum cumulu᷑: & bonoru᷑ formicariu᷑ (iuxta greca᷑ adagiu) ibi decernes. Huc ergo (lector deuote) ſi dulcia ſapere cupis: ſi melleos ſenſus affectas penſiculatim accede: & a frõte pariter atque a tergo (ſacra em᷑ hec (vt eſt apud auſoniu᷑) no᷑ aliter cõſtant.) Ad gregoriana᷑ lucernam purgatis auribus lucubrare. Abſcedes ſane (ſi manibus pedibusque nitaris (iuxta comicu᷑) õibus neruis; noctesque diesque remis ac velis) purior pariter & deuotior. Uale. In fine *Explanationis in ſeptem* PSALMOS *penitentiales* haec ſe oculis obiiciunt verba: *Explanatio diui Gregorii In ſeptem pſalmos penite᷑tiales fine᷑ habet Pariſius In ſole Aureo vi i ſancti Iacobi Per magiſtru᷑ Bertholdu᷑ Rembolt. Anno a᷑ni Milleſimo quingenteſimo duodecimo. Die vero XVIII. Iunii.* Nonnulli inter doctos viros, hanc explanationem, Gregorio VII. tribuunt. Vid. de Gregorio M. Scriptores a I. A. Fabricio L. VII. *Biblioth. med. & inf. Lat.* p. 241 — 256. longa ſerie product.

Dauidis Regis ac Prophetae, aliorumque Sacrorum Vatum PSALMI, ex Hebraica veritate in Latinum carmen a Benedicto Aria Montano obſeruantiſſime conuerſi. Cum argumentis & elucidationibus, quibus ſingulorum Pſalmorum ſententia plene exponitur, & orationis filum deducitur, eiusdem interpretis opera & ſtudio adiunctis. *Antuerpiae ex officina Chriſtophori Plantini, Architypographi Regii.* 1574. in 4. mai. pp. 325. except. Pſalmor. indice.

Editio ſatis ſplendida & oppido rara. Praemittuntur Chriſtophori Plantini *praefatio ad lectorem*; Andreae Maſii *epiſtola ad Bened. Ariam Montanum*; *ad eundem* Io. Harlemii *epiſtola*; Franciſci Rafelengii, *Plantini generi ad Ariam Montanum litterae*, D. Georgii

Digitized by Google

mo, Canonicus Aprucinus & Archidiaconus Auerſanus *Conſolationem peccatorum, ſiue litem Chriſti & Belialis, coram iudice Salomone,* cuius inter alias, extat editio *Goudae* 1481. in fol. Ad imitationem illius, id quod ipſe fatetur, poſtea conſcripſit Iacobus Ayrer, Iur Doct. & Aduocat. Norimbergenſis, *Hiſtoriſchen Proceſſum iuris zwiſchen Lucifer und Jeſum,* cuius nos poſſidemus editionem *Francof. am Moyn* 1601. in fol. pp. 742. exceptis indicibus dedicat. & praefat.

PROCLI, *Diadochi, Lycii, Philoſophi Platonici, A. C. Mathematici probatiſſimi,* in primum Euclidis Elementorum librum Commentariorum ad vniuerſam mathematicam diſciplinam principium eruditionis tradentium L. IIII. a Franciſco Barocio, Patritio Veneto, ſumma opera, cura, ac diligentia, cunctis mendis expurgatis, ſcholiis & figuris, quae in graeco codice omnes deſiderabantur aucti: primum iam romanae linguae venuſtate donati, & nunc recens editi. *Patauii, excudebat Gratioſus Perchacinus* 1560. in fol. pp. 272. exceptis praemiſſis & indice.

PROCLVM, Lycium, Syriani diſcipulum, & in ſchola athenienſi ſucceſſorem, fuſe ac erudite, in primum Euclidis elementorum librum, eſſe commentatum, ſcribit quidem Io. Alb. Fabricius L. V. *Biblioth. graec.* Cap XXVI. p. 520. Longe vero aliam, de hoc PROCLI Commentario, tulit ſententiam Cl. Milliet Dechales, in *Tr. prooemial. de progreſſu Matheſeos & illuſtribus Mathematicis,* cum Tom. I. *Oper.* p. 11. *librum eſſe,* ait, *exigui momenti, qui multas minutias complectatur, quae cuique advertenti, facile in mentem venire poſſint.* Laudat vero

Fran-

Franciſci Barocii curam & diligentiam, quam in conuertendo PROCLI collocauerit libro. Edidit hanc ſuam Barocius translationem iuuenis XXII. annorum, & M. Antonio Paſſero, patauino, quem alterum aetatis ſuae nominat Ariſtotelem, M. Antonio Mureto, gallo, Ioanne Faſeolo, patauino, Vincentio Cardino, florentino, Felici Paciotto, vrbinate, viris latinae & graecae linguae peritiſſimis, cunctisque ſcientiis praeditis, adiutoribus, & cenſoribus ſe eſſe vſum, in praefatione, ipſe profitetur. Inſcripſit verſionem ſuam nomine Danielis Barbari Patriarchae aquileienſis deſignati. Liber nitidiſſime impreſſus eſt; PROCLI textus e graeco conuerſus, variis figuris ligno inciſis, (*in holz geſchnittne Leiſten*) circumſcriptus conſpicitur. Textui vero, Barocii ſcholia & adnotationes ſubiectae conſpiciuntur. Maiorem autem a poſteris, Barocius, inire poterat gratiam, ſi verba PROCLI graeca, inae verſioni adieciſſet. Habemus quidem PROCLVM graece editum, a Simon. Grynaeo *Baſil.* 1533. in fol. quam editionem auctor der *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr* Tom. II. p. 211. inſigni quodam elogio ornat, ſed Barocius lectores in praefatione rogat, ne ſuam verſionem, cum exemplari graeco, Baſileae, dilan ato potius quam impreſſo, conferre velint. Conf. I. A. Fabricii *Bibliotbeca gr.* l. cit. Ioſ. Simleri *Bibliotbeca* p. 200. vbi vero liber, typothetarum forte errore, *Patauii* 1569. prodiiſſe dicitur.

Liber PSALMORVM Dauidis arabice, cum verſione latina Victorii Scialac & Gabriel. Sionitae. *Rom. ex typographia Savariana.* 1614. in 4.

Conſtituerat Franciſcus Savari de Breves, gallus niuernenſis, Cath. Regis Chriſtianiſſ. apud Turcarum Imperatorem, deinde Romae apud Paullum

V.

Digitized by Google

V. Pontif. max legatus, ſacrorum bibliorum, arabicam & latinam interpretationem promulgare, & ideo in ſuis aedibus, ſuo ſumtu, inſtruxit typographiam, e qua vero praeter PSALTERIVM arabicum e graeco ſermone, cura & ſtudio Gabriel. Sionitae 1614. & hac editione arabica & latina, nihil aliud prodiit. Vid. Iac. le Long *Bibliotb. Sacra* T. I. p. 125. p. 307. Obiit Franciſcus Savari anno 1627. Quod vero ad Victorium Scialac adtinet, cuius opera, praeter Gabriel. Sionitam vtebatur, ille Maronita aceurenſis, e monte Libano, & linguae arabicae & ſyriacae Lector, in Collegio Sapientiae, Romae fuit.

PSALMI Dauidis arabici. *Aleppi ſumtibus Athanaſii graeçorum antiocheni Patriarchae.* 1706. in 4.

De rariori editione vid. Iac. le Long *Bibliotheca Sacr.* l. cit.

PSALTERIVM Dauidis latino - ſaxonicum vetus, a Io. Spelmanno editum, e vetuſtiſſimo exemplari, & cum tribus aliis, non multo minus vetuſtis collatum. *Londin. excud. R. Radger* 1640. in 4.

Neque integer, neque genuinus, vt ipſe Io. Spelmannus in admonitione ad lectorem ſcribit, liber eſt. Inuenitur in rariore hac editione ſermonis ſaxonici contextus, ſed ad ſingula verba latina, verbales tantummodo verſiones, in quibus a linguae proprietate, neceſſario ſaepe diſceditur. Inuenerat vero Spelmannus, huius verſionis codicem peruetuſtum, in bibliotheca Oxonienſi, quem poſtea cum tribus aliis, e bibliothecis nimirum academiae cantabrigienſis, Collegii S. Benedicti, & Tho-

Digitized by Google

Thomae Comitis Arundelliae contulit. Vid. Iacob. le Long *Biblioth. ſacr.* Tom. I. p. 423. Auctores *Adnotat. in vitam Aelfridi magni Anglorum Regis* ab ipſo Spelmanno conſcriptam p. 1 7.

PSALTERIVM in quatuor linguis, hebraea, graeca, chaldaica, latina. *Coloniae* impreſſ. 1518. 4. Id. Iun. in fol.

Euulgauit hanc rariſſimam editionem, Ioannes Potkenius, Germanus, vir linguarum orientalium gnarus, & eccleſiae S. Georgii colonienſis, Praepoſitus. Opinione ſe deceptum intelligit, qui verſionem chaldaicam in hoc libro quaerit, reipſa enim eſt PSALTERIVM redditum lingua aethiopica, quam iis temporibus, chaldaicam vocare ſolebant. Vid. Io. Ludolphi *diſſert. de lingua aethiopica.* Idem Potkenius iam anno 1513. PSALTERIVM & *Canticum Canticorum* chaldaice, vt titulus fert, ſed verius aethiopice, in 4. cum praefat. latina ediderat, id quod ex eius epiſtola noſtrae editioni adiecta, adparet, vbi inter alia ſcribit: *Cumque maximam Indiae maioris, quae & Aethiopia ſub Aegypto eſt, Regis, a puero audiſſem, eſſe potentiam, — linguam ipſam chaldaeam ab ipſis* (monachis) *ad tantam ſufficientiam didici, vt mihi perſuaderem, me poſſe* PSALTERIVM Dauid, *arte impreſſoria edere, vt & quinquennio vix exacto* Romae *edidi: ſed cum homo germanus, in patriam poſt multa luſtra reuerſus, patriae me fateor debitorem:* PSALTERIVM *ipſum, non modo in hac chaldaea, per me in Europam importari coepta, ſed & hebraea & graeca ac latina linguis imprimi curaui — retegens etiam quod graeca, latina & chaldaea translationes ex* LXX. *interpretibus, non ex hebraea veritate deſcenderunt. Adiutorem in his habui* Iohannem Soter, *alias* Heyl *affinem meum chariſſimum, harum quatuor linguarum ſtudioſum,* &c. Conf. Iac. le Long *Bibliotheca ſacra* Tom. I. p. 130. 132. Maittaire *Annales*

Digitized by Google

nales typogr. T. II. p. 122 ſqq. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 407. qui illum, PSALTERIVM chaldaicum, aethiopicis characteribus, imprimi curaſſe, ſcribit, id quod ad verbum vsque repetiit Anton. Poſſeuinus in *Apparat. S.* T. II. p. 242.

ΨΑΛΤΗΡΙΟΝ. *Argentorati ex officina Wolfgang. Cephalaei* 1524. in 16. I. Alph. pl. 3.

Laudatur a raritate haec verſio in *Nou-Antiquis* anni 1722. p. 1040. Auctorem illius nominat Ioannem Leontonicum graecum, qui etiam *Exegeſin, ſiue interpretationem in* PSALMVM *LXIIX. Dauidis graece Baſil.* 1555. in 8. edidit. Praeter Dauidis PSALMOS & Leontonici praefationem, inueniuntur in hoc libello etiam Hannae, Moſis, & trium puerorum cantiones, nec non nonnulli alii hymni, & Symbolum athanaſianum.

PSALMORVM libri V. ad ebraicam veritatem verſi, & familiari explanatione illuſtrati, per Aretium Felinum theologum. *Argentorati* 1529. in 4.

Raritatem confirmant *Nou-Antiqua* anni 1730. p. 1328. Sub Aretii Felini vero nomine latere Martinum Bucerum extra omnem dubitationem poſitum eſt, Conf. Iac. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. I. p. 547. *Melanges hiſtoriques de Mr.* Paul Colomies p. 50. Korthold *de variis Scripturae editionib.* p. 281. Vincent. Placcii *Theatr. Pſeudonymorum* p. 47.

PSALTERIVM Dauidis Prophetae ac regis, iuxta veterum translationem, vna cum antiphonis & Pſalmorum tropis; in ſeptem partes ad numerum dierum, vnius hebdomadae digeſtum, &

Digitized by Google

& ad matutinas & veſpertinas preces adcommodatum. *Wittebergae* 1589. in fol. mai. fol. 129.

Rarioris huius PSALTERII exemplum, extat in Bibliotheca portenſi publica. Edidit illud Matthaevs Ludecus, de cuius ſcriptis nonnulla ſupra adtulimus. In praefatione ad lectorem, ſententiam ſuam, de hac editione ita exponit: *Cum eiusmodi* PSALMORVM *libri, qualium in religioſis piorum conventibus hactenus vſus fuit, ipſa vetuſtate, & tractationis asſiduitate attriti & conſumti paſſim deſiderentur, facere non potui, quin ſimili forma, qua Pſalmodiam antea edidi,* PSALTERIVM *Dauidis Regis & Prophetae ita diſtributum, vt ſingulis diebus ſui reſpondeant* PSALMI, *cum Antiphonis dominicalibus, & ferialibus tropisque Tonorum, in vſum Eccleſiarum, cum cathedralium, tum parochiarum, ſeorſum typis excudendum curarem, retenta vbique veteri translatione, cum quia reſpondet LXX. interpretum verſioni, quam N. T. Scriptores, Euangeliſtae & Apoſtoli imitantur, nec non antiquiores Doctores citant, tum nequid ſanctis Veterum laboribus derogarem.* Iacobo le Long illa editio incognita fuit.

PSALTERIVM Dauid, cum gloſſa magiſtri Petri Lombardi que uulgo magiſtralis uocitatur. in fol. mai. folior. 335.

Quamuis haec magiſtri ſententiarum in PSALMOS gloſſa, plus vice ſimplici typis excuſa fuit; tamen haec noſtra, omnium prima editio, inter libros rariores & bibliothecarum ornamenta, iure meritoque referri ſolet. Litteris exſcripta eſt gothicis, omnibusque initialibus deſtituta litteris, quae in noſtro exemplari adpictae, & variis icunculis non quidem adeo elegantibus exornatae conſpiciuntur. Gloſſam ipſam praecedit Andree Frysner de wū ſidel

del *in gloſſam magiſtralem* PSALTERII *prefatiuncula*, e qua haec pauca in lectorum noſtrorum gratiam adſcribemus: *Etſi vtriusque teſtamenti inſtrumenta: nouerimus ſatis ſatisque plurificata. quamquam etiam: alii quorundam moderniorum poſtillas: p ſcripture explanatōe multiplicarint: precipuorum tamen auctorum expoſitionibus necdum abundamus. Nos ergo quos friſculema ſcaturitio: aut recens deſluxus refrigerat: plus ſtāgno grādiſſimo: ex plurimis: lōge decurſis: tepeſcētibusque riuulis exundante: ſtudemus atque delectamur: nō quorūcunque placitis: ſed chriſtiane religionis princip'u gloſſis atque doctrinis: noſtri eui homines abundātiſſimos facere. Pſalterium autem dauid prophetarum eximii. quum propter excellentiam ſuam plus ceteris in diuinis frequentetur officiis: ne decetero pſalmorum decantatores ſint vt tympanum inſenſatum: neſcientes quid perſonent: in primis expoſitiōem eius offerimus. illo etiam accedente quod codex exemplatu digniſſimus exhibebatur: cuius emendationē ſi ad eius vetuſtatē rettuleris: aut prim'u exemplū: aut ex primo transſumptū putes neceſſe eſt. Quam gloſſā: Petri* lombardi Magiſtri ſententiarum: *qui hac ſua compilatōe vt quibuſdā placet: nō libris ſentētiarum meruit antonomaſice magiſter appellari. Inde &* gloſſa magiſtralis *pretitulatur. Sūt aūt pene vniuerſe eius gloſſe ſumpte: vel ab Auguſtino: Caſſiodoro: Hieronymo: Remigio: Ambroſio: Gregorio: Hylario vel Alcquino.* &c. In codicis fine haec leguntur verba: *Gloſſa magiſtralis: in librum hymnorum Dauid: Petri lombardi: Magiſtri ſententiarum: explicit feliciter. Inſculpta Nueremberge oppido Germanie celebratiſſimo. ductu Andree friſner de wūſidel. Artiu liberalium magiſtri. & Ioannis Senſenſchmid. Ciuis nurembergenſis. Anno dñi. Milleſimo quadringenteſimo octauo.* (1478) *die vero februarii duodecimo. Laus deo glorioſiſſimo.* Hiſce verbis ſcuta ſeu inſignia Typographorum adiecta ſunt. Conf. de hac vetuſtiſſima editione Michael. Maittaire *Annales typogr.* Tom. I. p. 393.

p. 393. Recentiſſima ſine dubio huius *gloſſae*, ſeu Commentarii in PSALMOS editio eſt, quam recognitam F. Richardus Cenomanus Franciſcanus *Paris.* 1541. in fol. in lucem emiſit. Quanti hunc librum aeſtimauerit Franciſcus Pithoeus, elucet e *Pithoeanis*, quae primum cum eruditis communicauit M. Teiſſier dans le III. Vol. des *additions aux Eloges de Mr. de Thou*, vbi p. 2 . haec legimus: *Je vous prie de m'acheter* Petrus Lombardus in PSALMOS: *c'eſt un tres bon livre. Tout ce qu'a fait* Lombard. *eſt excellent. Il étoit fort homme de bien.* &c. Conf. de Petro Lombardo, Nouarienſi, Epiſcopo pariſienſi, quem vt Sixtus Senenſis L. IIII. *Bibliothec. Sanct.* p. m. 311. ſcribit: *omnes theologorum ſcholae ſingulari quadam venerationis excellentia* Magiſtrum ſententiarum *adpellant*, Anton. Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* Tom. III. p. 59. Caſimir Oudin, in *Commentar. de Scriptoribus eccleſiaſt.* T. II. Col. 1218 ſqq. vbi integra inuenitur *diſſertatio de* Petro Lombardo *Sententiarum magiſtro.* Io. Alb. Fabricii, *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. XV. p. 79 ſqq. Diem obiiſſe dicitur ſuum, anno 1164. Sepultus eſt in Eccleſia Suburbii pariſienſis Sancti Marcelli, vbi hoc eius epitaphium hodie legitur:

Hic iacet Magiſter Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus, qui compoſuit librum Sententiarum, gloſſas Pſalmorum & Epiſtolarum, cuius obitus eſt dies XIII. Kalendarum Auguſti.

In PSALTERIVM Ludolfi Carthuſienſis qui & auctor fuit vite chriſti expoſitio, *Spirae* 1491. in fol. fol. 224.

Vid. de Ludolfo, Saxone, Carthuſienſi, ea, quae ſupra adtulimus, cum rariorem editionem, de illius *Vita Ieſu Chriſti* recenſeremus. Non quidem haec omnium prima editio eſt, inter eas tamen prima, quae facto anni & loci indicio prodierunt. Quod

Digitized by Google

Iacobus Wympſelingius Sletſtatenſis huius editionis in ſe ſuſceperit curam, ex praemiſſa eius *epiſtola, ad vniuerſos optimarum litterarum cultores* oppido patet. Cum totius operis, in illa expoſuerit rationem, nonnulla quae huc ſpectant excerpemus. Ita vero ille: *Ludolfus Saxo ſacratiſſime religionis carthuſienſiū apud nobilē Argentinā Alumnus: perſpicaciſſimo ingenio: exactiſſima diligentia: cumulatisſima doctrina: ſuauisſima nobilisſimaque lucubratione: Daviticorū carminū interpretationē enucleatisſime complexus eſt: adeo vt haud facile caeteris (cum eorum venia loquar) qui ante eum in eosdem Pſalmos expoſitōes tradiderūt minus vtilē eccleſiae fructū iudicandus ſit attuliſſe. — Dauiticae lirae diligentisſimos interp̄tes Hieronymū Auguſtinū Casſiodorū Petrum Lumbardū: & quotquot huic labori inſudauerūt nō modo vidit & legit: ſed & ſentētias eorum tanquam amenisſimos flores & quam vtilisſima grana ſapienter ac cōpendioſius interſeruit: In primis quid ſibi tituli velint: quid argumentū & materia: quid intentio: quid ſententia generaliter & ſpeciatim prae ſe ferant. ita breuiter & aperte determinat: vt vix ſimilē legas: qui ſub pſalmorū vmbra eternā temporalēque chriſti natiuitatē: vite ſanctimoniā: perſecutiones: tormenta: mortem ac reſurrectionem ceteraque id genus myſteria tam luculenter diſſeruerit & explicarit: Ipſos quoque verſus qui nonnunquam videntur in cortice: nequaquam ſibi inuicē: cohaerere: ſubtilisſimis cōnectentibus gloſſarum vinculis ſcitisſime peritisſimeque iungit & continuat. Ad calcē denique Pſalmi cuiuslibet: deuotam concinnāque & ipſi Pſalmo conſonā oratiunculā obſeruate curioſeque ſuperaddit.* &c. Typographus quidem nomen ſuum non adpoſuit, litterarum vero characteres, quibus liber exſcriptus eſt, iis admodum ſimiles ſunt, quibus tunc temporis, Petrus Drach, Spirae, vtebatur. In fine libri haec legimus:

Ter quinquagenos Dauid canit ordine Pſalmos
Verſus bis mille ſex centos ſex canit ille.

Vene-

Venerabilis patris Ludolffi carthuſie͂n. Expoſitio in Pſaltèrium diligenti caſtigato͂e exarata finit feliciter.

Perge ludolfe foras: variasque ſ[illegible]raris [illegible] vrbes.
Doctorum placido ſuſcipiare ſinu.
Ingrediare domos arcas penetralia cellas.
Multa det hoſpiciu͂ byblιotheca tibi.

Hos verſiculos, excipiunt Franciſci Petrarchae *poetę laureati Pſalmi penitentiales elegantes & deuoti*, qui tribus abſoluuntur foliis, totique libro finis imponitur. Conf. de variis huius libri editionibus, Scriptores ſupra a nobis producti I. A. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Lat.* L. XI. p. 848. Iacobi le Long *Biblioth. Sacr.* T. II. p. 835.

PSALTER des koeniglichen prophetten Davids geteutſcht nach warhafftigem Text der hebraiſchen Zungen. *Vollendet in der kaiſerlichen Stat augspurg durch doctor Sigmund grynm.* M. D. XXIII. in 8. fol. 206. except. praefatione & indice folior. 15.

Recenſio videatur in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. II. p. 387 ſqq.

Der PSALTER des Kinigs und Propheten Davids, ain Summari und kurzer Begriff aller hayligen geſcrifft, durch Ottmaren Nachtgallen Doctorem, von Grund aus den LXX. und hebreiſchen ſprach Art und aygenſchafft zu verſtendigem und klarem hochteutſchen gebracht, dergleychen vor nye geſehen, ſambt ayns yeden Pſalmen kurzen inhalt und begryff, mit erklerung der ſchwerern örter und puncten, wie mann die verſtöen ſoll. Und wie ſie den Menſchen zu ainem Chriſtlichn leben weyſen, Gott

zu lob und eer. *Mit keyſerlichem Privilegio und Freyhait auff ſechs Iahr.* in 4. folior. 204.

Librum rariſſimum cuius in fine legitur: *Gedruckt zu Augspurg durch Simprecht Ruffen Gott zu Lob vnd eer. In Koſten und Verlegung Doctor Sigmunds Grym, im Augſtmond. Anno &c. XXIIII.* (1524) ipſi poſſidemus, quo recenſendo ſuperſedemus, cum iam Auctores *Nou-Antiquorum* an. 1721. p. 544 ſqq. Iacob. Bruckerus l. a Cl. Vogtio p. 558. cit. aliique viri doctiſſimi, ſatis adcuratam illius dederint notitiam.

In tres PSALTERII primos nocturnos Divi Thomae Aquinatis dilucidiſſimae expoſitiones. In lucem caſtigatiſſimae nuperrime prodeūtes.

Io. Franciſci Philomuſi Piſaurenſis carmen In laudem Diui Thomae Pſalmorum Interpretis.

Caligabat inops humanae mentis acumen.
Ad ſacra dauidis cantica ſyderei:
Quae canit afflatus diuino numine uates
Extra hominem coelſi raptus ad aſtra poli.
Cum deus humani miſeratus pectoris aeſtus
Mittit aquinatem cocca per antra virum.
Ambroſia pectus perfundit: nectare linguam.
Auricomos calamos aurea dextra tenet.
Laeua tenet radios: quibus antra per auia nocte
Excuſſa nitidum iuſſerit ire diem

Ergo

Digitized by Google

Ergo qui canitis diuini oracula uatis
Praecipuas noſtrae relligionis opes:
Ne coeca noctis coeci offendatis in umbra
Sit Thomas ſanctae duxque comesque viae.

in folio, folior. 83.

Fuerunt quidem inter viros doctos, qui hunc Thomae Aquinatis in LI. Dauidis PSALMOS priores, commentarium, illi abiudicarent, aliumque eius eſſe auctorem contenderent; illum tamen indubie ad Thom. Aquinatem ſpectare, confirmat Caſimir. Oudinus in luculenta *diſſert. de Scriptis* S. Thomae Aquinati *angelico Doctori attributis* Cap. XV. & hanc ſuam ſententiam, teſtimonio Guil. de Thoco, & S. Antonini corroborat. Vid. *Commentar. de Scriptor. & Scriptis eccleſiaſtic.* Tom. III. col. 314. Etſi in omnibus Operum Thom. Anquinatis collectionibus iſte liber inuenitur, & niſi fallimur, plures eius, ſeorſum excuſae, extant editiones, haec tamen noſtra editio, eo nomine inter libros rariores, ſibi vindicat locum, quod illa a nemine, qui de vita, & libris Thomae Aquinatis, editis, commentati ſunt, quod nos quidem ſciamus, memorata, ipſique Michaeli Maittaire incognita fuerit. Characteribus litterarum gothicis, ſatis nitidis, illa exſcripta, & litteris, quas vocant, initialibus, ligno inciſis ornata eſt. In ſecunda tituli, quem adſcripſimus, pagina, hoc Senatus Veneti, lectorum oculis ſe offert Decretum:

Hocce opus nemo ſub ditiõe nr̃a
p̃ter Alexandrum Calcedo-
nium ĩprimito: aut alibi impreſſum
uendito: Qui cõtra fecerit: li-
bros amittito: & inſuper multator.

In fine vero libri haec legimus verba: *Explicit Explanatio ſanctiſſimi doctoris Thomae Aquinatis Almi. or. prae.*

prae. *In Pſalmos.* 51. (*Uulgo tres primos nocturnos*) *qui* (*morte uetante*) *reſiduum ipſius pſalterii complere non potuit: accuratiſſime nuperrime ſuo nitori reſtituta: per Reuerendum in chriſto patrem magiſtrum Auguſtinum de Fiuizano: ſacrae paginae profeſſorem: ordinis haeremitarum: in caenobio. S. Stephani de Uenetiis regentem: ac caſtigatiſſime in Inclytis Uenetiis per Simonem de Luere impreſſa: ſtudio & aere domini Alexandri Calcedonii. 3. Kls. ſextilis:* 1505. *Leonardi Lauretani principatus Anno* 4. His verbis angeli figura ramum tenentis, ſubiecta eſt. Habemus ex eadem officina, eodem anno impreſſ. *Angelici Doctoris diui Thomae Aquinatis or. pr. In librum Salomonis qui Cantica Canticorum inſcribitur dilucidiſſimam expoſitionem*: nec non eiusdem *expoſitionem in librum beati Iob.* Qui inſignem ſcriptorum cateruam, qui, vitam Thomae Aquinatis conſcripſerunt, noſcere cupit, euoluat Chriſt. Schoetgenii *Continuat. Bibliothecae* Fabrician. *med. & infim. Lat.* L. XVIIII p. 662 ſqq.

In ſeptem PSALMOS poenitentiales Beatiſſimi Gregorii pape totius eccleſie luminis pclariſſimi: Explanatio admodum vtilis: cum tabula materiarum. in 8. fol. 46. ſi materiar. tabulam 2. fol. exceperis.

Editio perrara, litteris gothicis exſcripta, & Mich. Maittaire incognita. In titulo ſub typographi inſignibus haec leguntur verba: *Ad lectores. Diuū magnūque Gregoriū eccleſie ſplēdorē oēs libros mēbranasve ſuas mellitos effeciſſe, nemo inficiabitur. Adeoque attētiſſima vigilia, ſummoque ſtudio in explanādis ſacrarū lrarū codicibus deuotus extitit: vt inter agiographos: eū nō dixerim arcē deuotionis tenere. Uerū ſi in ſeptē penitentialiu pſalmorū lucubratione demiſeris ocellos: ita eū examuſſim abſoluiſſe probabis*

Digitized by Google

bis, vt non aliud, preterquam diuitiaru᷈ pelagus opum cumulu᷈: & honoru᷈ formicariu᷈ (iuxta greca᷈ adagiu) ibi decernes. Huc ergo (lector deuote) ſi dulcia ſapere cupis: ſi melleos ſenſus affectas penſiculatim accede: & a frõte pariter atque a tergo (ſacra en᷈ hec (vt eſt apud auſoniu᷈) no᷈ aliter cõſtant.) Ad gregoriana᷈ lucernam purgatis auribus lucubrare. Abſcedes ſane (ſi manibus pedibusque nitaris (iuxta comicu᷈) o᷈ibus neruis; noctesque diesque remis ac velis) purior pariter & deuotior. Uale. In fine *Explanationis in ſeptem* PSALMOS *penitentiales* haec ſe oculis obiiciunt verba: *Explanatio diui Gregorii In ſeptem pſalmos penite᷈tiales fine᷈ habet Pariſius In ſole Aureo vici ſancti Iacobi Per magiſtru᷈ Bertholdu᷈ Rembolt. Anno a᷈ni Milleſimo quingenteſimo duodecimo. Die vero XVIII. Iunii.* Nonnulli inter doctos viros, hanc explanationem, Gregorio VII. tribuunt. Vid. de Gregorio M. Scriptores a I. A. Fabricio L. VII. *Bibl. ab. med. & inf. Lat.* p. 241—256. longa ſerie product.

Dauidis Regis ac Prophetae, aliorumque Sacrorum Vatum PSALMI, ex Hebraica veritate in Latinum carmen a Benedicto Aria Montano obſeruantiſſime conuerſi. Cum argumentis & elucidationibus, quibus ſingulorum Pſalmorum ſententia plene exponitur, & orationis filum deducitur, eiusdem interpretis opera & ſtudio adiunctis. *Antuerpiae ex officina Chriſtophori Plantini, Architypographi Regii.* 1574. in 4. mai. pp. 325. except. Pſalmor. indice.

Editio ſatis ſplendida & oppido rara. Praemittuntur; Chriſtophori Plantini *praefatio ad lectorem*; Andreae Maſii *epiſtola ad Bened. Ariam Montanum*; *ad eundem* Io. Harlemii *epiſtola*; Franciſci Rafelengii, *Plantini generi ad Ariam Montanum litterae*, D. Georgii

Digitized by Google

Stenii S Theologiae Licentiati *ad Lectorem Carmen*; Ariae Montani *ad Cenſores epiſtolium*, quo illis PSALMORVM *libros, a ſe ex hebraica lectione & phraſi ad verbum, in latinum carmen conuerſos, examinandos & iudicandos exhibet, illud profeſſus inprimis, nullum eſſe in tota verſione verbum, nullum ſchema, nullum ornamentum, cuius ratio aperta, ex Hebraeorum verborum ſignificatione reddi non poſſit, nihilque hic eſſe ab interprete allatum praeter Latina verba, & carminum genera.* Cenſorum Antuerpienſium *iudicium*; Theologorum Louanienſium & *cenſorum iudicium*; Regis catholici *priuilegium Plantino conceſſum*; B. Ariae Montani *de Pſalmorum ſtudio atque vſu, ad Lyram carmem*; Eiusdem *ad Vatem Dauidem elegiacum carmen*; Eiusdem *de diuinorum nominum vſu & interpretatione carmen Sapphicum.* Inter alia in illo carmine conqueritur quod nomen Iehovah in graeci aut latini carminis numeros cogi non poſſit, eiusdemque nominis ſignificatio nullo ſimplici verbo latino aut graeco plene excipiatur. Quamobrem pars illius nominis vſurpanda ſit reuerenter ad carmen ita vt videatur incipi, ſed non finiri latinis pedibus illius quantitas. Tandem hac ratione pergit:

Ergo Te dicam reuerenter IAM:
Nomen hoc noſtris ſonet excolendum
Verſibus; nomen reſonet latinis
Auribus IAE.

Non ego hoc primus memorem; nefas id
Sit mihi audenti temerare; magnum
Sic tuum Vates breuiare Nomen
Vidimus almos.

Ipſae & arcanae docuere linguae
Nomini huic denſas repetiſſe laudes:
Et canit Graius chorus & Latinus
*Saepe Halelu*IAH
Caſibus tandem variare iuſtis.

Non

Non male audaces petimus, quod ipſis
plenius rebus videatur aptus
Poſcere Sermo.

Te petens IAS *Domine o vocabo*
Vatis exponam tibi dicta & IAE
Te canens IAM *memorabo ſummo*
Doctus ab IA. &c.

PSALMORVM paraphraſi e latere adiectus eſt textus hebraeus; In fine vero reperitur Bened. AriaeMontani *carmen ad D. Petrum Veleium Gueuaram Theolog. & Iurisperitum Hiſpalenſis Eccleſiae Priorem, & Iuriſconſultum Canonicum.* Inueniuntur iſti B. Ariae Montani PSALMI, in latinum carmen conuerſi, in eius *poematibus*, quae cura Petri de Valentia *Antverp.* 1589. *ex officina Plantiniana* III. Tom in 16 in lucem prodierunt. Conf. de Bened. Aria Montano, Hiſpano hiſpalenſi, Sacerdote, linguarum oriental. peritiſſimo, Theol. Doctore & Equite ordinisS Iacobi, qui diem obiit anno 1598. aetatis anno LXXI. Ant. Poſſeuini *Apparat. S.* T. I. p. 217 ſqq. Iacob. le Long *Bibliotheca Sacra* Tom. II. p. 614. Paull. Freheri *Theatr. virorum eruditione clarorum.* P. 1492. Niceron *Memoires* Tom. XXIIX. p. 104—118. & al.

In Diuini & Regii prophetae Dauid Triadem Quinquagenariam ſeu PSALTERIVM Interpretatio Poetica Authore Blaſio Apponi de Nagy Appon, Libero Domino in Pereslin & Korlatku. *Viennae Auſtriae Typis Mathaei Formicae, in aula Colonienſi. Anno* 1624. in 4 fol. 342.

Paraphraſi haec PSALMORVM, vario carminis genere conſcripta, oppido rara eſt. Conſecrauit illam auctor, Eques Hungaricus, auguſtiſſ. & inuictiſſimo Romanorum Imperatori Ferdinando II. Paraphraſi ſeptem praemiſſa conſpiciuntur elogia, liga-

Digitized by Google

to ſermone compoſita, quibus, pars lecta iuuentutis Pannonicae, in Academia Vienneuſi auctori adplauſit.

Souter-Liedekens gemaakt ter Eeren Gods, op alle de PSALMEN van David op de voys van Straat-Deunen. 1584. in 8. *Vtrecht* 1598. in 8. *Vtrecht* 1618. in 8.

Editiones Cl. Vogtio incognitae, quarum prima extat in *Bibliotheca Hulſiana* P. V. p. 59. ſecunda in *Catalog. Bibliothecae Sellianae* P. I. p. 15. tertia denique in *Catalogo Partis Bibliothecae, illuſtriſſimi Comitis de Waſſenaer*. Sect. II. p. 1.

PTOLEMAEVS auctus, reſtitutus emaculatus: cum tabulis veteribus ac nouis. *Argentorati*. 1620. in fol. mai.

Inſignem illius editionis, quae, textu omiſſo graeco, in lucem prodiit, raritatem ex eo colligimus, quod illius, a Io. Alberto Fabricio, in Bibliotheca gr. nulla mentio facta fuerit. Excudit illam Ioannes Scotus, Typograpus argentinenſis, qui iam anno 1513 PTOLEMAEI editionem prelo ſubiecerat, de qua editione vid. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. II. p. 245. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 315 ſqq. Illius vero, quam adduximus, editionis, curam in ſe ſuſcepit Georgius Vbelus, illuſtriſſimo Principi, Guilielmo, Epiſcopo argentinenſi, a ſecretis, & V. I. Doctor, qui textum e verſione latina, Ringmanni Phileſii, anni 1511. recudendam curauit, & in pluribus locis puriori latinitati reſtituit. In vltima libri pagina, duo canes ſeſe inuicem commordentes, conſpiciuntur, cum epigraphe: *Vim vi repellere licet.* Ab vberiore deſcriptione, nos abſtinemus, cum illa iam in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.*

bliotb. T. IIII. p. 327. inueniatur, quibuscum conferri meretur Georg Martini Raidelii *Commentatio critico-litteraria de* CLAVDII PTOLEMAEI *geographia, eiusque codicibus tam manuſcriptis, quam typis expreſſis. Norimb.* 1737. in 4. §. IIX. p. 58.

IOAN. PETRI PVRICELLI Ambroſianae Mediolani Baſilicae ac monaſterii hodie Ciſtercienſis monumenta, quibus hiſtoria Mediolanenſis illuſtratur. *Mediolani ex officina Ramellati* 1645. in 4.

Opus perrarum nominat Cl. Vogtius p. 562. vbi vero liber in folio excuſus haud ſatis adcurate dicitur. Inſertus nunc eſt Petri Burmanni *Theſauro Italiae* T. IIII. p. 91. Ad libros hodie rariores etiam pertinent eiusdem IO. PETR. PVRICELLI *Diſſertatio de SS. Martyribus Nazario & Celſo, Protaſio & Geruaſio, Mediolani ſub Nerone caeſis deque Baſilicis, in quibus eorum corpora quieſcunt. Mediolani.* 1656. in fol. Eiusd. *hiſtorica Diſſertatio de SS. Martyribus Arialdo, Alciato, & Herlembaldo Cotta, Mediolanenſibus, veritati ac luci reſtitutis. ibid.* 1657. in fol. Eiusd. *Vita Laurentii Littae, Ciuis & Archiepiſcopi mediolanenſis. Mediolani* 1653. in 4.

La PVTTANA errante di L. V. V. *In Venezia* 1531.

Carmen ſotadicum, a Laurentio Veniero, Veneto, compoſitum, adeo, obſcoenum, vt etiam in prouerbium abierit, & *vna* PVTTANA *du Veniero* apud la Mothe le Vager p. 396. Dans ſon *dialogue du Mariage*, edit. in 4. dicta fuerit *une putain conſommée.* Vid. *Menagiana* Tom. IIII. p. m. 239 ſqq. De Petri Aretini PVTTANA *errante* vid. ſupra p. 43.

Digitized by Google

Q.

FABIANI QVADRANTINI, Vita & obitus Annae auſtriacae, Coniugis Sigismundi III. *Brunsbergae* 1605. in 4.

Librum adeo rarum eſſe, ſcribit Io. Daniel. Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſch. Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 4. *dass man es auſſer Pohlen, nur alle neunzig Iahre zu ſehen bekomme.*

FRANCISCI QVARESMII, Elucidatio Terrae ſanctae hiſtorica, theologica, & moralis, in qua pleraque ad veterem & praeſentem eiusdem Terrae ſtatum ſpectantia adcurate explicantur. *Antwerpiae ex officina Plantiniana apud B. Moretum.* 1639. II. Tom. in fol. cum fig. aere expreſſis.

Eiusmodi hic liber raritatis eſt, vt in publicis bibliothecis raro, in priuatis rariſſime inueniatur, id quod experientia edocti ſcribimus. Auctor illius fuit Laudenſis, Ordinis Minorum Theologus, Montis Sion in Hieruſalem olim Guardianus, Terrae ſanctae Praeſes, & Commiſſarius apoſtolicus. Lucas Walddingus in *Scriptorib. Ordinis Minorum* nonnulla de illo adtulit. Conf. Io. Hallervordii *Bibliotheca curioſa* p. 89. Iacobi le Long *Bibliotheca Sacra* Tom. II. Emiſit quoque in lucem *de Sacratisſimis quinque Chriſti vulneribus Libr. V. Venet.* 1652. in fol. qui inter libros rariores locum omnino occupant. Multa quidem in libro, quem adduximus, reperiuntur, quae in cognoſcenda Terrae ſanctae hiſtoria, legentibus vtilitatem adferunt, ſed ea multis fabulis conſperſa ſunt, cuius rei luculenta adtulit exempla Ioan. Chriſt. Polcke in *Diſſer-*

Digitized by Google

Diſſertat. de hiſtoria paſſionis Ieſu Chriſti fabulis adſperſa. Lipſ. 1715. in 4.

QVERELA M. Lutheri, ſiue Somnium. *Baſileae* 1554. in 8.

Admodum infrequens eſt haec ſatyra, quae Ioach. Cammerarium auctorem habet. Vid Niceron *Memoires* Tom XVIIII. p. 103.

Breuiarium romanum ex ſacra potiſſimum Scriptura, & probatis Sanctorum hiſtoriis confectum. Cum praefatione FRANCISCI QVIGNONII Cardinalis. *Lugduni ap. Balt. Arnoullet.* 1544. in fol.

Breuiarium Roman. ex ſacra Scriptura, & probatis ſanctorum hiſtoriis conſtans, opera FRANCISCI *Cardinal.* QVIGNONII, a Paullo III. promulgatum. *Paris. ex officina Ambroſii Girault.* 1542. in 4.

Breuiarum Romanum iuxta diſpoſitionem FRANC. *Cardinalis* QVIGNONII editum. *Pariſiis typis Franc. Muguet.* in 8. mai.

Breuiarum Rom. ex ſacra potiſſimum ſcriptura & probatis ſanctorum hiſtoriis confectum, ſtudio FRANC. *Cardinal.* QVIGNONII. *Lugd.* 1540. in 16.

Idem *Pariſiis ap. Thiel. Kerver.* 1545. in 12.

Idem *Lugduni ex officina Theobaldi Pagani* 1547. in 8.

Idem, *ibidem iisdem typis* 1548. in 8.

Idem *Lugduni* 1538. in 8.

Idem, *ibidem*, 1542. in 8.

Edi-

Digitized by Google

Editiones, iis accenſendae, quas Cl. Vogtius qui p. 564. cauſſam raritatis exponit, adtulit. Tertia, quam adduximus, plerumque *Breuiarium Colbertinum* adpellatur, quoniam eius auctoritate, eiusque ſumtibus in lucem prodiit.

Caluidii Leti (CLAVDII QVILLETI,) Callipaedia ſou de pulchrae prolis habendae ratione. Poema didacticon, ad humanam ſpeciem belle conſeruandam apprime vtile. *Lugduni Batau.* 1655. in 4. pp. 56.

Multa loca, in hac editione prima, & nunc paullo rariore, inueniebantur, quibus auctor ſibi Iulii Cardinalis Mazarini indignationem, contraxerat. Eliminauit poſtea illa loca, quae minus placere intellexerat, ex editione ſecunda, quae *Paris.* 1656. in 8. & poſtea *Pariſiis* (Lipſiae) *apud Thomam Ioly* (Thom. Fritſch) 1709 in 8. prodiit. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXIIX. p. 17?. In *Menagianis* Tom. IIII. p. m. 123 ſqq. de hoc libello iſta leguntur: *Le Poëme de la* Callipédie *de* QVILLET *n'a été bien recu qu' à cauſe de ſa matière, qui n' y eſt pourtant pas traittée fort ſolidement. Rien n' eſt plus frivole que tout ce que l' Auteur debite dans le II. livre touchant les diverſſes influences des ſignes du Zodiaque. On ne reconnoit dans la verſification ni le tour de celle de Lucréce, ni de celle de Virgile. La diction n' en eſt pas correcte. ——— On y trouve auſſi des Fautes de quantité* &c. Conf. Tom. II. p. 139. Nuperrime hoc carmen, in linguam gallicam conuerſum, ſermone quidem prodiit ſoluto, hoc titulo: *La Callipédie traduite du poëme latin de* CLAVDE QVILLET. *Imprimée à Amſterdam & ſe vend à Paris chez Durand* 1749. in 8. pp. 208.

R.

Digitized by Google

R.

MAGNENCII RABANI *Mauri*, de laudibus Sancte crucis opus. erudicione verſu proſaque mirificum.

In fine legitur:

Librarii de ſe ad lectorem:
& cuias ſit? Epigramma.
Ipſe magiſterium tu te cognoſcis abunde
ſed patriam ſi vis: nomen & artificis?
Eſt natale ſolum Baden: ſedes mihi Phorcys
Dicor & Ansbelmi bibliopola Thomas.

Phorcheim in aedibus Thomae Ansbelmi. Martio menſe. 1503. *Sub illuſtri principe Chriſtofero Baden.* in fol. Recenſio quidem rariſſimi, quod rationem illius temporis, quo excuſum fuit, fere ſuperat, operis, reperitur in den *Merckwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II p. 514. & apud Cl. Vogtium p. 566. ſed cum in bibliotheca Portenſi, eius etiam extet exemplum, adſpectus illius docuit, nonnulla adnotanda nobis eſſe relicta. Totum opus, duobus abſoluitur libris, quorum prior, ſi carmina praemiſſa, prologum, & praefationem exceperis, foliis 59. poſterior vero foliis 14. abſoluitur. Edidit illud Iacobus Wimphelingus. Sletſtadinus, qui prologum & perorationem adiecit. Totam Operis in prologo exhibuit ſciagraphiam, in compendio, quam hoc loco adtuliſſe minime poenitebit. ita vero Wimphelingius: *In quo multa fidei chriſtianae myſteria, multos myſticos numeros, angelorum virtutum, donorum, beatitudinum, elementorum, temporum, plagarum, menſium, ventorum. librorum Moyſis, huius nominis Adam & aliarum nobilium rerum vim & dignitatem, ſanctae cruci conuenire & adaptari poſſe demonſtrat, innectens verſum verſui, vt & figurae ſuos habeant verſiculos, quibus imagines diuerſae repraeſentantur, nec tamen legitimus ordo princi-*

cipalis carminis a ſuo curſu vel tenore abrumpitur, aut intercipitur, ita litterae ipſae duplici plerumque ordini quadrant. Poſt quodlibet etiam carmen ſolutus ſequitur ſermo verſuum admirandam profunditatem dilucide explanans. Secutus vero eſt, in hoc componendo carmine, RABANVS, methodum Publilii Optatiani Porphyrii, qui *Panegyricum*, eodem genere dicendi, in honorem Conſtantini Auguſti elaboravit, quem poſtea Marcus Velſerus, e MS. codice edidit Paulli Velſeri, *Auguſtae Vindelicor.* 1595. in fol. & ad calcem *Operum* Velſeri, *Norimb.* 1682. in fol. *cum Spicilegio critico* Chriſtiani Daumii, quo Velſeriana editio, inprimis cum Petri Pithoei, qui hoc poema, repertum Viennae, a Ioan. Stabio, inter *poemata vetera Paris.* 1590 in 12. & *Geneu. ac Lugd.* 1596. in 8. in lucem emiſerat, editione diligenter confertur. In ſua vero Marcus Velſerus editione, de hoc carminis genere ſcribit quod nulla crux vnquam conferenda ſit cum hac cruce, & quod praeſens & certa peſtis ſit, talia imitari velle. Hieron. vero Cardamus L. XV. *de Subtilitate* p. 410. edit. *Baſil.* in fol. RHABANI *ſubtilitas*, ait, *inter inutiles cenſeri debet, laboris immenſi & admodum curioſa. Hic ſimul carminis & numerorum legem ſervat primo tum imaginem figurarum ſitu literarum explicat, literis in figura incluſis: rurſus ſenſum & hiſtoriam continet figurae atque his etiam carmina conſtruit. Tota vero ſerie carminum omnem explicat denuo ſenſum figurae contentae: ſic cruces, arbores, auesque aliaque innumera hac arte depingit. — Quae ſi coniunctam in ſe haberent aliquam vtilitatem, ſumma dignum laude hominem arbitrarer: nunc vero tam operam irridere licet, quam etiam ingenium admirari. Placere poteſt exemplum, copia horum certe taedium parit. Hocque vnum ferme eſt commune his, quorum nullus inter homines vſus eſt.* Quod ad editiones RABANI adtinet, noſtra omnium *prima* eſt, quam Vir cl. Chriſtian. Schoettgenius in *Continuat. Bibliothecae*

cae Fabricianae *med. & inf. Latinit.* L. XVII. p. 71. anno 1501. prodiiſſe ſcribit. Sine dubio per epiſtolam Iacobi Wimphelingii, operi praemiſſam, & *anno* 1501. *ex Heremitorio diui Guilbermi in Suburbano Argentinenſi V. Id. Sextil.* ſcriptam, in eam adductus fuit ſententiam. Errat etiam Antonius Poſſeuinus in *Apparatu Sacro* Tom. III. p. 113. cum ſcribit: *dicauit illud opus* RABANVS *S. Petro Apoſtolo & per manus Sergii Papae, ad quem illud miſerat, eidem S. Petro obtulit. Impreſſum eſt Phorcae in Germania, apud Thomam Anſelmum anno* 1513. *alii autem anno* 1503. &c. Hanc editionem ſequuta eſt illa, quae *Auguſtae Vindelicor.* 1605. in lucem prodiit, cui praefixus legitur titulus: MAGNENTII RABANI Mauri *de laudibus S. Crucis cum antiquitate autoris, tum nouitate ſcriptionis opus mirificum, quo figuris ſive imaginibus XXIIX. multa fidei chriſtianae myſteria, in formam crucis redacta explicantur.* Illam excepit, quae in *Operum* RABANI *omnium* collectione, ſtudio Iacobi Pamelii, S. Audomari epiſcopi; Antonii de Henin, Epiſcopi Iprenſis; & Georgii Coluenerii, Theol. D. & Prof. ord. reg. in academia Duacenſi Cancellarii, ac denique Collegii S. Petri Praepoſiti, *Coloniae Agrippin.* 1627. VI. Tom. in fol. edita, Tomo quidem I. p. 273 ſqq. reperitur. RABANI quidem librum *de laudibus Sanctae Crucis*, cum Tractatu Io. Valent. Merbitzii *de varietate faciei humanae Dresd.* 1676. in 4. prodiiſſe ſcribit Schoettgenius l. cit. cum vero libellum paucarum plagularum euolueremus, rem ſecus ſe habere deprehendimus. Merbitzius enim ad illuſtrationem eorum, quae p. 32. libelli ſui de carminibus protulerat figuratis, octo eiusmodi carmina ex RABANI opere excerpſit, ſuoque libelli coronidis loco adiecit, & reliqua numero viginti omiſit. Plura de RABANO eiusque reliquis ſcriptis vid. in Io. Fr. Buddei Diſſert. *de vita ac doctrina* HRABANI *Magnentii Mauri, Ienae* 1724. in 4. pp. 152. & apud Anton.

ton. Poſſeuinum l. cit. qui omnia, quae de illo dici potuerunt, inſigni ſollertia digeſſerunt. In Bibliotheca Portenſi, *Librorum XXII. de vniuerſo, ſeu de ſermonum proprietate, & myſtica rerum ſignificatione*, ſatis quidem vetuſta, ſed admodum quoque ſplendida adſeruatur editio. Illa in folio maioris formae impreſſa, foliis 166. abſoluitur. Neque locum, neque annum impreſſionis, neque typographi nomen adſcriptum inuenimus. Litterae initiales omnes diuerſis coloribus, adpictae, variisque florum, fructuum, & animalium figuris, exornatae ſunt. Littera totius operis prima D. in voce *Domine*, qua, epiſtola RABANI dedicatoria ad Ludouicum Galliae regem chriſtianiſſimum, inchoatur, RABANI imaginem, prae ſe fert.

FRANÇOIS DE RABUTIN, Commentaires, ſur les dernieres guerres en la Gaule belgique entre le Roy Henry II & Charles V. Empereur, depuis 1551. jusq'uen 1562. *A Paris chez G. de la Nouë*. 1574. in 8.

Hanc editionem, quam cum rerum geſtarum continuatione, euulgauit Guy des Brues, in ipſa Gallia eſſe rariorem, teſtatur Langletus du Fresnoy dans les *Tablettes chronologiques* p. I. p. CCVI. Conf. Chriſtian. Gottlieb Buderi *Bibliotheca hiſtorica ſelecta Struuiana*. p. 374.

MATTHAEI RADERI, Bauaria ſancta, ſeu vitae ſanctorum Bauariae Vol. I. *Monaci* 1615. Vol. II. ibid. 1624. Bauaria pia, *Monaci* 1628. in fol.

Hanc nos editionem, omnium primam eſſe ſuſpicamur, etiamſi Cl. Buderus in *Bibliotheca hiſtoric. Selecta Struuiana* p. 1079. & Cl. Vogtius p. 566. aliam, ſcilicet *Ingolſtadienſem*, anno 1581. editam commemorant. Praeterquam enim, quod in nullo bi-

Digitized by Google

bibliothecarum catalogo, quos quidem euoluere nobis licuit, eam reperire potuimus; Petrus Ribadeneira etiam in *Catalogo Scriptorum Religionis Societatis Ieſu* p. 182. MATTHAEVM RADERVM vicennem ſe Deo in ſocietate ſacrauiſſe ſcribit, id quod anno 1581. accidiſſe neceſſe eſt, cum anno 1561. vt idem Ribadeneira teſtatur, natus ſit. Quorſum accedit, quod huius operis, in catalogo librorum, a MATTH. RADERO, tunc temporis, ante annum nimirum 1613. quo Ribadeneirae prodiit liber, editorum, nullam plane facit mentionem, quod tamen factum arbitramur, ſi iam anno 1581. iſtud opus fuiſſet euulgatum. Conf. quoque Anton. Poſſeuini *Apparatus ſacer* Tom. II. p. 555. qui hunc librum, ſilentio plane tranſiit, alios vero anno 1606. editos, adfert; ſed nemini hanc noſtram coniecturam obtruſam eſſe volumus. Quod ad illam, quam adduximus editionem adtinet, illa nitidiſſimis figuris a Raphaele Sadeler aere expreſſis ornata eſt. Conf. de MATTHAEO RADERO, Auberti Miraei *Scriptores Seculi XVII.* p. 302. edit. I. A. Fabricii, vbi illum VII. annis facit iuniorem, & anno 1568. natum eſſe ſcribit.

RICHARDI RADVLPHI, *Archiepiſcopi Armachani*, defenſiones Curatorum, contra eos, qui ſe dicunt priuilegiatos ſeu fratres mendicantes. *Lugduni per Iohannem Treſchel* 1496. in fol. *Paris.* 1496. *ibid.* 1625. & 1633. in 8.

Raritatis teſtem habemus Langletum du Fresnoy dans les *Tablettes chronologiques* P. II. p. 366. Oratio eſt quam RICHARDVS, Papa & purpuratis Patribus praeſentibus, Auenione anno 1357. habuit, cum a fratribus mendicantibus, quibuscum grauiſſimae illi intercedebant controuerſiae ad Pontificem citatus eſſet. Rem omnem verbis pluribus enarrat

Digitized by Google

Caſimir Oudinus Tom. III. *Commentar. de Scriptor. Eccles.* col. 1030 ſqq. In *Lugdunenſi* quam adduximus editione huius orationis etiam extat confutatio, quam Rogerius Chennoë, quem alii Chonnoë, Conoway & Conewaeum adpellant, ex Conouio Cambrenſis, Anglus, Ordinis Minorum, hoc titulo euulgauerat: *Defenſio Priuilegiatorum ſeu Mendicantium, de confeſſionibus per eos audiendis, contra informationes* RICHARDI *Armachani.* Editionem *Pariſienſem* anni 1496. *Defenſionem Curatorum*, quas conſcripſit RICHARDVS, adducunt quidem Whartonus in *App. ad Caueum* p. 31. Olearius in *Bibliotheca eccleſiaſtica* P. II. p. 130. 140. Oudinus *l. cit.* col. 1031. Loeſcherus in *Stromat.* p. 254. Fabricius in *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. III. p. 1150. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & inf. Lat.* L. XVII p. 223. aliique, ſed illam in dubium vocare videtur Mich. Maittaire in *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 618. not. 8. Editiones recentiores anni 1625. & 1633. memorantur ab Oudino *l. cit.* a Schoettgenio *l. cit.* Archiepiſcopi Armachani Scriptum, etiam inſeruit Melchior Goldaſtus, ſuae *de Monarchia Imperii* Collectioni Tom. II. p. 1392 ſqq.

Summa *Domini* RICHARDI RADVLPHI, *Archiepiſcopi Armachani*, de erroribus Armenorum emendata a Io. Sudoris. Eiusdemque RICHARDI ſermones antiqui. *Paris. apud Io. Petit*, 1511. in fol.

Et hunc quoque librum a raritate laudat Langletus du Fresnoy. *l. cit.* Richardus Simon Tom. I. des *Lettres choiſies* p. 152. vbi ſcribit: *Ie ne m'étonne pas, Monſieur, que la* ſomme de l'Archevêque d'Armach en Hibernie contre les Armeniens *ne ſe trouve point chez Vous. Elle n'eſt pas même ici* (à Paris) *dans les meilleurs Bibliotheques, bien qu'elle ait été imprimée à Paris en 1511. avec Privilege.* Idem Richardus Simon, in epiſtola cit. librum paullo adcura-

ra-

Digitized by Google

ratſus recenſet, & Archiepiſcopi Armachani dogmata, quae in hoc libro proponit, proxime ad ea, quae nunc Proteſtantes profitentur, accedere ſcribit. Huic libro adiecti ſunt *Sermones tres* Londini recitati quibus RICHARDVS Mendicantium fratrum mouit ſtomachum, vt illum apud pontificem haereſeos poſtularent. Cl. Schoettgenius l. cit. p. 222. editionem huius libri adfert *Paris.* 1612. ſed ſine dubio 1511. legendum erit. Conf. de RICHARDO RADVLPHO ſeu FITZ-RALPH, Dundalkenſi Hibernio, Theologiae in Academia Oxonienſi Profeſſore, Decano dein Lichfeldenſi, poſtea Cancellario Oxonienſi, ac tandem Archiepiſcopo Armachano, qui in vrbe Auenionenſi, lite cum fratribus mendicantibus nondum definita, anno 1360. e vita deceſſit, praeter ſcriptores, a Cl. Schoettgenio l. cit. p. 224. productos, Antonii Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. III. p. 131 ſqq. Io. Trithemius *de Scriptoribus Eccles.* Cap. 653. p. 153. edit. I. A. Fabricii, Auberti Miraei *Auctarium* Cap. DCXLV. p. 82. edit. Fabric. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 601. & 604. vbi duplex illius notandus error; RICHARDVM enim *Archiepiſcopum*, vt illum vocat *Armachanenſem* & RICHARDVM RADVLPHVM veluti viros diuerſos protulit, quorum ille claruerit anno 1370, hic vero anno 1359 diem obierit ſupremum.

Ieroſolymitana peregrinatio *Illuſtriſſimi Principis* NICOLAI CHRISTOPH. RADZIVILI, *Ducis Olicae & Nieſviſii*, *Palatini Vilnenſis*, *Militis Ieroſolymitani*, &c. primum a Thoma Tretero, Cuſtode Varmienſi, ex polonico ſermone in latinum translata; nunc varie aucta & correctius in lucem edita. *Antuerp. ex officina Plantini apud viduam & filios Io. Moreti.* 1614. in fol. pp. 308.

Vid. Cl. Vogtius p. 567. NICOLAVS CHRISTOPHORVS RADZIWIL, Nicolai, Ducis oliuicenſis, & Nieswicenſis, Palatini Vilnenſis fuit filius, vir toga ſagoque longe meritiſſimus, S. R. I. Princeps atque Eques Hieroſolymitanus factus. Poſteaquam ſe a Diſſidentium, vt in Polonia vocantur, ſacris, quae pater Nicolaus profitebatur, ad pontificiorum convertiſſet ſacra, religionis zelo, & ſanctimoniae ſtudio incitatus, iter in terram ſanctam ſuſcepit religioſum, quod redux factus epiſtolis quatuor polonicis, deſcripſit. Has poſtea epiſtolas, latina donauit ciuitate Thomas Treterus, Canonicus Varmienſis, easque prima vice edidit *Brunsbergae* 1601. in fol. Editionis illius, quae rariſſime hodie inuenitur adcuratiorem forte Io. Daniel. Ianozki ſolertiſſimus eiusmodi rerum indagator, cum bibliophilis communicabit recenſionem. In germanicam liber conuerſus linguam prodiit hoc titulo: *Herzog* NICOLAI CHRISTOPHORI RADZIVILI *Hieroſolymitaniſche Bilgerfart, verteutſchet durch* Laurentium von Borkaw. *Moyns.* 1602. in 4. Diem obiit doctiſſimus Princeps anno 1616. aetatis anno LXVII. Vid. Simon. Starouolscii *Centuria Scriptor. polonicor.* p. 71. Bernh. Connor *Beſchreibung des Koenigreichs Polen* P. I. p. 372. Andreae Cellarii *Koninckrück Poolen en toebehorenden Landen. Amſt.* 1660. in 12. p. 278 ſqq. P. Baile Dictionaire Tom. III. p. 2418. not. (B)

RAGIONAMENTO avuto in Lione da Claudio d' Herbere, Gentilhuomo Franceſe, e da Aleſſandro degli Huberti Gentilhuomo Fiorentino, ſopra alcuni luoghi delle cento novelle del Boccaccio. *In Lione.* 1557. in 4.

Librum a raritate laudat Niceron *Memoires* Tom. XXXIII. p. 70.

RAI-

Digitized by Google

Raineri *de Piſis*, Pantheologia, *editio antiqua, ſine loci, typographi, & anni indicio.* in fol. mai Tom. I. fol. 429. Tom. II. fol. 417.

Etſi hic liber, a Fratre Iacobo Nicolai, Ordinis Praedicat. *Pariſiis* 1670. III. Tom. in fol. denuo editus fuit, antiquiores tamen editiones rariores, & in pretio eſſe teſtatur Ioan. Launoius in diſſert. *de veteri ciborum delectu in ieiuniis Chriſtianorum* Tom. II. *Operum* P. II. p. 686. vbi ita ſcribit: *Pantheologiae identidem interponit*, ſcil. Iacobus Nicolai, *ſingularis ſibi, vulgaris aliis doctrinae obſeruationes; quae lectoribus moleſtiae plurimum, voluptatis nihil aut parum adferunt. Id egregia lucubratione ſua conſecutus eſt, vt antiquarum editionum Pantheologia* RAINERII, *non minoris, vt poſt editionem nouam fieri ſolet, ſed pluris vendatur, & requiratur diligentius.* Inclareſcere autem coepit RAINERIVS de Riualto, quod caſtellum eſt in montibus Piſanis Seculo a Chriſto nato XIIII. & anno 1351. diem obiit. Aug. Oldoinus in *Atheneo Liguſtico* p. 487. illum non a patria, ſed agnomine Piſanum, natione Ligurem, patria Genuenſem, ſacri Ordinis Praedicator. fuiſſe alumnum contendit. Illud opus Seculo XV. & XVI. plus vice ſimplici editum fuit, mox *Summae* mox *Pantheologiae* titulo. Primam omnium editionem *Gandaui.* 1459. in fol prodiiſſe nonnulli produnt. Vid de reliquis huius Operis editionibus Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & inf. Lat.* L. XVII. p. 129 ſqq. De RAINERO autem praeter auctores, qui de Scriptoribus eccleſiaſt. ſcripſerunt Commentarios, Antonii Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. III. p. 117. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 599. Iacob. Quetif de *Scriptor. Ord. Predicat.* Tom. I. p. 635. Raphael Soprani *Scrittori della Liguria* p. 249. Io. Franc. Buddei *Iſagoge Hiſtorico-Theologica.* Tom. I. p. 704.

Digitized by Google

IO. RAINOLDS, ſeu REGINALDI, *Angli*, Cenſura librorum Apocryphorum veteris Teſtamenti aduerſum Pontificios, imprimis Robertum Bellarminum, in duos tomos digeſta. *In nobili Oppenheimio Collegio Muſarum Hieronymi Galleri ſumptibus viduae Leuini Hulſii & Henrici Laurentii Anno* 1611. II. Tom. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 567. Inſignem etiam libri teſtatur raritatem, eumque copioſius recenſet Richardus Simon Tom. IIII. des *Lettres choiſies*, Lettr. XI. p. 67-79. vbi inter alia ſcribit: *Ce Livre contient deux gros Volumes in* 4. *où il y a beaucoup de choſes inutiles, que l'Auteur auroit apparement retranchées, s'il l'avoit fait imprimer lui même. Ce ſont des leçons qu'il avoit dictées dans ſon Academie, & qu'on auroit pû reduire à un petit volume in* 4. Idem vero Rich. Simon paullo poſt RAINOLDVM ita loqui fatetur, vt adpareat, ex ipſis fontibus eum hauſiſſe de quibus tractat. *Ce Docteur* RAINOLD *parle dans ſon Ouvrage en homme, qui avoit étudié dans les originaux, les faits dont il traite. C'eſt pourquoi il ne copie pas ordinairement les autres. Il m'a paru au contraire, que ceux qui ont écrit après lui ſur ces mèmes matiéres l'ont ſouvent copié.* Conſtitutum RAINOLDO fuiſſe & in aliis ſacrae doctrinae capitibus Bellarminum confutare, ſi vita ſuppetiiſſet, nonnulli obſeruant. Mortuus eſt IO. RAINOLDVS, Deuonienſis, ex oppido Pinhon ortus, linguae graecae Profeſſor Oxonienſis & Decanus Lincolnienſis anno 1607. aetatis anno LIIX. Vid. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 343. Thomae Pope-Blount *Cenſura celebrium Auctorum* p. 847. edit. *Geneu.* 1694. in 4.

Na-

Navigazioni e viaggi raccolti da GIO. BATTISTA RAMVSIO. *In Venezia preſſo i Giunti.* 1588. III. Tom, in fol.

Conf. de hoc libro Nicol Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 89. qui ea, quae Cl. Vogtius p 567. e *Catalogo* Freſnoio-Menkeniano *Hiſtoricor.* p. 492. adtulit, ſuo comprobat ſuffragio, variasque huius libri editiones, adfert, & nonnullos Codices MS. editionibus impreſſis, extare auctiores confirmat. En ipſa illius verba! *Si ha una notizia molto particolare di queſto libro, ed è, che per averlo totalmente compito, biſogna che il primo Volume ſia della terza edizione* (anni ſcilicet 1574) *il ſecondo della ſeconda* (anni 1565.) *ed il terzo della prima* (anni 1554.) *Oſſervò ancora il Colomeſio* (dans le *Recueil de particularitez* p. 328. edit Io Alb. Fabricii.) *che li Manuſcritti ch'egli avea veduti di queſti viaggi del* RAMVSIO, *erano ancora più copioſi che li ſtampati.* Vid. quoque Niceron *Memoires* Tom. XXXV. p. 97 ſqq. qui cuiuslibet Tomi argumentum exponit, & Tomum I. prima vice anno 1550. II. 1559. III. vero 1553. prodiiſſe ſcribit. Id quidem vnicum, quo inclaruerit IO. BAPTISTA RAMVSIVS, opus eſſe teſtatur Niceron l. cit. p. 98. ſed Ioſias Simlerus in *Biblioth.* p. 343. illum quoque libellum, *de Nili incremento* edidiſſe ſcribit. Conf. Girol. Ghilini *Teatro d' Huomini letterati* Tom. I. p. 104.

RAPPEL des Juifs, *vid. ſupra* ISAAC PEYRERIVS.

Lettres miſſives du *Sr.* de RANGOVZE. *Imprimés à Paris de l' Imprimerie des nouveaux Caracteres, inventés par P. Moreau, Eſcrivain juré à Paris & Imprimeur ordinaire du Roy.* 1648. in 8.

Vid. Cl. Vogtius p. 567. Mr. Baile dans le *Dictionaire* Tom. III. p. m. 2430. ſcribit: RANGOVZE *Auteur François ſous le regne de Louis XIIII. ne m' eſt point connu par ſes beaux endroits; car on ne nomme point ainſi l' induſtrie avec laquelle un Auteur ſçait mettre à profit ſes epitres dedicatoires, & ſes flateries.* Ingentes autem diuitias epiſtolis ſuis congeſſiſſe RANGOVZIVM teſtantur nonnulli Scriptores gallici. Ita enim Mr. Coſtar P. II. de ſes *Lettres* Lettr. L. p. 115. *A Dieu ne plaiſe*, ait, *que je veuille faire comparaiſon avecque le Sieur* DE RANGOVZE, *dont l' éloquence lui a acquis quinze ou ſeize cens piſtoles depuis huit mois, & que l' on peut appelle le* Cherilus *en proſe de noſtre temps. Cherilus incultis qui verſibus & male natis Retulit acceptos regale numisma Philippos.* &c. Idem fere prodit Sorellus dans la *Bibliotheque Françoiſe* p. m. 119. *Les lettres du bon homme* RANGOVZE *peuvent être appellées à bon droit* Lettres dorées, *puisqu' il ſe vantoit de n' en compoſer aucune à moins de vingt ou trente Piſtolles, n' en faiſant gueres que pour les perſonnes de la plus haute condition, & qui avoient moyen de les payer.* &c. Modum vero, quo RANGOVZIVS in conquirendis numis vtebatur deſcripſit Magdalena Scuderia dans ſes *Converſations ſur divers Sujets* Tom. I. dialogu. I. vbi inter alia haec legimus: *On m' a conté un exemple aſſez plaiſant d' un nommé* RANGOVZE, *qui avoit fait un Recueil de lettres, qu' il avoit fait imprimer ſans chifre. De ſorte que l' Relieur de ce livre mettoit celle que l' Auteur vouloit la premiere; & par ce moyen tous ceux à qui il donnoit ce Volume, ſe voyant à la teſte, s' en trouvoient plus obligez.*

CHRISTIANI RAVII, Chronologia infallibilis biblica, *Kilon.* 1670. in fol.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rarior.* p. 569. Iacobus le Long in *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 920. hanc eſſe

eſſe editionem ſecundam, illamque *Vpſaliae* prodiiſſe ſcribit. Prima editioni illum praefixum eſſe titulum memorat; CHRISTIANI RAVII *Chronologia infallibilis, de annis Chriſti, ſolo veteri Teſtamento demonſtratis, ſcilicet concepti, nati, baptizati, paſſi, reſurgentis &c. iuxta ductum Codicis Hebraei, nunquam viſum, Vpſaliae.* 1669. in fol. Idem Iacobus le Long l. cit. Ioachimi RAVII, Germani, Lutherani, *Chronologiam reſtitutam contra Iſaac. Voſſium, Kilon.* 1669. in fol. editam eſſe ait. Num eiusmodi liber extet, & quis ille ſit Ioachimus RAVIVS nos ignorare fatemur. Conf. de CHRISTIANO RAVIO, Ioachim. Friderici Felleri *Monumenta varia inedita.* Trimeſtri X. p. 569. vbi nonnulla anecdota de illo reperiuntur.

Religioſiſſimi viri Fratris IOANNIS RAVLINI, *Artium & Theologiae Profeſſoris*, Epiſtolarum opus eximium, quibus acceſſerunt collatio in feſto S. Ludouici, & Collatio habita in conuentu Cluniacenſi, de perfecta religionis plantatione, incremento & inſtauratione: *Paris, apud Io. Petit.* 1520. in 4.

Rariſſime quidem inueniuntur hae epiſtolae, attamen extant etiam in IO. RAVLINI *Operibus*, quae iunctim *Antuerp.* 1612. VI. Tom. in 4. prodiere. Ob ſermones, quos diuerſis habuit temporibus, Maillardo, Barletto, & Menoto adſociatur, quod ex ſpeciminibus patet, quae adfert Niceron *Memoires* Tom. XI. p. 219 ſqq. ex quo hoc vnum tantummodo, e quo cetera intelligi poterunt, hic adiiciemus. Ita vero Niceron p. 222. *Dicitur de quodam vidua quod venit ad curatum ſuum, quaerens ab eo conſilium, ſi deberet iterum maritari, & allegabat quod erat ſine adiutorio, & quod habebat ſeruum optimum & peritum*

tum in arte mariti ſui. *Tunc Curatus*: Bene accipite eum. *Econtrario illa dicebat:* ſed periculum eſt accipere illum, ne de ſeruo meo faciam dominum. *Tunc Curatus dixit*: Bene nolite eum accipere. *Ait illa*: Quid faciam? non poſſum ſuſtinere pondus illud, quod ſuſtinebat maritus meus, niſi vnum habeam. *Tunc Curatus dixit:* Bene habeatis eum. *At illa*: ſed ſi malus eſſet, & vellet mea diſperdere, & vſurpare? *Tunc Curatus*: Non accipiatis ergo eum. *Et ſic ſemper curatus iuxta argumenta ſua concedebat ei. Videns autem Curatus, quod vellet illum habere, & haberet deuotionem ad eum, dixit ei, vt bene diſtincte intelligeret, quid campanae eccleſiae ei dicerent, & ſecundum conſilium campanarum ipſa faceret. Campanis autem pulſantibus intellexit iuxta voluntatem ſuam, quod dicerent*: Prens ton varlet, prens ton varlet. *Quo accepto, ſeruus egregie verberauit eam, & fuit ancilla, quae prius erat domina. Tunc ad Curatum ſuum conqueſta eſt, de conſilio, maledicendo horam, qua crediderat ei. Cui ille*: non ſatis audiſti quid dicant campanae. *Tunc Curatus pulſauit campanas, & tunc intellexit quod campanae dicebant:* Ne le prens pas, ne le prens pas. *Tunc enim vexatio, ei dederat intellectum.* &c. Inſeruit etiam hanc particulam Franciſc. Rabelais capit. 9. & 27. de *la vie ineſtimabile du grand Gargantua, pere de Pantagruel.* Conf. de IO. RAVLINO, Lutetiae Pariſiorum in Collegio Cluniacenſi anno 1514 die 6. Februar. aet. anno LXXI. mortuo. Aubert. Miraeus in *Scriptor. Seculi XVI.* p. 121. edit. I. A. Fabricii. Anton. Poſſeuini *Apparatus Sac.* Tom. II. p. 243. Ludouici Bailii *Sapientia foris praedicans.* p. 397.

L' Abbé de ST. REAL, Diſcours de la valeur, à l' Electeur de Bavarie. *A Cologne* 1689. in 12.

Vid. Cl. Vogtius p. 570. Inuenitur nunc in Operum Collectione, quae prodiit hoc titulo: *Oeuvres de*

de Mr. l' Abbé de ST. RÉAL, *nouvelle edition, augmentée. A Amſterd* 1740. VI. Tom. in 12.

VRBANI REGII, Opera omnia

Rariora hodie eſſe, teſtantur Cl. Vogtius p. 570. Gerdeſius in *Florileg.* p. 235. Recenſentur nonnulla in *Nou-Antiquis* paſſim. *Dialogum von der Predigt die Chriſtus von Ieruſalem, bis gen Emaus den 2. Jüngern gehalten*, quem Gerdeſius l. cit. rariſſimum vocat, paullo vberius deſcriptum inuenimus, in *Nou-Antiqui* anni 1706. p. 206. quae docent, perſonas in hoc dialogo colloquentes, eſſe VRBANVM REGIVM, eiusque coniugem Annam, quae ob inſignem eruditionem, inter feminas doctas, iure ac merito locum mereatur: Errant vero collectores huius diarii, cum hunc *dialogum* prima vice 1545. euulgatum fuiſſe ſcribunt. Nonſolum enim editio, quam Gerdeſius l. cit adfert, anno 1537. typis exſcripta fuit, ſed anno iam 1542. latina eius *dialogi* verſio, a Ioanne Fredero, titulo: *Prophetiae Veteris Teſtamenti de Chriſto*, adornata *Francofurti*, in fol. in lucem prodiit. Ea editio, quae in *Nou-Antiquis* recenſetur *Viteb.* 1584. in 4. in lucem emiſſa fuit. *Opera* vero VRBANI REGII omnia, in ſermonem latinum conuerſa, & in vnum corpus collecta, ab Erneſto eius filio, in lucem emiſſa fuerunt *Norimb. ex Officina Io. Montani, & Vlrici Neuberi.* 1562. in fol. P. I. fol. 438. P. II. fol. 99. P. III. fol. 114. Vita VRBANI REGII ab Erneſto filio conſcripta, huic *Operum* collectioni praemittitur. Inuenitur etiam in fronte *formularum caute loquendi* VRBANI REGII, quas Silueſter Martin. Grabius edidit *Guelpherbyti* 1714. in 8. Conf. quoque Melchior. Adami *vitae Theologorum Germanor.* p. 71. P. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2435 ſqq. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 682. vbi ſatis adcuratus, Operum

ab

Digitized by Google

ab VRBANO REGIO, conſcriptorum, index reperitur.

Trium REGVM hiſtoria, in fol. folior. 61.

Nullum quidem in libro admodum raro, auctoris conſpicitur nomen, illum tamen a Ioanne Hildeshemenſi, Saxone, Carmelita, conſcriptum eſſe, teſtantur Ioannes Trithemius de *Scriptoribus Eccleſiaſticis* Cap. DCXLIIX. p. 152. edit. Io. Alb. Fabricii, Anton. Poſſeuinus in *Apparat. Sacr.* Tom. II. p. 205. Caſimir Oudinus in *Commentario de Scriptoribus & ſcriptis Eccleſ.* Tom. III. Col. 1275. Michael Maittaire in *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 381. Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 383. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. VIIII. p. 239. & alii, quos ſilentio praetermittimus. Oudinus l. cit. illum Gluel cognominatum fuiſſe, & circa annum 1370. floruiſſe ſcribit. Ioannem vero Hildeshemenſem, & Ioannem Gluel Aquisgranenſem, Carmelitarum Coloniae Priorem, homines fuiſſe diuerſos, ex Poſſeuino & Fabricio ſatis dilucide adparet. Trithemius l. a nobis citat. Ioannem Hildeshemenſem Petri Thomae totius Ordinis Carmelitarum, Generalis, viri ſanctiſſimi, in Auenione olim familiarem, & deuotum fuiſſe miniſtrum ſcribit. Quod pretivm *hiſtoriae* REGVM *trium ſanctorum*, quem ad *Reuerendiſſimum in Chriſto Patrem ac Dominum Dn. Florencium de Weuelkouen, diuina prouidentia monaſterienſis Eccleſiae Epiſcopum digniſſimum* ſcripſit, fuerit ſtatuendum, ex Oudini l. cit. adparebit, qui, *opus*, vocat, *fabuloſum atque Carmelitis, nugamenta anilium ac fabulas muliercularum, & ſomnia, amantibus digniſſimum.* In noſtrae editionis fine haec leguntur verba: *Liber de geſtis ac trina beatiſſimorum trium* REGVM *translacione, qui gencium primicie* & exemplar ſalutis omnium *fuerunt chriſtianorum per me*

Digitized by Google

me Iohannem Guldenſchaff de maguncia anno a natiuitate Xpi. M. CCCC. LXXVII. (1477) *fideli exaracione impreſſus: finit feliciter.* Initio Capitis XXXXVI. tales leguntur verſiculi

Ab Helena Crux inuenta
Poſt bis regnis eſt intenta
Congregandis REGIBVS
Inde REGES *peregrini*
Ornant vrbem Conſtantini
a latis temporibus.
Tandem inde ſunt translati
Commendati ciuitati
Cui nomen Ambroſia.
Ter inuentos ter translatos
Nutu Dei ſibi datos
Colit hos Colonia
Ortus Dei occidenti
Quam tres REGES *ter inuenti*
Excolunt Coloniani.
Nunquam locum mutaturi
Nec vt olim reuerſuri
Sunt per viam aliam
Colunt REGES *propter* REGEM
Summi REGIS *ſeruant legem*
Coloni Coloniae.

Regiſtrum in librum de geſtis ac trina beatiſſimorum trium REGVM *translatione*, excipiunt, *ſuper Mathei euangelium venerabilis dni Alberti magni notula de feſto die epiphanie dni, & Sermo beati Auguſtini de epiphania domini multum notabilis.* Teſte Oudino, l. cit. Hermannus Crombachius Societatis Ieſu Theologus anno 1654. in fol. ingens *Coloniae* edidit volumen *apud Kinchium*, inſcriptum: *Hiſtoria, & Encomium trium maiorum Euangelicorum*, vbi hanc Ioannis Hildeshemenſis *hiſtoriam* emiſit.

Alte

Alte REICHS-ABSCHIEDE und Handlungen, aus Churfürſten und Staenden Archiuis, theils auch aus gedruckten alten Exemplarien zuſammen getragen. *Amberg* 1607. in fol.

Hanc Collectionem, ſiquid coniecturae dandum, Marquardo Frehero tribuendam eſſe cenſemus. Conuenit enim cum Freheri ſtudiis, incidit in illius aetatem, *Ambergae* in loco, quem herus illus ditione tenebat, per *Forſterum*, cui Freherus, Andreae Presbyteri *Chronicon*, ab ipſo adornatum anno 1602. imprimendum commiſerat, impreſſa eſt. Ceteroquin rariſſima eſt, ac praeter documenta, notatu digna, eos complectitur receſſus imperii, qui in Corpore iuris publici vulgo deſiderantur. Melchior Goldaſtus quidem iisdem, *conſtitutiones* ſuas *imperiales* locupletauit, ſed haec noſtra editio ex Archiuis protracta longe adcuratior eſt. Vid. *Catalogus Bibliothecae Rinkianae* p. 606.

REINERI REINECCII, *Steinhemii*, Tomus I. σύνταγμα de familiis, quae in monarchiis tribus prioribus rerum potitae ſunt: Tertiae Alexandri iis ſubiectis regnis, in quae illa ſucceſſorum bellis particulatim diſcerpta fuit. Quae ceu εἰσαγωγὴ poterit eſſe vberrima ad lectionem tam ſacrorum Bibliorum, quam aliorum bonorum in vtraque lingua ſcriptorum. Addita eſt appendix de illuſtribus aliquot Graeciae regnis, hoc eſt Argiuo, Mycenaeo, Spartano, Meſſeniaco, Thebano, Archadico. Item altera de hiſtoria gentis Aeacidarum & Regum Athenienſium. Tomus II. Continens hiſtoriam quadrigeminam de familiis duorum Aegypti regnorum, Battiadarum, Cyrenaeorum & Dyna-

na-

naſtarum, regum, ac pontificum Iſraeliticorum. *Cum gratia & priuilegio Caeſareae Maieſtatis. Baſileae ex officina Henric petrina.* 1574. in fol.

Integrum libri titulum quem ab inſigni commendauit Cl. Vogtius p. 572. raritate, e noſtro deſcripſimus exemplari. Tomo. II. hic praefixus conſpicitur titulus: *Tomus II. Continens hiſtoriam quadrigeminam. De Familiis duorum Aegypti Regnorum, Battiadarum Cyraeneorum, & Dynaſtarum, Regum, ac Pontificum Iſraeliticorum. Qua Pharaonum ſucceſſio continua, Aegyptii Regni a Perſis defectio atque inſtauratio, & tam Battiadarum, quam Dynaſtarum, Regum ac Pontificum gentis Iſraeliticae, ſtirpes, diligenti ſtudio collectae, & natalibus ſuis ceu reſtitutae, exponuntur, quaeque de ſingulis dubia occurrunt, accurrate enodantur Auctore* REINERO REINECCIO *Steinhemio. Cum gratia & priuileg. Caeſ. Maieſt. Baſileae ex officina Henricpetrina.* 1574. Vterque Tomus pp. abſoluitur 850. exceptis praemiſſis, indicibus, & Schematibus genealogicis. Tomi III. & IIII. titulos adſcribere non poſſumus, quoniam nobis nondum tam felicibus eſſe licuit, vt illos nobis parare potuiſſemus. In Nicol. Baſſaci *Collectione omnium in vnum Corpus librorum*, ſaepius cit. P. I. p. 414. Tomi IIII. titulus extat talis: REINERI REINECCII *Tomus IIII. quo pertractantur regna, in graeca & latina hiſtoria celebratiſſima, omniumque fere antiquiſſima, hoc eſt, praeter ea, quae Aſclepiadae tenuerunt, Sicyonium, Corinthiacum, Eleum, Aetolicum, Tyrrhenicum, Celticum, Celtibericum, Cretenſe, Spartanum, Meſſeniacum, Idumaeum, vna cum familiarum, quae in ſingulis floruere, accurata enucleatione. Baſil. ex officin. Sebaſt. Henricpetri* 1580. in fol. Maxima autem familiarum, pars, quas REINER. REINECCIVS deſcripſit, niſi forte omnes, ſeorſum in lucem prodiit. Sunt nobis ad manus *Familia Seleucidarum, quae ab Olympiade CXVII.*

Digitized by Google

Hoc eſt tertia ab Alexandri Magni Obitu, vsque ad pulſum a Pompeio Antiochum Aſiaticum, regnauit in Aſia & Syria annos CCLI. *Additis propter argumenti vicinitatem, atque ad vſum vberiorem in lectione Graecae & Romanae hiſtoriae Regibus Comagenae & Bithyniae. Auctore* REINERO REINECCIO *Steinhemio. Witebergae.* 1571. pp. 67. Haec reperiuntur in *Syntagmate* Tom. I. p. 190-199. p. 315-317. *Familiae Regum Argiuorum & Mycenaeorum, quae Inachi Amythaonidarum, Temenidarum, Perſidarum & Pelopidarum nominibus celebratae, generis antiquitate, potentia, opibus, & rerum geſtarum fama maxime apud Graecos floruerunt. Editae a* REINERO REINECCIO *Steinhemio. Anno* 1571. in 8. pp. 99. Extant in *Syntagmate* Tom. I. p. 350—402. *Familiae Regum Iudaeorum: Quae Aſmonaeorum & Conditoris Antipatri nominibus celebratae; poſtremae in gente illa regnarunt, & partim ad tertiam, partim ad quartam Monarchiam pertinent. Editae a* REINERO REINECCIO *Steinhemio. Lipſiae Iohannes Rhamba excudebat* 1572. in 8. pp. 98. except. dedicatione & Auctorum indice. Occurrunt in *Syntagmat.* Tom. I. p. 275—315. Aliarum familiarum, quas REINERVS REINECCIVS deſcripſit, & ſeorſum edidit, titulos, adtulit Nicol. Baſſaeus l. cit. p. 414. 415.

REINECKE de VOSS.

Tres huius libri nobis editiones ſunt ad manus, non adeo frequentes, quarum prima prodiit *Hamburgi* 1604. in 8. tit. REYNICKE *de* VOSZ *dat iſz ain ſchoen und nütte gedichte, voll wyszheit, guter lehren, und lüſtiger exempelen, mit ſchoenen figuren vpt nye wedder an dach gegeven.* Secunda excuſa fuit *Francofurti ad Moen. durch Wolfgang Richtern in Verlegung der ſämptlichen Baſſaeiſchen Erben.* 1608. in 8. Tertia hunc habet titulum: REINEKE FVCHS *das iſt ein ſehr nütz-*

Digitized by

nützliches Luſt - vnd Sinn - reiches Büchlein, Darein auf verblümete jedoch loebliche Schreibart, unter den Nahmen desz Löwen, Bähren, Fuchſes, Wolfes &c. Das Hofe wie auch aller Stände, der Welt Leben und Weſen, ſowohl nach ihren Tugenden, als auch inſonderheit nach denen darein vorfallenden Laſtern, merck-lich beſchrieben, und gleichſam mit lebendigen Farben bezeichnet wird. Auff das Neue mit allerhand jetziger Zeit üblichen Reim-Arten, als vier, fünff, neun, zehen, zwölff, dreyzehen, &c. langkurtzen, kurtzlangen, lang-gekurtzten, gekürtzlangen, bald eingesprengten, bald reinen: Wie auch abwallenden-kurtzſchlieſſenden &c. auszgezieret: Mit etzlichen hundert Verszen bereichet, mit unterſchiedlichen Sitten und Lehr-Saetzen verbeſſert. Vnd in drey Theile abgetheilet. In Verlegung Ioachim Wilden Buchhädlern zu Roſtock. Im Iahr 1650. in 8. pp. 421. exceptis metrorum ſchematibus, libro in calce adiectis. Hanc poſteriorem editionem, repetitam eſſe anno 1662. in 8. diſcimus aus der *Kurtzen Nachricht von den Büchern vnd deren Urhebern in der Stolliſchen Bibliothec.* Tom. I. p. 336 ſqq. vbi & aliae memorantur editiones, ab illis quas protulimus, plane diverſae. Omnium vero optime de libri auctore, Hinrek *des* van Alckmer, *Scholemeſter und Tuchtlerer od delen dogentliken Vorſten un heren Hertogen van Lotryngen*, & variis libri editionibus diſſeruit Fridericus Auguſt. Hackmannus Prof. Helmſtadienſis in *Progammate* an. 1709 edito. Praefixum poſtea hoc *programma* fuit editioni *Guelferbytanae* des REINEKE *de* VOS *mit dem Koker* 1711. in 4. Conf. quoque Viri Cl. C. F. Gellerti diſſert. *de Natura & Conſtitutione Apologi, & Apologorum Scriptoribus* P. II. p. 48.

CASSIODORI REINII, ſ. DE REYNA Euangelium Ioannis, h. e. iuſta ac vetus apologia, pro aeterna Chriſti diuinitate, atque adeo,

quatenus vnum cum eo eſt, aequalitate cum patre, aduerſus Iudaeorum, Cerinthi, Ebionitarum, Arii, Muhametis demum, & illorum ſcholae cum veteris, tum nouae impietatem. Ex nouo Teſtamento Syro, a viris doctis latinitate donato. *Francofurti.* 1573. in 4.

Hunc in 4. prodiiſſe librum, nos docet Iacob. le Long in *Biblioth. Sacr.* Tom. II. p. 925. Frideric. Adolph. Lampe in Prolegom. *Commentar. in Euangelium Ioannis* p. 265. & ex eo Gerdeſius in *Florileg.* p. 237. Conf. Nicol. Baſſaei, *Collectio omnium in vnum Corpus librorum* P. I. p. 19. Gerdeſius quidem, CASSIODORI REINII *Specimen Explicationis in primam partem Capitis IIII. Matthaei, Francof.* 1573. in 8. ſeorſum excuſum eſſe ſcribit, ſed Thom. Hyde in *Catalog. Biblioth. Bodleian.* Tom. II. p. 99. illud *Specimen* Adpendicis loco, *adnotationibus in euangelium Ioannis*, adiectum fuiſſe docet.

REIS-BESCHRYVINGE van Polen na Moſcovien. *Tyel* 1699. in 8.

Hunc librum inter rariſſimos hiſtoriae Ruſſicae, ea potiſſimum ratione numerari, quia in Cap. V. quaedam ſingularia anecdota inueniuntur, quae natiuitatem trium filiarum Czaari Ivan Alexiewicz reſpiciunt, teſtatur *Catalog. Biblioth. Rinkian.* p. 350.

RELACION de la perſecucion, que padecieron por la Confeſſion de nueſtra ſanta Fee en Iapon, quince religioſos. *Manila* 1625. in 8.

Liber rariſſimus ob locum impreſſionis. Vid. *Catalog. Biblioth. Ludewig.* P. I. p. 335.

Cal-

Digitized by Google

Caluiniſmus beſtiarum RELIGIO & appellatio pro Dominico Banne Caluiniſmi damnato, a Petro Paullo de Bellis, Italo, ordinis Praedicatorum apoſtata, per R. P. A. Riviere Doct. Paris. Ordinis S. Auguſtini. *A Paris.* 1630. in 12.

Inſertus fuit libellus, quem Cl. Vogtius p. 574. rariſſimum nominat Tom. XX. *Operum* Theophili Rainaldi, quae *Lugduni* 1665-1669. in fol. prodierunt. In Thom. Hyde *Catalog. Biblioth. Bodleianae* P. II. p. 110. liber *Lugduni* in lucem emiſſus dicitur. Conf Niceron *Memoires* Tom. XXVI. p. 288.

La chriſtiana eſſer la ſola RELIGIONE verace, e doverſi percio da tutti abbracciare. All' illuſtriſſimo e Reverendiſſimo Monſignor Sergio Gamerio, Arciveſcovo di Damaſco 1664. in 4. pp. 120.

Rariſſimi libri auctorem eſſe, Carolum Emanuel. Philibertum Hyacinthum de Simiana, primarium Ducis Sabaudiae miniſtrum, nos docent die *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 574. Adeo rarus fuit iſte liber, vt Andres Roſſotti in *Syllabo Scriptorum Pedemontii*, *Monteregali* 1667. in 4. edito, illum nunquam editum crederet: ita enim 132. ſcribit: *Opus eſt prelo digniſſimum, & a doctis ſumme deſideratum, cum certum ſit Auctoris eminentiam, argumenti maieſtati non inferiorem fore.* In gallicum ſermonem a Dominico Bouhours, conuerſus & editus fuit titulo: *La verité de la* RELIGION *chrêtienne, traduite de l' Italien du Marquis de Pianeſſe. A Paris* 1672. in 12. Vid. Niceron *Memoires* Tom. II. p. 284.

Digitized by Google

La RELIGION Muhamedane comparée à la paienne de l'Indoſtan, par Ali-Ebn-Omar, Moslem, epitre à Cinkniu, Pramin de Viſapour, traduite de l'Arabe. *Nonne ſatius eſt pecudum more viuere, quam Deum tam impium, tam prophanum, tam ſanguinarium colere.* Lactant. diuin. inſtit. L. I. Cap. 21. *A Londres au depens de la Compagnie* 1737. in 8. min. pp. 56.

Vberiorem huius libelli deteſtandi, qui adpendicem plerumque conſtituit du *Sermon preché dans la grande Aſſemblée des Quakers* &c. cuius ſupra p 304. fecimus mentionem exhibent recenſionem die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 49 ſqq. Maxime impius auctor, quem Comitem de Paſſeran eſſe dicunt, illo, omnem religionem chriſtianam, quaſi cuniculis ſubruere ſtudet.

REMONSTRANTIVM in Belgio Apologia, pro confeſſione ſua, contra Cenſuram Profeſſorum Leidenſium. Anno 1630. in 4. *ſine indicio loci & typographi.*

Cum miniſtri in Belgio foederato, Arminii ſententiae addicti, qui, a *Remonſtrantia*, quam anno 1610. menſe Iulio, Ordinibus Hollandiae ac Weſtfriſiae obtulerunt, REMONSTRANTES, nominantur, in ſolenni miniſtrorum Conuentu de edenda *Confeſſione* deliberarent, e tota ſocietate, ad eiusmodi *Confeſſionem* conſcribendam quatuor lecti fuerunt viri Uitembogardus, Epiſcopius, Greuinchouius, & Niellius. Quoniam autem eiusmodi labor, vni optime demandatur, a reliquis deputatis rogatus fuit Simon Epiſcopius, vt *confeſſioni* conſcribendae ſuum impenderet laborem. Ille igitur anno 1622. *Confeſſionem* belgice conſcriptam,

Digitized by Google

ptam, communi REMONSTRANTIVM nomine in lucem emiſit, quae, eodem anno, in ſermonem latinum conuerſa, hoc prodiit titulo: *Confeſſio, ſiue Declaratio ſententiae Paſtorum, qui in foederato Belgio* REMONSTRANTES *vocantur. Hardewici. litteris Th. Danielis.* in 4. Hanc vero *Conceſſionem*, cum Theologi Leidenſes anno 1626. auctore Antonio Walaeo, ſub *Cenſuram* vocaſſent, Simon Epiſcopius, omnibus conſentientibus, *Apologiam pro Confeſſione*, belgice conſcripſit, quae vero mox eodem anno latine, titulo a nobis adlato, in lucem prodiit. Praefationis loco illi praemiſſa eſt Epiſcopii *Oratio ad* REMONSTRANTES *miniſtros*, ab illo, cum adhuc eſſet Rothomagi, conſcripta. Cum vero haud multo poſt, Profeſſores Leidenſes breue ederent Scriptum, ſermone belgico & latino compoſitum, cui hunc fecerant titulum: *Specimen calumniarum atque heterodoxarum opinionum, ex* REMONSTRANTIVM *apologia excerptarum: inſtar prodromi ad praemonendos omnes veros Chriſtianos, in lucem emiſſum*, Uitembogardus id belgice confutauit, Epiſcopius vero latinam *reſponſionem ad Specimen Leidenſium Profeſſorum* conſcripſit, qua omnia, quibus REMONSTRANTES petebantur fuere refutata, multaeque rationes traditae, ob quas REMONSTRANTES grauati eſſent eos damnare, quos clare in Scriptura ſacra non damnatos videbant. Rem omnem pluribus verbis expoſuit, & iſtam controverſiam inſigni animorum contentione in Belgio agitatam, a prima eius origine repetiit Philippus a Limborch, in *Hiſtoria vitae Simonis Epiſcopii. Amſtelodami apud Georg. Gallet.* 1701. in 8. mai. pp. 336. Conf. Henrici Ludolph. Benthemii *Holländiſcher Kirchen-und Schulen-Staat* P. I. Cap. XIIX. vbi & p. 660 ſqq. ipſam REMONSTRANTIVM *Confeſſionem* exhibet. Abraham. Calouii *Conſideratio Arminianiſmi. Viteb.* 1654. in 4. in diſſert. prooemial. Sect. I.

§. XV. p. 16. 17. Guſtau. Georg. Zeltneri *Breuiarium Controuerſiarum, cum* REMONSTRANTIBVS *agitatarum. Altorf.* 1719. in 8. in praefat. p. 13.

GEORGII REMI, Nemeſis Karolina. D. Karoli V. Imperatoris Caes. P. P. Aug. Inuictiſſ. Et Glorioſiſſimi Principis. Sacrique Imperii Romani Ordinum. Leges Capitales: paraphraſi expoſitae; ſcholiisque illuſtratae. Rerum & verborum elenchus in calce adiectus eſt. Editio altera. *Posnaniae. In Typographia Reuerendi Domini Alberti Laktanski. Anno Domini* 1688. in 8. pp. 256.

Forte haec editio, quam inſigniter raram, typothetarum vero erroribus mirifice deformatam eſſe ſcribit Io. Danieł Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 107. ſecunda eſt, quae in Polonia prelo commiſſa fuit. Etenim duae praeter illam, nobis innotuerunt editiones, antiquiores, Altera prodiit *Herbornae Naſſoniorum* 1594. in 8. altera *Francof. ad Moenum* 1618. in 4. GEORGIVS REMVS I. V. D. Reipublicae Noribergenſis Conſiliarius & Academiae Altorfinae Procancellarius ſecundus, Iuriſconſultus, Philologus, Hiſtoricus, & Poeta ſuae aetatis extitit celeberrimus. Diem obiit ſupremum Norimbergae anno 1625. aetatis anno LXIIII. Vid. Io. Petri Lotichii *Bibliothecae poeticae* P. III. p. 182 ſqq. vbi illum hoc elogio ornatum deprehendimus:

REMVS *in Aonio ramus viret arduus horto,*
Bellerophonteae quem rigat humor aquae.
Macte decus Phoebi! iam dudum nubila tranat
Frons tua ſydereis proxima, REME, *plagis.*

Conf.

Digitized by Google

Conf. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 1042.

IOAN. WOLFGANG RENTSCHEN, Brandenburgiſcher Ceder-Hain, worinnen des Hauſes Brandenburg, Anwachs vnd Abſtammung, auch Helden Geſchichre und Groſſ-Thaten. Mit zierlichen Kupfer Bildniſſen. *Bareuth.* 1682. in 8.

Non confundendus eſt hic liber, cum GEORGII CHRISTOPHORI RENSCHELII *Stammbaum des Hauſes Brandenburg, wie ſelbiger in natürlicher Ordnung, durch ſo viele unvergleichliche Helden und Heldinnen aufwachſend befunden worden. Bayreuth.* 1666. in 4. & *Berol.* 1668. in 12. Id autem valde eſt probabile IO. WOLFGANG RENTSCHIVM, Concionatorem aulicum & Profeſſorem Theologiae, ad imitationem G. C. RENSCHELII *Fürſtl Brandenburg. Kammer und Landſchaftraths*, hiſtoriam ſuam de gente Brandenburgica conſcripſiſſe. In eo enim vterque certabant, ſociumque habebant Io. Georg. Lairitzium, vt Chriſtiano Erneſto, Marchioni, ſtudia ſua probarent, commendarentque. In *Catalogo Biblioth. Ludewig.* P. I. p. 1117. huic libro adſcriptum conſpicitur: *Editio prima, rara, non caſtrata,* & ad *Catalog. Reimmanian.* p. 554. prouocatur, ſed neque loco cit. neque per omnes *Catalogi* illius partes, illius rei extat veſtigium.

RENVERSEMENT de la morale Chrêtienne, par les deſordres du Monachisme, enrichi de figures. *On le vend en Hollande chez les Marchands libraires & imagers. Avec Privilége d' Innocent XI.* in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. p. 576. Theophili Sinceri *Nachricht von lauter alten und raren Büchern* p. 6 ſqq.

Sed neſcimus quae cauſſa fuerit, quam ob rem viri clariſſ. primae tantum huius operis partis fecerint mentionem, ſecundam vero ſilentio plane praetermiſerint. Illi, idem praefixus eſt titulus, qui parti priori. Icones in illa reperiuntur XXIIII. nitidisſime vt in Parte priore, aere expreſſae, quarum hic adſcribemus titulos. 1) *le Cordelier devenu Evêque.* 2) *la Fineſſe.* 3) *l' Adroit.* 4) *l' Inſatiable.* 5) *le Delicat.* 6) *le Fourbe.* 7) *la Simonie.* 8) *l' Impie.* 9) *le Receleur.* 10) *le Pere Portugais.* 11) *le Maquerau.* 12) *le Flateur.* 13) *la Confeſſion.* 14) *le Pere Pierre.* 15) *le Pere Ange.* 16) *le Pere Michel.* 17) *le Frere Apoticaire.* 18) *le Seditieux.* 19) *l' Inexorable.* 20) *l' Idololatrie.* 21) *l' Ignorance.* 22) *le Beat.* 23) *la Superſtition.* 24) *le Deſeſperé.* Cuilibet iconi epigramma ſubiectum conſpicitur ſatyricum, lingua gallicā compoſitum. Eorum verſio belgica, aliquot folia, quae poſt libri titulum reperiuntur, complet.

STANISLAI RESCI: Epiſtolarum liber vnus. Quibus nonnulla Eiusdem Auctoris Pia Exercitia, Piis Lectoribus non indigna, Pii quidam Viri adiungenda putauerunt. *Ex officina Horatii Saluiani Neapoli. Apud Iacobum Carlinum, & Antonium Pacem.* 1594. in 8. pp. 637.

Omnia STANISLAI RESCI, Poloni, Abbatis Andreouienſis Referendarii, pro Regibus Polonis, apud Summos Pontifices, Imperatorem, Galliae Regem, aliosque Principes, Legati, ſcripta admodum rara eſſe, nos docuit Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern.* P. I. p. 88 ſqq. & in den *Neuen kritiſchen Briefen* num. XL. Inter ea facile principem occupat locum, haec *epiſtolarum & aliorum opusculorum* STANISL. RESCI collectio. Edi-

Edidit illam Io. Franciſcus Lombardus, Decanus Neapolitanus, & Hieronymi Scripandi Cardinalis Secretarius.

STANISLAI RESCII: Epiſtolarum Pars Poſterior. *Neapoli. Apud Iacobum Carlinum, & Antonium Pacem.* 1598. *Superiorum permiſſu.* in 8. pp. 133.

Hanc ſecundam *epiſtolarum* collectionem, prima, multo rariorem, & longe infrequentiorem eſſe, idem teſtatur Io. Dan. Ianozki P. I. der *Nachricht von denen in der Zalusk. Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* p. 92. ita vt multi in ipſa Polonia polyhiſtores, illam nunquam editam eſſe crediderint. Acceptam illam referimus Io. Baptiſt. Portae, qui Aloyſio Carafae Principi illam dedicauit.

STANISLAI RESCI, de rebus in electione coronatione &c. Henrici Regis Poloniae, in Polonia ac Gallia geſtis, vna cum epiſtolis aliquot MSS. ipſius regis, in die diſceſſus eius. *Romae.* 1573. in 4.

Liber itidem rarus, & a paucis conſpectus. Vitam STANISL. RESCI breuiter expoſitam inuenimus apud I. D. Ianozki l. cit. Conf. Simon Starouolscii *Elogia & Vitae Scriptorum Poloniae illuſtrium* p. 30 ſqq.

STANISLAI RESCI, Miniſtromachia, in qua euangelicorum magiſtrorum, & miniſtrorum de euangelicis magiſtris & miniſtris mutua iudicia, teſtimonia, conuitia, maledicta, irae, condemnationes, &c. & omnibus ſeculis inauditi

Ana-

Anathematiſmi recenſentur. *Coloniae apud Henr. Falkenburg.* 1592. in 8.

Vid. Anton. Poſſeuini *Apparat.* S. Tom. III. p. 248. Nicol. Baſſaei *Collectio omnium in vnum Corpus librorum* P. I. p. 190.

L. ANDREAE RESENDII, Antiquitates Luſitaniae, & municipii Eborenſis V. Libris, cum ſcholiis Io. Menoetii Vaſconcelli. *Rom.* 1597. in 8.

A raritate laudantur in Gerdeſii *Florileg.* p. 239. ſed extant etiam in RESENDII *Operibus*, quae *ex officina Haeredum Birckmanni Coloniae* 1600. II. Tom. in 8. prodierunt. Recuſa etiam iſta *opuſcula* fuerunt *ibidem* 1613. II. Tom. in 8. Inuenitur praeterea idem liber in Andr. Schotti *Hispania illuſtrata* Tom. II. p 892 ſqq. Conf. de L. ANDREA RESENDIO, Nicol Antonii *Bibliotheca Hispana noua* Tom. I. p. 66. *Bibliotheca Hamburg. hiſtorica* Centur. IIX. p. 79 ſqq.

PETRI IOAN. RESENII, Kong Frederichs den Andens Kroenicke, ſom var Dannmarckis, Norgis, Vendis, og Gothis Konge Hertug &c. Grafe, og regierede lofligen I. 29. aar; fra aar 1559. til aar 1588. da hand paa Antvorskouf Slot ſaligen j Herrn Henſoef ſammlet, og ſammen ſkrevet af adſkillige Codicibus MSS. hvilcket i fortalen ſkal forklais. *Kiobenhafn.* 1680 in fol. pp. 470. praeter dedication. & praefat. nec non fig. aer. expreſſ. 31. p. 468. indicat.

De rariore in his regionibus Friderici II. Daniae regis chronico, quod idiomate danico conſcriptum eſt,

eſt, recenſionem videſis in Nicolai Petri Sibbern *Bibliotheca Hiſtorico-Dano-Neruegica* p. 181 ſqq.

PETRI IO. RESENII, Inſcriptiones Hafnienſes, latinae, danicae, germanicae, vna cum inſcriptionibus, Amagrienſibus Vraniburgicis, & Stellaburgicis, nec non duabus epiſtolis, vna Tychonis de Brahe, ad Peucerum miſſa, altera eiusdem ſororis Sophiae Brahe; metrica latina ad nobilem Danum Nicolaum Lange, Chymiae ſtudioſiſſimum ſcripta. *Hafniae* 1668. in 4.

Et hic quoque liber in noſtris regionibus rarus & infrequens eſt. Vid. Nic., Petri Sibbern *Bibliotheca Hiſtor. Dano-Noruegica* p 333.

PETRI IO. RESENII, Edda antiqua, cum verſione antiqua Stephani Olai, Parochi in Islandia orientali, eiusque ac Gudmundi Andreae ſcholiis: & recentior Snorronis, cum verſione danica & latina a Magno Olai confecta, additis variis lectionibus & notis exegeticis. *Hafniae.* 1665. in 4.

De inſigni eius raritate, nonulla iam adtulit Cl. Vogtius p. 577. quibus adiiciendum exiſtimauimus, nouam nunc multo perfectiorem & nitidiorem, *Eddae Islandicae*, in Suecia, parari editionem, cuius iam Pars prima, hoc inſignita prodiit titulo: *Hyperboreorum Atlantiorum ſeu Suiogothorum & Nordmannorum Edda, h. e. Atauia ſeu fons gentilis illorum & theologiae & philoſophiae, demum verſione Suionica donata, accedente latina; vna cum praefamine de Eddae antiquitate & indole &c. vt & de antiquisſimis & genuinis Skythis, Getis, Gotis, Atlantiis, Hyperboreis,* Cim-

Cimbris, Gallis, eorumque ſatore Gomero, ad manuſcriptum, quod poſſidet bibliotheca Vpſalienſis, antiquiſſimum correctiſſimum & quidem membranaceum, goticum, in lucem prodit opera & ſtudio Iohannis Goransſon Phil. Mag. *Vpſal. e typogr. Henrici Hecht* ſine anni indicio, in 4. mai. pp. 72. Vid. *Hamburgiſche Berichte von gelehrten Sachen*, anni 1749. num. XXIIX. *Erlangiſche gelehrte Anmerkungen und Nachrichten* anni 1749. in *Beitraegen* XVIIII. Woche p. 298 ſqq. De *Edda antiqua*, quam verſibus Islandicis, Saemundus Hinfrode Sigfuſonius, Parochus in Islandia Odenſi, conſcripſiſſe dicitur, nec non de *Edda recentiore*, quam Snorro Sturlaeus, ſermone danico, ex Saemundi *Edda* congeſſit, vid praeter Scriptores a Cl. Vogtio productos, Thom. Bartholini *Antiquit. danic.* p. 139. Io. Molleri *Hypomnemata* ad Albert. Bartholinum *de Scriptis Danorum, Norwagorum & Islandorum* p. 404 ſqq. in *Bibliotb. Septentrionis eruditi.* Nicol. Petr. Sibbern l. cit. Cap. I. p. 73. 77 ſqq. Io. Georg. Keysleri *Antiquitates ſelectae ſeptentrionales & Celticae* p. 19 ſqq. De PETRO IO. RESENIO, anno 1688. aetatis anno LXIII. defuncto, vid. Nic. Petr. Sibbern l. cit. paſſim. Alb. Bartholinus l. cit. p. 117. Io. Moller in *Hypomn.* ad Bartholinum p. 376 ſqq. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 1170.

ANDREAE REVCHLINI, ad Iſaacum Caſaubonum paraeneſis. 1614. in 4.

In ſcripto hoc rariore, diſputat perſonatus auctor, cum Iſaac. Caſaubono, de combuſtione *libri* Vorſtiani, *de Deo*, in Anglia facta, & nonnullas epiſtolas, ad Cardinalem Perronium, a Caſaubono, nomine Iacobi I. regis, ſcriptas, libello inſeruit. Auctorem vero eſſe Valentinum Smalcium, Gothanum, Caetus Racouienſis Sociniani Paſtorem, nonſolum ſtylus, quo conſcriptus eſt, ſed praeterea etiam Chriſtoph.

ſtoph. Sandius in *Bibliotb. Antitrinitar.* p. 103. & Vincent. Placcius in *Theatro Pſeudonymor.* p. 536. teſtatur. Conf. *Nou-Antiqua* ann. 1701. p. 117. vbi haec *Paraeneſis* recenſetur.

IOANNES REVCHLINVS, de verbo mirifico. *Spirae.* 1494. in fol. folior. 50.

Editio admodum rara & a nemine ex iis, qui, de REVCHLINO, commentati ſunt, memorata. Mich. Maittaire illam adduxit Tom I. *Annal. typogr.* p. 581. Conradus Leontorius Mulbrunnenſis, illi, *in laudem diſertiſſimi atque trium linguarum principalium peritiſſimi, Viri* IOANNIS REVCHLIN *Phorcenſis, librorumque, quos de verbo mirifico nuper edidit, epiſtolam* praemiſit *commendaticiam, ad* Iacobum Vinphelingum, perſcriptam e qua, haec, quae ad librum cognoſcendum faciunt, hic adſcribemus— *Colloquebamur de libello clarorum virorum domini Spanhemēn. quem impreſſioni Baſilaeam datum eſſe dicebas. Interrogaui de doctore* IOANNE REVCHLIN: *eſſet ne inſertus: quod ipſum cum ſubdubitares: negaresque: ſum demiratus. Quem enim in omni genere doctrinae hac tempeſtate clariorem exiſtimare poſſes: ſi tibi penitus eſſet familiaris & notus reperires neminem.—Vt hebraeorum ſecreta dogmata penetraret: multis annis enixisſime laborauit: atque ita omnem eorum bibliothecam euoluit: vt quem hebraeorum ſibi opponas: non facile reperies. Hac ingenii & doctrinae foelicitate & vbertate inductus: ad ſcribendum dialogum ſe contulit: quem Capnion: ſeu de verbo mirifico inſcripſit: quo nihil vnquam vidi: nec facundius: nec mirabilius. In tris autem libros diuiditur. Primus omnia ſecreta philoſophiae ſub nomine* Sidonii *explicat Secundus* Baruchiam *iudaeum omnia illa ſecreta nomina & portentifica & alia multa hebraeorum enodantem confingit. Tertius* Capnionem: *fidem chriſtianam ex praeſcriptis duobus approbantem & demonſtrantem inducit:*

Vbi

Digitized by Google

Vbi omnia verba mirifica ad nomen Ieſus ita applicat: vt illud ineffabile tetragrammaton: iam effabile factum eſſe demonſtret. Quem ſi legeris dialogum: affirmabis nullum neque philoſophum: neque Iudaeum: neque chriſtianum IOANNI REVCHLIN *iure praeferri poſſe. Hunc talem non omnibus Italis opponere nobis fuerit perpetuus pudor. Quare mi Iacobe cum Auguſtam ſim petiturus: & neſciam quo tempore Baſilaeam perueniam: velim ſumma cura & diligentia ſcribas Ioanni Amorbachio impreſſori: vt in Catalogo: ſuum* IOANNI REVCHLIN *Phorcēn. locum aſſignet. Vale mi iucundiſſime Iacobe laetus & foelix. Spirae XI. Kal. Maias. M. CCCC. XCIIII. Hanc epiſtolam ſequitur* IOANNIS REVCHLIN *Phorcenſis in libros Capnion vel de verbo mirifico Praefatio*, ad Vangionum Antiſtitem, Camerarium Dalburgium. In tertii libri fine, praeter verba: IOANNIS REVCHLIN *Phorcenſis Capnion vel de verbo mirifico liber Tertius Finit foeliciter*, nihil legitur amplius. Pluribus hic liber, qui, praeter varias editiones, ſeorſum excuſas, inſertus etiam conſpicitur, Ioan. Piſtorii Niddani *Artis Cabaliſticae, i. e. reconditae theologiae & philoſophiae Scriptorum* Tomo I. p. 873 ſqq. deſcribitur in Io. Henric. Maii *vita* IO. REVCHLINI *Phorcenſis* p. 49. & 429 ſqq. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* T. II. p. 505 - 510. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXV. p. 121 - 162. Melchior. Adami *vitae germanor. Philoſophorum* p. 17 ſqq. Chriſtian. Schoettgenii *Continuatio Bibliothecae* Fabricianae *med. & inf. Lat.* L. XVII. p. 192. Io. Franc. Buddeus, in *Introduct. ad Hiſtoriam philoſophic. Ebraeorum* p. 254 ſqq. Tanti autem iſte liber aeſtimatus fuit, ab Henrico Cornelio Agrippa a Nettesheym, vt anno 1509. in Dola Burgundiae gymnaſio, publicas in illum inſtitueret praelectiones. Haereſeos autem eam ob cauſſam & Iudaiſmi poſtulatus fuit a Ioan. Catilineto, Franciſcanorum per Burgundiam prouinciali. Rem omnem ipſe enarrat

Agrip-

Digitized by Google

Agrippa, in *Expoſtulatione ſuper Expoſitione ſua, in librum de verbo Mirifico cum Ioanne Catilineti fratrum Franciſcanor. per Burgundiam prouinciali miniſtro, S. T. Doctore*, quae, cum Agrippae *litteris*, ob hanc rem, *ad Maximilianum Tranſyluanum Caroli V. Caeſaris Imperatorisque a conſiliis*, & *ad Margaretam Auguſtam Auſtriacorum Burgundionum Principem*, ſcriptis, reperitur in H. Cornel. Agrippae *Operum* P. II. p. 370-378. edit. quae *Lugduni per Beringos fratres* anno 1600. II. Tom. in 8. prodierunt.

P. ATHANASII RHETORIS, *Byzantini*, Tractatus tres, primus inſcribitur. Ariſtoteles propriam de animae immortalitate mentem explicans. Opus verè ſingulare ac τοῖς ἐπαΐουσιν aeſtimatione dignum. 2. Totam philoſophiam compendioſè complectitur. 3. Principia philoſophica breuiter & clarè exponit. *Pariſiis apud Petrum Lamy, in ſecunda columna maioris aulae Palatii 1642. cum Priuilegio Regis*, in 4. mai.

Tria in hac collectione, hodie paullo rariore, inueniuntur opuſcula, quorum quodlibet ſingularem prae ſe fert titulum, qui, ea ſeorſum olim prodiiſſe, nunc vero nouo & generali, vt aiunt, titulo ornata, in lucem edita eſſe, confirmat. Titulum quem adduximus, excipit ATHANASII RHETORIS, ad Petrum Seguierium, regni, & ordinis Galliarum Cancellarium, epiſtola graeco-latina dedicatoria, cui hoc praemittitur diſtichon:

Inclytus heroum ſanguis Seguierius, oſtro
Immortale decus factis ingentibus addit.

Sequitur opuſculum primum, hoc titulo conſpicuum: ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ τοῦ Βυζαντίου.

Ἀριστοτέλης ἑαυτὸν περὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς διατρανῶν. Πραγματεία τῷ ὄντι ἐπιμενὴς καὶ ἀξιόλογος παρὰ πολλῶν καὶ διαφόρων ξυνερανισθεῖσα φιλοσόφων τῶν Ἀριστοτέλους αὐτῦ κατὰ διαδοχὴν αὐτηκόων γεγονότων, καὶ τὴν διάνοιαν αὐτῦ τῶν δογμάτων μυηθέντων, διαφερόντως δὲ, τῦ θαυμαστοῦ καὶ μεγάλυ Ιαμβλίχυ. Τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον. P. ATHANASII RHETORIS *Byzantini. Ariſtoteles propriam de animae immortalitate mentem explicans.* Opus *vere ſingulare ac aeſtimatione dignum, ex multis ac variis philoſophis collectum Ariſtotelis ipſius Auditoribus, qui ſibi ex ordine ſucceſſerunt, ſententiae dogmatum ipſius initiati, praeſertim vero admirabili & magno Iamblicho. Liber primus. Paris.* 1641. *apud Ioannem du Bray, via Iacobaea, ſub ſpicis maturis. Cum priuilegio Regis.* pp. 79. excepta dedicatione, ad Petr. Seguierium Cancellarium Galliarum. Liber II. nouo, ab illo, qui Librum I. praecedit, non diuerſo titulo ornatus & nomine Achilis Epiſcopi Maclouienſis, inſcriptus pp. abſoluitur 77. ſi dedicationem fol. 10. omiſeris. Dedicationi inſignia Epiſcopi adpoſita ſunt, adiectis hiſce verbis: *In apoſtolicum virum Achillem Maclouienſium Epiſcopum.*

Fortibus ecce alius Gallis iam partus Achilles
Barbariem docta qui pietate domat.

Secundum opuſculum pp. 83. hunc prae ſe fert titulum: A. ΤΟΥ ΦΟΣ. Τρυφη ψυχης η κηπος εκ τῶν τῷ μεγάλῳ Ιαμβλίχῳ πονηθέντων φυτευθεις. P. A. O. R. IS. *Delitiae animae ſiue hortus ex iis quae Iamblicho magno elaborata ſunt conſitus. Lutetiae* 1639. *Apud viduam Nicolai Buon, in via Iacobaea, ſub ſigno Sti Claudii, prope Mathurinenſes. Cum priuilegio Regis.* Dedicatum eſt Ioanni Armando Richeliaco Duci. Tertium in duas diſpeſcitur partes, quarum altera hunc habet titulum: Μεθοδος η διαπληκτιζοται τα λογικα. *Methodus, qua,*

qua, ratione praedita certant; altera haec in fronte gerit verba, quae titulum referunt: του αυτου συνοπ7ικη μεθοδος, η την νικην ἀληθῶς αἱρεῖ ὁ μαχόμενος ἢ, ἣ τὰ μέσα πρὸς μάχην καὶ νίκην ἑυρίσκεται. Καθάπερ ἐκ τῶν φιλοσόφων Ἀδράστου καὶ Μοδεράτου κατ' Ἀριστέλη ὁ θαυμαστὸς καὶ μέγας ἱστόρησεν Ιαμβλιχος. *Eiusdem Breuis methodus obtinendae victoriae, aut ſaltem parandorum ad pugnam & victoriam mediorum inuentrix. Quemadmodum ex philoſophis Adraſto & Moderato ſecundum Ariſtotelem mirificentiſſimus & magnus refert Iamblichus. Interprete* A. G. D. F. A. Vtraque pars III. abſoluitur paginis. Conf. I. A. Fabricii *Bibliotheca graec.* L. IIII. c. XXVIIII. p. 293 ſqq. DE ATHANASIO RHETORE, Byzantino, qui diem obiit Lutetiae Pariſiorum 1663. aetatis anno XCII. vid. *Scriptores Ordinis Praedicatorum.*

Idea reformandi Antichriſti, ſiue ſuccinctae tractationes ſed ſolidae demonſtrationes, de primordiis, incrementis & ſummo faſtigio AntiChriſti eiusque ſubſiſtentia, blaſphema doctrina & malitioſe impia vita, deque ſubſequenti denique ruina, Tomus I. editus ſtudio & opera fideli ERYCI RHONAEI, *Neopatrens. P. Euangelici & Epicalyptico-Apocalypticae* Θεοσοφίας, *indagatoris ſtudioſiſſimi. Vaenet in officina libraria, Ioannis Caroli Vnckelii bibliopolae Anno* 1623.

Idea reformandi Antichriſti Tomus II. continens CXXXII. figuras magicas aeri inciſas earundemque euolutiones penitiſſimas: adiectis LXII ſeu ſex dodecadibus horribilium portentorum, prodigiorum, miraculorum, oſtentorum ac mon

Digitized by Google

monſtrorum, aereis itidem laminis inciſorum & diligenti enucleatione illuſtratorum, ſingulari dexteritate digeſtus & pio zelo in lucem editus, ſtudio & opera fideli ERYCI RHONAEI *Neopatrenſis. P. Euangelici & Epicalyptico-apocalypticae* Θεοσοφίας *indagatoris ſtudioſiſſimi. Vaenet in officina libraria Io. Carol. Vinckelii bibliopolae.* 1623.

Ideae reformandi Antichriſti Tomus III. quo continetur, pius, ſolidus, ac vere nobilis diſcurſus, viri magnifici, nobilis, ſtrenui Iohannis a Münſter, in Vortlage haereditarii &c. de palingeneſia & inſtauratione eccleſiae vtr. Teſt. praeſertim Nouae, noui, deque huius praedicta, deprehenſa increpita apoſtaſia ſiue defectione, vbi, quando, quomodo facta, & de eius denique reſtauratione iam ante ſaeculum & inde firmata; expeditis compluſculis quaeſtionibus vtilibus & hoc tempore maxime neceſſariis, nunc conſilio bonoque bonorum reproductus & praegnantibus de cauſis huic operi adiunctus. *Vaenet. in officina libraria Ioannis Caroli Vnckelii bibliopolae.* 1623. in 4.

Exactiſſimam, rarioris huius libri notitiam, cum viris doctis communicauit, I. Warendorfius, Reformat. Eccleſiar. Brandenburgenſium Concionator, in der *Berliniſchen Bibliothek.* Tom. I. p. 775 ſqq. Conf. Tom. II. p. 459. Prima vice liber lingua vernacula prodierat tit. Iohan. de Hyperiis *Reformier Spiegel des weltlichen Pabſtes, und weltlichen Antichriſts zu Rom.* ſine loci indicio 1620. in 4.

Vid.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 358. Quod ad ERYCVM RHONAEVM adtinet, ſub eo nomine teſte Vincent. Placcio p. 537. *Theatr. Pſeudonymor.* Henricus Oraeus, Aſſenheimenſis Wedderauus & eccleſiae Hanouienſis antiſtes latet. Cauſſam, ob quam ſe vocauerit Paſtorem Neopatrenſem, diſcimus ex Iacobi Thomaſii *Diſſert. de Nigello Wirekero*, vbi in not. ad §. 90. de Henrico Oraeo haec legimus: *Edidit Henricus Oraeus Aſſenheimenſis Widderauus praeter* Nomenclatorem praecip. Eccleſ. Doctor. *qui* Hanouiae *anno* 1619. *vulgatus eſt*, *ſequentibus annis tribus* 1620. 1621. 1622. *alios tres libros impreſſos* Francofurti, *latinum vnum in* 4. *germanicos duos in* 8. *Primi titulus eſt* Aereoplaſtes Theoſophicus, ſiue Eicones myſticae. *Secundi* Kurze Entwerffung des geiſtlichen Salzes und Salzwercks, *Tertii* Gedancken und Troſt aller nothleidenden Hertzen. *In ſecundo ſe vocat* Diener am Wort Gottes zu Neuenheim (*qua in vrbe & dedicauit* Nomenclatorem.) *in tertio* Paſtorem Neopatrenſem. *Sunt ergo ipſi Synonyma* Neopatra & Neuenheim, *germanicam vocem videlicet permutanti cum graeca.* &c. Quod vero Iohannis a Münſter *adelicher Diſcours* non ab Oraeo, ſed a Michael. Caſpar. Lundorpio, ex germanico in latinum conuerſus ſermonem, veluti Tomus III. *ideae reformandi Antichriſti* adiectus fuerit, eiusdem nos docent Thomaſii verba l. cit. §. 43. not. r. hac ratione prolata: *Nobilis Diſcurſus* Iohannis a Münſter, *duobus Tomis* ideae reformandi Antichriſti *ſub nomine* ERYCI RHONAEI *vulgatis*, *tanquam tertius Tomus acceſſit* Francof. an. 1623. *Quam editionem quis euoluens neſciat*, *ſitne ab ipſo* Münſtero *liber hic latine ſcriptus*, *an ab alio* (*cuius quidem nomen nuſpiam ibi comparet*) *in latinam translatus linguam. Sed quae ſeorſim A.* 1621. *prodierunt primae* Nobilis *huius* Diſcurſus *paginae*, (*aliarum*, *quae Titulum Tomi III.* Ideae reformandi Antichriſti, *prae ſe ferunt*, *permutatione vt apparet*,

abolitae poſtea) demonſtrant, opuſculum hoc ex Autoris germanico ſcripto (cuius extat editio *Steinfurt.* 1613.) *latine redditum fuiſſe a* Michaele Caſpar. Lundorpio, Hiſtoriographo Moeno-Francofurtenſi, *qui verſionem hanc ſuam dedicauit Iacobo I. Magnae Britanniae Regi.*

Egregii Patris & clari Theologi, RICARDI, *quondam deuoti coenobitae Sancti Victoris, iuxta muros pariſienſes*, de ſuper diuina Trinitate theologicum opus, Hexade librorum diſtinctum, & capitum XV. Decadibus. Adiunctus eſt Commentarius artificio Analytico: metaphyſicam & humani ſenſus transcendentem apicem, ſed rationali modo complectens intelligentiam, quod opus ad dei trini honorem & piarum mentium exercitationem Foeliciter prodeat in lucem. in 4. folior. 194. except. indice, & erratorum tabula fol. 6.

In fine editionis perrarae, haec leguntur:

Michael Humelbergius R.
Beato Rhenano. H. Suo. S.
Diuinae Triados, fidis (dum praela parantur)
Archetypis ſacrum contuleramus opus.
O factum male. ſic tacita tunc mente querebar:
Tantum opus, & tanto delituiſſe ſitu.
Optabam legeres ſtudioſe Beate libellum
Acceſſit votis bibliopola meis.
Gallus & Auſonius, ſibi Celtiber, atque Britannus;
Tu cum Germanis ipſe Beate leges.
Vale M. D. X.

Hoc Opus compoſitum fuit in Coenobio ſancti Germani prope muros Pariſienſes anno Chriſti ſaluatoris MDX.

&

Et emiſſum ex officina Henrici Stephani eodem anno Chriſti Domini, menſis Iulii die XVIIII. Operi, praefationem ad Lodouicum Pinelum S. T. Profeſſorem, Pariſienſis ſtudii Cancellarium, praemiſit Iacobus Faber Stapulenſis, qui & ſingula libri capita, commentario proſequutus eſt. Primus & ſecundus Operis liber, *de vna diuina ſubſtantia, eſſentia & natura.* Tertius & quartus *de diuinarum perſonarum pluralitate.* Quintus & ſextus *de diuinarum perſonarum nominibus & proprietatibus* agit. Hic liber inter *opera* RICARDI, etiam reperitur in vnum corpus redacta, quae ſtudio Canonicorum S. Victoris Pariſienſium, plus vice ſimplici emiſſa fuerunt. In editione *Rothomagenſi* 1650. in fol. reperitur P. I. p. 216 — 269. Fuit RICHARDVS ſeu RICARDVS de S. Victore, natione Scotus, Canonicus S. Victoris, prope muros Pariſienſes, ac tandem per nouennium Prior. Diem obiit ſuum anno 1173. Vitam eius omnium optime deſcripſit Ioannes a Tholoſa, S. Victoris Canonicus, quam, editioni *operum Rothomagenſi*, praefixam conſpicimus. Conf. Sixti Senenſis *Bibliotheca Sancta* L. IIII. p. m. 319. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 604. Antonii Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. III. p. 133 ſqq. Henricus Gandauenſis *de Scriptorib. eccleſiaſt.* Cap. c. XXVI, p. 121. edit. I. A. Fabricii. Io. Trithemius *de ſcriptoribus eccleſiaſticis* CCCLXXV. p. 95 ſqq. edit. Fabricii Io. Lelandi *Commentarius de Scriptoribus Britannicis* T. II. Cap. CCLIIX. p. 274. qui illum adpellat RICHARDVM *Theologum.* George Mackenzie's *Lives and Characters of the moſt eminent Writers of the Scotsh Nation* Vol. I. p. 147. Chriſt. Schoettgen. *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & inf. Lat.* L. XVII. p. 245 ſqq.

EDMVNDI RICHERII, *Doctoris ac Socii Sorbonici*, Hiſtoria Conciliorum generalium, in quatuor Libros diſtributa. *Vt ſcias quomodo oporteat te in domo Dei conuerſari, quae eſt*

Digitized by Google

Eccleſia Dei viui; columna & firmamentum veritatis. 1. ad Timoth. 3. v. 15. *Coloniae apud Bernardum Hetſingh*, 1683. in 8. L. I. pp. 836. L. II. pp. 270. L. III. pp. 670. L. IIII. pp. 254.

Haud adeo frequenter occurrit hic liber. In Catalogo Auctorum praecipuorum, qui hiſtoriam Conciliorum ſcripſerunt, vel ipſa Conciliorum collegerunt decreta, Franciſci Salmon *Traité de l' Etude des Conciles & de leurs collections*, adiecto, p. m. 937. aſteriſco notatus conſpicitur, veluti optimus, & admodum neceſſarius ad hiſtoriam conciliorum generalium cognoſcendam. Conf. Niceron. Tom. XXVII. p. 370. Librum vero minime in Germania & niſi Pariſiis, tamen in Belgio excuſum eſſe, chartae & litterarum, quibus exſcriptus eſt, nitor, ſatis demonſtrat. Conf. *Acta Eruditorum* anni 1683. p. 494 ſqq. p. 550 ſqq. Quinquaginta autem fere poſt Auctoris obitum, annis, in lucem editus fuit. Eodem anno, iſtius libri editio in 4. prodiit, id quod nos docuit *Catalogus Bibliothecae Hulſianae* P. II. p. 156. *Catalogus Biblioth. Tellerianae* p. 173. miramur vero quod Nicerono illa incognita fuerit.

CHRISTOPHORI RICHERII, *Torignei Senonis*, de rebus Turcarum, ad Gallorum Regem Libri V. *Paris. ex officina Roberti Stephani Hebraicarum & Latinarum literarum regii typographi*, 1540. III. Non. Mart. in 4.

Vid. Gerdeſius in *Florileg.* p. 242. Inſertus liber inuenitur in Theodori Bibliandri *Collectione Opuſculorum, contra Sectam Mahumeticam* & quidem Tom. III. edit. anni 1550. In Simonis Schardii *Scriptor. Rerum germanicarum* extat Tom. II. p. 1447.

Digitized by Google

1447 — 1481. edit. *Baſileenſis*. p. 382 — 402. edit. Hieronym. Thomae. Fuit RICHERIVS Cubicularius regius, & Cancellario Franciae a Secretis. Librum ſuum Franciſco I. Regi Chriſtianiſſimo conſecrauit. In praefatione Libri I. hac ratione de opere ſuo ſcribit: ——— *Semina mihi collegi ex Egnatio, Blondo, Platina, Riuio, Gaguino, Paull. Iouio, Andr. Cambinio aliisque, ſi non eloquentiae primae, maximae tamen fidei ſcriptoribus, vt quae ſparſa eſſent ac diſſipata in vnum locum mitterentur, quo propius videri poſſent. Parum quidem cultus eſt hic ager, ſed rerum frequentia copioſus. Primum quae ſit origo Turcarum: deinde quos occupauerint ſedes: poſtea Ottomanni & poſteriorum imperium vſque ad Soleymannum praeſentem breuiter dilucideque narro* &c. Haec vero ad Libr. tantummodo I. ſpectant L. enim II. *de moribus atque inſtitutis Turcarum*, L. III. *de Tammerlanis Parthi rebus geſtis*, L. IIII. *de expugnata a Mahomethe Conſtantinopoli*, & L. denique V. *de Caſtelli noui Dalmatiae oppidi, recenti direptione*, agitur. Liber ſecundus in Gallicum conuerſus ſermonem hoc prodiit titulo: *Des couſtumes & manieres de vivre des Turcs, faict en Latin par* CHRISTOFLE RICHER, *& par icelny* RICHER *traduict en langue Françoiſe. A Paris de l' Imprimerie de Robert Eſtienne Imprimeur du Roy en Hebrieu & Latin.* 1540. *au mois de Ianvier.* in 4. Vid. Michael Maittaire *Annales typogr.* Tom. III. p. 315. Liber quartus & quintus eſt inſertus M. A. C. L. *Syndromo Rerum Turcico-Pannonicarum* Tomo I. *Francofur.* 1603. in 4. Conf. Ioſ. Simleri *Bibliothec.* p. 123.

Contenta. RICOLDI *Ordinis Praedicatorum*, contra Sectam Mahumedicam, non indignus ſcitu libellus. Cuiusdam diu captiui Turcorum, Prouinciae Septem Caſtrenſis, de vita

Digitized by Google

& moribus eorundem, alius non minus neceſſarius libellus. Adiunctus eſt inſuper libellus de vita & moribus Iudaeorum. in 4. fol. 86.

In fine libri, quem Gerdeſius p. 245. *ſupra fidem, rarum eſſe, & ferme nullibi reperiri*, memorat, e *Catalogo Biblioth. Sarraz.* p. 33. haec leguntur: *Libellorum de Impugnatione legis Turcorum, & de moribus, vita & nequitia eorum: impreſſorum Pariſiis in officina Henrici Stephani, e regione Scholarum Decretorum ſita, finis anno Chriſti Dei per ſanguinem Teſtamenti ſui, & Euangelium aeternum vbique credendum, & venerandum Salutaris noſtri* 1511. 16. *Aprilis.* Libellus qui adiunctus dicitur, *de vita & moribus Iudaeorum,* eſt Victoris de Carben, olim Iudaei, nunc Chriſti miſeratione Chriſtiani, cui in fine Typographus haec adiecit verba: *Libelli de vita & moribus Iudaeorum Domino* Victore, *nunc ſacerdote Chriſtiano, olim Iudaeo, & totius operis finis. Pariſiis ex officina Henrici Stephani. Anno Domini* 1511. *vltima Aprilis.* Vid. ea, quae ſupra p. 209. de illo a nobis adlata fuerunt. RICOLDI liber plus vice ſimplici editus fuit. Editionem *Rom.* 1506. in 4. *Paris* 1509. *apud Henricum Stephanum* in 4. a Iacobo Fabro officinae librariae traditam & Guillielmo Paruo Confeſſori regio dicatam, *Paris. apud Iodocum Badium* 1514. in 4. *Hiſpali* 1520. & *Rom.* 1606. in 8. memorat Chriſt. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabricianae *med. & inf. Lat.* L. XVII. p. 259. Conf. M. Maittaire *Annal. typogr.* T. II. p. 196. 221. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. S.* Tom. III. p. 135. librum quoque *Pariſiis apud Cholinaeum* impreſſum eſſe ſcribit. In Theodor. Bibliandri *Collectione opuſculorum contra Sectam Mahumedicam*, & quidem in editione I. *Baſil.* 1543. graece & latine invenitur, reliquae autem, editiones, quas adduximus, omnes, tantum ſunt latinae. Latine quidem

con-

Digitized by Google

conſcriptus fuit liber, ſed a Demetrio Cydonio, patria Byzantino, vel vt alii volunt, Theſſalonicenſi, Ioannis Cantacuzeni Imperatoris aulico, qui medio ſeculi XIIII. tempore inclaruit, in graecum ſermonem e latino conuerſus eſt. Vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. Cap. V. p. 691. not. d. L. V. Cap. XLIII. p. 389. Quod vero ad RICOLDVM de Montecrucis, quem alii *Accoldum, Richoldum, Riculdum*, nec non *Ricardum* adpellant, vt e Lambecii L. I. *Biblioth. Vindob.* p. 145. L. V. p. 168. & e Bibliandri editione patet, adtinet, ille patria fuit Florentinus, Ord. Praedicatorum, domus S. Mariae nouellae ibidem alumnus. Floruit circa annum 1300. & iuſſu ſummi Pontificis, in Terram ſanctam, & alios Orientis locos, profectus, diem obiiſſe dicitur, anno Seculi XIIII. nono. Vid. Ambroſii de Altamura *Bibliotheca Dominicana* p. 86. & 465. Iul. Negri *Storia degli Scrittori Fiorentini* p. 484. Iac. Quetif *Scriptor. Ord. Praedicator.* Tom. I. p. 504. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* l. cit. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Bibl.* Fabric. *med. & inf. lat.* l. cit. Omnes libri editiones, quae a nobis adlatae fuerunt, e graeco ſermone conuerſae dicuntur, a Barptolomaeo Picerno de Montearduo, quem alii etiam Picenum nominant. In Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 89. legimus Bartholomaeum Picenum, *Richardi confutationem Mahometis e latino, in graecum conuerſam, rurſus latinitate donaſſe, eamque ab Oporino Baſileae cum Alchorano fuiſſe impreſſam.* Additur: Barthol. Picernum de Monte arduo, *Conſtantini magni donationis priuilegium, in Bibliotheca pontificia graece repertum, ad Iulium II. latinitate donaſſe.* Hic obſeruat M. Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. II. p. 197. not. (c) *& Richardi nomen pro* RICOLDO *vſurpatum; & ex vno (niſi fallatur) Bartholomaeo duos factos*, Picenum & Picernum; *aut certe ſaltem* Piceno *attributam, quae ad* Picernum *pertinebat, huius Confutationis verſionem.* Quod vero Simlerus, Pice-

Picenum & Picernum vnum eundemque eſſe crediderit virum. ex adiectis eius colligimus verbis: *Idem* (ſcil. Barthol. Picernus) *ni fallor cum priore* (ſcil. Piceno.) Conf. die *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 454 ſqq.

NICOLAI RIGALTII, Epiſtola ad Gabriel. Albaſpinaeum, Epiſcopum Aurelianenſem, de Sacrificio Euchariſtiae. *Paris.* 1629. in 8.

Id ſine dubio opusculum eſt, de quo Richardus Simon Tom. I. des *Lettres Choiſies*, Lettr. IIII. p. 19. ſcribit: *Il n' eſt pas ſi facile que vous vous l' imaginez, de trouver le petit livre de M.* RIGAVT *ſur le fameux paſſage de Tertullien, qui ſemble faire égaux les Laiques aux Prêtres dans le Cas de neceſſité. M. Hardy, qui eſt mon Repetoire pour les Livres rares, m'en a prêté un exemplaire. Il m'a aſſuré en même tems que l' Imprimeur n'en avoit pas tiré plus de vingt. Ie l' aurois copié pour ſatisfaire à votre curioſité ſi M. de l' Aubespine Evêque d' Orleans, qui y a repondu, ne l' avoit fait reimprimer à la tête de ſa Réponſe. Ie vous envoierai cette edition qui n' eſt pas fort commune.* &c. Controuerſiae occaſionem dedit NICOLAVS RIGALTIVS, Cum enim ille editionem omnium Tertulliani Operum, in lucem emittere conſtitueret, Prodromi inſtar edidit, Quinti Tertulliani *Libros VIIII. e Cod. MS. Agobardi, in Bibliotheca regia, obuio, emendatos & obſeruationibus illuſtratos. Paris. typis Roberti Stephani apud viduam Oliuarii Varennaei.* 1628. in 8. In illo autem libro, & quidem in Obſeruatione XVIIII. RIGALTIVS Laicis etiam, vrgente neceſſitate, chriſtiani ſacrificii conſecrandi, offerendique poteſtatem conceſſam eſſe, e Tertulliani *exhortatione caſtitatis* cap. VII. & quidem e verbis; *Sed dices ergo ceteris licet* &c. demonſtrare ſuſtinuerat. Hoc aegre ferens Gabriel Albaspinaeus, Epiſcopus Aurelianenſis, in libro, cui titu-

lum

lum fecit: *L'ancienne police de l'Egliſe, ſur l'Adminiſtration de l'Eucbariſtie*, cuius nobis tertia ad manus eſt editio, *Paris. ap. Guil. Desprez.* 1655. in 12. RIGALTII ſententiam impugnauit. Edidit poſtea RIGALTIVS, illam quam adduximus *epiſtolam*, in qua quidem, ſibi, ab Epiſcopo Aurelianenſi ſatisfactum, ſeque in eadem, qua Epiſcopus, fuiſſe, ſententia profitetur, ſed illud non ex animo, ſed inuidiae euitandae cauſſa, eum ſcripſiſſe teſtatur Henricus Dodwellus in *Diſſert. de iure Laicorum ſacerdotali, ex ſententia Tertulliani, aliorumque veterum, aduerſus Anonymum diſſertatorem, de coenae adminiſtratione vbi paſtores non ſunt. Londini* 1686. in 8. Reſponſionem ad hanc RIGALTII *epiſtolam, de ſacrificio Eucbariſtiae* ipſa RIGALTII *epiſtola* adiecta, Albaſpinaeus dedit an. 1630 in 8. Qua vero poſtea ratione haec controuerſia propagata & inter Hugonem Grotium, Dionyſium Petauivm, Ioannem Cloppenburgium, Henricum Dodwellum, Claudium Salmaſium &c. &c. ſcriptis editis agitata fuerit, vid. in Richardi Simon. epiſtola cit. in Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 64 ſqq. in Henr. Dodwelli praefatione *diſſert.* cit. & in Io. Franc. Buddei *Inſtitutionibus Theologiae dogmaticae* L. V. Cap. I. §. XIII. p. 1147 ſqq.

Auctores finium regundorum. NICOLAI RIGALTII Obſeruationes & notae, item gloſſae Agrimenſoriae. *Lutetiae apud Io. Libertum,* 1614. in 4.

Editio rariſſime obuia. RIGALTIVS illam nomine Ludouici Regis chriſtianiſſimi inſcripſit. *Auctores finium regundorum* pp. 348. ſi RIGALTII dedicationem, & varias lectiones ad Iul. Frontini *lib. de Coloniis* exceperis, complent. Inueniuntur autem in hac collectione: *Fragmenta* legis Mamiliae, legis Agrariae Seruilianae: *Excerpta varia de conditionibus agro-*

agrorum & conſtitutionibus limitum, deque terminorum inſcriptionibus & formis, ex auctoribus; Balbo Menſore, Siculo Flacco, Iulio Frontino, Hygeno Aug. Lib. Aggeno Vrbico, Innocentio V. P Vitali, Arcadio, Latino Tog Aug. V. P Myrſontio Tog. Magone, Vegoia, Fauſto V. P. Valerio V. P. Dolabella, Caio V. P. Iſidoro, Incertis. Haec omnia figuris ligno inciſis illuſtrantur. NICOLAI RIGALTII *ad Auctores Finium regundorum obſeruationes & notae*, eiusque *gloſſae agrimenſoriae* pp. 206. abſoluuntur. Omnia poſtea inſeruit Wilelm. Goeſius libro cui titulum fecit: *Rei Agrariae Auctores legesque variae. Quaedam nunc primum, caetera emendatiora prodeunt cura* Wilelmi Goeſii, *Cuius accedunt Indices, Antiquitates agrariae & Notae: vna cum* NICOLAI RIGALTII *Notis & Obſeruationibus, nec non Gloſſario eiusdem. Amſtelredami apud Ioannem Ianſſonium a Waesberge* 1674. in 4. pp. 360. & 328. ſi praemiſſa, & indices omiſeris. Figurae in hac poſteriore editione aere expreſſae ſunt.

NICOLAI RIGALTII, Gloſſarium Τακτικὸν μιξοβάρβαρον. De Verborum Significatione, quae ad Nouellas Impp. qui in Oriente poſt Iuſtinianum regnauerunt, de re militari Conſtitutiones pertinent. *Lutetiae apud Claudium Morellum, via Iacobaea, ad inſigne Fontis.* 1601. *Cum priuilegio Regis* in 4. pp. 246.

Librum inuentu haud facilem, dedicauit RIGALTIVS Achilli Harlaeo, Equiti, Regni Curiae Praeſidi primario, & ſacri Conſiſtorii Senatori. In praefatione ad Lectorem, *illud effeciſſe mihi videor,* ait, *vt permulta vocabula graecobarbara, quibus Imperatores aliquot, qui olim Orientali imperio potiti ſunt, in ſuis Tacticis, hoc eſt, de Re militari Conſtitutionibus, frequenter vtuntur, e codicibus manuſcriptis eru-*

eru-

eruta, variorum inter ſeſe locorum collatione, intelligi vtiliter poſſint. In hac etiam cogitatione curaque verſatus ſum, vt citandis Imperatorum verbis, ea potiſſimum decerperem, quae maxime ad illius ſeculi militarem hiſtoriam pertinere iudicabam. Praecipuam vero partem in iſtis iure ſibi vindicare poſſunt Mauricius & Leo: quorum plerumque eadem aut parum diverſa ſunt verba. quoties tamen alter alteri lucem adferebat, ambos committere & componere operae pretium eſſe putaui. — Hoc amplius atque inprimis te ſcire velim, in hiſce libris tractandis, quae mea ſiue ſuperſtitio, ſiue religio fuit, nihil animo meo, quod criticam attinet, indulſiſſe imo in barbaris vocibus exſcribendis, barbariem ipſam retineri, repreſentari, ac denique vetuſti codicis fidem integram intactamque conſervari placuiſſe. Praefationem excipit *Gloſſarii Synopſis.* Libro ipſi adiiciuntur *Variae Lectiones*, & *Omiſſa quaedam*, *Indices Authorum nondum editorum*, & *aliorum*, *qui pasſim in Gloſſario citantur*. *Index Rerum Notabilium.* De reliquis NICOLAI RIGALTII ſcriptis, quae omnia hodie ſunt rariora, vid. Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 56 ſqq.

RIME di Maggano, Menon e Bigotto, in lingua ruſtica Padouana. *In Venezia* 1610. II. Tom. in 8.

Opus plane ignotum Auctori della *notizia de' libri rari, nella lingua italiana*, quod rariſſimum dicitur in *Catalogo Biblioth. Sellianae* P. I. App. II. p. 62.

ANDREAE RIVINI, Opuſcula, ſeorſum excuſa,

in raris collocat Cl. Vogtius p. 582. Catalogum eorum omnium, vna cum ſuccincta vitae RIVINI deſcriptione, vid. in Henning. Wittenii *Memoriis philoſoph.* Tom. II. p. 251. Niceron *Memoires* Tom. XXXIII. p. 172 ſqq.

IO-

IOANNIS RIVII, *Atendorienſis*, de admirabili conſilio Dei, in caelando myſterio redemptionis humanae Libri III. *Baſil. apud Io. Oporinum.* 1545. in 4.

Vid. Gerdeſius in *Florileg.* p. 245. Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 410. Melchior. Adami *Vitae Philoſophorum* p. 68 ſqq Io. Fabricii *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae* P. II. p. 159 ſqq.

HVG. ROBINSONI, Annalium mundi vniverſalium, origines rerum, & progreſſus, ſacras iuxta & ſeculares, ab O. C. tradentium, Tomus vnicus ed. Thom. Pierce. *Londin.* 1685. in fol.

Liber quidem paullo rarior, ſed haud adeo magni eſt momenti, cum res in terrarum orbe geſtas, a creatione ad excidium vsque Hieroſolymitanum nullo prorſus ſeruato ordine recenſeat. Vid. *Catalogus Hiſtoricor.* Fresnoio - Menken. p. 13.

Compendio de la vida y Hazañas del Cardenal Don Fray Franciſco Ximenez de Cisneros: y del Oficio y Miſſa Muzarabe. Por el *Maeſtro* EVGENIO DE ROBLES, *Cura proprio de San Marcos, y Capellan en la Capilla de los Muzarabes, de la ſanta ygleſia de Toledo. En Toledo por Pedro Rodriguez Impreſſor del Rey, nueſtro Sennor.* 1604. in 4. min. pp. 344.

In *Catalogo Bibliothecae Sarrazianae* p. 154. *liber* dicitur *rarisſimus, quem ferme nullibi in hac forma & lingua reperias.* Multa continet anecdota, quae alibi fruſtra quaeſiueris. Tractatio *de officio miſſae Muſarabicae,* in ſermonem latinum conuerſa Prolegomenis

menis *Operum* Ioſephi Mariae Cardinalis Thomaſii p. 117 ſqq. edit. *Rom.* 1741. in fol. inſerta eſt, titulo: *Ordo diuini officii Gothici Muſarabum, exceptus & in latinum ſermonem conuerſus ex Hiſpanico libri de vita* &c. *ex Bibliotheca Renati Poterii Epiſcopi Bellouacenſis.* Inuenitur etiam eodem titulo, in *Bibliotheca Maxima Patrum* Tom. XVII. p. 657 ſqq. edit. *Lugdunenſis.* Conf. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 24.

FRANCISCI ROBORTELLI, *Vtinenſis*, de artificio dicendi. Ad illuſtriſſ. & reuerendiſſ. Ioannem Baptiſtam Campegium Epiſcopum Maioricenſium, Liber. Eiusdem Tabulae oratoriae in Or. Cic. qua gratias agit Senatui poſt Reditum. In Or. pro Milone. In Or. pro Cn. Plancio. *Cum licentia R. Vicarii Epiſc. ac P. Inquiſitoris. Bononiae, Typis Alexandri Benatii.* 1567. in 4. fol. 126.

Liber valde rarus, cuius contenta, hic adſcribemus. Dedicationem excipit 1) FR. ROBORTELLI, *Vtinenſis, Diſputatio prima. De Materie, ex qua conſtat ſermo, tum oratorius, & Poeticus, tum philoſophicus & alii omnes.* 2) FRANC. ROBORTELLI *Diſputatio ſecunda. De formis oratorii, & poetici ſermonis. itidem philoſophici & aliorum.* 3) Eiusdem *de cognatione Fig. Sent. Verbor. Struct. & Numerorum.* 4) Eiusdem *de Cognatione, ſeu Analogia locorum Topicorum cum figuris Sententiarum, & verborum.* 5) Eiusdem *Cenſura ac diiudicatio omnium figurarum Sent. quae duobus* Rutilii Lupi *libris continentur.* 6) Eiusd. *Figuras Structurae differre a figuris verborum quomodoq. id ſit intelligendum auctoritate veterum probatur.* 7) Eiusd. *de Figuris Structurae, ex* Ciceronis *libro qui inſcribitur Orator.* 8) Eiusd. *Ratio Tabularum conſequentium conficiendarum, in quibus explicantur*

tur figurae Structurae ex antiquis Rhetoribus deſumptae. 9) Eiusd. *de figuris Rhetoricis.* 10) Eiusd. *Diſputatio quomodo, & cuiusmodi in ſingulis Orationum partibus artificium exquiri debeat.* 11) Eiusd. *Methodus perquirendi artificii in ſcriptis poetarum antiquorum.* 12) Eiusd. *de figurarum rhetoricarum, quae ad ſententias & verba ſpectant natura, & vtilitate quomodoq. ad claſſes redigi debeant pro ratione perturbationum animi,* 13) Eiusdem *diſputatio, in qua omnes figurae ſententiarum a* Rufiniano *prolatae ad affectiones rediguntur, & ſua claſſe veluti quadam collocantur.* 14) Eiusd. *diſputatio, in qua figurae ſententiarum, quae ſunt apud* Quintilianum, *rediguntur ad affectiones animi.* 15) Eiusd. *diſputatio de Schematiſmo, de quo diſſerit* Quintilianus, *quid ſit; qualis ſit; & quis vſus ipſius.* 16) Eiusd. *diſp. in qua figurae ſententiarum, quae ſunt apud* Aquilam, *rediguntur ad affectiones animi.* 17) Eiusd. *diſp. in qua enumerantur aliquot figurae ſententiarum, quae non ſunt apud rhetores, de quibus ante mentionem fecimus, collectae a* ROBORTELLO, *& additae illis.* 18) Eiusd. *diſp. de figuris ſententiae, quae ſunt apud* Cornificium *libro, qui vulgo quartus ad Herennium dicitur, redigendis ad affectiones.* 19) FR. ROBORTELLI *Vtinenſis,* de *oratorii ſermonis artificio.* 20) *Explicatio artificii in oratione poſt reditum in Senatu.* 21) Eiusd. *Tabulae oratoriae ſiue explicatio artificii in orationem* Ciceronis *pro Milone.* 22) *Explicatio artificii in oratione pro Cn. Plancio.* 23) FR. ROBORTELLI *Vtinens. Diſputationes duae. Qualis ſit poeticus ſermo, & quid ab eo differat oratorius. vel de ſermone poetico.* 24) FR. ROBORTELLI *Vtinenſis. Quomodo ſermo philoſophicus, ad popularem, & oratorium redigi poſſit.* 25) FR. ROBORTELLI *Vtinenſis. Ratio artificii in ſermone oratorio demonſtrata, & comprobata teſtimonio antiquorum rhetorum.* 26) FRANC. ROBORTELLI *Vtinenſis. Quid differat oratorius ſermo a dialectico.* 27) FR. RO-

BOR-

BORTELLI *Vtinens. de concipiendis rerum imaginibus.* Conf. Niceron *Memoires* Tom. XLII. p. 1 ſqq.

FRANCISCI ROBORTELLI, *Vtinenſis*, de facultate hiſtorica diſputatio; explicatio Laconici; ſeu ſudationis, quae adhuc viſitur in ruina balnearum Piſanae vrbis; Quaeſtio an Rhetores recte dicant, a nominibus propriis duci argumentationes; praefatio in Ciceronis libros rhetoricos de inuentione; explicatio in Catulli epithalamium. His acceſſerunt ode Pindarica βιοχρησμῳδία; explanationes in primum Aeneidos Virgilii librum, collatae a Io. Baptiſta Busdrago Lucenſi, ex interpretationibus ROBORTELLI. *Florent.* 1548. in 8. pp. 354.

Omnia ſchediasmata quae in rariore hac collectione reperiuntur, ſeorſum excuſa fuerunt. Reperiuntur etiam omnia inſerta Iani Gruteri *Theſauro Critico* Tom. I. p. 1386 ſqq. Conf. Niceron l. cit p. 5 ſqq. Nicol. Comneni Papadopoli *Hiſtoria gymnaſii Patauini* Tom. I p. 318. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 1463.

IOANNIS THOMAE DE ROCCABERTI, *Ordinis Dominican. Archiepiscopi Valentini, & magni per Hiſpaniam Inquiſitoris* Bibliotheca Pontificia maxima, in qua Autores melioris notae, qui hactenus pro ſancta Romana ſede, tum theologice tum canonice ſcripſerunt, fere omnes continentur. *Romae, typis Io. Franciſc. Buagni* 1695-1699. XXI. Tom. in Fol.

Vid. Cl. Vogtius p. 583. Cauſſa raritatis imprimis ea eſt, quod IO. THOM. DE ROCCABERTI,

Digitized by Google

tantae molis librum, ſuis ſumtibus imprimendum curauerat. Collecta vero in eo inueniuntur, opera, quae inueniri potuerunt, pro tuendo romani Pontificis primatu, conſcripta. Curia Pariſienſis, eo ſtatim tempore, quo liber prodierat, edixit, ne quis eum legeret venderetque. Fiſcus quidem regius, teſte Buddeo, librum eſſe comburendum ſuſtinebat, Senatus vero inhibitionem ſufficere exiſtimabat. Vid. Io. Fr. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologic.* P. II. p. 838 ſqq. qui inter alia ſcribit, *quod huic Operi, aliud, ſi non maioris, certe eiusdem molis, opponi facili negotio poſſit, ſi quis omnes, qui contra primatum Pontificis ſcripſerunt, in vnum corpus redigere vellet.*

ANGELI ROCCHAE, *a Camerino, Ord. Eremitarum S. Auguſtini*, Bibliotheca apoſtolica Vaticana, a Sixto V. Pontif. Max. in ſplendidiorem commodioremque locum translata, Commentario, variarum artium ac ſcientiarum materiis curioſis, refertiſſimo illuſtrata. *Romae, ex Typographia apoſtolica Vaticana.* 1591. in 4.

Libri raritatem teſtatur Cl. Vogtius p. 584. Nunc vero inſertus conſpicitur Tomo II. *Operum* ANGELI ROCCHAE, quae hoc prodierunt titulo: F. ANGELI ROCCAE, *Opera omnia tempore eiusdem autoris, ſcilicet impreſſa, nec non autographa, & Romae in angelica bibliotheca originaliter aſſeruata. Cum additamentis in Chronhiſtoria, Praefectorum ſacrarii apoſtolici, Bibliothecarum, Cuſtodum, atque nouarum Inſcriptionum vsque ad praeſens Bibliothecae Vaticanae tempus. Romae.* 1719. II. Tom. in fol. Eius *de Campanis Commentarius*, cuius quoque Cl. Vogtius l. cit. mentionem fecit, extat Tomo I. *Operum*, nec non Tom. II. *Theſauri noui Antiquitatum Romanarum*, ab Alberto Henrico de Sallengre collecti p. 1233.

Digitized

1233 ſqq. De reliquis ANGELI ROCCHAE libris eiusque vita, vid. Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 91 ſqq. Iani Nicii Erythraei *Pinacotheca* I. p. m. 105. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 88 ſqq. Tom. II. p. 464.

THEODORI ZAWACKI ROGALAE, *Equitis Poloni*, Catalogus Ducum atque Regum Polonorum. *Cracouiae. Apud viduam Iacobi Sieben eycher.* A. D. 1609. in 4. fol. 48.

Recenſionem huius Compendii hiſtoriae polonicae vid. in Ianozki *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Bibliothek ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 29. vbi opusculum, raritatis haud ordinariae vocatur. Orditur vero in rebus Polonorum enarrandis, auctor a Lecho, & cum Sigismundo Auguſto, finem opusculo imponit.

MARTIN LE ROY, des vertus & des vices de l'hiſtoire, & de la maniere, de la bien écrire. *A Paris* 1620. in 4.

Lengletus du Fresnoy Tom. I. des *Tablettes chronologiques* p. CLXXVII. de hoc libro ſcribit: *Petit Ouvrage fort rare, mais où l'on trouve d'excellentes remarques, quelques unes cependant ſingulières & hardies.*

CELSI DE ROSINIS *Caeſenatis*, Lyceum Lateranenſe illuſtrium Scriptorum ſacri apoſtolici ordinis, Clericorum Canonicorum Regularium Saluatoris Lateranenſis elogia, libris viginti, ad faciliorem ordinem digeſta. In quibus eorum opera edita recenſentur, editionesque notantur: & quae manuſcripta integra reliquerunt,

Digitized by Google

in quibusnam bibliothecis aſſeruentur adducitur. *Caeſenae, e Typogr. Nerii.* 1649. in fol. Tom. I. pp. 525. Tom. II. pp. 434.

Huius libri auctor Ordinis Clericorum Canonicorum Regularium Saluatoris Lateranenſis Doctor Theologus & Abbas fuit. Inueniuntur in libro CCV. elogia, inter quae etiam ipſius CELSI DE ROSINIS elogium legitur. Operi adiectus eſt index quadruplex, Auctorum, Nationum, Operum, & librorum S. S. explicatorum. Conf. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 350 ſqq.

VALENTINVS ROTMARVS, *vid. ſupra* p. 305. IO. ENGERDVS.

SEBAST. ROVLLIARD, Dicaeologie, ou defenſe juſtificative pour Mr. Gaſpar de Monconys, pourvu de l' office de Lieutenant criminel en la Senechauſſée & Siége preſidial de Lyon, par la reſignation de Mr. Pierre de Monconys, ſon pere Sieur de Liergues; contre l' etrange horrible, & prodigieuſe calomnie de M. M. Claude Bernard, Aſſeſſeur, Nicolas de Maſſo, Claude Ferrat, Conſeillers, & Iaques d' Aveyne, Subſtitut de Mr. le Procureur general au dit Siege. *Paris* 1620. in 4. pp. 153.

Satis adcuratam, in ipſa Gallia, rarioris deductionis exhibet notitiam Niceronus, qui Tom. XXVII. p. 251. ita ſcribit: Gui Patin *parle de ce Procès dans ſes Lettres, où il marque, que* Gaspar de Monconys *eut un Arrêt en ſa faveur, & que le Factum de* ROVLLIARD *eſt rare, & connu de peu de perſonnes. Tout*

cela eſt vrai; mais ce qu'il ajoute que ce Factum eſt tout à fait admirable eſt une preuve de ſon mauvais goût, & eſt abſolument faux. C' eſt plûtôt un Chef—d' Oeuvre de pedanterie, où ROVLLIARD *au lieu de s'en tenir aux particularités de ſon affaire, qui étoit fort embroüillée & fort ſinguliere, fait à tous momens des courſes chez les Iuifs, les Grecs, & les Romains, pour y trouver des faits ſemblables à ceux, qui étoïent dans ſon procès, & fait perdre ainſi de vûe à chaque inſtant la ſuite de l' affaire en queſtion. Voici en peu de mots ce dont il s' agiſſoit.* Gaſpar de Monconys *étoit à* Paris *en* 1617. *pour ſe faire recevoir dans la Charge de Lieutenant Criminel de* Lyon, *à la place de ſon pere, dans le temps que ceux dont il eſt parlé, dans le titre de la Defenſe s' y trouvoient auſſi. Comme ils étoient ennemis mortels de ſon pere, ils chercherent le moyens de traverſer ſa réception, & oyant ſçu qu' un nommé* François Louis, *qui s' étoit dit natif de* Varmes *près de* Nevers *avoit été condamné à mort par le Bailly de* St. Denys, *pour un ſacrilege commis dans l' Abbaye; peine qui avoit été convertie par le Parlament en neuf années de Galeres; ils firent entendre au Bailly, que* Gaſpar de Monconys *étoit ce* François Louis, *qui avoit alors deguiſé ſon nom & ſa patrie, pour ne pas des honorer ſa famille, & qui s' étoit enfui des Galeres. Ce Bailly gagné fit auſſitôt arrêter & conduire dans les priſons de* St Denys, Monconys, *qui obtint quelque temps après par Arrêt du Parlament ſon élargiſſement, en donnant caution. Il ſe fit depuis un grand nombre de procedures, qui embroüillerent tellement cette affaire, que* Monconys *fut long temps ſans en voir la fin.* Perorauit idem SEB. ROVLLIARD, haud incelebris ſeculi ſui, cauſſarum patronus, aliam cauſſam, qua, Carolum de Chatillon L. B. d' Argenton, quem Magdalena de la Châtre, vxor, ob defectum teſticulorum, ad generandum minus eſſe idoneum dixerat, ſtrenue defendit. Edita fuit

haec defenſio, titulo: *Capitulaire, auquel eſt traité, qu' un homme nay ſans teſticules apparens, & qui ha néanmoins toutes les autres marques de virilité, eſt capable des oeuvres de Mariage.* Etſi tres illius extant editiones, *Paris.* 1600. in 8. pp. 47. *ibid. edition revûe & augmentée* 1600. in 8. pp. 139. *ibid.* 1604. in 8. tamen admodum rarae omnes ſunt & minus obviae. Conf. de hac contentione, & inprimis de Carolo Chatillon, quem poſt mortem, Ambroſius Pareus, cultro diſſecuit anatomico, Nicolai Venette *Tableau de l' amour coniugal* Tom. II. P. IIII. Chap. I. Vitam SEB. ROVLLIARD, qui diem obiiſſe dicitur anno 1639. pluribus expoſuit, & Catalogum ſciptorum ab illo editorum, more ſuo adiecit Niceron l. cit p. 251 — 261.

Le ROZIER de Guerres, composé par le feu Roy Lois XI. de ce nom: Pour Monſeigneur le Daulphin Charles ſon fils. Mis en lumiere ſur le manuſcrit trouué au Chaſteau de Nerac dans le cabinet du Roy par le Sieur Preſident d' Eſpagnet, Conſeiller du Roy en ſes Conſeils d' Eſtat & Priué. Et en Suite un Traité de l' Inſtitution du jeune Prince, fait par le dit Sieur Preſident d' Eſpagnet. Au Roy. *A Paris chez Nicol. Buon.* 1616. in. 8. mai. pp. 300.

Poſſidemus rariorem hunc librum, num vero idem ſit, qui tertiam partem conſtituit libri, cui titulus: *Le* ROSIER, *ou Epitome hiſtorial de France diviſé en trois parties,* de quo vid. Cl. Vogtius p. 516. alii inueſtigent. Libri autem memorati P. III. hac ratione inſcribitur: *La tierce partie contient le* ROSIER *des Guerres: où ſont contenus pluſieurs bons Enſeignemens.*

MAR-

Digitized by Google

MARTINI RVARI, nec non H. Grotii, M. Merſenni, M. Gittichii & Naerani aliarumque virorum doctorum, quorum nomina poſt praefationem vide, ad ipſum epiſtolarum ſelectarum Centuria. In quibus res magni in religione momenti inter diuerſarum ſententiarum atque ſectarum homines tractantur & examinantur. *Amſtelodami apud Dauidem Ruarum.* 1677. in 8. pp. 473. excepta praefatione & indice epiſtolarum & argumentorum, verborumque graecorum explicatione.

MARTINI RVARI, nec non aliorum illuſtrium, ſpectabilium doctorumque virorum, quorum nomina in indice videbis, ad ipſum vel eius cauſſa ſcriptarum epiſtolarum ſelectarum Centuria altera & vltima. *Amſtelodami, apud Dauid. Ruarum.* 1681. pp. 448. ſi typographi omiſeris praefatiunculam.

Haec epiſtolarum Collectio, quae multum vtilitatis, ad cognoſcendam Vnitariorum hiſtoriam adfert, raro hodie obuia eſt. Centuriae I. IOANNES RVARVS, MARTINI filius, praefatiunculam praemiſit. Viri, quorum epiſtolae, praeter RVARI, & eorum, qui in titulo memorantur, in Centuria reperiuntur I. ſunt V. Grunewaldus, Petr. Bertius, C. Bergius, A. Calouius, Franc. Limburgius, Daniel Zwickerus, Samuel & Ioan. Naeranus, Stephan. Curcellaeus. In Centuria II. inueniuntur Bergii, Bongarſiii, Daniel. de Breen, Franc. Bethlen, Florian. Cruſii, N. Dumleri, Equitum vnitariorum ſubmontanorum, Equitum Palatinatus Pomeraniae vnitariorum, Huswedelii, G. Koenigii, Stanisl. Koniecpolski, Legatorum nobilitatis ad comitia re-

Digitized by Google

gni Poloniae reformatae religionis, Fr. a Limborg, Chriſtoph. Lubienicki, Anonymi, Chriſt. Martinii, G. Meieri, Chriſtoph. Opalinski, Lucae Opalinski, Poemeri, D. Sapmae, Senatus Gedanenſis, ad MARTIN. RVARVM & alios viros epiſtolae, quibus accedit *Seruitoratus* MARTINO RVARO datus a Vladislao IIII. Rege Poloniae & a Ioanne Caſimiro. Sunt vero *Seruitoratus* eiusmodi litterae, quibus Leges Poloniae Extraneum quendam in numerum Seruitorum ſiue ſeruorum cooptant, illique omnia ac ſingula iura, praerogatiuas ac immunitates, quibus reliqui Seruitores regis de iure & conſuetudine gaudent, concedunt, & eum ab omnibus iurisdictionibus & officiis quibusuis eximunt, ita vt in omnibus cauſſis & actionibus, in nullo alio iudicio, praeterquam coram Rege & iudicio regio reſpondere ſeque iuſtificare teneatur, omnibusque praerogatiuis & libertatibus, quibus famuli aulae regiae vtuntur, gaudeat. Vid. de MARTINO RVARO, Crempenſi Holſato, P. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2492. Chriſtophor Sandii *Bibliotheca Antitrinitariorum* p. 114. Nicol. Hieron. Gundling in *Gundlingianis* P. I. num. II. p. 26 ſqq. Io. Molleri *Iſagoge ad Hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricae eccleſiaſt. & litter. vniuerſal.* P II. p. 106 ſqq. Daniel. Georg. Morhofii *Polyhiſtor. litterar.* L. I. Cap. XXIIII. §. 102. p. m. 306. Conf. *Polyhiſt. pract.* L. V. §. 33. p. 553. *Acta Eruditorum Lipſienſia* Anni 1683. p. 20 ſqq. vbi recenſio *ſecundae Epiſtolarum Centuriae* reperitur.

ESROMI RÜDINGERI, Paraphraſis latina Pſalmorum Dauidis, quae oratione ſoluta breviter exponit ſententias ſingulorum, ex optimorum interpretum veterum & recentium rationibus. *Goerlicii.* 1581. in 4.

ESROMVS RÜDINGERVS, Papebergenſis, Francus, Ioachimi Camerarii gener, Conrector primum illu-

Digitized by Google

illuſtris Scholae prouincialis Portenſis fuit, id quod omnes latuit, qui de illius vita expoſuerunt. Relicta ſchola Portenſi Cygneam conceſſit, & Rectoris ſuſcepit ibidem munus. Poſtea a ſenatu Wittebergenſi euocatus in iſtam academiam ſe contulit Doctorque Theologiae factus, & Profeſſor graecae linguae & phyſices conſtitutus fuit. Ob Caluiniſmi vero ſuſpicionem munere depulſus, in Morauiam ad fratres Bohemos tranſiit, & in gymnaſio Evanczicio docuit, tandem apoplexia correptus diem obiit Altorfi anno 1591. aetatis anno LXIIX. Iacobus le Long in *Biblioth. Sacr.* Tom II. p. 935. *Paraphraſin & ſcholia in Pſalmos L. V.* adfert, cui adpendicis loco acceſſerit *epiſtola ad Ieſaiam Caepollam, continens Coniecturam, de ordine & collocatione Pſalmorum. Goerlicii* 1580 in 8. qui liber, an ab illo, quem adduximus, vt titulus quidem prae ſe ferre videtur, diuerſus ſit, aliis diſpiciendum relinquimus. Conf. de ESROMO RÜDINGERO, Melchior. Adami *Vitae Germanorum philoſophorum* p. 172. Wolfgang Krügeri *Catalogus & Hiſtoriologia mille Virorum gente & mente, arte & Marte, genio atque ingenio illuſtrium.* fol. 84. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 186. Iuſtini Bertuchii *Chronicon Portenſe* L. II. Cap. XII. 97. edit. Io. Martin Schamelii. De diſputatione Vitebergenſi, ob quam munere pulſus fuit, vid. Leonh. Hutteri *Concordia Concors* fol. 712.

Opus originale RVPERTI *Abbatis Tuicienſis*, de victoria verbi Dei in tredecim libros diviſum. in folio, folior. 105. except. titulo & librorum tabula fol. 8.

RVPERTI Tuitienſis Abbatis iuxta Coloniam Agrippinam, natione Germani, monachi Benedictini primum in monaſterio S. Laurentii, in ſuburbio Leodienſi, deinde in Sigebergenſi monaſterio, vitam

ſatis

ſatis adcurate expoſuerunt Sixtus Senenſis in *Biblioth. ſancta* L. IIII. p. m. 321. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* T. III. p. 153 ſqq. Fr. Sammarthani in *Gallia chriſtiana* T. III. p. 754. Quibuscum conferri poterunt, quae in Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Lat.* L. XVII. p. 380 ſqq. in *Catalogo Bibliothecae Reimmannianae* P. I. p. 376. in Iac. Frider. Reimmanni *Acceſſionibus vberioribus* p. 253. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. I. p. 403 ſqq. leguntur. Diem obiiſſe dicitur anno 1135. d. IIII. Non. Mart. vid. *Acta Eruditorum* anni 1725. p. 55. Iacobi le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. II. p. 936. *Opera* eius omnia collecta, ſaepius edita fuerunt. Recentiſſima niſi fallimur, eſt editio, quae *Pariſiis ex officina Caroli Neocaſtellain* 1638. II. Tom. in fol. prodiit. Praemiſſa illi eſt Matthiae Agricii Wittichii *Declamatio de vita* RVPERTI. Haec libri, cuius titulum lectorum oculis ſubiecimus editio, litteris exſcripta gothicis rarior inuenitur. In fine haec leguntur verba: *De victoria verbi dei volumen originale* RVPERTI *Abbatis Tuicienſis ſacre pagine profeſſoris egregii ſacramenta pentateucon ceterorumque veteris ac noue legis librorum occulta In tredecim libros diuiſum feliciter explicit. Impreſſum per Anthonium Sorg ciuem Auguſtens. Anno dni M. CCCC. LXXXVII.*

ANTONII RVSCA, *Mediolanenſis, Collegii Ambroſiani Doctoris*, de inferno & ſtatu Daemonum, ante mundi exitium Libri V. *Mediolani typis eiusd. Colleg.* 1621. in 4.

Inſignem libri raritatem vid. apud Lengletum du Fresnoy P. II. des *Tablettes chronologiques* p. XXXIIII. Conf. Georg. Paſchii *de variis modis moralia tradendi liber.* Cap. II. p. 221.

HIE-

Digitized by Google

HIERONYMI RVSCELLI, Lettre de' Principi le quali o ſi ſcrivono da Principi, o a Principi, o ragionano di Principi. *In Venezia, per Franceſco Ziletti.* 1581. III. Tom. in 4.

Haec omnium optima editio eſt, a Cl. Vogtio, qui primam adduxit p. 591. non memorata. Verſionem epiſtolarum gallicam, quam François de Belleforeſt, edidit hoc titulo: *Epiſtres des Princes lesquelles ou ſont addreſſées aux Princes, ou touchent, ou traittent les affaires des Princes, ou parlent des Princes, recüeillies en italien par* IEROSME RVSCELLI *& miſes en François. Paris* 1570. in 4. prodiiſſe ſcribit Niceron *Memoires* Tom. XI. p. 100. quocum conſentit Nicol. Baſſaei *Collectio omnium in vnum Corpus librorum* P. III. p. 20. Tranſtulit vero Franciſcus de Belleforeſt primum tantum epiſtolarum italicarum Tomum, id quod optimo iure eum feciſſe, ſcribit Niceron Tom. XX. p. 16. Belleforeſt *n'a traduit que le I. Volume & il a eu raiſon car le II. & III. ne contiennent presque autre choſe que des morceaux de Gazette peu intereſſans.* Idem Niceronus h. l. nos docet quod quidam Marcus Bruni huic collectioni Ruſcellianae volumen addiderit quartum, quod autem inuentu ſit rariſſimum.

SIGEFRIDI RYBISCH, *Conſiliarii Caeſarei*, Monumenta clarorum virorum, doctrina praecipue, toto orbe terrarum collecta paſſim & maximo impendio, cura & induſtria in aes inciſa, opera Tobiae Fendt, pictoris Vratislavienſis. Editio tertia longe abſolutiſſima. *Francofurti, apud Sigism. Feierabend.* 1591. in fol.

Libri raritatem eximiam teſtatur Cl. Vogtius p. 592.

S.

S.

FRANCISCI SACCHINI, *e Societate Ieſu*, de ratione libros cum profectu legendi libellus. *Romae*. 1650. in 12. pl. 12.

Plures huius libelli, quem Cl. Vogtius p. 596. inter rariores retulit, extant editiones, nimirum *Ingolſtad. typis Ederianis*. 1614. in 16. cui editioni acceſſit *oratio de vitanda moribus noxia lectione*. Ad manus habemus, dum haec ſcribimus, editionem, cui hic praefixus eſt titulus: *De ratione libros cum profectu legendi libellus, deque vitanda moribus noxia lectione, Oratio* FRANCISCI SACCHINI *e Societate Ieſu. Accedit modus pie atque chriſtiane ſtudendi & puerilis inſtitutionis ordo in Gymnaſiis Humaniorum litterarum. Cum Conſenſu Superiorum. Wirceburgi, Excudebat Conradus Schwindlauff. Anno* 1614. in 12. pp. 212. Omnium, quod nos quidem ſciamus, recentiſſima eſt editio, quae *Lipſiae* 1711. in 8. prodiit. Plures ſcripſit FRANCISCVS SACCHINVS, Peruſinus, libros, inter quos eminet *Continuatio hiſtoriae Societatis Ieſu.* Ediderat enim Nicolaus Orlandinus e Societate Ieſu, Hiſtoriam iſtius Societatis ad mortem vsque Ignatii, ſuoque libro titulum indiderat, *Hiſtoriae Societatis Ieſu pars prima ſiue Ignatius. Romae, ex officina Barth. Zannetti.* 1615. in fol. Hanc partem recudendam curauit SACCHINVS *Antuerp. apud Martin, Nutium*, 1620. in fol. illique adiecit *Partem ſecundam ſiue Lainium. Pars tertia* titulo *Borgias Rom.* 1649. *quarta ſiue Mercurialis, ibidem.* 1652. & *quinta* denique *ſiue Aquauiua, ibidem.* 1661. in lucem emiſſa fuit. Conf. Auguſtini Oldoini *Athenaeum Auguſtum* p. 119 ſqq. & Scriptores ab illo cit.

BERN-

Digitized by Google

BERNARDI SACCI, *Ticinenſis*, de Italicarum rerum varietate & elegantia Libri X. in quibus praecipue de Ticini vrbis primordiis ac de Ticinenſium rebus geſtis. *Ticini, ap. Hier. Bartoli.* 1587. in 4.

Haec editio illam, quae anno 1565. in 4. prodiit, raritate aequat, illaque propterea melior cenſetur, quod vita auctoris ei adiecta eſt. Praeter hanc aliasque recentiores editiones inuenitur liber quoque in Andreae Schotti *Italia illuſtrata*, p. 415 ſqq. in Io. Georg. Graeuii *Theſauro Antiquitatum & Hiſtor. Italiae* Tom. III. p. 575. Conf. *Biblioth. Hamburgenſis hiſtorica* Centur. V. p. 25. Primam editionem, cum praefatione *de diuinae religionis conſtitutione & amplitudine Romae* 1557. prodiiſſe, docet Io. Alb. Fabricius in *Conſpectu Theſaur. litterar. Italiae.* p. 68. Conf. p. 86.

Habita dominicae praecis, quod Pater Noſter dicitur, ratio ſecundum diuinas litteras dumtaxat, per V. P. CASPAREM SAGERVM, *ab Obſeruationibus Franciſanis Guardianum Lipſiae Marchanicum. Anno reſtitutae Salutis.* 1534. in 4. fol. 52.

Rariſſime hodie libri inueniuntur, qui ex *officina typographica* Michaelis Blumii, *Lipſienſi* prodierunt. In Michael. Maittaire *Annal. typogr.* neque hic, neque alius liber extat a Blumio impreſſus; nomenque eius, inter typographos Lipſienſes, quos idem Mich. Maittaire l. cit. adfert, non comparet. Illum vero artem typographicam Lipſiae exercuiſſe, ab anno 1533. ad annum vsque 1549. teſtatur die *kurtzgefaszte Erzählung vom Vrſprung und Fortgang der Buchdruckerkunſt, überhaupt, inſonderheit von den vornehmſten Buchdruckern in Leipzig und andern Or-*

Orten Teutſchlandes, quae extat in *der ſo noethigen als nützlichen Buchdruckerkunſt und Schriftgieszerey*, P. I. p. 96. Libro, quem adduximus Typographus inſignia ſua, nempe Scutum cum tribus floribus, quod duo angeli tenent manibus, hiſce adiectis verbis: *Excuſum Lipſiae apud Michaelem Blum. M. D. XXXIIII.* in fine adpoſuit. CASPAR SAGERVS, quem alii *Sasgerum*, alii *Schatzgerum*, vel *Hargerum*, vel *Scangerum* adpellant, hoc opus ſuum *Alberto Sanctae Rhomanae Eccleſiae Tit. Sancti Petri ad vincula Presbytero Cardinali, Legato nato, Magdeburgenſi & Moguntinenſi Archiepiſcopo, Primati per Germaniam, Rhomani imperii Archicancellario, Principi Electori*, &c. conſecrauit. Epiſtolae dedicatoriae, hiſce verbis, ex quibus SAGERI ſtilus, aliqua ex parte cognoſci poterit, imponitur finis: *Sola pietas mori neſcit, quae diuo Paullo promiſſionem eius quae nunc eſt vitae & futurae habet. Hac veniet vſus, obſeruantisſime Princeps, quod olim legetur Tibi, Viuit poſt funera virtus. Secundum hanc quale quale eſt, quod ineptiui in orationem dominicam, tuae amplitudini oblatum velim, quo ſcias me iure gentium tuum eſſe, & multitudini tuae pietatis, hoc meopte officiolo, inſeruire operam nouaſſe. Incolumem Illuſtriſſ. Reuerent. Celſit. tuam, ſibi & nobis iubeat eſſe Cunctipotens. Ex Lypſia. Reuerendiſſ. Illuſtriſſ. Do. a Pedibus Obſequentisſimus Frater* CASPAR SAGERVS. Conf. de CASPAR SAGERI, aduerſarii Lutheri, Operibus, inter quae tamen hoc non comparet Luc. Waddingi *Annales Minorum.* Anton Posſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 531. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 219.

Mr. DE SAINT. EVREMOND, memoires de la vie du Comte D**** avant ſa retraite; contenant diverſes avantures, qui peuvent ſervir d'inſtruction à ceux, qui ont à vivre dans le

le grand monde. *A Paris* 1696. II. Tom. in 12. *A Amſterdam* 1712. II. Tom. in 12.

Niſi fallimur, iſte liber etiam *Operibus* Saint-Evremonianis, quae nouiſſime *Amſtelodami* 1739. VII. Tom. in 12. curante Mr. des Maizeaux, prodierunt inſertus fuit. Hic autem liber SAINT-EVREMONIVM non habet auctorem, ſed ab Abbate de Villiers ſub eius nomine editus fuit. Id enim in more poſitum tunc temporis, habuere nonnulli auctores, vt adſumta quaſi larua, ſub SAINT-EVREMONII nomine occulti, cogitata ſua paullo liberius exponere poſſent. Huc quoque ſpectat alius liber, qui prodierat tit. *Memoires de la Comteſſe D**** avant ſa retraite, ſervant de réponſe aux Memoires de la Vie du Comte D**** par Mr.* SAINT-EVREMOND, cuius habemus editionem *Amſt.* 1718. in 12. Vitam CAROLI DE SAINT-EVREMOND, deſcriptam dedit Mr. des Maizeaux, qui illam *Operum* Evremonianorum editioni praemiſit. Conf. quoque Niceron *Memoires* Tom. VII. p. 153-195.

SCEVOLE & LOVIS DE SAINTE-MARTHE. Hiſtoire genealogique de la maiſon de France, augmentée en cette edition des deux precedentes maiſons royales, avec les illuſtres familles, qui ſortent des Reines & des Princeſſes du ſang. *A Paris, chez Cramoiſy*, 1647. II. Tom. in fol.

Tertia haec libri rariſſimi editio eſt. Prima prodiit *Paris.* 1619. in 4. quae admodum imperfecta eſt. Hanc excipiebat ſecunda *Paris.* 1628. II. Tom. in fol. quam tandem tertia ſequebatur. Niceron Tom. IIX. des *Memoires* p. 26. haec de illa adnotauit. *Il faut avoir ſelon Mr.* Lenglet *ces deux editions in folio. Car la derniere eſt la plus ample & la plus exacte*

Digitized by Google

acte par rapport à l'hiſtoire, mais la deſcente des familles ſorties, des Princes du Sang y manque; elle devoit faire un troiſieme volume; qui n' a pas été donné; elle, ne ſe trouve que dans le ſecond volume de l' edition de 1628. Mr. le Gendre *pretend que cette hiſtoire n' eſt exacte ni dans les faits, ni pour les dates.* PIERRE SCEVOLE DE SAINTE-MARTHE *fils de* SCEVOLE *l' ainé des jumeaux y a fait des additions, qui n' ont pas encore paru, & qui ſont conſervées dans la Bibliotheque de St. Magloire parmi les MSS. de M. M.* DE SAINTE-MARTHE.

Clauicula SALOMONIS, *filii Dauid.* in 4. pp. 48.

Latine conſcripta eſt haec *Clauicula*, ſed dicta Scripturae S. e bibliis belgicis adducta ſunt. A viro in dignitate conſtituto, H. A. a. E. abſurdiſſimus libellus, olim manibus tractandus legendusque nobiscum communicatus fuit, qui ſphalmatibus typographicis, maxime refertus his verbis finiebatur: *Explicit Clauicula* SALOMONIS, *Filii Dauid Summi philoſophi. Finis & nunquam finis.* Poſtea legebatur *Geheimniſs des Nahmens Gottes welchen die folgenden 72. Voelcker mit vier Buchſtaben ſchreiben und nennen*, qui populi ſerie alphabetica recenſebantur. Libellus, quem multa pecunia homines ſuperſtitioſi & rerum imperiti ſibi parari ſtudent vix vnius aſſis aeſtimatur ab iis, qui ſuum eiusmodi nugis pretium ſtatuere didicerunt. Conf. praeter Godofredi Tilgneri Obſeruat. *de Clauiculis* SALOMONIS in *Noua librorum rarior. collectione* Faſcic. IIII. p. 747 ſqq. a Cl. Vogtio iam cit. Io. Albert. Fabricii *Codex Pſeudepigraphus Veteris Teſtamenti* p. 1050 ſqq. vbi plures memorantur Scriptores. *Nouveaux Memoires d' Hiſtoire, de Critique & de Litterature par Mr. l' Abbé* d' Artigny Tom. I. Artic. IIII. p. 29. Deſcri-

ſcribit inter alia p. 36 ſqq. editionem anni 1655. in 4. pp. 125, & ex illa adiurationis ſpecimen adfert. Artificium ſub hiſce adiurationibus latere Steganographicum demonſtrauit Io. Caramuel a Lobkowitz in *Steganographiae Trithemii & Clauiculae* SALOMONIS *Germani declaratione & vindicatione Colon.* 1634. in 4. Conf. etiam de *Clauiculis Salomoneis* Petr. Frid. Arpe *de prodigioſis naturae & artis operibus Talismanes & amuleta dictis* p. 56 ſqq.

ANTERI MARIAE A SANCTO-BONAVENTVRA, Apoſtolorum acta iuxta multiplices diuinarum ſcripturarum ſenſus, priſcorumque patrum interpretationes elucidata, ſeu in Acta apoſtolorum ponderationes. *Genuae.* 1681. in fol.

ANTERVS (nonnulli ſcribunt etiam ſed minus recte Antonius) MARIA MICONVS, dictus DE SANCTO-BONAVENTVRA e Seſtrio Ligur, Auguſtinianus fuit diſcalceatus Congregationis italicae, & Sacrarum litterarum Profeſſor. Vid. Auguſtini Oldoini *Athenaeum Liguſticum* p. 40. Edidit etiam *Ponderationes in Pſalmos, iuxta multiplicem diuinarum ſcripturarum ſenſum Lugduni* 1673. III. Tom. in fol. Vid. Iacobi le Long *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 862.

ANTONII SANDERI, Flandria illuſtrata, ſiue deſcriptio comitatus Flandriae. Iconibus & tabulis aere inciſis exornata. *Colon. Agripp.* Tom. I. 1641. Tom. II. 1644. in fol.

Rariſſime illa editio hodie inuenitur, quam ſuis ſumtibus ANTONIVS SANDERVS exſcribendam curauit. Nouam quidem editionem *Hag. Comit.* 1732. III. Tom. in fol. habemus emiſſam, ſed prima editio

tio ob ſplendorem figurarum aere expreſſarum ſemper in pretio erit.

ANTONII SANDERI, Chorographia ſacra Brabantiae, ſiue celebrium in ea prouincia eccleſiarum & coenobiorum deſcriptio, imaginibus aeneis illuſtrata. *Bruxell.* 1659. in fol.

Rariſſima quidem haec editio eſt, ea vero, quae Cl. Vogtius p. 600. & alii, de incendio in typographia exorto, & libro a flammis conſumto proferunt, non de libro ipſo, ſed illius tantummodo Volumine ſecundo, quod prelo fuiſſe traditum, quidam ſibi perſuadent, plerumque narrari ſolet. Omnem vero in dubium vocat hiſtoriam Niceron *Memoires* Tom. XV. p. 74. cum ſcribit: *Cette edition eſt fort rare. Il y a des gens qui aſſurent que l'on avoit imprimé un ſecond volume & qu'il a été brulé dans l'incendie de Bruxelles; mais je crois que c'eſt une conte, car je ne l'ai vu en aucun endroit, & aucun Bibliothecaire ne l'a cité. On a fait à la Haye une nouvelle edition de cet Ouvrage en 1726. III. Vol. in fol. dans un ordre different, & augmenté de l'hiſtoire chronologique de tous les monaſteres jusques au tems de l'edition.*

FELINI SANDEI, *Canonici Ferrarienſis, Iuriſconſultique clariſſimi*, in V. Libros Decretalium, Opus egregium. *Venetiis, per Andream de Thoreſanis de Aſula.* 1497 - 1499. III. Tom. in fol.

Omnium prima ac perrara haec eſt editio, quae poſtea aliquoties *Lugduni*, anno nimirum 1519. 1549. & 1587. *Venetiis* vero 1570. cum additionibus A. Mocenigi, Philippi Simonet, & Ioannis a Gradibus repetita fuit. Vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med.*

Digitized by Google

med. & inf. Lat. L. VI. p. 463. Eius *de indulgentia plenaria ſermo in illud: hodie mecum eris in paradiſo Luc. XXIII.* 43. quem Fabricius, in *Tractatu Tractatuum* Tom. XIIII. fol. 154 ſqq. inueniri ait, in noſtro opere Tomo I. poſt titulum *de litis conteſtatione* exhibetur. Illum *ſermonem* vna cum Ludouici Bolognini *Tract. de Indulgentia*, recudendum nuper curauit, atque *ex ipſis romanae eccleſiae poſitionibus illuſtrauit* Io. Rud. Anton. Piderit, *Marburgi*, in 4. Excipit hunc *compendioſum ſermonem*, in noſtro opere eiusdem FELINI SANDEI *Tractatus, quando litterae apoſtolicae noceant patronis eccleſiarum*, quem a Trithemio & Gesnero memoratum, Fabricius in SANDEI *Conſiliis* extare ſcribit. Falluntur vero qui in omnes Decretalium titulos SANDEVM Commentaria ſcripſiſſe exiſtimant. In eo enim exemplari, quod e Bibliotheca Portenſi nobiscum communicatum fuit, Tomo I. qui, exceptis indicibus, 253. abſoluitur foliis, *Prooemium* tantum *Decretalium*, & tituli *de Conſtitutionibus*, *de reſcriptis*, *de officio iudicis ordinarii*, *de officio iudicis*, *de maioritate & obedientia*, *de Treuga & pace*, *de pactis*, *de litis conteſtatione*, commentario illuſtrati conſpiciuntur, quibus praeter *ſermonem de indulgentia*, & *Tr. de litteris apoſtolicis*, adiectae ſunt *additiones ad principatum ab Abbate opus in decretum.* In fine iſtius Tomi haec leguntur verba: *Haec omnia opera edita ſunt & emanata ab excellentiſſimo & in omni litterarum genere conſummatiſſimo humani diuinique iuris conſultiſſimo* FELINO SANDEO *Ferrarienſi canonico & rote auditore non immerito. Impreſſa vero Venetiis per Andream de Thoreſanis de Aſula anno dñi. MCCCCXCVII. die XXIIII. Nouembris. Cum priuilegio, ne quis audeat hoc opus imprimere citra decem annos, ſub poena in eo contenta. Laus Deo amen.* Tituli, quos Tomus II. qui exceptis indicibus foliis 156. conſtat, complectitur, in ſubſcriptione hac ratione memorantur: *Hic finem accipiunt ſublima*

Commentaria excellentiſſimi Iuriſconſulti. d. FELINI SANDEI *ſuper titulis de proba. de teſti. de teſti. cogen. de fide inſtrumen. & de preſumptio. nouiter in lucem edita. Autoris ſupremam ſcientiam redolentia. que peroptime caſtigata Impreſſa fuere Venetiis per Andream de Thoreſanis de Aſula. Anno natiuitatis dni MCCCCXCVIII. die III. Ianuarii.* Tomus III. qui, a folio 157. incipit, & folio 523. finitur, hos ob oculos ponit titulos, *de exceptionibus*, *de praeſcriptionibus*, *de re iudicata*, *de appellationibus*, cui adiecta eſt FELINI SANDEI, *epiſtolaris reſponſio ad Ioannem Saccum anconitanum Cubicularium apoſtolicum ſecretum*, *de quaeſtione quando conatus puniatur*, quam epiſtolam Fabricius l. cit. *Tractatum* nominat, qui in SANDEI inueniatur *conſiliis*. Sequitur hanc epiſtolam titulus *de accuſationibus*, *de calumniatoribus*, *de Simonia*, *de magiſtris*, *de iudaeis & ſaracenis*, *de haereticis*, *de homicidio voluntario vel caſuali*, *de ſententia excommunicationis*, *de iudiciis*, *de iureiurando*, *de ſponſalibus*, *de officio & poteſtate iudicis delegati.* In fine voluminis haec leguntur verba: *Iam iam huic lecture peregrine in titulo de officio & poteſtate iudicis delegati nuperrime inuente & ſummo ingenio caſtigate finis eſt. Hanc quidem omnibus linceis oculis perquirendam cenſeo ſcholaſticis dico, quibus nihil iocundius, nihil vtilius & ſuauius eſſe poterit. Que nunc Venetiis eſt impreſſa per Andream de Thoreſanis de Aſula. Anno MCCCCXCIX. die XIIII. Martii. Cum priuilegio ne quis audeat hoc opus imprimere citra decem annos ſub pena in eo contenta.* Conf. Michael Maittaire *Annales typogr.* Tom. I. p. 678. De FELINO SANDEO, Ferrarienſi Italo, Iuris ciuilis Doctore Piſano, Rotae Romanae praefecto, Hadrienſi primum & denique Lucenſi Epiſcopo, qui vitam cum morte commutauit anno 1503. vid. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 395. Anton. Poſſeuini *Apparatus Sacer* Tom. I. p. 482. Guidus Panzirolus *de claris legum interpretibus*

L. III.

Digitized by Google

L. III. c. XLII. p. 368. edit. Hofmanni. Io. Fichardi *Vitae Ictorum recentiorum* p. 426. edit. Hofmanni. Catelliani Cottae *recenſio Iuris interpretum & Doctorum* p. 350. edit. Hofmanni. Ferdinandi Vghelli *Italia ſacra* Tom. I. p. 827. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* l. cit.

Don Fray PRVDENTIO DE SANDOVAL, Hiſtoria de los Reyes de Caſtilla y de Leon. *Barcelona*. 1634. in fol. pp. 480.

Produxerat Ambroſius de Morales *Chronicon generale Hiſpaniae*, vti ſupra p. 199. diximus, ad mortem vsque Veremundi tertii Regis Legionenſis, ad annum ſcilicet poſt Chriſtum natum 1037. vbi morte praeuentus ſubſtitit. Ne igitur opus egregie coeptum, imperfectum relinqueretur, PRVDENTIVS DE SANDOVAL iuſſu Philippi III. id continuare adgreſſus eſt. Sed dolendum eſt, quod praeter hunc librum, qui, admodum raro apud nos comparet, nihil de illius continuatione lucem viderit amplius. Inueniuntur in illo quinque Regum Legionenſium, qui Veremundum III. in regimine fuerunt ſequuti res geſtae expoſitae. Nimirum quae ad Ferdinandi I. Sanctii II. Alphonſi VI. Vrracae, Alphonſi VI. filiae, quae patri in regimine ſucceſſerat, & Alphonſi VII. fata & facta cognoſcenda pertinent. Poſterioris regis vitam SANDOVAL iam anno 1600. ſeorſum ediderat, hoc titulo: *Chronica del Emperador de Espanna Don Alonſo VII. Rey de Caſtilla y Leon, ſacada de un libro antiquo por* PRVD. DE SANDOVAL. *En Madrid, por L. Sanchez.* in fol. nunc vero reuiſam & auctam huic operi adiecit. Quod autem SANDOVAL perficere non potuit, vt hiſtoriae filum, ad regnorum Caſtellae & Arragoniae coniunctionem vsque produceretur id tandem factum eſſe intelligimus a Stephano de Garibay Ipuſcoenſi Hiſpano, qui edidit *Los Quaren-*

Digitized by Google

renta libros del Compendio Hiſtorical de las Chronicas y Vniuerſal Hiſtoria de todos los Reynos de Espanna, compoſtos por Eſtevan de Garibay. *En Amberes.* 1571. IIII. Tom. in fol. Prodiit rariſſimum opus ex *officina Plantiniana*, & recuſum fuit *Barcellon*, 1628. IIII. Tom. in fol. Satis adcurata illius extat recenſio in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. IIX. p. 120 ſqq. Scripſit idem auctor *Illuſtrationes genealogicas de los Reyes de las Espannas*, quae prod. *Madrit.* 1596. PRVDENTIVS DE SANDOVAL natus Valliſoleti, Epiſcopus primum fuit Tuienſis (*Tuy*) in regno Galliciae, deinde Epiſcopatui Pampelonenſi in regno Nauarraeo praefectus, & Philippi III. Hispaniae regis Hiſtoriographus conſtitutus, diem obiit ſupremum Pampelonae anno 1621. Scripta eius omnia, extra Hispaniam rariſſime inueniuntur. Innotuerunt nobis *Primera parte de Fundaciones de los Monaſterios de San Benito, que los Reyes de Eſpanna fundaron, y de los Santos y Claros Varones. En Madrid, por L. Sanchez.* 1601. in fol. Quod nos ſciamus ſecunda libri pars nunquam in lucem prodiit. *Hiſtorias de Idacio Obispo: de Iſidoro Obispo de Badaioz: de Sebaſtian Obispo de Salamanca: de Sampiro Obispo de Aſtorga: de Pelagio Obispo de Oviedo: En Pamplona por Nic. de Aſſiayn.* 1615. in fol. Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 602. vbi recentior editio adducitur. Conf. *Bibliotheca Hamburgens. hiſtorica* Centur IIX. p. 138 ſqq. *Catalogo de los Obispos de Pamplona. En Pamplona.* 1614. in fol. *Hiſtoria de la Vida y Hechos del Emperador Carlos V. En Pamplona*, 1634 II. Tom. in fol. Recuſum illud opus fuit *en Amberes*, 1681. II. Tom. in fol. Recenſio illius inuenitur in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. IIX. p. 134. vbi aliae quoque libri editiones enumerantur. Tranſtulerat illum in linguam latinam Adam. Ebertus, in Academia Viadrina Iurium Profeſſor, ſed eius verſio lucem nunquam vidit publicam. Specimen vero illius, cum doctis viris communicauit

hoc

Digitized by Google

hoc titulo inſignitum: PRUDENTII DE SANDOVAL *Hiſtoria captiuitatis Franciſci I. nec non vitae Caroli V. Imp. in monaſterio*, *it.* Lud. de Cabrera de Cordua *Relatio vitae mortisque Caroli Infantis Philippi II. Regis Hisp. Mediolani*, (Amſtelodami) 1715. in 8. Vid. *Acta Eruditor. Lipſ.* anni 1715. p. 415 ſqq. In compendium librum redegit & anglice in lucem emiſit Iohn Stevens hoc titulo: *The Hiſtory of Charles V. written in Spaniſh by* PRUDENTIUS SANDOVAL *made English by* Iohn Stevens. *London.* 1703. in 8.

GATIEN SANDRAS, *Sieur de Courtilz*, l' Elite des nouvelles des Cours de l' Europe.

Hoc diarium politicum, cuius tantum quatuor menſes priores anno 1698. *Pariſiis* prodiere, ſtatim ſuppreſſum, & bibliopola cuius ſumtibus diuulgebatur ex vrbe abire iuſſus eſt. Vid. Niceron *Memoires* Tom II p. 174.

Dell' origini, e fatti delle Famiglie Illuſtri d'Italia di FRANCESCO SANSOVINO. *In Venezia, preſſo Altobello Salicato.* 1609. in 4.

Editio ab Auctore der *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* & a Cl. Vogtio non memorata. Vid. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari, nella lingua italiana* p. 105. Niceron *Memoires* Tom. XXII. p. 89.

FRANCESCO SANSOVINO, Venezia Citta nobiliſſima e ſingulare deſcritta, in XIIII. libri. *In Venezia, per il Sanſovino.* 1581. *In Venezia, preſſo Altobello* Salicato. 1604. in 4.

Editionibus libri rarioris Nicol. Franc. Haym nella *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 50. adſcripſit: *Queſt' ultima edizione è la migliore ed è ampliata*

da Giovanni Stringa; *ve n' è un altra poſteriore ed ampliata da* Giuſtiniano Martinoni. *In Venezia.* 1663. in 4. Conf. Niceron l. cit. *Bibliotheca hiſtorica* Struvio-Buderiana. p. 1448.

ANTONII SANTARELLI, *S. I.* Tractatus de haereſi, ſchiſmate, apoſtaſia, ſollicitatione in ſacramento poenitentiae & de poteſtate Romani pontificis. *Romae apud Barthol. Zannetti* 1625. in 4.

Ita Cl. Vogtius p. 603. libri titulum adtulit, ſed addatur verbis: de poteſtate Romani pontificis, *in his delictis puniendis.* Vid. de hoc libro Andr. Caroli *Memorabilia eccleſiaſtica Seculi XVII.* L. III. p. 643 ſqq. vbi hiſtoria damnationis huius libri in Gallia, adlata conſpicitur. *Cenſura* vero *Collegii Sorbonnici, cum Decreto vniuerſitatis Pariſienſis, & Epitome Obſeruationum in Cenſuram, ex ſacra Scriptura, ſanctis decretis, & canonibus conciliorum* &c. prodierat *Paris. apud Petr. Durand.* 1626. in 8. Inſeruit illam quoque Io. Adam. Scherzerus *Bibliothecae pontificiae, ſeu Papiſmo vapulanti ex ipſorum Pontificiorum ſcriptis detecto, Lipſ.* 1708. in 4. Conf. quoque *Relation veritable de ce qui s' eſt paſſé en Sorbonne le* 15. *Mars.* 1. *Avril.* 12. *May* 1626. *& le* 11. *Ianvier &* 1. *Fevrier* 1627. *à l' occaſion de la Condamnation du livre de* SANTAREL *Ieſuite.* 1629. in 8. it. *Raiſons pour les Condamnations cy-devant faites du libelle* Admonitio *du livre de* SANTAREL, *& autres ſemblables, contre les* SATARELISTES *de ce temps, & leurs fauteurs par un François catholique.* 1626. in 8. Ioann. Henrici Heideggeri *Hiſtoria Papatus* §. CCXXXIIX. p. 361 ſqq.

Lettere Italiane di *Fra* PAOLO SARPI, *Religioſo dell' ordine de' Servi, e Teologo della ſereniſ-*

reniſſima Republica di Venetia, ſcritte da lui al Signor dell' Iſola Groslot dopo li 11. Dec. 1607. ſino alli 2. Settembre 1618. vi ne ſono ancora alcune altre ſcritte da lui ſteſſo al Signor Gillot. Viua San Marco. *In Verona*. 1673. in 12. pp. 469.

Complectitur rariſſima haec Collectio epiſtolas CXXIII. quarum argumentum, multa cura atque ſollertia exponitur in *Bibliotheca Berolinenſi* T. II. p. 462 ſqq. Conf. etiam die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* T. III. p. 351 ſqq. De *Hiſtoria della ſacra Inquiſitione compoſta gia dal R. P.* PAVLO *Servita: ed hora la prima volta poſta in luce. Opera pia, dotta, e curioſa: a conſiglieri, caſuiſti e politici molto neceſſaria. In Serravalle appreſſo Fabio Albicocco.* 1638. in 4. pp. 127. vid. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* l. cit. p. 440. vbi nonnulla, quae ad eam ſpectant memorabilia exponuntur. Conf. *Catalogus Bibliothecae Bodleianae* Tom. II. p. 41. De latina verſione ab Andrea Coluio adornata *Rotterod.* 1651. in 12. pp. 264. euulgata vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 249. die *Nachricht. von einer Halliſchen Biblioth.* T. III. p. 443. In Anglicum liber conuerſus ſermonem prodiit *Londini* 1655. in 8. Inuenitur etiam in Collectione operum PAVLL. SARPII, quae titulo: *Opere dal Padre* PAOLO *dell' ordine de Servi, e theologo della Sereniſſima Republica di Venetia: diviſe in cinque Volumi, come ſi vede nella Tavola. In Venetia, appreſſo Roberto Meietti.* 1677. in 12. prodiit. Iſtius collectionis recenſio extat in den *Nachricht. von einer Halliſchen Biblioth.* l. cit. p. 343 ſqq. Reperitur etiam editio, quae eundem locum & annum impreſſionis prodit, & Volumine VI. aucta eſt, de qua vid. die *Nachricht. von einer H. B.* l. cit. p 349 ſqq. Vita PAVLLI SARPII inuenitur in Io. Petr. Nicerons *Nachrichten von den*

Bege

Begebenheiten und Schriften beſümter Gelehrten mit einigen Zuſaetzen herausgegeben von Siegm. Iacob. Baumgarten P. I. p. 478 ſqq.

Des SATYRES perſonelles, Traité hiſtorique & critique de celles, qui portent le titre d'Anti. *A Paris* 1680. II. Tom in 12.

Cl. Vogtius hunc librum p. 603. non nominato auctore adtulit. Prodiit vero inſignitus nomine Alberti Lainerii Vertoni, ſub quo latet Adrianus Baillet, qui Aegidii Menagii libro, qui, *Anti-Baillet* dictus, prodiit *à la Haye* 1688. in 12. permotus, eiusmodi opus concinnauit. Vid. Niceron *Memoires* Tom. III. p. 34. Vincent. Placcii *Theatr Pſeudonym.* p. 211. Recenſio libri inuenitur in *Actis Eruditorum Lipſ.* an 1690. p. 202 ſqq. Conf. Georg. Paſchius *de variis modis moralia tradendi* C. III. §. 43. p. 351.

PETRI SAXII, Pontificium Arelatenſe, ſeu Hiſtoria Primatum ſanctae Arelatenſis eccleſiae. *Aquis Sext. apud Io. Roize.* 1629. in 4. cum fig.

Non anno 1600. vt typothetarum forte vitio in Cl. Vogtii *Catalogo libr. rar.* p. 604. legimus, ſed anno 1629. id quod eius nos docuit inſpectio, hic liber prodiit.

Tratatto del Giuoco della Palla di *Meſſer* ANTONIO SCAINO, *da Salò*, diviſo in trè parti. Con due Tavole l' una de' Capitoli, l' altra pelle coſe più notabili, che in eſſo ſi contengono. *In Vinegia, appreſſo Gabriel Giolito de' Ferrari, e Fratelli.* 1555. in. 8. pp. 315.

ANTO-

Digitized by Google

ANTONIVS SCAINVS ſiue SCAYNVS Italus, Brixienſis Salodienſis, Theologiae Doctor & Presbyter, ſeculo floruit XVI. Varia edidit quae ad philoſophiam ſpectant ſcholaſticam, inter quae inprimis *La Politica d' Ariſtotele ridotta a modo di Parafraſe, con alcune annotazioni, e ſei diſcorſi ſopra diverſe materie ciuili. In Roma, nelle caſe del Popolo Romano.* 1578. in 4. ob inſignem commendatur raritatem a Nicol. Hieron. Gundling in *Collegio Hiſtorico-litterario* p. 789. Conf. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 252. qui librum 1558. prodiiſſe ſcribit. Alia eius ſcripta philoſophica memorantur in *Catalogo Bibliothecae Thuanae* P. II. p. 21. 23. 24. 25. Habemus praeterea ab illo *Paraphraſin in omnes S. Paulli Epiſtolas cum Annotationibus. Venet.* 1589. & 1593. in fol. vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. I. p. 115. Iacob. le Long *Bibliotheca S.* Tom. II. p. 948. Liber, quem adduximus de pilae ludo, inter rariores locum obtinet in den *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 40.

BARTHOLOMAEI SCALA, *Equitis Florentini*, Apologia contra vituperatores ciuitatis Florentiae. *Florentiae* 1496. in fol.

Rariſſime hunc librum hodie inueniri teſtatur Niceron Tom. VIIII. des *Memoires* p. 171. Michaeli Maittaire ille incognitus fuit. BARTHOLOMAEVS autem SCALA Collenſis Toſcanus, Reipublicae Florentinae Secretarius & Cancellarius, eiusque ad Pontificem Innocentium IIX. legatus fuit, qui illum anno 1484. Equitem calcaris aurei & vrbis Romae creauit Senatorem. Anno 1486. reipublicae Florentinae Gonfalonerius, & denuo Cancellarius conſtitutus, diem obiit Florentiae 1497. Habemus ab illo *Hiſtoriam Florentinorum*, quam prima vice e *Biblio-*

Digitized by Google

Bibliotheca Medicea edidit Oliger Iacobaeus *Romae ex officina Tinaſſi.* 1677. in 4. Cum vero illa editio paullo rarior facta eſſet, illam vna cum eiusdem Auctoris *Vita Vitaliani Borrhomaei* quam Chriſtophorus Bartholinus antea italice *Rom.* 1677. in 4. euulgauerat, latine verſa, inſeruit Io. Georg. Graeuius Tom. IIX. *Theſauri Antiquitat. & Hiſtor. Italiae.* vid. Io. Alb. Fabricii *Conſpect. Theſauri litterar. Italiae* p. 110. *Bibliotheca hiſtorica* Struuio - Buderiana p. 1347. 1435. Reliqua BARTHOL SCALA Scripta vid. in Niceron *Memoires* l. cit. in *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XXII. p. 404 ſqq. Conf. Gerard. Ioannes Voſſius *de Hiſtoricis Latinis* L. III. p. 556. edit. *Lugd. Bat.* 1627. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 799. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. III. p. m. 2542. vbi & Alexandrae SCALA, BARTHOLOMAEI filiae, Michael. Marulli vxoris, quae inter feminas eruditionis laude florentes, locum obtinuit, mentio facta eſt.

PAVLLI *Principis* DE LA SCALA *ſeu* SCALICHII, Opera omnia

rariora eſſe, nos docet Cl. Vogtius p. 605. Sunt ex illis nobis ad manus

PAVLLI DE SCALA, Miſcellaneorum de rerum cauſſis, & ſucceſſibus, & de ſecretiore quadam methodo, qua euerſiones omnium regnorum vniuerſi orbis, & futurorum ſeries erui poſſint Libri ſeptem. Item certiſſima methodus, qua homines palantes ad viam veritatis reuocandi veniant, contra centurias Ioannis Naſi Minoritae. *Coloniae, ex officina Theodori Graminaei.* 1570. in 4.

Eius-

Digitized by Google

Eiusdem, Miſcellaneorum Tomus ſecundus, ſiue Catholici Epiſtemonis; contra quandam corruptam ac deprauatam encyclopaediam Libri XV. Quibus vniuerſus orbis tam ſacrarum quam prophanarum diſciplinarum, omnisque omnium ſectarum & philoſophiae doctrina catholice declaratur. *Eiusdem* pro romana Eccleſia oratio. *Colon. ap. Theodor. Graminaeum.* 1571. in 4.

Haud ignoramus hos *Miſcellaneorum* Tomos, a G. Schellhornio in *Amoenitatibus fuiſſe* adlatos Tom. VIIII. p. 696 ſqq. ſed ideo illorum titulos denuo adduximus, quoniam e loco Schellhornii cit. in eam forte opininonem adduci aliquis poſſet, ac ſi SCALICHII *Miſcellanea*, eius *certiſſima methodus*, *Miſcellaneorum Tomus II.* & *Oratio pro Romana Eccleſia*, quatuor diuerſa ſint opuſcula, quae diuerſo etiam tempore prodierint, cum tamen omnia vnam eandemque conſtituant collectionem. Ioannes Naſus ſiue Naſs contra quem SCALICHIVS calamum ſtrinxit, ex Herbipolenſi Dioeceſi oriundus, Suffraganeus fuit Brixienſis. Multa euulgauit ſcripta, quae haud adeo magni ſunt momenti. Eminent inter illa, *Centuriae mendaciorum inſignium, quae ab haereticis qui ſe vocant euangelicos, ſcripta ſunt. Ingolſtadii.* 1569. *Fünf Centurien Evangeliſcher Wahrheiten*, quae variis annis *Ingolſtadii* in 8. in lucem prodierunt. Nonnulla eius ſcripta enumerat Antonius Poſſeuinus in *Apparat. S.* Tom. II. p. 223. Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 398. Conf. Io. Baſſaei *Collectio omnium in vnum Corpus librorum* P. I. p. 159. P. II. p. 209 ſqq.

PAVLLI *Principis* DE LA SCALA, Vaticiniorum & imaginum Ioachimi Abbatis Floren-

renſis Calabriae, & Anshelmi Epiſcopi Marſichani ſuper ſtatu ſummorum Pontificum Romanae eccleſiae, contra falſam cuiusdam Pſeudomagi, quae nuper nomine Theophraſti Paracelſi in lucem prodiit pſeudomagicam expoſitionem, indubitata explanatio. *Coloniae, ex officina typographica Theodori Graminaei.* 1570. in 4.

De Ioachimo, Abbate de Curatio in Calabria Ord. Ciſterc. atque Fundatore monaſterii Florenſis, & Congregationis Florenſis Inſtauratore, eiusque vaticiniis vid. Io Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. VIIII. p. 107 ſqq & Scriptores ab illo cit. De Anſelmo Epiſcopo Marſicano, qui Seculo claruit XIII. vid. Ferdinand. Vghelli *Italia Sacra* Tom. VII. p. 506. edit. *Venetae*, Fabricius l. cit. L. I. p. 309.

PAVLLI *Principis* DE LA SCALA, *Comitis Hunnorum* &c. Loci communes theologici, ſiue pro Eccleſiae romanae, eiusque auctoritate aduerſus veſaniam Neopiſtorum, oratio, cui acceſſit Theodori Graminaei de ſex diebus geneſeos oratio. *Colon. ex officina Theodori Graminaei.* 1571. in 4.

Liber a Schellhornio l. cit. quidem memoratus eſt, editionis vero annus, & impreſſionis locus omiſſus fuit.

Genealogia, ſeu de antiquiſſima SCALICHIORVM ſiue A SCALA, gente, origine, ab anno ſalutis LXXX. vſque ad annum MDLXI. ſermo PAVLLI SCALICHII *de Lika* ad Ferdinandum Imperatorem. 1561. in 4.

PAVL-

PAVLLI *Fürſten* VON DER LEITER, Beſchertzung der fürnembſten Secten zu vnſerer Zeit vorhanden, auch von den Eigenſchafften Antichriſti vnd vom jüngſten Tag. *Coelln* 1569. in 4.

PAVLLI SCALICHII, gegründete Ableynung, wider die auffgebrachten Zeugknustzſchrifften Albrechten Truckſeſſen, ſein des SCALICHII Geburts, Ankunfft vnnd Stammen betreffendt. 1566. in 4.

Conf. de homine paradoxo, praeter Scriptores a Cl. Vogtio cit. Paulli Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1466 ſqq. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 547. Iacobus le Long in *Bibliotheca Sacr.* T. II. p. 948. adfert illius *Antiquitatum Hebraicarum Diopttam*, Lugduni, 1571. in fol. *Acroama in Caput primum Apocalypſeos & Satyras philoſophicas*, *Regiomonti* 1563. in 8. Alia eius Scripta adducit Daniel Georg. Morhofius in *Polyhiſtore litterar.* L. I. Cap. XI. §. 4. p. m. 97 ſqq. Conf. L. II. Cap. V. §. 28. p. 355.

IOSEPHI SCALIGERI, *Iul. Caeſ. F.* Epiſtola de Vetuſtate & Splendore Gentis Scaligerae, & Iul. Caeſ. Scaligeri vita. Iul. Caeſ. Scaligeri Oratio in luctu filioli Audecti. Item Teſtimonia de Gente Scaligera & Iul. Caeſ. Scaligero. *Lugduni Batauorum, ex officina Plantiniana, apud Franciſcum Raphelengium* 1594. in 4. pp. 123.

Non ipſe IOSEPHVS SCALIGER, haec opuſcula hodie rariora edidit; ſed Ianus Douſa, qui illa Paulo Scouartio Buſanualio, chriſtianiſſimi Francorum Regis apud Illuſtriſſimos Ordines Prouinciarum confoede-

Digitized by Google

ſoederatarum Belgii, Legato dedicauit. Cum enim Ianus Douſa IVL. CAESARIS SCALIGERI *Orationem in Audecti filioli luctu* habitam, olim typis excuſam, iterata editione publicare conſtituiſſet, & alia eiuſdem opuſcula rariora decreuiſſet addere, hoc ſuum conſilium cum IOSEPHO SCALIGERO communicauit, ille vero vitam IVL. CAESARIS SCALIGERI compoſuit, & inſtar epiſtolae ad Ianum Douſam perſcripſit, qui illam hac ratione additis nonullis IVL. CAES. SCALIGERI poematibus, aliorumque de claritate & vetuſtateScaligerae gentis in lucem emiſit. Inſerta quoque fuerunt inſignia priſca gentis Scaligerae, ante initia imperii Veronenſis, nec non inſignia proſapiae Principum Veronenſium ab Alboino & Cane Magno ad IVL. CAES. SCALIGERVM. Comparet etiam ſeries Scaligerorum Principum Veronenſium, a Maſtino primo Comite Scalenburgi, Ciue Veronenſi, ad Iul. Caeſarem a Burden, Benedicti filium, IOSEPHI SCALIGERI patrem. Conſpicitur etiam IVL. CAESARIS SCALIGERI imago, aere expreſſa, quae hoc ornatur epigrammate:

Ingenium cui Dis, & mens contermina caelo
Cuncta vnus, cunctos qui ſuper vnus erat,
Muſarum pater, & dextrae par fulmine Marti,
Dum pariter tractas ſingula mente pari;
Quem rerum omnigenas Natura exquirere vires
Non docuit, de quo docta ſed ipſa ſuas:
Aemule naturae, meta & ſpes vltima rerum,
Dicere quem totum Fama nec ipſa poteſt.
Qui mundum impleſti, imple animo mea verba, teneri
Humana modo mens ſi tua mente poteſt.
Sed neque te mens noſtra capit, veſtrasq. tacere,
Nulla valet laudes lingua, vel exprimere,
Ipſe tuos niſi, queis Nati intra pectora viuis
Poſt obitum, aſpires in mea vota Deos.

Vt

Vt famae momenta, tuo quae lumine maior
Facta volat, poſſit linguaue mensue ſequi,
Dia quae inacceſſae excipiant incendia mentis,
Et lucem a tanto concipiant animo.
Sed non mortales hebetantia fulgura viſus,
Non aciem ingenii hanc lumina noſtra ferunt.
Nec ſits ſit mihi plura, ſed hoc ſit fas mihi ſolum
Dicere; te, niſi tu, dicere nemo poteſt.
Quid mirum? Natura loqui nam deſtitit ipſa
Illa tuo poſtquam deſtitit ore loqui.
Ianus Douſa Filius.

In Collectione *Epiſtolarum* IOS. SCALIGERI, quam Daniel Heinſius edidit *Lugd. Bat. ex officina Elzeuiriana*, 1627. in 8. & *Francof.* 1628. in 8. *epiſtola de vetuſtate & ſplendore gentis Scaligerae* primum occupat locum. Cum hoc opuſculum in manus Gaſparis Scioppii perueniret, is in illo 499. impoſturas ſe inueniſſe, iactitabat, quas vt confutaret, libellum edidit, titulo: SCALIGER *Hypobolimaeus, hoc eſt, Elenchus Epiſtolae* IOSEPHI *Burdonis Pſeudo-Scaligeri, de vetuſtate gentis Scaligerae, Mogunt.* 1607. in 4. Reſpondit IOSEPHVS IVSTVS SCALIGER, in *Confutatione ſtultiſſimae Burdonum fabulae, auctore I. R.* (quibus litteris Iani Rutgerſii nomen deſignatur, quod quaſi mutuatus erat) *Batauo, Iuris ſtudioſo, Lugd. Bat.* 1608. in 12. in qua Scioppii conuicia, nouis conuiciis depulit. Adiectus hic SCALIGERI libellus, eſt Satyrae Heinſianae titulo: *Hercules tuam Fidem*, inſignitae. Habemus illius editionem hoc titulo ornatam: *Satirae Duae, Hercules Tuam Fidem ſiue Munſterus Hypobolimaeus: quarto iam editus, ac emendatior. Et Virgula Diuina. Cum breuioribus annotatiunculis, quibus nonnulla in rudiorum gratiam illuſtrantur. Acceſſit his accurata Burdonum Fabulae Confutatio. Lugduni Batauorum, ex officina Ioannis Patii, Acad. Typographi* 1609. in 12. pp. 455. exceptis praemiſſis. Ne vero Scioppius,

pius, Heinſii & SCALIGERI inſultus inultos pateretur, edidit ficto Oporini Grubinii nomine *Amphotides Scioppianas*, *Paris*. 1611. in 8. de quibus ſupra. Conf. Niceron Tom. XXIII. p. 299. ſqq. Tom XXXV. p. 196.

P. Virgilii Maronis Appendix, cum Supplemento multorum poematum veterum poetarum, nec non caſtigationibus & commentariis IOSEPH SCALIGERI. *Lugduni* 1573. in 8.

Hanc Collectionem inſigniter raram eſſe ſcribit Godofredus Ephraim Müllerus in der *Einleitung zu noethiger Kentniſs vnd nützlichen Gebrauche der alten lateiniſchen Schrifft-Steller* Tom. I. p. 364. vbi eam copioſe recenſet. Quae Io. Alb. Fabricius de Virgilii *Catalectorum* editione *Lugdunenſi* 1555. 1581. in 12. *Bibliothecae latinae* Vol. II. p. 299. narrat, non eo ſpectant, vt Müllerus l. cit. p. 366. quidem exiſtimat, ac ſi a SCALIGERO in lucem emiſſas fuiſſe cenſeret, ſed de Virgilii tantum loquitur editionibus Fabricius, quibus haec *Catalecta* Appendicis loco, vt multis aliis, adiecta fuerunt. Si praeterea Fridericus Lindenbruchius in Epiſtola dedicatoria, ad Petrum & Franciſcum Pithoeum, nouae editioni *Appendicis Virgilianae* praemiſſa, ſcribit: *Vellem maiore aliquo munere me vobis approbare poſſem: quod quoniam impraeſentiarum negatum eſt, volui ſaltim hoc libro, iam antea quidem ab illuſtriſſimo D.* IOSEPHO SCALIGERO *emendato & illuſtrato, nunc autem me curante, plurimis in locis aucto denuoque edito.* &c. ex his quidem adparet, librum iam a SCALIGERO, id quod etiam *Lugduni* 1573. in 8. factum eſſe nouimus, editum eſſe, plures vero, hac editione, vt idem Müllerus ſibi perſuadet, Lindenbruchianam anteceſſiſſe, nemo profecto euincere poterit. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. Editionem *Adpendicis Virgilianae*, quam Fridericus Lindenbruchius adornauit, nos ipſi poſſidemus, hoc titulo conſpicuam: *Pub. Vir-*

Virgilii Maronis Appendix. Cum ſupplemento multorum antehac nunquam excuſorum Poëmatum veterum Poëtarum. IOSEPHI SCALIGERI *Iul. Caes. Fil. In eandem Appendicem Caſtigationes & Commentarii multis in locis aucti. curante edenteque Friderico Lindenbruch, cuius & Notae additae. Lugduni Batauorum Ex officina Plantiniana, Apud Franciſcum Raphelengium,* 1595. in 8. pp. 348. ſi dedicationem, praefationem & indicem exceperis. Recuſa quoque iſta Lindenbruchii editio fuit 1617. in 8. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXIII. p. 289. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. II. p. 295.

IOSEPHI IVSTI SCALIGERI, Opuscula varia, antehac non edita, nunc vero multis partibus aucta. *Francof. ex officina Iacob. Fiſcheri* 1612. in 8.

Editio infrequens, a Cl. Vogtio, qui p. 606. editionem *Paris. apud Hieron. Drouart,* 1610. in 4. pp. 582. adducit, non memorata. Emiſit hanc collectionem Iſaac. Caſaubonus. Reperiuntur in illa & quidem in editione in 8. teſte Nicerono Tom. XXIII. p. 311 ſqq. 1. *Animaduerſiones in* Melchioris Guilandini *Commentarium in tria C. Plinii de Papyro Capita libri XIII.* 2. *Diatriba de Decimis in lege Dei.* 3. *Notitia Galliae. Item ſuper Appellationibus locorum aliquot & Gentium apud Caeſarem notae.* 4. *Diatribae de Europaeorum linguis. Item de hodiernis Francorum; nec non de varia literarum aliquot pronunciatione.* 5. *De Theſi quadam chronologica iudicium.* 6. *Expoſitio Numismatis argentei Conſtantini Imp. Byzantini.* 7. *Orphei, Poetae vetuſtiſſimi, Initia, ſiue Hymni ſacri ad Muſaeum, verſibus antiquis latine expreſſi a* IOS. I. SCALIGERO, *cum eiusdem Annotationibus.* 8. *In Aeſchyli Prometheum a Q. S. Fl. Chriſtiano conuerſum Prologus.* 9. *Selecta Epigrammata e Graecorum* Florilegio *& a* IOS. I. SCALIGERO *lati-*

ne verſa. 10. *Poemata varia.* 11. *In Q. Annaei Senecae Tragoedias Animaduerſiones.* 12. *Aſinii Cornelii Galli Elegia & Epigrammata tria, cum Animaduerſionibus* I. I. SCALIGERI. 13. *Confutatio ſtultiſſimae Burdonum fabulae.* 14. *Epiſtolae ad diuerſos.* Haec ſunt, quae in iſta editione reperiuntur. Si Niceerono l. cit. p. 313. fides habenda eſt, editio *Pariſienſis* in 4. praeter ea opuſcula, quorum adtulimus titulos, haec complectitur: *Notas in Tertullianum de Pallio; Animaduerſiones in Cyclopem Euripidis; Diſcours de la jonction des Mers, du deſſeichement des Marais, & de la Reparation des Rivieres; pour les rendre navigables. Diſcours ſur quelques particularitez de la Milice Romaine; Lettres touchant l' explication de quelques Medailles.* Conf de vita I. I. SCALIGERI Guil. Bateſii *vitae ſelectorum aliquot virorum* p. 417-419. vbi Daniel. Heinſii *Epiſtola ad* Iſaac. Caſaubonum, *de morte* I. I. SCALIGERI, inuenitur.

IVLII CAESARIS SCALIGERI, aduerſus Deſiderium Eraſmum orationes duae, eloquentiae romanae vindices, cum eiusdem epiſtolis & opuſculis. *Toloſae* 1621. in 4.

Succinctam quidem, ſed vt noſtra fert opinio, omnium optime, rarioris huius libri, dedit hiſtoriam Niceron Tom. XXIII. p. 271 ſqq. Non aegre ferent lectores, quod eam totam adponere, non dubitauimus. *On voit,* inquit ille, *à la tête de ce Recueil le Dialogue d'* Erasme, *intitulé:* Ciceronianus, ſiue de Optimo dicendi genere, *qui a excité la bile de* SCALIGER. *Ce ſavant Critique s' y mocquoit de l' entêtement de quelques Savans d' Italie, qui ne reconnoiſſoient pour des expreſſions veritablement Latines, que celles qui ſe trouvoient dans Ciceron; il y alloit même jusqu' à critiquer le ſtile de ce fameux Orateur Romain. Mais il fut attaqué vivement ſur ce Sujet par* SCALIGER *dans deux Diſcours, où il ne ſe contenta*

par

Digitized by Google

pas de défendre Ciceron, *mais où il ſe jetta avec la derniere fureur, ſur la perſonne d'* Eraſme; *à qui il dit toutes les injures, que la bile la plus noire puiſſe ſuggerer. Il envoya à Paris le premier dès l'an.* 1529. *dans le deſſein, qu'elle y fut imprimée,* & *il en addreſſa pour cela des copies à tous les Colleges: Il le fut après bien des difficultés, in* 8. *par Pierre Vidoué ſur une permiſſion du Lieutenant* Morin *datée du* 1. *Septembre* 1531. *Ce premier diſcours fut réimprimé en* 1600. *à* Cologne, (apud Bernard. Gualterum) in 12. *ſous le titre d'* Oratio pro Marc. Tullio Cicerone, contra Ciceronianum Eraſmi. *Avec ſes* Hymni ſacri, & poemata ſacra. Eraſme *fut très-ſenſible à la maniere outrageante, dont il étoit traité dans ces Ouvrage,* & *ſes amis ſenſibles à ſon reſſentiment en ſupprimerent autant d'exemplaires qu'ils purent. Une lettre qu'il écrivit le* 18. *Mars* 1535. & *où il diſoit ſavoir de bonne part, que la harangue que* SCALIGER *avoit publiée contre lui, n'étoit point une production de ſa façon, ayant été communiquée le* 12. *Septembre ſuivant à ce dernier, il en fut choqué, comme ſi* Eraſme *eût fait entendre par-là, qu'il ne le croyoit pas capable d'être l'Auteur d'une piece ſemblable,* & *travailla auſſitôt à ſa ſeconde harangue, qui fut achevée le* 25. *du même mois. Il l'envoya d'abord à* Paris, *mais ce ne fut qu'à la fin de l'année ſuivante qu'elle fut imprimée chez le même* Vidoué, *quoique ce Libraire y ait fait mettre l'année* 1537. *pour conſerver plus long tems à ſon édition la grace de la nouveauté.* Eraſme *ſçut qu'on imprimoit ce ſecond Ouvrage contre lui, mais il ne put le voir, puiſqu'il mourut le* 12. *Juillet* 1536. *Ainſi ceux qui ont dit, qu'il en avoit fait ramaſſer* & *brûler par ſes emiſſaires tous les exemplaires, ſe ſont trompés auſſi bien, que dans ce qu'ils ont ajouté, qu'on n'en peut maintenant trouver aucun; car on en voit encore quelques-uns.* SCALIGER *eut honte dans la ſuite de la maniere outrageante, avec laquelle il en avoit uſé à l'égard d'* Eraſme; *comme il paroît par une lettre*

qu'il écrivit quelque temps après à Iaques Omphalius, *dans laquelle il témoigne beaucoup d'Eſtime pour ce grand homme, & par les vers qu'il compoſa ſur ſa mort; mais il ne laiſſa pas malgré tout cela de le traiter encore fort durement dans quelques autres des ſes Ouvrages.*

IVLII CAESARIS SCALIGERI, *Viri clariſſimi*, Poetices libri ſeptem: I. Hiſtoricus, II. Hyle, III. Idea, IIII. Paraſceue, V. Criticus, VI. Hypercriticus, VII. Epinomis, ad Syluivm filium. (*Lugduni*) *Apud Antonium Vincentium* 1561. in fol. pp. 364. exceptis praemiſſis & indice.

Editio prima, optima, ſplendida, rara. Conf. Niceron *Memoires* l. cit. p. 275 ſqq.

BERNARDINI SCARDEONII, de Antiquitate vrbis Patauii, & claris ciuibus Patauinis L. III. Eiusdem Appendix de ſepulcris inſignibus exterorum, Patauii iacentium. *Venetiis, apud Valgriſium*, 1558. in fol.

Editio admodum rara, a Cl. Vogtio, & Gerdeſio, qui editionem *Baſileenſem* 1560. in fol. adducunt, non memorata fuit. Inſertus nunc liber, ad exemplum manu Petri Scriuerii recognitum, emendatus, collatis etiam Sertorii Vrſati *monumentis Patauinis*, eſt P. II. Tom. VI. *Theſauri Antiquitat. & hiſtor. Italiae.* BERNARDINVS SCARDEONIVS, quem Cl. Vogtius p. 607. & I. A. Fabricius in *Conſpectu Theſauri litterar. Italiae* p. 101. non ſatis adcurate *Bernardum* vocant, ſacrarum primum virginum Coenobii S. Stephani Praeſul, deinde Canonicus Patauinus fuit, qui omne fere vitae ſuae tempus, in eo collocauit, vt patriae ſuae monumenta ſummo ſtu-

Digitized by Google

ſtudio, & maxima conquireret induſtria. Mortuus eſt anno 1574. aetatis anno XCVI. Elogium eius conſcripſerunt Martinus Sandellius, & Iacob. Philipp. Tomaſini. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sacer* Tom. I. p. 634. Eiusd. *Bibliotheca ſelecta* L. XVI. Sect. VII. Cap. 10. p. 402. edit. *Colon.* 16 7. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 97. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 1469 ſqq.

HARTMANNI SCHEDELL, Liber chronicorum, ab initio mundi vsque ad annum 1443. cum ſupplemento ex Aenea Syluio, figuris & imaginibus M. Wolgemut & W. Pleydenwurff illuſtratus. *Norimbergae apud Anton. Koburger* 1493. in fol. mai.

idem liber germanice. Das Buch der Chronicken und Geſchichten. Mit Figuren und Bildniſſen. *Nürnberg gedr. durch Ant. Koburger* 1493. in fol. mai.

Luculentam libri rarioris, nuper dedit recenſionem Io. Andreas Fabricius in der *critiſchen Bibliotb.* P. I. p. 11 ſqq.

IACOBI SCHICKFVSII, *I. V. D. Röm. Käyſ. auch zu Hungarn vnnd Böhaimb Königl. May. Raths, Cammer-Fiſcals in Ober-Schleſien, auch Fürſtl. Liegnitſchen Raths*, New vermehrete Schleſiſche Chronica vnnd Landes Beſchreibung, Darinnen Weyland H. Ioach. Curaeus der Artzney D. Einen Grundt geleget. 1170 Bisz an das 1619. Iahr da ſich dero Oeſterreichiſchen Wieneriſchen Linien Regierung gantz endet. Mit ſehr viel nothwendigen Sachen ver-

mehret vnnd gebeſſert. Auch in vier vnterſchiedlich Bücher abgetheylet. Mit ſonderbaren Röm. Kayſerlich. vnd Churfürſtl. Sächſiſchen Privilegiis. *Leipzigk, Inn Verlegung Zachar. Schürers vnd Matth. Goetzens Buchhändler.* in fol. L. I. pp. 266. II. pp. 151. III. pp. 594. IIII. pp. 324. except. praemiſſis & indicibus.

Vid. Cl. Vogtius p. 611. In *Catalogo Bibliothecae Rinkianae*, haec adnotata leguntur p. 409. SCHICKFVSIVS *hoc opus anno* 1625. *Ienae, vt titulus demonſtrat, impenſis* Ioannis Perferti, *Bibliopolae Vratislauienſis, eo tempore, quo Ferdinandus II. Imperator, totam Sileſiam, bello ſubegerat, in publicum protruſit. Auſtriaci igitur cum animaduerterent, id liberaliori calamo eſſe conſcriptum, venditione in Sileſia prohibita, exemplaribus fiſco adſcriptis nouus titulus praefixus, ac loco* Ienae, Lipſia *poſita, Bibliopolaeque Lipſienſes* Schürer & Goetzius *nominati ſunt, id quod* Perfertum *ita adflixit, vt ſcloperi ictu mortem ſibi conſciſceret. In hac autem noua editione, quam tamen* Chriſt. Rungius *in* Miſcellan. litterar. de quibusdam ineditis Sileſiae Scriptoribus *Specim. II. p.* 40. *pro noua non agnoſcit, multa omiſſa ſunt, quae non ad palatum erant.*

SCHILDTBERGER. Eine wunderbarliche und kurtzweilige Hiſtory, wie SCILDTBERGER einer aus der Stadt München in Bayern, von den Türcken gefangen, in die Heidenſchafft geführet, und wieder heimkommen iſt; ſehr luſtig zu leſen. in 4. cum fig. ligno inciſis, pl. 17.

Sub-

Subdubitare quidem videtur Cl. Vogtius, cum hanc p. 613. adferret editionem, de alia repetita editione; ſed inuenimus illius titulum, in *Catalogo vniverſali pro nundinis Francofurtenſibus auctumnalibus anni* 1606. hac ratione conceptum: SCHILDBERGERS *Hiſtoria, wie er von dem Türcken gefangen, in die Heydenſchafft geführet, und widerumb heimkommen iſt. Magdeburg. bey Ioh. Francken.* 1606. in 8.

ANDREAE SCHOTTI, Obſeruationum humanarum Libri V. quibus graeci latinique Scriptores, Philologi, Poetae, Hiſtorici, Oratores, & Philoſophi emendantur, ſupplentur & illuſtrantur. Eiusd. nodi Ciceroniani, Variorumque Libri IIII. item Caroli Langii in Ciceronem Annotationes, eiusdemque carmina lectiora. Seorſim vero edita Procli Chreſtomathia poetica, cum Scholiis ANDREAE SCHOTTI & Petri Io. Nunneſii. *Hanouiae typis Wechelianis* 1615. in 4. mai. pp. 468. except. epiſtola nuncupatoria, indicibus, & Procli chreſtomathia pp. 102.

Hic liber non adeo obuius eſt, & inter libros, qui ſub haſta, vt aiunt, venire ſolent, rariſſime occurrit, quod experientia edocti ſcribimus. *Nodos Ciceronianos* & *Variorum Libros IIII.* vna cum *Cicerone a Calumniis vindicato*, adiectaque *Eulogii Favonii in Ciceronis ſomnium Scipionis, diſputatione,* iam *Antuerp.* 1613. in 8. ANDREAS SCHOTTVS ediderat. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXVI. p. 73.

CLEMENTIS SCHVBERTI, *Luſati, Concionatoris Spirenſis*, de Scrupulis Chronologorum

rum Libri IIII. in quibus nonſolum calculus S. Scripturae, cum ſerie quatuor monarchiarum, & Olympiadibus Graecorum, atque annis ab vrbe Roma condita, pulcherrima harmonia conciliatur, ſed & quamplurimi & difficillimi ſcrupuli eximuntur, editi cum praefatione Dauid. Chytraei. *Argentorati, apud Bernard. Iobinum*, 1575. in fol.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 615. Iacobi le Long *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 954.

ADOLPHI SCHVLCKENII, Apologia pro Bellarmino, de poteſtate papae temporali contra Widdringtoni librum falſo inſcriptum: Apologia Roberti Bellarmini pro iure principum &c. *Colon. Agrippin.* 1613. in 8.

Cum multa liber complecteretur, contra maieſtatem regiam, manu carnificis, in Gallia, in ignem coniectus & combuſtus fuit. Vid. Andr. Caroli *Memorabilia Eccleſiaſt. Seculi XVII.* L. II. p. 316. Rogeri Widdringtoni, Angli, *Apologia Bellarmini pro iure principum contra ſuas ipſius rationes pro autoritate papali principes deponendi*, prod. *Cosmopoli* 1611. in 8. Oppoſuit poſtea Rogerus Widdringtonus Thom. Fitzherbert, qui etiam calamum contra eum ſtrinxerat, & ADOLPHO SCHVLCKENIO, quem nonnulli Bellarminum ipſum fuiſſe exiſtimant, vid. Placcius in *Theatro Pſeudonym.* p. 560. *Confutation of the Reply of* Tho. Fitzherbert, *and of the obiections of* SCHVLCKENIVS, *againſt* Widdringtons *Apology for the Right of Princes*; 1616. in 4. Conf. Eiusdem *Reſponſio Apologetica ad libellum cuiusdam, in eius Apologiam pro iure Principum, ſcriptum, Coſmopoli* 1612. in 8. it. *His laſt Rejoynder to* Fitzherberts

berts *Reply concerning the Oath of Allegiance, and the Popes power to depoſe Princes*, 1619. in 4. Sunt quidem nonnulli, qui ſub Rogeri Widdringtoni nomine, Thom. Preſtonum, Anglum, religioni pontificiae addictum latere, ſcribunt, ſed haec res nondum extra omnem dubitationem poſita eſt. Conf. Vincent. Placcii *Theatrum Pſeudonymor.* p. 616.

Epiſtola D. SCHWRLI ad Charitatem Pirchameram. Carmen Conradi Celtis ad eandem. Epiſtola Pilati ad Tyberium Ceſarem. Epiſtola Lentuli ad Tyberium Ceſarem. Epiſtola Abgari ad Ieſum Saluatorem. Epiſtola reſponſiua ad Abgarum. Vtilitates Miſſe. Exemplum Enee Siluii de vendente miſſam. Vtilitates orationis pro defunctis. Exemplum pulchrum quod contigit Bononie. Sequentia dies ire. Carmen ad diuum Chriſtophorum. in 4. fol. 8.

Collectionis oppido rarae, & Michaeli Maittairio incognitae, argumentum, in titulo, quem adtulimus, iam expoſitum fuit. Tria, quae in titulo non memorantur, iis adiecta ſunt, Georgii Sibuti Poetae & Oratoris laureati, ad Caſpar de Salhauſen, Misnenſis Eccleſiae Canonicum & Scholaſticum, & CHRISTOPHORVM SCHEVRLVM carmina. Editor collectionis eſt CHRISTOPHORVS SCHVRLVS ſeu SCHEVRLVS, & vt Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 123. eum nominat SCHEVERLE Norimbergenſis, vtriusque Iuris Doctor, & *Achademie Albiorene* (Vitebergenſis) Rector. Epiſtola, quae in titulo, primo loco nominatur, dedicatio eſt, qua haec opuscula, *reuerendae & eruditae matri*, Charitati Pirchamerae *Nuremburgenſis Cenobii diuae Clarae Abbati*,

bati, conſecrat. Scripſit illam epiſtolam Bononiae, cum adhuc *ſtudii Bononienſis Sindicus* eſſet. *Calendis Septembris Anno ſalutis ſexto ſupra milleſimum quingenteſimum* (1506). In epiſtola ipſa, inter alia, duas tantum hucusque ſe nouiſſe, ait, matronas, ab ingenio & fortuna dotatas, litteris & opibus conſpicuas: pudicitia & forma, quibus alioquin magnum inter ſe ſit bellum, ornatas, quae facile cum Lelii & Hortenſii filiabus, & Cornelia Gracchorum matre conferri poſſint. Caſſandram ſcilicet Fidelem Venetam, & Charitatem Pirchameram Nurimb. *Nam vt illam*, pergit ille, *in ſilencio pretereamt: vtpote ſuis, & doctorum monumentis, ſatis ſuperque celebratam, Tu ex familia* Pirchamera *orta, apud* Norimbergenſes *antiqua, patricia, famigerata. In qua, ſicut anno abhinc quinquageſimo, floruit* Thomas *iuris Pontificii licentiatus, & ſancti Laurentii praepoſitus. Et poſt eum* Ioannes *auus, &* Ioannes *pater tuus, ambo diuini & humani iuris doctores conſultiſſimi. Ita in preſenti eminet & tanquam luna inter minores ſtellas ſplendeſcit* Vilibaldus *humaniſſimus frater tuus pariter iurisperitus: vir grece, & latine vehementer eruditus. Et belli & pace clarus, optimus orator, optimus ſenator, optimus imperator. Omnes vero* Pirchameri *viri boni, ſpectabiles, improborum inimici, & clariſſimi iure conſulti. Nam ſicut ipſum ius noſtrum ciuile, cum* Sceuolis *naſci videbatur, vnde etiam cognominatum eſt* Sceuolarum diſciplina: *Ita dici poteſt familie Tue peculiare & quodammodo hereditarium.* &c. Sixti autem potiſſimum Tucheri Praeſulis & iurium interpretis, qui ad Pirchameram, & ſuauiſſimam SCHEVRLI materteram Apploniam Tucheram, tales miſerat epiſtolas, quales olim ad Paulam, & Euſtochium, diuus Hieronymus, excitatum ſe eſſe, ſcribit exemplo, vt aliquid ad illam ſcriberet, eius religione, & ſe dignum, quo amicitiae illius magis ac magis inſinuaretur. Praemittitur epiſtolae, *Ad* Charitatem *de fami-*

Digitized by Google

familia Pirckhamer *Sanctimonialem ordinis ſancte Clare* Norimberge *profeſſam* Conradi Celtis *carmen*, quod cum nobis placuit, lectoribus quoque noſtris non iniucundum fore arbitramur, ſi illud in eorum gratiam, hic adiiciemus integrum.

Virgo Romana benedocta lingua
Virginum clarum iubar & corona
Hoc meum paruum rogo fronte leta
Suſcipe donum

Quo tue laudes patrie videbis
Et leges quanto niteat decore
Qualis & ſancti fuerit beata
Vita Sebaldi

O ſoror noſtris merito Camenis
Digna: & eterno mihi vincta amore
Charitas *lingua mihi dans latina*
Candida verba.

Teutonis rarum decus es ſub oris
Virgo Rhomanis ſimilis puellis
Quas vel hiſpaniis tenuit vel olim
Gallia clauſtris.

Docta tu doctum ſequeris parentem
Qui fuit Legum Canonum & peritus
Preſulum charus ducibusque noſtris
Sepe patronus.

Docta tu fratrem Vilibaldum *in vrbe*
Norica *doctum ſequeris pudica*
Greca qui claro ingenioque miſcet
Scripta latinis.

Nuper in diros cecidi latrones
Aurum & argentum mihi qui auferebant
Et dabant noſtro truculenta ſemi
Verbera tergo.

Dulce ſolamen mihi epiſtola mox
Virgo reddebas variis medelis

Que

Quae mihi triſtes pepulere & acres
Mente dolores.

Hinc tibi grates meritas rependo
Virgo Germanae decus omne terrae
Charitas *noſtro recolenda ſemper*
Pectore virgo.

Tuis ſanctis & ſororum tuarum orationibus me commendo.

Anno 1515. *Norimbergae, ex officina Federici Peypus*, prodiit in 4. *Reuerendae matris*, Charitatis Pirckheimerae, *Abbatiſſae Ordinis S. Clarae in Coenobio Norimbergenſi Liber Vnus*, in quo, CHRISTOPHORI SCHEVRLI *epiſtola* primum, Conradi vero Celtis *carmen*, quartum occupat locum. Iſte *epiſtolarum liber*, adiectus poſtea fuit, Bilibaldi Pirckheimeri *Operibus politicis*, *hiſtoricis*, *philologicis*, & *epiſtolicis*, quae, a Melchiore Goldaſto Haiminsfeldo, *Francof. ex officina typographica Io. Bringeri, impenſis Iacobi Fiſcheri* 1610 in fol. pp. 406. in lucem emiſſa fuerunt. SCHEVRLI *Epiſtola* inuenitur p. 340. Celtis *carmen* extat p. 343. De Charitate Pirckheimeria vid. Conradi Rittershuſii *Commentarius de vita & ſcriptis* Bilib. Pirckheimeri, *operibus* Pirckheimeri praemiſſus, p. 3 in Chriſtiani Gottlieb Buderi *Vitis clariſſimorum Hiſtoricorum* p. 86 ſqq. In fine Collectionis CHRISTOPH. SCHEVRLI, reperitur Typographi ſcutum, his adiectis verbis: *Finit libellus de vtilitate Miſſe, quem Ioannes Weyſſenburgius Sacerdos ſolita diligentia imprimebat Nurenberge viceſima Ianuarii Anno Tertiodecimo.* (1513). CHRISTOPHORVS SCHEVRLVS, Norimbergenſis, nouorum iurium, in Academia Vitebergenſi, ordinarius conſtitutus, rectoratum anno 1507. d. 1. Maii, oratione adiit, quae teſte Georgio Chriſtophoro Kreyſigio in der *Hiſtoriſchen Biblioth. von Ober-Sachſen* p. 560. eodem anno litteris man-

mandata fuit. Idem Kreyſigius, duo alia adducit CHR. SCHEVRLI ſcripta, nimirum p. 56. *Orationem in laudem Germaniae & Ducum Saxoniae, habitam Bononiae* 1503. *d. III. Nouembr. impreſſ. Lipſiae*, 1508. in 4. & p. 116. *Commentar. de rebus geſtis Alberti Ducis Saxoniae.* Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotb.* l. cit. Burcard. Gotth. Struuii *Bibliotb. Saxonica* P. II. Sect. I. §. LXXII. p. 396. Bilibaldi Pirckheimeri *Operibus* adiectus eſt p. 349 ſqq. *Viri Nobilis* CHRISTOPHORI SCHEVRLI, *I. V. D. & Patricii Norimbergenſis Commentarius, de vita & obitu Reuerendi Patris* Antonii Kreſſen, *I. V. D. Praepoſiti Norimbergenſis in Collegio S. Laurentii.* Eiusdem *Libellus, de Sacerdotum ac rerum eccleſiaſticarum praeſtantia, tam Chriſtianis quam ethnicis exemplis abunde demonſtrans, Deo dicatis bonis, ſub interminatione futuri & praeſentis iudicii laicis abſtinendum fore atque parcendum. Clericos autem etiam malos honorandos, & cum eorum bonis, diuino ac humano iure ab omnibus exactionibus & muneribus ita immunes eſſe, vt eis aut rei eccleſiaſticae iniuriantes anathema ſint, & plerumque mala morte pereant. Quod & inſcribi placuit: Sacerdotum Defenſorium.* Vitam CHRISTOPHORI SCHEVRLI, in Compendio exhibuit Paull. Freherus in *Theatro virorum eruditione claror.* p. 821 ſqq. Conf. Andreae Sennerti *Athenae Wittebergenſes* Cap. VI. p. 57.

Nobiliſſimae virginis ANNAE MARIAE A SCHVRMANN, Opuſcula Hebraea, Graeca, Latina, Gallica, proſaica & metrica, *Lugd. Batavor.* 1650. in 8. editio tertia auctior & emendatior. *Traiecti ad Rhenum, ex officina Ioan. a Waesberge.* 1652. in 8. pp. 364. except. praefat.

Editiones rarioris libri, Cl. Vogtio incognitae. Poſteriorem ipſi nos poſſidemus. Fridericum Span-

hemium illam, & forte etiam priores edidiſſe, adparet ex praefatione, hiſce opuſculis praemiſſa. Omnium vero recentiſſima editio eſt, quam nuper *recenſitam, animaduerſionibus inſtructam, additaque praefatione* denuo emiſit doctiſſima illa virgo Traugott Chr. Dorothea Loeberia, *Lipſ.* 1749. *apud Mich. Carol. Friderico. Müllerum* in 8.

Aller teutſcher Bücher und Schrifften *des gottſeligen Lehrers, Herrn* IOHANNIS SCHWEBELII, welche er *als der erſten Euangeliſchen Prediger einer in dem hochlöbl. Fürſtenthum Zweibrück*, daſelbſt von anno 1522. bis auf das Iahr 1540. geſchrieben. Erſter theil, *gedruckt zu Zweibrück. durch Caſpar Wittel.* 1597. in 8.

Ander Theil, *ibidem.* 1598 in 8.

Prioris partis, ex *Theſauri Bibliothecalis* Tom. I. p. 101 ſqq. & p. 331. mentionem iam factam fuiſſe conſpicimus a Cl. Vogtio p. 260. Poſteriorem vero partem, quam ſilentio praetermiſerunt, etiam in lucem prodiiſſe, nos docuit *Catalogus omnium librorum, qui nundinis vernalibus Francofurti ad Moenum, & Lipſiae anno* 1598. *venales expoſiti fuerunt.* Conf. de IO. SCHWEBELIO, Scriptores, qui ſupra p. 309. a nobis nominati fuerunt.

SCHWEDISCHE und Saechſiſche Staats-Canzley, in welcher alle diejenigen geheimen und andere Schrifften, welche von der Zeit an, da der Koenig in Schweden in Sachſen gerucket, bis an ſeinen Abmarch, zwiſchen beyden Hoefen gewechſelt worden, und ergangen,

gen, unverfaelſcht zu finden. Zur geheimen Erlaeuterung des damaligen Zuſtandes der Hiſtorie und des Landes von Sachſen. *Coelln bey Ioh. Martenau zu finden* 1708. in 8. pp. 296.

Liber, ob varias rationes, quas exponere non licet, prohibitus & ſuppreſſus fuit.

GASPARIS SCIOPPII, Eccleſiaſticus, auctoritati Ser. D. Iacobi, Magnae Britanniae regis, oppoſitus; in quo diſputatur, de amplitudine, poteſtatis, & iurisdictionis eccleſiaſticae, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, de regum & principum chriſtianorum, erga eccleſiam eiusque antiſtites, ſeu praelatos officio: de natura & ingenio eccleſiae rebellium, ſeu haereticorum; variisque eorumdem ad eccleſiae obedientiam reducendorum modis; de charactere, ſiue ſignis & notis eccleſiae. *Hartbergae.* 1611. in 4. pp. 565.

Recenſet librum inconditum, Chriſtian Auguſt Salig, in der *vollſtaendigen Hiſtorie der Augſpurgiſchen Confeſſion* Tom. I. L. IIII. Cap. III. p. 774. Tanta vero animi acerbitate, verbisque contumelioſis, & conviciis, in hoc ſcripto, contra ſummos principes, qui tunc temporis florebant, more ſuo inuectus fuerat SCIOPPIUS, vt Pariſiis per manum carnificis d. XXIIII. Nou. 1612. comburebatur, *à cauſe*, verba ſunt edicti regii, quo liber dignus flammis iudicatur, *des blaſphemes & diffamations, qui y ſont contenües, contre la memoire du Roy* Henry IIII. *& pour pluſieurs propoſitions tendantes à troubler le repos de la chretienté, & contre la vie & Etats des Rois & Princes ſouverains.* Vid. Niceron *Memoi-*

res Tom. XXXV. p. 191. Quale vero praemium retulerit a Iacobo I. Angliae Rege, ipſe exponit in *Paedia diuinarum ac humanarum litterarum*, vbi p. 25. haec leguntur: *Contemtus mortis; cuius ſpecimen eſt eccleſiae & ſedis apoſtolicae defenſio I. contra Gallos, a quibus* Eccleſiaſticus *eius publice crematus fuit, quem tamen librum Cardinalis* Bellarminus, *aliique magni theologi, ſummis tulerunt laudibus.* II. *Contra Regem Angliae, cuius librum, quatuor diuerſis libris editis profligauit: qui propterea ſcripto publico remedium ei violentum fuit comminatus, eiusque libros in foro exurendos curauit. In Mimo tandem, ſeu comoediae ludicro, coram ſe acto, perſonam eius induci fecit, hancque in ipſum poenam ſtatui, vt faucibus fune eliſis animam per inferiorem gutturem exploderet*, &c. & p. 26. *Sicariorum vndecim de familia Oratoris Anglici, qui cum anno* 1614. Madriti SCIOPPIVM *multis vulneribus, vt ferebantur, confoſſum pro mortuo relinquerent, ita ſibi per vias rem praeclare geſtam gratulantes audiebantur*: Euge iam tandem magnum illum Papiſtam iugulauimus! *Qua de re typis deſcripta extat narratio, quae* Legatus Latro, *inſcribitur.* Conf. P. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2553. Melchior Inchoferus euulgauerat contra GASP. SCIOPPII *Conſultationes de ſcholarum & ſtudiorum ratione, deque prudentiae & eloquentiae parandae modis. Patauii apud Paull. Frambottum.* 1636. in 12. pp. 117. librum, ſub ficto Eugenii Lauandae nomine, cui titulum praefixerat: *Grammaticus Palaephatius, ſiue nugiuendus, hoc eſt in Conſultationes* GASP. SCIOPPII, *de ratione Studiorum: ſcholia & adnotationes.* 1639. in 12. in quo libro, SCIOPPII *Eccleſiaſticum, Meitingae,* haud procul ab Auguſta Vindelicorum prodiiſſe ſcribit.

GASPARIS SCIOPPII, Collyrium regium, Ser. D. Iacobo Magnae Britanniae Regi, gra-

grauiter ex oculis laboranti, omnium catholicorum nomine, gratae voluntatis cauſſa muneri miſſum. Vna cum Syntagmate de cultu & honore, iam tertium edito. *Anno 1611. apud Holofernem Kriegsederum* in 8. pp. 272.

GASP. SCIOPPII *Syntagma de cultu & honore* iam anno 1606. *Romae ex officina Aloyſii Zannetti*, in 8. & *Graetii*, 1610. in 8. prodierat. Haec vero editio, cum praemiſſo *Collyrio regio*, raro hodie inuenitur, ſicuti etiam illa, quae mutato titulo: GASP. SCIOPPII, *Syntagma, de cultu, adoratione & honore editio quarta, cui praemiſſum eſt, eiusdem Collyrium regium*, anno 1616. in 8. prodiit.

ANDREAE SCHIOPPII, *Caſparis fratris*, Elixir Caluiniſticum, ſeu lapis philoſophiae reformatae, a Caluino Geneuae primum effoſſus, dein ab Iſaaco Caſaubono Londini politus, cum teſtamentario Anti-Cotonis codice nuper inuento. *In Ponte Charentonio*, (Antverpiae) 1615. in 8.

Nullum Gaſpar Scioppius habuit fratrem, qui libros ediderit. Prodiit vero hoc nomine in ſcenam Franciſc. Garaſſus, de quo vid. quae ſupra diximus, p. 365 ſqq. Conf. Vincent. Placcii *Theatrum Pſeudonymor.* p. 561. Niceron *Memoires* Tom. XXXI. p. 381.

ANDREAE SCHIOPPII, *Caſparis fratris*, Horoſcopus Anti-Cotonis, eiusque germanorum Martillerii, & Hardiuillerii, vita, mors, coenotaphium, apotheoſis. *Antuerp.* 1614. in 4. *Ingolſtadii*, 1616. in 4.

Digitized by Google

Eiuſdem auctoris Franciſci Garaſſi liber, raro obuivs. Impugnantur in illo 1. *L' Anti-Coton, ou Refutation de la Lettre declaratoire du Pere* Coton. *Livre où eſt prouvé, que les Ieſuites ſont coulpables & autheurs du parricide execrable commis en la perſonne du Roy tres-Chreſtien* Henry IIII. *d' heureuſe memoire. Derniere impreſſion reveüe & augmentée.* 1610. in. 8. pp. 74. cuius recenſio extat in den *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 525 ſqq. 2. *Plaidoyé de* Pierre de la Marteliere *Avocat en Parlement, pour le Recteur de l' Univerſité de Paris, contre les Ieſuites, en* 1611. *à Paris* 1612. in 8. 3. Petri Hardiuillerii, *Actio pro Academia Pariſienſi, aduerſus Presbyteros & Scholaſticos, Collegii Claromontani, habita in Senatu Pariſienſi anno* 1611. quae latine & gallice prodiit *Paris.* 1612. in 8. Vid. Placcius l. cit. Niceron l. cit.

Diſcovery of Witchcraſt by REGINALD SCOT. 1584. in 4.

En titulum libri, quem in Anglia, publica auctoritate combuſtum, & a Chriſtiano Thomaſio, nunquam viſum fuiſſe, ſcribit Cl. Vogtius in *Catalog. libror. varior.* p. 617. Conuerſus etiam liber fuit in linguam Belgarum vernaculam, anno 1609. & recuſus 1638. non ſine elogiis. Cum enim prima vice, iſte REGINALDI SCOTI liber, in Belgio lucem adſpiceret, ornatus fuit carmine Petri Scriuerii, ad Guil. de Bont, criminalis iudicii Lugdunenſis praecipuum iudicem, nec non Gerardi Tuningi, iuris in Academia Lugdunenſi Profeſſoris, qui, vt Scriuerius memorat, Baſſoni, auctor ſuaſorque fuerat, vt librum ex anglico, in belgicum transferret ſermonem, & in publicam lucem prodire iuberet. Conf. Chriſtoph. Daurii *Diſſert. de Sagarum denunciatione*, p. 21. 23. 25. 31.

VLII

IVLII CLEMENTIS, *Placentini*, *ex illuſtriſſima* SCOTORVM *familia*, de poteſtate pontificia in Societatem Ieſu, &c. qui in octo partes tribuitur liber. Franciſci Solanguis, nobilis Cremenſis opera euulgatus. Ad Innocentium X. Summum Pontificem. *Paris. apud Barthol. Macaeum.* 1646. cum priuilegio in 4. pp. 390.

Niceron Tom. XXXVIIII. des *Memoires* p. 73. librum 1546. prodiiſſe ſcribit, quem centum annis eſſe iuniorem nouimus. Neque vero Gaſpar Scioppius hunc librum edidit, vt Adrianus Baillet dans la *liſte des Auteurs deguiſez* p. 601. ſibi perſuaſerat, neque Melchior Inchoferus, vt Mr. Bourgeois dans la *relation* teſte Nicerono Tom. XXXV. p. 344. prodidit, illum conſcripſit: Sed IVLIVS CLEMENS SCOTTI potius auctor illius eſt, pariterque editor. Neque vero *Pariſiis* ſed *Venetiis* liber impreſſus eſt, id quod Theophil. Raynaldus in CLEMENTE SCOTO VIRBIO teſtatur, vti §. IIII. ſcribit: *Conſtat opus furtim Venetiis, ipſo praeſente* CLEMENTE SCOTO, *cuſum eſſe, idque norunt, qui nondum aere lavantur.* Libri publica auctoritate damnati & prohibiti dedit hiſtoriam Niceron ll. citt. Inſeruit illum Io. Adam. Scherzerus *Bibliothecae pontificiae, ſeu Papiſmo vapulanti, ex ipſorum pontificiorum Scriptis detecto. Lipſ.* 1708. in 8.

PAVLLI SCRIPTORIS, *Sueui*, *Wylenſis*, *Ord. Minor.* Lectura & Explanatio, in primum ſententiarum Scoti librum. *Tubingae.* 1498.

De libri raritate vid. S. R. Gerdeſii *Florileg.* p. 257. vbi vero per typothetarum errorem M. CCCCXVIII.

Digitized by Google

pro MCCCCXCVIII. legitur. Conf. de PAVL. SCRIPTORE, qui ab aliis etiam PAVLLVS *Sueuus* dicitur, Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 548. Antonii Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. III. p. 27 ſqq. Io. Gottfr. Olearii *Biblioth. Scriptor. Eccleſ.* P. II. p. 66. Luc. Waddingi *Scriptores Minorum* p. 274. qui vero per errorem alium eſſe PAVLL. SCRIPTOREM, alium PAVLL. *Sueuum*, ſibi perſuaſit. & vtrique *Commentarium in librum Scoti Sententiarum I.* tribuit. Vid. I. A. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. XV. p. 646 ſqq.

Vitae Archiepiſcoporum Halicienſium & Leopolienſium, per IACOBVM SCROBISSEVIVM, *Canonicum Leopolienſem*, editae. *Leopoli, in officina typographica Ioannis Szeligae, Archiepiſcopalis Typographi.* A. D. 1028. in 4. pl. 20.

IACOBVM SCROBISSEVIVM, Samuel Ioach. Hoppivs in *Schediaſmate de Scriptoribus Hiſtoriae polonicae* §. III. *Scorbiſſeuium* perperam nominat, librumque eius minus adcurate *Leopoli*, 1528. prodiiſſe ſcribit. Libri vberiorem ſuppeditat notitiam Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zalusk. Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 102 ſqq.

GEORGE DE SCVDERY, Alaric, ou Rome vaincüe, Poeme heroique. *A Paris* 1654. in fol.

Recuſum quidem fuit hoc poema *Paris.* 1656. in 12. ſed haec prima editio rariſſima eſt, & ob figurarum a Franciſco Chauveau, aere expreſſarum, nitorem & elegantiam magni aeſtimatur. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XV. p. 129.

Digitized by Google

R. P. STANISLAI SCZYGIELSKI, *Praepoſiti Tucbouienſis*, *Ordinis S. Benedicti*, Aquila Polono - Benedictina: In Qua, Beatorum & Illuſtrium Virorum Elogia, Caenobiorum, ac Rerum Memorabilium Synopſis, Exordia quoque & Progreſſus. Ordinis D. P. Benedicti. per Poloniam, & eius Sceptris ſubiectas Prouincias, breuiter deſcribuntur. Item duplex fulcrum Ordinis Congregationum proponitur, *Cracouiae. In Officina Viduae & Haeredum Franciſci Caeſarii. S. R. M. & Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Epiſc. Crac. Typographi. Anno Domini*. 1663. in 4. pp. 376.

Rariſſimum hoc opus eſſe, teſtatur Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 105. Omnis vero in illo, Ordinis Benedictinorum per Poloniam, hiſtoria, ſub aquilae imagine, per allegoriam adumbratur. Extat ab eodem auctore liber itidem rariſſimus, titulo: *Series & notitia Trocenſium Abbatum, Ordinis S. Benedicti, ad conſeruandam viridi & celebri recordatione Praedeceſſorum (aeuo ſuccedente) decus. Concinnata per A. R. D.* STANISL. SCZYGIELSKI, *Ord. S. Benedicti. & ab eodem, Perilluſtri & Reuerendiſſimo Domino*, Stephano Kobierzycki, *Abbati Trocenſi, Praepoſito Pioſanenſi, officioſe oblata dicataque. de licentia Superiorum. Cracouiae, apud Haeredes Chriſtophori Schedel. S. R. M. Typogr. Anno Domini* 1668. in 4. pp. 28. Recenſuit librum ſatis adcurate, laudatus Iohann. Daniel Ianozki l. cit. P. II. p. 97. ſqq.

Reuerendiſſimi D. D. STANISLAI SCZYGIELSKI, *Abbatis Trocenſis Ordin. S. Benedicti*, Liber Penthicus de Commendatariis Regularium Praelatis: in quo, Commendatorum Monaſteriorum grauiſſima incommoda; & Praelatorum Commendatariorum, in Religioſos, non abſoluta, ſed circumſcripta Iurisdictio, clariſſime demonſtratur. *Impreſſus Vilnae apud Franciſc. Anno D.* 1681. in 4. pp. 200.

Raritate priores, quos, ab eodem auctore editos adduximus, libros, hunc ſuperare, & adeo rarum eſſe, teſtatur Io. Daniel. Ianozki l. cit. P. II. p. 99. vt per omnem ſuam vitam, oculis ſe non aliud vſurpaſſe exemplar, ſuo adſcripſerit exemplari, Celſiſſimus Princeps Ioſeph. Andreas Comes in Zaluskie Zaluski. Illum vero librum ab Abbatibus Commendatariis, plane ſuppreſſum eſſe, non ſine ratione, coniicit Io. Daniel Ianozki, quod factum iam amicus quidam, ipſi STANISLAO SCZYGIELSKI, epigrammate ſequenti praedixerat:

Quo ruis accenſus, ſed non ſine laude furore?
Quo ruis armatus, STANESILAE, *ſtylo?*
Forte aliquem quaeris, Boleslaum? ſiccine cordi
Martyrii arridet palma decora Tuo?
Crede mihi: multus Tibi procurabitur hoſtis,
Dum, Commendantes, *non ſine bile, petis.*
Inſurgent toto cyrrhata cadauera mundo,
Virtutemque Tuam dedecorare volent.
Quid metuas? nunquam ſol obſcuratur ab umbris.
Dente crepent, linquant dummodo ouile, lupi.

CLAVS

CLAVDII SEBASTIANI, *Metenſis*, Bellum muſicale, inter plani & menſuralis cantus Reges, de principatu in Muſica obtinendo, contendentes. *Argentorati*, 1563. in 4.

Quis ille CLAVDIVS SEBASTIANVS, fuerit, omni adhibita opera, inueſtigare non potuimus. Quae Io. Godofredus Walther in *Muſicaliſchen Lexico* p. 562. de illo SEBASTIANO ſcribit, nullius plane ſunt momenti. Liber a raritate laudatur in *Bibliotheca Dalmanniana* p. 201. Editionem, quam Martin. Lipenius, in *Bibliotheca philoſophica*, & ex illa I. G. Walther, l. cit. *Argentin.* 1568. in 4. adfert, typothetarum vitio enatam, eſſe crediderimus.

QVINTI SECTANI, Satyrae. Editio nouiſſima, cum notis Anonymi, concinnante P. Antoniano. *Amſtelodami* (Romae) *apud Elzevirios.* 1700. in 4.

Satyrae iſtae in italicum ſermonem conuerſae bis fuerunt editae. Prima editio hoc prodiit titulo: *Le Satyre di* SETTANO *ridotte in verſi volgari. In Spira.* 1698. in 12. Adſcripſit illi Nicol. Fr. Haymius nella *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 141. *Non ſono che ſei Satire; alcuni vogliono che ſiano tradotte dall' Autore medeſimo che le ſcriſſe in Latino.* Secundae editionis titulum idem Haymius adtulit l. cit. *Le Satire di* QVINTO SETTANO, *tradotte da* Seſto Settimio, *ad iſtanza di* Ottavio Novio, *dedicate a* Decio Sedicino *contra* Filodemo. *In Palermo per Dominico Corteſe* 1707. in 8. In iſta editione XIIX. reperiuntur Satyrae. Auctorem qui eas conſcripſit SERGARDVM fuiſſe adpellatum nos docet *Catalogus Bibliothecae Menkenianae* p. 770. vbi editio *Satyrarum* latina, *cum notis & continuatione* P. *Antoniani. Libr. II. Amſtelod.* (Romae) 1702. II.

Vol.

Vol. in 8. reperitur. Prodierunt recentioribus temporibus L. SECTANI, Q. fil. *de tota Graeculorum huius aetatis litteratura ad* Gaium Salmorum *Sermones V. Accedunt quaedam* M Philocardii *enarrationes Hag. Vulpii & Corythi.* 1738. in 8. mai. Adiectus illis plerumque alius libellus conſpicitur, cui ſermone italico hic praefixus eſt titulus: *I Piſferi di Montagna che andarono per ſonare e furono ſonati. Ragionamento di* Ceſſelio Filomaſtige. *à Leida ed in Londra.* 1738. Etſi titulus alia impreſſionis loca prae ſe fert, charta tamen, & typorum, quibus exſcriptus liber eſt vterque, forma, illum in Italia prodiiſſe comprobant. Nouimus praeterea illum Ioanni Lamio, I. V. Doctori, Hiſtoriae eccleſiaſticae in Athenaeo Florentino Profeſſori publico, & hiſtoriae vniuerſalis in academia equeſtri, Ricardinae Bibliothecae Praefecto, diuerſarum Societatum litterariar. inter Italos ſocio, a quibusdam tribui, etſi is librum, a ſe profectum eſſe, ſemper negauit. Conf. Iacob. Bruckeri *Pinacotheca Scriptorum, noſtra aetate illuſtrium* Tom. I. Decad. IIII. in vita Io. Lamii.

NICOLAI SECVRI, *Rel. Erem. Mag.* Plato beatus, ſiue de ſalute Platonis, pia Contemplatio. *Venetiis apud Valuaſſorem* 1666. in 12. pp. 225. exceptis carminibus gratulatoriis, & indice.

Cl. Vogtius in *Catalogo libror. rar.* p. 617. SECVRI librum, merito ad claſſem librorum perrarorum, referendum eſſe arbitratur, quem hactenus in nullo etiam Catalogo inſtructiſſimarum Bibliothecarum indagare potuit. Extitit vero in Bibliotheca Vilenbroekiana, & in Bibliotheca Selliana, quarum *Catalogos* euolue ſi tibi placuerit, & quidem illum num. 657. hunc vero P. I. in Append. p. 165. Vterque inſignem libri raritatem teſtatur.

NICO-

NICOLAVS SECVRVS, nomen quidem ſuum, libri titulo non adpoſuit, eum vero auctorem eſſe, folium docet, quod titulum ſequitur, vbi haec legimus verba. *Pie ſic de ſalute Platonis contemplabatur Fr.* NICOLAVS SECVRVS, *Rel. Erem. Mag. Platonicorum diſcipulorum diſcipulus, olim F. Hieron. Leccius, Sacerdos Cappuc.* Non ſpernendam libelli dedit recenſionem Chriſtophor. Auguſt. Heumannus in *Actis Philoſophorum* Tom. III. p. XIIII. Art. III. p. 241 ſqq. Scripſit quidam, quod ὡς ἐν παρόδῳ hic adiiciamus, Lambertus de Monte, *Quaeſtionem magiſtralem, oſtendentem per authoritates Scripturae diuinae, quid iuxta ſaniorem doctorum ſententiam probabilius dici poſſit, de ſaluatione Ariſtotelis Stagiritae anno* 1487. in fol. chartis decem. De quo libro admodum raro vid. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 443. Giſberti Voetii *Diſſert. Select.* Tom. II p. 02. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 326. not. R. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. III. c. VI. p. 176. Chriſt. Aug. Heumanni *Lib. de Anonymis* p. 103. Vincent. Placcii *Theatrum Anonymor.* p. 77. qui, librum, a *Scholaſticis Colonienſibus*, editum eſſe ſcribit.

IEAN RENAVLT DE SEGRAIS, les Nouvelles Françoiſes, ou les Divertiſſements de la Princeſſe Aurelie. *A Paris chez Sommaville.* 1657. II. Tom. in 12.

Repetitam habemus editionem, *Paris.* 1722. II. Tom. in 12. quae librum olim paullo rariorem, nunc facilem inuentu reddidit. Conf. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 618.

P. ALVARO SEMEDO, *Portugheſe*, relazione della grande monarchia, della China. *In Roma.* 1643. in 4. pp. 309.

Corri-

Corrigendus hic eſt Nicolaus Franc. Haym, qui nella *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 87. librum 1543. prodiiſſe ſcribit. Maximae raritatis eſſe librum teſtatur Cl. Vogtius p. 620. ſed rarior eſt editio originalis, e MStis ALVARI SEMEDO ſ. SAMEDO, qui, per duo & viginti annos, in imperio Chinenſi commoratus fuerat, collecta, lingua luſitanica conſcripta, & tit: *Imperio de la China, y Cultura euangelica en el, por los religioſos de la Compania de Ieſus, por el P.* ALVARO SEMEDO, *Madrid*, 1642. in 4. a Manoel de Faria y Souſa, qui etiam edidit, *Aſia Portugueſa. En Lisboa*, 1677. II. Tom. in fol. in lucem emiſſa. In gallicum Sermonem liber translatus & editus fuit hoc titulo: *Hiſtoire univerſelle du Royaume de la Chine, traduite de l'italien, du P.* ALVAREZ SEMEDO, *par* Louis Coulon, *à Paris.* 1645. in 4. & adiecta *Hiſtoire de la guerre des Tartares par* Martin Martini, recuſa eſt *Lugd. Bat.* 1667. in 4. Verſionem anglicam, tabulis geographicis, & figuris aere expreſſis ornatam, *Londini* 1655. in fol. prodiiſſe, teſtatur die *Einleitung zu dem VI. Bande der allgemeinen Reiſebeſchreibungen*, vbi etiam legimus quod Montanus ſuam *regni Sinenſis hiſtoriam*, maxima ex parte, ex ALVARI SEMEDO, & Martini Martinii Relationibus hiſtoricis, contexuerit.

CLAVDII SENARCLAEI, Hiſtoria de morte Ioannis Diazii, Hiſpani, quem Alphonſus Diazius nefarie interfecit. 1546. in 8.

A CLAVDIO SENARCLAEO, hanc *hiſtoriam*, de qua vid. Cl. Vogtius p. 620. & Gerdeſius p. 257. non conſcriptam, ſed ab alio confectam, & ſub eius nomine, editam eſſe teſtatur Ios. Simlerus in *Bibliotheca* vbi p. 131. haec legimus: CLAVDIVS SENARCLAEVS, *doctiſſimus iuuenis, ſcripſiſſe fertur hiſtoriam* Ioannis Diazii, Hiſpani, *a fratre ſuo* Alphonſo *impie*

impie trucidati, *quod eius caedis oculatus teſtis fuerit*: *ſed ab alio quodam deſcripta ea*, *falſoque vt inuidiam declinaret*, *illi attributa*, *in* Germania *excuſa eſt*, *anno* 1546. *cum praefatione* Buceri. Conf. Vincent. Placcii, *Theatrum Anonymor*. p. 276. In *Bibliotheca Telleriana* huius libri exemplum extitit, in pergamenis impreſſum. Vid. iſtius Bibliothecae *Catalogus*. p. 350. Alia narratio ſceleris fraternae necis, nobis eſt ad manus, cui titulus praefixus conſpicitur: *Ein erbermlich geſchicht*, *wie ein Spanioeliſcher*, *vnd Roemiſcher Doctor*, *vmb des Evangelions willen*, *ſeinen leiblichen Bruder ermordt hat*. *Mit einer Vorrede Doctor* Iohann Langen zu Erffurt Eccleſiaſten. *An.* 1546. in 4. fol. 8. In fine leguntur haec verba: *Gedruckt zu Erffurt durch Merten von Dolgen*, *zum gülden Mohr*, *bey den prediger Thor*, Libellum dedicauit Iohan Lange, *Doctor*, *zu Erffurth Eccleſiaſtes dem Erbarn*, *vnd weiſen* Eraſmo Chilian *zu* Arnſtadt *Burgermeiſter*. Ioannis Diazii, Hiſpani, Cruentiae, regni Toletani ciuitate, nati, imaginem adtulit, eiusque hiſtoriam, breuibus expoſuit Theodorus Beza, in *Iconibus*, *i.e. veris imaginibus virorum doctrina ſimul & pietate illuſtrium*, & quidem inter *Chriſtianismi apud Hiſpanos renaſcentis inſtauratores praecipuos*.

LVCII ANNEI SENECE liber de mundi gubernatione: diuina prouidentia: qualiter multa mala bonis viris accidunt. in 4. folior. 12.

Editio oppido rara, Fabricio, Maittairio, Leichio, & aliis, qui de Typographiae incunabulis ſcripſerunt, incognita. In fine eius, typographus haec adiecit verba: *Explicit liber de prouidentia Dei. Impreſſus Lyptz per Arnoldum de Colonia. Anno nouageſimo* (nonageſimo) *quinto.* (1495.) Contulimus hanc editionem, cum illa, quae cum variorum notis *Amſtelod.* 1619. in 8. in lucem prodiit, & hanc no-

noſtram, variis in locis, ab ea diſcedere, multiſque typothetarum vitiis deformatam eſſe deprehendimus. Speciminis loco initium hic adiiciemus: *Queſiſti a me lucilli* (Lucili) *quid ita ſi diuina prouidentia mundum ageret;* (ſi prouidentia mundus ageretur) *multa bonis viris accidere* (acciderent) *mala: hoc commodius in contextu operis redderetur: cum preeſſe vniuerſis prouidentiam probaremus. Et intereſſe nobis Deum. Sed quoniam a toto particulam reuelli placet. Et vnam contradictionem manente lite integra ſoluere: faciam rem non difficilem cauſam deorum agenti* (agam) *Superuacuum eſt in praeſentia oſtendere non ſine aliquo cuſtode tantum opus ſtare. Nec hunc ſidereum certum curſum. Et diſcurſum fortuiti* (ſiderum certum diſcurſum fortuiti) *impetus eſſe: Et que caſus incitat ſepe turbari: & cito arietare. hanc inoffenſam velocitatem procedere eterni* (aeternae) *legis imperio tantum terre marique geſtantem:* (tantum rerum terra) *tantum clariſſimorum luminum ex diſpoſitione lucentium non eſſe materie errantis: hunc ordinem: Neque que temere exierunt* (coierunt) *tanta: arte pendere: vt terrarum grauiſſimum pondus ſedeat immotum: Et circa ſe properantis celi fugam ſpectet:* (ſpectat) *vt infuſa vallibus maria molliant terras: nec vllum incrementum fluminum ſeuciant:* (ſentiant) *vt ex minimis ſeminibus naſcantur ingentia.* &c.

LVCII ANNEI SENECE, *cordubenſis, maximi Latinorum magiſtri, & inſtitutoris honeſte vite.* ad Lucillium epiſtolarum liber de viuendi ratione preclarus & auro precioſior.

Epitaphium Senece

Cura. labor. meritum ſumpti pro munere honores
Ite. alias poſthac ſollicitate animas,

Me

Digitized by Google

Me procul a vobis deus euocat. illicet actis
Rebus terrenis. hoſpita terra vale
Corpus auara tamen ſolemnibus accipe ſaxis
Namque animam celo reddimus, oſſa tibi.

in 4. folior. 87.

Et haec quoque editio, viris modo memoratis in, cognita fuit, niſi Leichio quandam illius habuiſſe notitiam concedamus. Ille enim in libello, quem edidit *de Origine & incrementis typographiae Lipſienſis*, p. 100. SENECAE *epiſtolarum librum ad Lucilium de viuendi ratione, per Arnoldum de Colonia Lipſiae* impreſſum eſſe, *ſine anni indicio*, in 4. ſcribit. Noſtrae vero editioni, annum impreſſionis adiectum eſſe, typographi docet ſubſcriptio, quam hic adiicimus: *Epiſtole* SENECE *vsque ad quartum decimum librum abbreuiate finiunt. Impreſſe, Lipczk per Arnoldum de Colonia Anno ſalutis Mileſimoquadringenteſimononageſimoquinto.* (1495) LXXXIIX. tantum SENECAE epiſtolae priores, in hac editione, reperiuntur, ita tamen vt ex epiſtola XLIIX. duae factae conſpiciantur. Epiſtola enim in noſtra editione XLIIX. his inchoatur verbis: *Ad epiſtolam, quam mihi ex itinere miſiſti*, epiſtola vero XLVIIII. his incipit verbis: *Mus ſillaba eſt.* &c. Praeterea epiſtola LXXV. cuius hoc eſt initium: *Minus tibi accuratas a me epiſtolas mitti quereris*, in editione noſtra locum occupat LI. Ita vero omnes truncatae, mutilatae & in compendium redactae comparent epiſtolae, vt difficile ſit pronunciare, eas a SENECA conſcriptas eſſe. Selegimus ſpeciminis loco, epiſtolam XLVI. quae vna e breuioribus eſt: *Librum tuum quem mihi promiſeras accepi. qui tantum blanditus eſt mihi vt procederem longius. & tanta dulcedine me tenuit. vt illum ſine vlla dilatione perlegerem. Sol me inuitabat. fames ammonebat. nubes minabantur tamen exhauſi totum. non tantum delectatus ſed gauiſus.*

Sic enim eligenda eſt fertilis materia quae capiat ingenium & incitet. De libro plura ſcribam cum illum retractauero. O te hominem felicem quod nihil habes propter quod tibi mentiatur niſi quod iam etiam vbi cauſſa ſublata eſt mentimur conſuetudinis cauſa. Vale.

LVDOVICI SEPTALII, *Patricii & Medici Mediolanenſis, & in coenobiana ſchola actiuae philoſophiae publici profeſſoris:* de ratione inſtituendae & gubernandae familiae Libri V. Senator F. edidit, & Iulio Areſio Senatus Mediolanenſis Principi dicauit. *Mediolani, apud Io. Baptiſt. Bidellium.* 1626. *Superiorum permiſſu.* in 8. pp. 414.

De rariſſimo hoc libro, nuper data opera egit Rudolphus Antonius Fabricius Phil. D. & P. P. O. in Academia Iulia, in *Programmate*, quô LVDOVICI SEPTALII, *de ratione inſtituendae & gubernandae familiae, libri a ſe reperti, hiſtoriam narrat, eumque Phoenicem librorum non eſſe, probat. Helmſt.* 1748. in 4. Edidit vero nuperrime Ioſephus Antonius Maria Belli I C. & in imperiali Monaſterio Weingartenſi Conſiliarius, reique iudiciariae Praefectus, LVDOVICI SEPTALII, *Patricii Mediolanenſis, & in Coenobiano Collegio Philoſophiae actiuae Profeſſoris publici, Opus geminae vtilitatis, priuatae & publicae. Primum conſtans libris quinque, de ratione familiae, cum inſtituendae tum gubernandae, ſcriptum ſermone latino, multis ſolo nomine ac titulo cognitum, caetera perperam pro inedito habitum. Alterum conſtans libris VII. de ratione ſtatus, quidem ſermone italico, iuncta tamen, a latere dextro, verſione latina* V. C. Ioannis Garmerſii, M. D. *vtrumque ob exemplarium paucitatem, ab erudito orbe, diu multumque deſideratum. Ratisbonae.* 1749. in 4. De Poſteriore SEPTALII libro, qui *rationem Status* exponit, poſſidemus editio-

tionem, hoc titulo conſpicuam: LVDOVICI SEPTALII, *Patricii Mediolanenſis, de Ratione Status Libri Septem. De Italico in Latinum verſi a* Ioanne Garmers. *Ad Illuſtrem Virum Dn.* Vincentium Möllerum *S. R. M. Sueciae, & Sereniſſ. Ducis Holſat. Conſiliarium, Illiusq; Legatum Reſidentem &c. Accedunt breues notae & accuratus rerum Index. Hamburgi, Imprimebat Michael Pfeiffer, Sumptibus Ioannis Naumanni, Bibliop. Hamb. Anno* 1659 in 8. pp. 533. ſi praemiſſa, & indicem omiſeris. Italice liber prodiit *della ragion di Stato, libri ſette, di* LOD. SETTALA. *In Milano, per Gio. Battiſta Bidelli.* 1627. in 4.

IOANNIS GENESII DE SEPVLVEDA, Errata Petri Alcyonii, in interpretatione Ariſtotelis.

De Occaſione, qua Sepulveda adductus, librum conſcripſiſſe dicitur, vid. quae ſupra p. 52. de Alcyonii interpretatione latina *operum* Ariſtotelis *variorum* diximus. De hoc autem libro, ſcribit Niceron Tom. VI. des *Memoires* p. 161. Alcyonius *fut ſi mortifié de cette Critique, où il n' étoit gueres épargné qu' il en acheta tous les exemplaires, qu' il pût trouver, & les jetta au feu; ce qui a rendu ce livre extremément rare.* Conf. Tom. XXIII. p. 347.

IOANNIS GENESII DE SEPVLVEDA, Democrates ſecundus, ſeu de iuſtis belli cauſſis: An liceat bello Indos proſequi auferendo ab iis dominia poſſeſſionesque, & bona temporalia, & occidendo eos, ſi reſiſtentiam appoſuerint, vt ſic ſpoliati & ſubiecti, facilius per Praedicatores ſuadeatur eis fides. *Romae.* in 4.

Digitized by

Huius libri, qui cura Antonii Auguſtini impreſſus, adeo rarus factus fuit, vt editor *Operum* SEPVLVEDAE, nullum plane inueniret exemplum, quod deſcribere potuerit, exponit hiſtoriam Niceron *Memoires* Tom. XXIII. p. 343. cuius hic adſcribemus verba: *Il y avoit déja long temps que* Barthelemi de las Caſas, *Dominicain, qui étoit Confeſſeur de* Charles-Quint, *ſe plaignoit à ce Prence de l'avarice, de la cruauté, & des débauches des Espagnols dans les Indes, qu'il connoiſſoit d'autant mieux, qu'il en avoit été lui-même temoin. Il le preſſa ſurtout dans un Conſeil tenu à* Valladolid, *de réprimer ces excés, le menaçant s'il n'y mettoit ordre, que Dieu irrité depouilleroit les Espagnols de la Souveraineté des Indes. Mais il ſe trouva des perſonnes qui excuſerent ces deſordres, parce qu'ils y trouvoient leur compte; &* SEPVLVEDA *prit leur parti, diſant que ce que les Eſpagnols faiſoient, leur étoit permis par les loix divines & humaines, parce qu'ils uſoient du droit de la guerre, comme ſur des Esclaves & des gens pris en guerre. Il compoſa même un livre ſur ce ſujet: mais* las Caſas, *& l'Evêque de* Segovie *en empêcherent la publication. On tint ſur cela pluſieurs aſſemblées en Eſpagne, & il fut enfin reſolu en* 1547. *que puisque cette affaire regardoit la conſcience, on prendroit l'avis des Theologiens. Ceux d'* Alcala, *& de* Salamanque *ayant été conſultés, convinrent, après des longues conteſtations, qu'il étoit de l'interêt de la Religion, qu'on ſupprimât le livre de* SEPVLVEDA *comme rempli d'une mauvaiſe doctrine. Celui-ci ne ſe rendit point pour cela; car il envoya ſon livre à* Rome *à ſes amis, pour le faire imprimer. L'Empereur l'ayant appris en défendit la publication dans tous ſes Etats, & donna ordre d'en ſupprimer tous les Exemplaires, qu'on y trouveroit.* SEPVLVEDA *irrité de cet ordre, & perſeverant dans ſon opiniâtreté, demanda qu'il lui fût permis de diſputer ſur cette matiere avec* las Caſas, *& l'Evêque de* Segovie. *Il obtint ce qu'il demandoit, & trois ans*

après

après on ouvrit une diſpute publique, où Dominique Soto, *fameux Theologien, Confeſſeur de l' Empereur, aſſiſta; mais* Charles Quint, *qui étoit accablé d' affaires importantes, & qui avoit pluſieurs guerrés à ſoutenir, n'eut pas le temps de rien decider ſur ce Sujet; ainſi les cruautés des Eſpagnols dans les Indes furent plûtôt tolerées qu' approuvées.* Conf. p. 353. Conſcripſerat Antonius Ramirus, contra SEPVLVEDAE librum opus titulo inſignitum: *de bello barbarico,* quod poſtea SEPVLVEDA in *Apologia pro libro de iuſtis belli cauſſis ad* Antonium Ramirum *Epiſcopum Segouienſem, Romae.* 1550. in 8. refellere adgreſſus eſt. Habemus etiam a SEPVLVEDA alium librum, qui in *Operibus* eius *Colon. Agrippin.* 1602. in 4. editis, inuenitur, cui titulus *Democrates primus, ſiue de honeſtate diſciplinae militaris libri tres, ad* Fernandum Toletum *Albanorum Ducem. Romae.* 1535. in 8. in quo militiam religioni chriſtianae non aduerſari demonſtrat. Niceron l. cit. p. 350. nos docet, quod nonnullis codicibus, huius libri MStis, titulus praefixus ſit: *de conuenientia militiae cum religione chriſtiana,* & quod Antonius Barba, Franciſci Quignonii Cardinalis Secretarius, in ſermonem Hiſpanicum illum conuerterit, & *Hiſpal.* 1541. in 4. ediderit.

Le SERAIL de Delys, ou Parodie de la Tragoedie d' Alcibiade, petite Comedie en vers par Mr ***** *A Cologne*, 1735. in 8.

Paucorum foliorum hoc opuſculum eſt, quo nihil obſcoenius & deteſtabilius effingi poteſt. In Contumeliam de Mr. Duliz Iudaei Luſitani, qui haud ita pridem in Belgio notus fuit, & ob diuitias, quas collegerat Attalicas, omnium in ſe conuertit oculos (vid. *Memoires Anecdotes pour ſervir à l' hiſtoire de M.* Duliz *fameux Iuif Portugais à la Haye. Et la Suite de ſes Avantures, après la Cataſtrophe de*

celle de Mademoiſelle Peliſſier, *Actrice de l'Opera de Paris. A Londres, Chez Samuel Harding.* 1739. in 8. pp. 188.) & ad imitationem di *Alcibiade fanciullo* tragoediae ſotadicae, quae P. Aretino plerumque tribuitur, conſcriptum, & innumerabilibus typothetarum vitiis deformatum eſt.

MICHAELIS SERVETI, & librorum ab eo editorum omnium, luculentam nuperrime dedit hiſtoriam Vir Summe Reu. Io. Laurent. de Mosheim in *Anderweitigen Verſuch einer vollſtaendiger vnd vnpartheiiſchen Ketzergeſchichte, Helmſt.* 1748. in 4. quo in libro, data opera, infeliciſſimi illius hominis vitam, exponit, multisq. documentis nondum editis, illuſtrat. Conf. die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* Tom. IIII. p. 125 ſqq.

Enchiridion Impedimentorum, quae iuxta Canonicas conſtitutiones, in matrimoniis contingunt, ad iudicum & confeſſorum faciliorem cognitionem *authore* GREGORIO DE SHAMOTVLI, *Canonum Doctore, Ordinario Lectore Eccleſieque Cracouienſis Penitentiario*, non minus lucide quam ſuccincta congeſtorum & deciſorum.

Tetraſticon

Ad Lectorem Eiusdem D. Gregorii.

Quisquis amas, paucis, canones noſſe latini
Coniugii, impediant qui dirimantue thoros
Et cupis auricomos tetradis carpere fructus
Arboris, iſta lege, doctus eſſe potes.

Impreſſum Cracouiae. Per Florianum Vnglerium,

Digitized by Google

rium, e directo Minoris Collegii, Anno D. 1529. in 8. folior. 63.

Plurima huius libri exempla, ignis incendio, Craconiae exorto, abſumta fuerunt, quapropter ille, rariſſime in bibliothecis hodie comparet. Vid. Io. Daniel Ianozki *Nachricht von denen in der Zalusk. Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 24 ſqq.

ROBERTI SHERINGHAM, Diſceptationes de Anglorum gentis origine, migratione, ſedibus &c. *Cantabrig.* 1670. in 8.

Si Cornelio a Beughem in *Bibliographia hiſtorica, chronologica, & geographica* p. 224. fidem habemus, hic liber recuſus fuit *Londini* 1678. in 4.

BARTHOLOMAEI SIBYLLAE, Speculum peregrinarum quaeſtionum, tres Decades, in quibus de Animabus, de Caelo, Inferno, Purgatorio, de Angelis bonis ac malis, deque hominibus, nec non de aliis ſcitu digniſſimis, pertractatur, ex theologis, iurisperitis, philoſophis & Aſtrologis concinnatum.

Variae huius libri, quem a Cl. Vogtio in *Catalog. libror. rar.* p. 651. *opus* nominari conſpicimus *rariſſimum*, extant editiones. Innotuerunt nobis *Romana* anni 1493. vid. Ioan. Sauberti *Hiſtoria Bibliothecae reip. Norimbergens.* p. 178. Cornel. a Beughem *incunabula Typograph.* p. 126. Mich. Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 565. *Pariſina* 1497. vid. Beughem l. cit. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & Scriptis Eccleſiaſt.* Tom. III. col. 2370. Maittaire *Annal.* Tom. I. p. 650. *Argentinae per Io. Grüninger* 1499. in 8. vid. Beughem l. cit. Ios. Simleri

Digitized by Google

Biblioth. p. 89. Maittaire Tom. I. p. 692. *Lugdunenſis* 1516. vid. Cl. Vogtius l. cit. *Lugdunenſis* 1521. vid. Oudinus l. cit. *Catalogus Bibliothecae Tellerianae* p. 79. *Veneta* 1575. extat apud Anton. Poſſeuinum in *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 185. & in Nicol. Baſſaei *Collectione omnium in vnum Corpus librorum* P. I. p. 114. *Veneta* 1582. *cum variis additionibus Raphael. Maphaei* ap. Poſſeuinum l. cit. *Veneta* 1587. apud Cl. Vogtium l. cit. Plures editiones recenſentur in *Theſauro Bibliothecali* Tom. III. p. 31. Floruit Bartholomaeus Sibylla, Monopolitanus Italus, Ordinis Fratr. Praedicat. Theologiae Profeſſor non anno 1534. vt per errorem apud Poſſeuinum l. cit. legitur, ſed circa annum 1434. Vid Oudinus l. cit. Echardi *Scriptores Ordinis Praedicat.* Tom. I. p. 872.

PETRI SICVLI, Hiſtoria Haereſeos Manichaeorum, graece, cum latina verſione per Matthaeum Raderum. *Ingolſtadii, ex officina Ad. Sartorii*, 1604. in 4.

Floruit PETRVS SICVLVS, ſeculo, a Chriſto nato, VIIII. quo tempore ex mandato Baſilii & filiorum Conſtantini ac Leonis Impp. Orientis, Legatus Tibricam, in Armeniae vrbem miſſus eſt, vt de captiuorum permutatione ageret, quod negotium etiam ad finem feliciter perduxit. Hanc ſuam *hiſtoriam* de Manichaeorum ſecta, quae ab Auctore Paullo, qui Seculo VII. Manetis haeretica, iterum in Armeniam intulit dogmata, Paullicianorum nomine venit, graece, in illo itinere, conſcripſit. Vid. de Paullicianis Baile *Dictionaire* Tom. III. p. m. 2203 ſqq. Paullicianos autem Manetis propagaſſe haereſin, e PETRI SICVLI *hiſtoriae* initio ſtatim intelligimus, vbi, & quidem in verſione latina, haec legimus verba: *Iidem vero ſunt, nec quidquam diuertunt, a Manichaeis Paulliciani, qui haſce recens a*

ſe

ſe procuſas haereſes, prioribus adſuerunt, & ex ſempiterno exitii barathro effoderunt. Qui tametſi ſe a Manichaeorum impuritatibus, alienos dictitant, ſunt tamen dogmatum ipſorum vigilantiſſimi cuſtodes & propugnatores. Matthaeus Raderus librum e MS. codice Vaticano, per Iacobum Sirmondum deſcriptum, ea lege a Marco Velſero acceperat, vt latinam illius concinnaret verſionem, quod etiam feliciter praeſtitit. Scribit quidem Antonius Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. III. p. 69. Raderum illum codicem accepiſſe a Baronio, ſed illud falſum eſſe, ipſe Raderus in praefatiuncula, libro praemiſſa docet, vbi illum a Marco Velſero ſe accepiſſe teſtatur. Latina Raderi verſio, extat etiam in *Bibliotheca maxima Patrum* Tom. XVI. p. 753. edit. *Lugdunenſis.* Particula libri a Sirmondo, in latinum ſermonem conuerſi, inuenitur in Baronii *Annalib.* Tom. IIX. ad annum DCLIII. p. 561 ſqq. edit. *Moguntin.* Cum Matthaei Raderi Verſionem in *Bibliotheca maxima Patrum*, paullo adcuratius perluſtraremus, PETRVM SICVLVM ſex Manichaeorum ſectae capita lectoribus ob oculus ponere, & eorum confutationem promittere, illum vero promiſſis, in libro ipſo, non ſtetiſſe deprehendimus. Id vero eodem ſeculo VIIII. praeſtitit Photius, patriarcha Conſtantinopolitanus, qui, *contra Manichaeos libros IIII.* compoſuit, e quibus primus nonnulla ad Manichaeiſmi hiſtoriam ſpectantia continet, tres reliqui autem, Confutationem impiorum dogmatum, ob oculos ponunt. Primum librum, doctiſſimus Benedictinorum monachus Bernardus Montfaucon, iam anno 1715. adiecta verſione, in *Bibliotheca Coisliniana olim Segueriana MSS.* quam *Pariſiis* in fol. ediderat, p. 349 ſqq. cum viris doctis communicauerat. Cum vero Ioannes Chriſtophorus Wolfius, in bibliotheca Ioannea Hamburgenſi, codicem graecum MS. reperiret, qui omnes quatuor Photii libros, complecteretur, illos, ad-

 poſi-

poſita verſione latina, inſeruit *Anecdotorum graecorum, ſacrorum & profanorum* Tom. I qui *Hamburgi* euulgatus fuit 1722. in 8. Sed controuerſiam hic ſilentio tranſire neutiquam poſſumus, quae, ob ſimilitudinem, quam, inter PETRI SICVLI, & Photii librum intercedere, nonnulli aiunt, inter viros doctos agitata fuit. Cum enim vterque eodem circiter tempore inclaruerit, quis alterius, in libro concinnando, preſſerit veſtigia, diſceptatur. Vid. quae Wolfius in praefatione, Photii libris praemiſſa, hac de re diſputauit. De PETRO SICVLO conf. Caſimir. Oudini *Supplement. de Scriptor. Eccles. a* Bellarmino *omiſſis* p. 260 ſqq. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. Cap. I. p. 292. Antonius Poſſeuinus illum Tom II. p. 355. *Lucam*, Tom. vero III. p. 69. *Petrum* SICVLVM adpellat.

ALOISIAE SIGEAE, *Toletanae*, Satyra ſotadica, de arcanis amoris & Veneris.

De auctore huius ſpurciſſimi libri leguntur apud Niceronum Tom. XXXVI. des *Memoires* p. 24. *Mr.* de la Monoye *nous apprend dans ſes notes ſur* Baillet, *que* Nicolas Chorier *Avocat au Parlement de* Grenoble, *eſt l' Auteur du livre infame, attribué mal à propos à* LOVISE SIGEA *de* Tolede, *& intitulé*: ALOISIAE SIGEAE Toletanae ſatira ſotadica de Arcanis Amoris & Veneris, *& que pour tromper la vigilance des Magiſtrats on a depùis répandu ſous le nom de* Meurſius, *homme trop grave, pour avoir jamais une pareille idée, & ſous le titre de* Ioannis Meurſii elegantiae latini ſermonis. *La premiere édition paſſe pour être de* Grenoble, *& M.* de la Monoye *en a vû un Dialogue corrigé de la main même de* Chorier. *Cet Auteur a uſé d' une mauvaiſe fineſſe, pour ſe mettre à couvert des juſtes ſoupçons qu' on avoit formés contre lui au ſujet de cet ouvrage, lorsque dans l' epitre dédicatoire de ſes Poëſies latines, il a dit, qu'*

Digitized by Google

qu' avant que d' en avoir rien lû, il avoit fait des vers à la louange d' ALOYSIA SIGEA, *ſur ce qu' on lui avoit dit que c' etoit contre l' impudicité qu' elle avoit écrit ; que ces vers avoient été imprimés à ſon inſçu au devant du livre, dont il proteſte, que l' infamie ne lui étoit pas encore connuë, & qu' il ne les a fait réimprimer dans ſon Recueil, que parceque les ayant faits innocemment, il ſe croit bien fondé à ne les pas ſupprimer comme criminels. S' il avoit voulu parler ſincerement, il auroit dit avec plus de vérité, qu' il les avoit mis lui même à la tête du livre, pour tromper les Lecteurs & les engager à le lire.* Ieaan Weſtrene *Iuriſconſulte de la* Haye, *à qui* Moller *dans ſes notes ſur le* Polyhiſtor *de* Morhof, *a attribué l' ouvrage dont il s' agit, eſt un homme imaginaire, & ce que cet Auteur en a dit, n' eſt appuyé d' aucun fondement.* Quae Cl. Vogtius p. 626. de verſione gallica tit. *la Bibliotheque d' Aretin*, edita, protulit, ad ea iam ſupra p. 45. reſpondimus. Pars quoque libri ſpurciſſimi in anglicum ſermonem conuerſa prodiit titulo : *A Dialogue between a married Lady and a Maid. London, printed in the Year* 1662. in 12. pp. 47.

Praclariſſimi & excellentiſſimi ſacre Theologie doctoris Magiſtri SILVESTRI *de Prierio pedemontani: ſacri ordinis fratrum Predicatorum de Obſeruantia*, aurea Roſa id eſt preclariſſima expoſitio ſuper euangelia totius anni: de Tempore & de Sanctis tam ſecundum ordinem Predicatorum quam ſecundum Curiam: continens Flores & Roſas omnium Expoſitionum ſanctorum doctorum antichorum in 4. folior. 383.

Editio libri, ſaepius in lucem emiſſi, haud adeo obvia, quippe quae ipſi Maittairio incognita fuit. In fine typographus haec adpoſuit verba: *Opus perutile intitulatum Roſa aurea: Id eſt praeclariſſima expoſitio ſuper euangelia totius anni de tempore & de ſanctis, tam ſecundum ordinem Predicatorum quam ſecundum curiam: continens flores & roſas omnium expoſitionum ſanctorum doctorum antiquorum, cum quibusdam ſubtiliſſimis quaeſtionibus ſatis curioſis. Preclariſſimi & excellentiſſimi ſacre theologie Doctoris magiſtri* SILVESTRI *de* Prierio *pedemontani, ſacri ordinis predicatorum de obſeruantia, ſollerti cura emendatum atque impreſſum in imperiali oppido Hagenaw per induſtrium Henricum Gran calcographum inibi incolam impenſis ſumptibusque prouidi viri Ioannis Rynman de Oringaw archibibliopole, Finit feliciter. Anno ſalutis noſtre* M. CCCCC VIII. *Octaua die Octobris.* Succinctam libri recenſionem vid. in *Nou-Antiquis* anni 1717. p. 357. Catalogus vero reliquorum SILVESTRI operum, qui ibidem inuenitur, admodum imperfectus eſt. SILVESTRVM MAZOLINVM, alii natione Pedemontanum, alii Ligurem fuiſſe contendunt. Cognomen *Prierii*, *Prieratis*, ſeu *de Prierio*, ab vrbe eius nominis, in qua natus fuit, illi fuit impertitum. Illum non modo philoſophicis ſtudiis, & mathematicis, ſed theologicis quoque, ſacrisque diſciplinis adeo excultum fuiſſe, ſcribit Auguſtinus Oldoinus in *Athenaeo Liguſtico* p. 496. *vt praeter egregias animi dotes, quibus ad miraculum inſignitus, ob incomparabilis eruditionis ſibi vendicatum nomen, a Leone X. inter pontifices Romanos maximo, in ſacri Palatii apoſtolici magiſtrum, & Fidei Quaeſitorem, ac deinceps in totius Ordinis Praedicatorum ſupremum Praeſulem fuerit omnium votis aſſumptus.* Nonnulli illum 1522 alii 1523. Romae mortuvm eſſe ſcribunt. Conf. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 641. qui minus adcurate alium SYLVESTRVM *de Prierio Bononienſem* alium SYLVESTRVM *de Prierio*

fendi

feudi Aſtenſis extitiſſe ſibi perſuaſit. Vid. etiam Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. IIII. p. 219. Iac. Quetif *Scriptores Ordinis Praedicator.* p. 55. Andr. Roſſotti *Syllabus Scriptorum Pedemontii* p. 523. P. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2381 ſqq. vbi inter alia ſcribit: *il réüſſit tres-mal à écrire contre Luther*, huiusque rei varia virorum doctorum eccleſiae Romanae, adſert teſtimonia. Plures Scriptores, qui vitam SILVESTRI litteris conſignarunt vid. apud Schoettgenium L. XIIX. *Continuat. Bibliothecae* Fabricianae *med. & infim. Lat.* p. 520 ſqq.

RICHARD SIMON, Factum pour les Iuifs de Metz accuſés d' avoir tué un petit Enfant chrêtien. *A Paris* 1670.

In ipſa Gallia hodie rariſſime inuenitur, & hanc ob cauſſam Tomo I. de la *Bibliotheque Critique de Mr.* Sainjore (RICH. SIMON) inſertum fuit. Vid. *Eloge hiſtorique de* RICHARD SIMON *Pretre*, quam Mr. Bruzen la Martiniere praemiſit Tom. I. des *Lettres Choiſies de Mr.* SIMON p. 15.

Apologie pour l' Auteur de l' hiſtoire Critique du Vieux Teſtament contre les fauſſetez d' un libelle publié par Michel le Vaſſor, Prêtre de l' Oratoire, *à Rotterdam chez Reinier Leers.* 1689.

Vid. *Bibliotheque Critique par* Mr. *de* Sainjore Tom. III. p. 489. Niceron *Memoires* Tom. I. p. 246. Ab ipſo RICHARDO SIMON *Apologiam*, contra inſulius Michael. Vaſſoris conſcriptam eſſe, teſtatur Mr. Bruzen la Martiniere l. cit. p. 80. vbi etiam cauſſam expoſitam conſpicimus, qua Michael Vaſſor adductus fuit, vt paullo acrius in RICHARDVM SIMON, edito libello, inueheretur. En ipſa Auctoris

ver-

verba! Michel le Vaſſor, *qui étoit alors Prêtre de l' Oratoire, s' aviſa d' ecrire un libelle contre Mr.* SIMON. *On avoit imprimé à* Londres *les Antiquitez de l' Egliſe Orientale du célebre Pere* Morin *de l' Oratoire. A la tête de cet Ouvrage étoit une vie de l' Auteur, ou plutôt, pour me ſervir des termes du* P. Niceron (Tom. VIIII. p. 29) *une cruelle,* (veritable) *Satire non ſeulement de ce grand homme, mais encore de toute la Congregation de l' Oratoire: On ſuppoſa dans un Avertiſſement que cette Vie avoit été trouvée parmi les papiers du Pere* Amelotte; *& on regarda cette Anecdote comme un artifice pour mieux couvrir le jeu de l' Auteur. Quelques Ennemis qu' avoit encore Mr.* SIMON *dans la Congregation de l' Oratoire, & ſur tout ceux qui l' avoient le plus chagriné, avant qu' il en ſortit, ſe perſuaderent aiſement qu' il avoit écrit cette Vie pour ſe venger de tout le corps.* ——— *Ce fut ce qui ſervit au Pere* le Vaſſor *de pretexte pour l' attaquer.* J'ai, *dit il*, l' honneur d' être d' un corps qui auroit grand Sujet de ſe plaindre des mauvaiſes plaiſanteries que (l' Auteur de l' Hiſtoire Critique du vieux Teſtament) s' eſt aviſé de faire dans la Satire qu' il a imprimée contre un des premiers Hommes de l' Oratoire, & contre toute notre Congrégation, ſous pretexte de donner la Vie du ſavant Pere Morin,,. *Il ſe jetta enſuite ſur* l' Hiſtoire Critique du vieux teſtament, *matiere bien au deſſus de ſes forces, auſſi Mr.* SIMON *n' eut il pas de peine à le refuter, d' une maniere qui ferma la bouche à cet Ecrivain. Le Pere, Général de l' Oratoire qui avoit donné ſa permiſſion pour l' impreſſion du Libelle du P.* le Vaſſor, *fit enſuite reflexion ſur le peu d' honneur que faiſoit au Corps un tiſſu d' injures & de reproches, ſans aucun mélange de raiſonnement & d' erudition, & il le deſavoua par une Lettre, comme un Ouvrage auquel il n' avoit eu aucune part. Mr.* SIMON *ne ſe contentant pas d' un deſaveu qui n' étoit point public,*

au lieu que l' approbation étoit imprimée, composa un petit volume intitulé: Apologie *&c. Le nom du lieu & celui du Libraire ſont ſuppoſez, car le livre porte toutes les preuves d' une impreſſion faite en* France; *& quoique l' Auteur s' y cache ſous le perſonnage d' un de ſes proches parens, on le reconnoit aiſément d' un bout à l' autre* &c. Conf. Io. Chriſtophor. Mylii *Bibliotheca Anonymor.* p. 227.

SIMONIS *de Caſſia* liber ſuper totum corpus euangeliorum, ſiue libri de geſtis domini Saluatoris. *Editio perantiqua, omni typographi, loci & anni indicio deſtituta*, in fol. mai. folior. 388.

Reperitur haec editio rariſſima, in Bibliotheca Portenſi publica, & omnium forte prima eſt. Totum opus litteris exſcriptum gothicis in XV. diſpeſcitur libros. *Prologum* excipit *tabula ſecundum euangelia per annum*, quam ſequitur *prologus primus generalis*, & *prologus ſecuudus*. Initio primi haec leguntur: *Incipit liber venerabilis fratris* SIMONIS de Caſſia, *ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini ſuper totum corpus euangeliorum, quem librum incepit ad inſtantiam & petitionem ſui chariſſimi amici dni* Thome de Korſinis *legum doctoris de* florentia. *Anno dni. M. CCC. XXVIII. die ſexta menſis ſeptembris apud almam vrbem. Sed ibidem Anno dni M. CCC. XLVII. in vigilia aſcenſionis dominice infirmatus: & ſequenti anno die ſecunda februarii defunctus: nec ipſum librum relegere & ordinare vel corrigenda corrigere ſiquae eſſent. nec in aliquibus tractatibus, & capitulis huius libri perficienda perficere potuit vel complere.* Liber I. *de miſteriis verbi increati* capitibus (*capitulis*) abſoluitur XXVII. Liber II. *de virgine Maria* capita complectitur XXVII. In III. Libro capitibus agitur III. *de parentibus, & ortu*

atque

atque proceſſu praecurſoris. Liber IIII. *de vita domini Saluatoris*, capita ob oculos ponit XI. Liber denique V. capitibus XXXIIII. *miracula Saluatoris* illuſtrat. His vero libris primam totius operis abſolvi partem, ex hiſce colligimus verbis quae in Libri V. leguntur fine. *Expliciunt primus. ſecundus. tercius. quartus. & quintus libri de geſtis Saluatoris. Quos edidit diuini flaminis doctor* SYMON de Caſſia *ordinis heremitarum beati Auguſtin.* Liber VI. *de parabolis Saluatoris*, *prologo* incipit, *de etymologia, definitione, origine vocis & natura parabolae*: En etymologiam! *Parabola facilem bolum parat ori, & intelligentie noſtre mentis* &c. Iſte liber XXXIIII. abſoluitur capitibus. Liber VII. *de ſimilitudinibus a Saluatore poſitis & aſſumptis*, cap. XLV. Liber IIX. *de viciis & contra vicia ſermonibus do. Saluatoris*, cap. LII. Liber VIIII. *de virtuoſis & pro virtute ſermonibus domini Saluatoris*, cap. LIIII. Liber X. *de ſermone domini in monte. Quando Chriſtus turbas vidit & in montem aſcendit*, cap. L. Hoc libro ſecunda operis pars finitur. *Incipit* Liber XI. *de diſceptationibus iudeorum. Incipit liber diſceptationum didiſcalium* (didascalium) *dni ſaluatoris cum hominibus, mulieribus, diſcipulis, pbariſaeis, ſcribis & in lege peritis cum iudeis ſeu turbis plebeis atq. paganis*, cap. LV. Liber XII. *de ſermone dni Saluatoris poſt cenam* cap. XVIIII. Liber XIII. *de paſſione dni Saluatoris*, non in capita diſtinctus eſt. Liber XIIII. *de reſurrectione dni Saluatoris*, nullam etiam capitum diſtinctionem habet. Liber XV. *de iuſticia chriſtiana* capita complectitur XLVI. In fine vltimi *capituli*, & totius operis verba adpoſita cernuntur ſequentia: *Expliciunt vndecimus. duodecimus. tercius. decimus. quartus decimus. & quintusdecimus libri de geſtis domini ſaluatoris. Quos edidit diuini flaminis doctor* SYMON de caſſia: *ordinis heremitarum beati Epiſcopi Auguſtini.* De reliquis & recentioribus huius libri editionibus vid. Chriſtian. Schoettgenii

Con-

Continuatio Bibliothecae Fabricianae *med & infim. Lat.* L. XIIX. p. 529. Vitam SIMONIS FIDATI, *de Caſsia* dicti, quia Caſſia Hernicorum vrbe oriundus erat, pluribus expoſuerunt Io. Trithemius *de Scriptoribus eccleſiaſticis* p. 144. edit. I. A. Fabric. Aubert. Miraeus in *Auctario de Scriptorib. Eccleſiaſt.* p. 80. Ios. Simlerus in *Bibliotheca* p. 628. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. III. p. 221. Ludouic. Iacobillus in *Bibliotheca Vmbriae* p. 250. Henr. Wharton in *Append. ad* Guil. Cauei *hiſtoriam litterar. Scriptorum Eccles.* p. 23. & alii plures, quos enarrat Schoettgenius l. cit. Illum ſpiritu prophetico illuſtratum fuiſſe praeter Sixtum Senenſem L. IIII. *Biblioth. Sanctae* p. 324. & alios, exiſtimat Poſſeuinus l. cit. Librum illius in ſermonem italicum conuerſum eſſe teſtatur Scipio Maffei in libro de' *Traduttori italiani* p. 25. Michael. Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 621. Nic. Franc. Haym nella *Notiz a de' libri rari nella lingua italiana* p. 280. qui illius titulum hac ratione adtulerunt: *Vangeli con ampia ſpoſizione dat Dal B.* SIMONE da Caſcia *Eremitano. In Firenze* 1496. in fol. Conf. Iac. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. II p. 993.

Poſtilla SYMONIS *de Cremona* ſuper euangeliis & epiſtolis omnium dominicarum. In fol. minor. folior. 347.

Liber oppido rarus, in duas diſpeſcitur partes, quarum prior, *Sermones ſuper euangeliis*, poſter or, *ſuper epiſtolis* complectitur. Illa hiſce inchoatur verbis: *Opus predicabile de euangeliis ac epiſtolis, omnium dominicarum totius anni, compilatum per fratrem* SYMONEM *de Cremona ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini incipit. Ex Cremonenſium ſpectabili proſapia oriundo. ſuo dilecto germano presbitero* Anthonio. *Frater* SYMON *Cremonenſis ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini ſalutem & munus pacis* &c.

 Haec

Haec vero hac ratione incipit: *Opus predicabile de epiſtolis* SYMONIS *cremonenſis. Frater* SIMON *de cremona ordinis fratrum heremitarum ſancti Auguſtini. viro magne honeſtatis. maioris caſtitatis. maxime caritatis. patri* Anthonio *eiusdem ciuitatis. Salutem & oſculum pacis. Quia diuina coadiuuante gracia opus predicabile ſuper euangelica dicta dominicarum totius anni veſtro me perurgente amore dudum a me compoſitum veſtre deſtinaui paternitati. In cuius operis exordio ſpopondi me completurum Etiam opus epiſtolarum dominicalium tocius anni per me tunc inceptum. ideo eadem gracia proueniente & ſubſequente ac perficiente illud completum vobis gracioſe offero. ad cuius compilacionem quattuor me induxerunt ſcilicet.*

Veſtri Zeli immenſitas.
Dicti veri neceſſitas.
Mei ſtudii vtilitas,
Noſtri gaudii felicitas. &c.

Prima pars LV. ſecunda LII. complectitur ſermones, quorum in fine haec legimus verba: *Gracias igitur & merito agimus altiſſimo quod poſtillarum opus patris deuoti* SYMONIS *de cremona ſuper euangeliis omniumque dominicarum epiſtolis Ad laudem dei & profectum proximi hoc ſacro rogationum tempore in Reutlingen perfecimus Die viceſima ſexta Maii. Anni Milleſimiquadringenteſimioctuageſimiquarti.* (1484). Vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 455. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabrician. *med. & infim. Lat* L. XIIX. p. 530. cui tamen prima tantum operis pars cognita eſſe videtur, cum *Sermones in Euangelia, Reutlingae* 1484. in fol. impreſſa eſſe ſcribit, *ſermonum* vero *in epiſtolas* editionem plane tacet. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat ſac.* Tom. III. p. 222. Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 629. Io. Trithemius *de Scriptorib. Eccles.* Cap. DCII. p. 144 edit. I. A. Fabricii, Auberti Miraei *Auctarium* p. 80. edit. Fabric. Vixiſſe dicitur SIMON Cre-

Digitized by Google

Cremonenſis Ordinis Fratr. Eremitar. Auguſtinianor. circa annum ſeculi XIIII. trigeſimum ſeptimum. Diem obiit Patauii. Vid. Franc Ariſii *Cremona litterata* Tom. I. p. 179. Hippolyt. Maraccii *Bibliotheca Mariana* Tom. II. p. 368.

BONIFACII SIMONETTA, *Mediolanenſis Abbatis Monaſterii S. Stephani de Cornu, in dioeceſi Placentina, Ciſtercienſis Ordinis*, Commentarii perſecutionum chriſtianarum, pontificumque hiſtoria a S. Petro ad Innocentium IIX. *Mediolani per Antonium Zarottum Parmenſem* 1492. in fol.

Hanc editionem, rariorem eſſe *Baſileenſi per Nicol. Keſsler* 1509. in fol. a S. R. Gerdeſio in *florileg. libror. rar.* p. 275. adducta, teſtantur die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* P. II. p. 504. vbi vero editionis annum, adſcriptum non fuiſſe, intelligimus. Inuenimus illum in Antonii Poſſeuini *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 250. nec non in Hallervordii *Bibliotheca curioſa* p. 38 ſqq. qui e *Bibliotheca Ciſtercienſi* Caroli de Viſch p. 55 ſqq. ſatis adcuratam libri adtulit recenſionem. Philippus Labbé p. 354. *Biblioth. MS.* librum ab Octauiano de S. Gelais, Epiſcopo Engoliſmenſi, cum hoc titulo: *la perſecution de l' Egliſe & des Souverains Eveques* in gallicum ſermonem conuerſum eſſe, memorat. Bernard. de Montfaucon, qui in *Bibliotheca Bibliothecarum MStorum noua*, varias Octauiani de St. Gelais, adtulit, verſiones, illius, id quod miramur, nullam prorſus fecit mentionem.

Fratris FRANCISCI SITANII, *Zamoſcenſis, Ord. S. Franciſci Regul. Obſ. Sacrae Theologiae Profeſſoris*: Poematum variorum Libri

IIII. *Zamoſci excuſſum Anno domini.* 1626. in 8. pl. 10.

De hoc opuſculo, conſulendus Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zalu:kiſchen Bibliotb. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II p. 59.

Regiam Maieſtatem Scotiae, veteres Leges & Conſtitutiones, ex archiuis publicis, & antiquis libris MStis, collectae, recognitae, & notis iuris ciuilis, canonici Nortmannici auctoritate confirmatis, illuſtratae, opera & ſtudio IOANNIS SKENAEI, *Regiae Maieſtati a Conſiliis & Archiuis publicis.* Annotantur in margine, concordantiae iuris diuini, legum Angliae, & iuris nouiſſimi Scotiae, quod acta Parliamenti, vulgo, vocant. Catalogum eorum quae in his libris continentur viceſima Pagina, indicat. Cum duplici indice, altero rerum, altero verborum locupletiſſimo. *Edimburgi, ex officina Thom. Finlaſon* 1609. in fol. *Londini, apud Io. Billium.* 1613. in fol.

Ita quidem titulum deſcripſimus e *Theſauro Bibliothecali* & *Catalogo Bibliotb. Tellerianae*, quem immutauit *Catalogus Bibliotb. Bodleianae*, & Io Petr. de Ludewig, qui loco *regiam Maieſtatem*, ſcripſerunt *Regia Maieſtas*, propterea quod nemo coniectura facile aſſequi poſſit, quam ob rem accuſatiuus caſus, ſi reliqua ſpectaueris, poſitus fuerit. Rariſſime autem duas haſce libri, in Germania, inueniri editiones, teſtatur I. P. de Ludewig P. I. *Catalog. Bibliotb. Ludewig.* p. 532 ſqq. vbi & contenta illius, & alia quaedam notatu digniora breuiter exponuntur.

Conſ.

Digitized by Google

Conf. *Theſaurus Bibliothecalis* Tom. I. p. 18. *Gundlingiana* P. XXVI. p. 86. Edidit idem IO. SKENAEVS *Laws and Acts of Parliament of Scotland. Edimb.* 1597. in fol. cui libro adiecit *Table of the Kings of Scotland, & Expoſition of the difficult words & termes of the Laws of Scotland*, ad quam expoſitionem ſaepius prouocat in opere ſupra a nobis adlegato. Iſta vero Acta Parliamenti Scotici ſub Iacobo I. & ſequentibus regibus, ad annum 1597. demum continuata eſſe, ad Iacobum VI. Carolum I. & II. & ob exemplorum impreſſorum paucitatem, raro inueniri, prodidit I. P. de Ludewig l. cit. IO. SKENAEVM per aliquod tempus in Saxonia, & inprimis in Academia, commoratum fuiſſe Vitebergenſi, conſpicimus ex illius dedicatione, ad Iacobum M. Britanniae, Franc. & Hyberniae R. Fidei Chriſtianae Defenſorem, *Regiae Maieſtati*, praefixa, vbi inter alia ſcribit: *Annus iam agitur tricesimus quintus, cum Dei beneficio, poſt ſeptem annorum peregrinationem, ex inclyta* Academia Witebergenſi, (*quae eſt in Germania ſedes & domicilium bonarum litterarum*) Auguſti Ducis, & Electoris Saxoniae, *annua penſione honoratus, & qualicunque iuris ciuilis cognitione imbutus, domum redii.* Recenſet ſcripta auctoris alia, Thom. Cragius in *iure feudali tribus libris comprehenſo: quibus continentur conſuetudines feudales & praediorum iura, quae in Scotia, Anglia, & plerisque locis Galliae obtinent*, in praefat. p. 2. edit. *Londinens.* 1655. in fol.

ADALBERTI GABRIEL. SLAWOSZ, *S. T. L. & Eccleſiaſtae Montipolitani*, Vox Catelli Paſtoritii, Penes Ouile Chriſti: Seu Controuerſia, vtrum, in Polonia, liceat, absque periculo damnationis aeternae, Magnatibus, & aliis Nobilibus Polonis Catholicis, in ſuis Oppidis,

dis, vel pagis aedificare, vel aedificari concedere, aut demum aedificatas fouere, tueri, ſynagogas Lutheranorum & Caluiniſtarum & aliorum Haereticorum? Sola ratione lucri, vel alicuius reſpectus temporalis? theologice iuxta mentem S. R. E. deciſa. *Typis Monaſterii Olivenſis, Sac. Ord. Ciſterc. Anno* 1679. in 8. pl. 14.

Opusculi in ipſa Polonia, hodie admodum rari, inuenitur recenſio, in Io. Daniel. Ianozki *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 70. Confutauit librum Aegidius Strauchius in der *ſtarken und Milchſpeiſe in 176. Sonn-und-Feſt-tags Predigten vorgetragen. Leipz.* 1702. in fol. p. 1099 ſqq.

THOMAE SMITH, Syntagma de Druidum moribus, ac inſtitutis, in quo Miſcellanea quaedam ſacro-profana inſeruntur. *Londini excudebat Thomas Roycroft, ſumtibus ac impenſis Thomae Dicas ad inſigne Gallinae cum pullis, in coemeterio Paullino*, 1664. in 12. pp. 165. excepta dedicatione.

THOMAE SMITH, nomen in libri fronte quidem non comparet, illum vero auctorem eſſe, viri docti, e litteris T. S. dedicationi, ad D. Thom. Peirce S. Theol. Prof. Collegii Magdalenenſis apud Oxonienſes Praeſidem, & Regiae Maieſt. a Sacris, ſubſcriptis colligunt. Libellus vndecim abſoluitur capitibus, quorum argumentum, *Bibliothecae Berolinenſis* Tom. III. p. 301 ſqq. inſeruit M. Io. Andreas Hillius Roſtochienſis. Cl. vero Vogtio, hunc librum minus fuiſſe incognitum, vt Hillius, quidem p. 300. perhibet, quemlibet, *Catalogi libror. rar.* p. 633. docere poterit. Fuit TH. SMITH. Epi-

Epiſcopus Carlilienſis, vt ex Benthemio probare ſuſtinuit Hillius l. cit. Iacob. le Long *Biblioth. Sacrae* T. II. p. 966. illum eccleſiae Anglicanae Presbyterum adpellat, qui diem obiit 1710. Quae igitur Io. Fabricius in *Hiſtoria Bibliothecae* ſuae Tom. V. p. 232. de THOMA SMITH Equite aurato, Iuris ciuilis Doctore & Regis Eduardi VI. ac Reginae Eliſabethae primo ſtatus ſecretario, adtulit, non ad illum, qui *Syntagma de Druidis* edidit, ſed ad alium, Seculo XVI. clarum, referenda erunt, de quo vid. Paull. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* p. 873.

RAYNERI SNOY, Pſalterium Dauidicum, paraphraſibus, ex Hieronymo, Arnobio, Auguſtino, Coſſiodoro & aliis vetuſtis patribus illuſtratum, ſeruata vbique ad verbum Hieronymi translatione. *Colon.* 1536. in 8.

Librum hunc valde rarum eſſe, quemadmodum Auguſt. Beyerus in *Arcanis ſacris Bibliothecarum Dresdenſium* p. 76 ſqq. Cl. Vogtius in *Catalogo libror. rar.* p. 634. & Melch. Hurterus apud Gerdeſium in *Florilegio libr. rar.* p. 262. quidem exiſtimant, nobis vix perſuaderi paſſi fuerimus, cum plurimae illius extant editiones. Inuenimus in variis Bibliothecarum Catalogis editiones, *Lugdunenſem* 1538. in 8. *Coloniens.* 1539. in. 8. *Lugdunens. apud Frellaeos* 1540. in 8. *Pariſiens.* 1540. in 8. *Lugdun.* 1542. in 8. *Antuerp.* 1542. in 8. *Lugdun.* 1545. in 8. *Paris.* 1545. in 8. *ibidem* 1549. *apud Io. Roigny*, in 8. *Lugdun.* 1554. in 12. *ibidem* 1560. in 8. *ibidem* 1564. in 12. *Venet.* 1564. in 8. *ibidem cum* Magni Athanaſii *Opuſculo in Pſalmos*, 1572. in 8. *Colon.* 1589. in 8. *Paris.* 1617. in 8. *ibidem.* 1690. in 8. *Lugdun.* 1691. in 12. nullumque eſt dubium, quin adhuc plures inueniantur. Verſio Hiſpanica prodiit *Antuerpiae* 1555. Germanica cum titulo: RAY-

NERI SNOY Goudani *kurtze catholiſche Erklaerung des ganzen Pſalters Dauids, aus den heil. Vaetern und alten Kirchen-Lehrern gezogen, ietzt aus dem Latein verteutſcht durch* Nicolaum Hugo. *Maintz* 1566. in 8. Ob argumenta vero potiſſimum, quae in nonnullis impreſſionibus adpoſita fuerunt, hanc paraphraſin, pontificiae religioni addictis, haud adeo gratam acceptamque fuiſſe, & propterea Hiſpanos theologos, in ſuo expurgatorio indice, ea expunxiſſe, quae ſunt emendanda vel delenda, teſtatur Anton Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. III. p. 118. RAYNERI SNOY, Goudani Bataui, Medici pontificiorum ſacra ſectantis, conſulari dignitate in vrbe patria, inſigniti, anno 1538. non 1583. vt typothetarum vitio, apud Beyerum p. 78. legitur, mortui, vitam, breuibus expoſuerunt Cornelius Loos, Callidius Chryſopolitanus, in *illuſtrium Germaniae ſcriptorum Catalogo. Mogunt.* 1581. in 8. Anton. Poſſevinus l. cit. qui illum *Pſalmos ita explanaſſe* ait, *vt ne vllum quidem verbum ab eo miſſum ſit, interpoſitis intra contextum gloſſulis, adeo ferruminatis, vt niſi characteribus diſparibus, verba Pſalmi diſtincta ſint, haec ab illis diſtingui non poſſint, additis quoque ſub finem ſingulorum Pſalmorum nonnullis piis precatiunculis, ex viſceribus praecedentis Pſalmi exceptis.* Conf. Auberti Miraei *Bibliotheca Eccleſiaſtica* P. II. p. 140. edit. Fabricii. Eiusd. *Elogia illuſtr. Belgii Scriptorum* p. 46. Franc. Sweertii *Athenae Belgicae* p. 654. Valerii Andreae *Biblioth. Belgic.* p. 699. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 598. Iac. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. II. p. 966. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 1224. *Bibliotheca Hamburgens. hiſtorica* Centur. VII. p. 30 ſqq.

IACOBI SOBIESKY, Commentariorum belli Chotinenſis, Libri III. *Dantiſci* 1646. in 4.

Auctor, qui pater Ioannis Poloniarum Regis erat, huic bello, Commiſſarius, ab Ordine equeſtri, conſtitutus, interfuit, quodam forte praeſagio victoriae, a filio Ioanne, ad eundem locum, an. 1673. a Turcis reportatae, quae ipſi ad ſolium regium viam parauit. Sed ſuppreſſit librum hunc patris, ſolio regio admotus filius, indignum, vt Adam. Fridericus Glafey putat, iudicans, patrem habuiſſe hiſtoricum. Vid. *Catalog. Biblioth. Rinkian.* p. 556.

Fratris SOCCI, *Ordinis Ciſtercienſis*, ſermones de ſanctis CXIII. in folio min. folior. 191.

Tanta a Iacobo Friderico Reimmanno, operis iſtius dicitur raritas, vt ex millibus vix vnus reperiatur, per cuius aures nomen auctoris vnquam ierit. Vid. *Catalog. Biblioth. Reimman.* Tom. I. p. 148. Gerdeſii *Florileg. libr. rar.* p. 263. Auctor horum *Sermonum* fuiſſe fertur Conradus, Monachus Coenobii Fontis Salutis, in Sueuia, Ordinis Ciſterciens. Inclaruiſſe dicitur temporibus Wenceslai Imperatoris, anno circiter MCCCXC. vt Trithemius in *Catalog. viror. illuſtr.* eſt auctor. Antonius Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 346. illum Conradum eundem eſſe putat, qui ab Eiſingreynio dicitur Hailpronenſis. Conf. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 144. Carol. de Viſch in *Bibliotheca Scriptorum ordinis Ciſterciens.* p. 299. teſte Io. Hallervord. in *Bibliotheca curioſa* p. 375. & Chriſt. Schoettgenio in *Continuat. Biblioth.* Fabricianae *Med. & infim. Lat.* L. XIIX. p. 561. Auctorem *ſermonum* SOCCIORVM, quendam egregium S. Theologiae Profeſſorem, ordinis Ciſtercienſis conuentus in *Marienrayd*, (Mariaeroda) prope Hildeshem, fuiſſe, ſcribit. Aubertus Miraeus in *Mantiſſa ad Auctarium de Scriptoribus Eccleſiaſticis* p. 107. edit. Fabric.

iſtum conuentum *Mariemaid* prope Hildeshemium adpellat, hancq. denominationem in editione *Sermonum* SOCCIORVM *Dauentrienſi* inueniri, ait. Cauſſam vero, ob quam hi *ſermones* inſcribantur *Sermones* SOCCI, ſeu SOCCII, ex praefatione quadam *Sermonum* iſtorum *per anni circulum*, ſequentem adfert Schoettgenius l. cit. *Hic enim Doctor*, inquit, *cum eſſet ingenio clarus, & in ſcriptura potens, nec non in componendis ſermonibus expeditiſſimus, indignum ducens, talentum ſibi a Deo praeſtitum & infuſam gratiam ſine fructu perire; Sermones quosdam de tempore & de Sanctis per anni circulum compoſuit. Verum quia humilis erat, ingenito quodam rubore deuictus, eosdem ſermones, quoad vixit, non praeſumpſit publicare. Moritur tandem in grandaeua aetate, & fratres cellulam eius emundantes, hos ipſos ſermones in* ſoccis *ſeu* ſotularibus *eius abſcon ditos inuenientes, gauiſi de tanto theſauro, eos publicauerunt. At quia in* ſoccis *inuenti ſunt, a re geſta, ſermonibus nomen indiderunt & Sermones* SOCCIOS *intitulauerunt; volentes nimirum, vt non ſcripta modo, ſed multo magis tantae humilitatis exemplum omnes audientes inſtrueret.* Conf. Io. Halleruord. l. cit. In Bibliotheca Portenſi publica iſta *Sermonum* SOCCIORVM *de Sanctis*, cuius ſupra adſcripſimus titulum, adſeruatur editio, in qua praefatio a Schoettgenio memorata non inuenitur, quare illa *Sermonibus* tantum *de tempore* SOCCIIS praemiſſam eſſe coniicimus, quos a *Sermonibus de Sanctis*, diuerſos eſſe, nos docet Poſſeuinus l. cit. Noſtrae autem editionis inſcriptio, aliam cognominis SOCCI adfert rationem. Ita enim fol. ſtatim primo legitur: *Incipiunt Sermones notabiles valde: & multum formales fratris* SOCCI *ordinis Ciſtercien. de ſanctis. ſic nuncupati cum de* ſuco *id eſt de medulla ſacre pagine ſtilo ſubeleganti exquiſitiſſime ſint collecti.* In fine vero *Sermonum* haec verba *tabulam generalem, quae omnium Sermonum ſingulos continet titulos,* antecedunt: *Sermones* SOCCI *de ſanctis floſculis mel-*

Digitized by Google

mellifluí doctoris ſancti Bernardi *pre ceteris vtcunque exornati. A ſagaci viro Iohanni de Grüningen in inclita Argentin. ciuitate diligenter elaborati: anno a chriſti natiuitate* 1484. *ydus menſis aprilis Expliciunt feliciter.* Conf. de rariſſima hac editione Michael Maittaire *Annal, typogr.* Tom. I. p. 456. Io. Gottfr. Olearius in *Bibliotheca Scriptor. Eccleſiaſt.* Tom. II. p. 172. in Bibliotheca Mariana Halenſi, ſe conſpexiſſe, ait, perantiquum, & Baſileae, vt illi videbatur, impreſſum Codicem hoc inſignitum titulo: *Fratris* SOCCI, *Ordinis Ciſtertiens. Sermones de ſanctis notabiles & formales.* SVCCI vero *Sermones de Tempore per anni circulum* 1476. extant in Anton. Reiſeri *Indice MStorum Bibliothecae Auguſtanae* p. 100. Omnes SOCCI *Sermones*, in vnum quaſi Corpus collectos, *Argentorati* anno 1484. & *Dauentriae* III. Tom. in fol. editos eſſe teſtatur Carol. de Viſch, Aub. Miraeus Io. Hallervord. Chriſt. Schoettgenius ll. cit. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 410. qui editionem *Dauentrienſem per Richard. Paffrod* excuſam eſſe, anno 1480. nos docet.

SOCIETAS S. Annae, auiae maternae Chriſti ſeruatoris noſtri, in Polonia, ſub rege Stephano & Anna Iagellonia regina, inſtituta MDLXXIIX. Symbolum primum: Fructus Charitatis ſalus. *Samoſci, in Typographia Academiae Anno Domini* 1599. in 4. pp. 86.

SOCIETAS S. Annae, in Polonia, originem ſuam a Ioanne Demetrio Sulikouio Archiepiſcopo Leopolienſi, accepit, & Lomzae primum, deinde Vilnae inchoata eſt, poſtea vero per omnem Poloniam, Lithuaniam, Ruſſiam diſſeminata fuit. Vid. Io. Demetr. Sulikouii *Commentarius breuis Rerum Polonicarum a morte Sigismundi Auguſti Poloniae regis* p. 130.

p. 130. Huius autem libri auctor eſt eiusdem SOCIETATIS ſocius Simon Hagenouius Canonicus Volborczenſis, qui difficili tentatus morbo, opus ad gloriam S. Annae, ſi conualeſceret, ſpoponderat, ſe confecturum, id quod hoc libro praeſtitit ſui voti compos factus, quem lingua Polonorum vernacula conſcriptum in vulgus emiſit. Hanc vero, quam adduximus, verſionem latinam, iuſſu Sulikouii, edidit Ioannes Mislanus, monachus ordinis Franciſcanor. Leopolienſis. Raritatem eius inſignem teſtatur, vberioremque exhibet recenſionem, Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern.* P. II. p. 50 ſqq. Cum vero ille SOCIETATEM S. Annae a Sixto V. Pontifice Rom. per Cardinalem Albertum Bolognetum confirmatam eſſe ſcribit, dubitatio quaedam huius rei apud nos ſuborta eſt, propterea quod e Sulikouii *Commentario Rer. Polonicar.* p. 168 ſqq. intelleximus, Bolognetum non Sixti V. ſed Gregorii XIII. apud Polonos fuiſſe legatum, & eodem anno 1585. qvo Gregorius XIII. vitam cum morte commutaſſe, *vel iam ante hac*, vt Sulikouius ſcribit, *adverſa valetudine correptus, ſive nuncio mortis Gregorianae perculſus.*) Quodſi igitur Sixtus V. per Legatum iſtam ſocietatem confirmauit, ſine dubio per Bologneti Succeſſorem, Hieronymum Bouium Legatum apoſtolicum & Epiſcopum Camerini id accidit. Sed iſtam confirmationem a Sulikouio ipſo, Roma in Poloniam reportatam fuiſſe credibile eſt, cum ille nomine Regis & regni Orator, cum obedientiae profeſſione anno 1585. ad Sixtum V. miſſus eſſet.

BARTOLOMAEVS SOCINVS, ſuper prima & ſecunda Infortiati, in fol. folior. 54.

BAR-

Digitized by Google

BARTHOLOMAEVS SOCINVS, de exceptionibus, & de exceptione rei iudicatae, in fol. folior. 17.

Editiones libellorum perrarae, Michael. Maittairio incognitae. In fine Commentarii *ſuper ſecunda* Infortiati, haec verba leguntur ſubſcripta: *Laus Omnipotenti Deo. Excelſi iuris vtriusque luminis. d.* BARTHOLOMAEI SOZINI *ſuper ſecunda infortiati ſcripta expliciunt Impreſſa Venetiis per Bernardinum benalium MCCCCLXXXXVI. die V. Octobris.* Libro *de exceptionibus*, typographus quidem nomen ſuum non adpoſuit, litterarum vero characteres, ex eadem officina prodiiſſe illum, docent. In fine legimus: *Impreſſum Venetiis anno dni. MCCCCLXXXXVI. die XIII. menſis ſeptembris Laus omnipotenti deo.* Vitam BARTHOLOMAEI SOCINI, Senenſis, Mariani Icti celeberrimi filii, ſatis dilucide expoſitam habemus a Guido Panzirollo, *de claris LL. interpretibus* L. II. Cap. CXXVI. p. 221 ſqq. edit. Hoffmanni, qui illum virum acris iudicii, & ingenii acumine nemini ſecundum, adpellat. Illum vero illiberalibus moribus inſignem doctrinam maculaſſe, ſcribit, qui chartarum & aleae ludo ſupra modum deditus, non modo debitis lectionibus quandoque auditores fraudauerit, ſed inſomnes etiam noctes turpiter egerit. Diem obiit, aere alieno plane obrutus, in patriae ſuburbio anno 1507. Conf. Marc Mantuae Benauidii *Epitome viror. illuſtr.* num. 57. p. 453. edit. Hoffmanni, Caſtelliani Cottae *Recenſio Iuris interpretum & doctor.* p. 529. edit. Hoffm. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 89. P. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 605. not. D. *Theſauri Bibliothecalis* P. III. p. 97 ſqq.

FAVSTI SOCINI, *Senenſis*, Breuis diſcurſus, de cauſſa, ob quam creditur aut non cre-

creditur euangelio Ieſu Chriſti; & de eo; quod, qui credit, proemio, qui non credit, poena, a Deo afficiatur. Ex italico in latinum translatus per Valentinum Smalcium, Gothanum. *Racouiae*, *typis Sternacianis anno* 1614. pp. 11.

Inter FAVSTI SOCINI ſcripta, hocce e rarioribus eſt, eo quod in *Fratrum Polonorum Bibliotheca*, locum non inuenit. Quo tempore liber italice prodierit, pro certo adfirmare non poſſumus. Quod ſi tamen Chriſtophoro Sandio fidem habere voluerimus, huius verſionis duae aliae reperiuntur editiones, anni nimirum 1612 & 1654. in 12. Haec autem, quam adduximus, illi incognita fuiſſe videtur. Vid. eius *Bibliotheca Antitrinitarior.* p. 70. vbi etiam verſionem belgicam 1649 in 4. adducit. Inſertus fuit etiam iſte libellus, Collectioni opuſculorum, quae hoc titulo: FAVSTI & LAELII SOCINI *item* Erneſti Soneri, *tractatus aliquot theologici, nunquam antehac in lucem editi. Eleutheropoli, typis Godofredi Philadelphi*, 1654. in 16. pp. 100. prodiit, & a Cl. Vogtio p. 635. adducta eſt. In illa enim collectione, primum obtinet locum a p. 1-10. Sine dubio haec eſt editio, quam Sandius anno 1654. prodiiſſe memorat. Conf. *Catalog. Biblioth. Reimmannianae* p. 652. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. IIII. p. 47 ſqq.

Le SOLDAT Suedois, ou hiſtoire veritable de ce qui s'eſt paſſé depuis le avenuë du Roy de Suede en Allemagne jusques à ſa mort; Derniere edition reveuë & corrigée par l'Autheur. *A Rouen chez Iaques Cailloüe*, *dans*

Digitized by Google

dans la court du Palais. 1642. in 8. pp. 496. ex-
cept. praefatione & indice.

Prima huius libri, hodie admodum infrequentis e-
ditio prodiit *Geneuae* 1633. in 8. Auctor illius eſt
Fridericus Spanhemius Senior, qui Legati, Guſta-
vi Sueciae Regis, inſtinctu, illum conſcripſit.
Complectitur vero Res Suecorum, ab anno 1630.
ad regis mortem vſque, in Germania, geſtas. No-
ſtrae, qua vtimur, editioni praemiſſa eſt *Lettre du*
SOLDAT *Suedois à la tres — haute tres-puiſſante &
sereniſſime Princeſſe* Marie Eleonore *Royne de Sue-
de, des Gots, & des Vandales* &c. *née Princeſſe de
la tres-illuſtre Maiſon de Brandebourg*, cuius initi-
vm cum noſtris lectoribus communicabimus:
Madame le SOLDAT *Suedois avoit envie de faire la
reverence à V. M. avec une cotte d' armes, toute
parſemée de Palmes & de Lauriers, & ſe promettoit
un accueil favorable, n' ayant à luy apporter que des
meſſages eſtouffez de triomphes, & de trophées: mais
quoy que l' accident funeſte qui eſt ſurvenu l' ait obligé
à un équipage meslé, il ne laiſſe pas de ſe flatter que
V. M. commandera à ſes Huiſſiers de luy donner en-
trée, puis qu' il vient avec une parure de dueil, qui
ſeule plaiſt maintenant aux yeux de V. M. & qu' il
ne deſire de l' entretenir que de celuy qui eſt l' unique
objet de ſes penſées* &c. Conf. Niceron *Memoires*
Tom. XXVIIII. p. 6.

SOPHOCLIS Tragoediae, quotquot extant,
carmine latino redditae, Georgio Ratallero in-
terprete. *Antuerp.* 1576. in 8.

Georgius Ratallerus primum SOPHOCLIS *Aiacem, E-
lectram*, & *Antigonem* verſibus iambicis latinis trans-
tulerat, easque tragoedias in lucem emiſerat *Lugduni,
apud. Gryphium* 1550. vid. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p.
232.

Digitized by Google

232. Adpoſuit has verſiones Henricus Stephanus ſuis *tragoediis ſelectis*. His tandem, reliquas SOPHOCLIS tragoedias adiecit Ratallerus, omnesque, quod nos quidem ſciamus, prima vice iunctim in lucem emiſit *Antuerp apud Guil. Syluium* 1570. in 8. vid. Ioſ. Simlerus l. cit. Nicolai Baſſaei *Collectio in vnum corpus librorum* P. I. p. 604. Ioh. Alb. Fabricii *Bibliotheca graec.* L. II. Cap. XVII. p. 634. Extat etiam editio, quae in titulo *ſecunda* dicitur, *Antuerp. apud Io. Bellerum* 1584. in 8. In eam igitur inducimur ſententiam, editionem anni 1576. *ex officina Syluii*, a Fabricio & Cl. Vogtio p. 637. memoratam, forte typothetarum vitio originem debere. Ioſias Simlerus l. cit. Ratallerum etiam Heſiodi *opera & dies* latino carmine elegiaco reddidiſſe, *& cum epigrammatum libro Francof. apud Petrum Brubachium* 1546. in 8. euulgaſſe ſcribit. De reliquis Ratalleri ſcriptis poeticis vid. Paull. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* p. 883.

(SAMVEL SORBIERE,) Relation d' un Voyage en Angleterre, où ſont touchées plusieurs choſes, qui regardent l' éſtat des Sciences, & de la Religion, & autres matieres curieuſes. *A Paris, chez Louis Billaine*, 1664. *Avec Privilege du Roy.* in 12. pp. 232. ſi epiſtolam dedicatoriam *au Roy*, praefatiunculam *au Lecteur & Sommaire des Matieres* exceperis.

Idem libellus, *à Cologne, chez Pierre Michel* 1666. in 12. pp. 180. ſi ea, quae iam nominavimus excepta fuerint.

Vtraque editio libelli oppido rari, dum haec ſcribimus, nobis ad manus eſt. Vix prior in lucem prodierat editio, cum ſtatim iuſſu Regio ſupprimeretur, & auctor ex vrbe Pariſienſi egredi, & in vrbem

bem Nannetenſem ſe conferre, litteris regiis ſignatis (*Lettre de Cachet*) iuberetur. Cauſſam illius rei potiſſimum fuiſſe aiunt, quod SORBIERVS iuſto liberius Comitis Cornificii (Cornifids) d' Ulefeld, qui Regis Daniae, Chriſtiani IIII. filiam naturalem, Comitem Fridericam Eleonoram, e Chriſtina de Monch prognatam, in matrimonium duxerat, hiſtoriam expoſuerat. Vid. p. 136 ſqq. edit. *Coloniens.* Niceron *Memoires* Tom. IIII. p. 85. & 95. *Lettres choiſies de* Guy Patin Tom. I. p. 293. Etſi haec relatio, quae a SORBIERO ad *Mr. le Marquis de* Vaubrun Nogent, *Gouverneur de Philippeville, Maiſtre de Camp du Regiment Colonel de la Cavalerie Legere*, perſcripta fuit, varia anecdota, inprimis de doctis, ſuae aetatis, viris, continet, tres tamen contra illam inſurrexerunt aduerſarii, qui, libris editis, omnem illi fidem derogare ſtuduerunt; Primus prodiit tit. *Obſervation d' un Gentilhomme Anglois ſur le voyage d' Angleterre du Sieur* SORBIERE, *à Paris*, 1664. in 12. Secundus hoc titulo in lucem emiſſus fuit: *Obſervations on Mr.* SORBIER'S *Voyage into England, by* Thom. Sprat, *London*, 1668. in 8. Tertius tandem hunc titulum praefixum habet: *Réponſe aux fauſſetez & invectives de la relation d' un Voyage d' Angleterre, à Amſterd.* 1675. in 12. In germanicum SORBIERII *Relatio*, conuerſa ſermonem, hoc prodiit titulo: *Reyſe-Beſchreibung nacher Spanien vol artiger Geſchichten; denen beygefüget eine nacher Engelland, in welcher viel Dinge berühret werden, den Bund der Wiſſenſchaften und der Religion, auch andere merckwürdige Materien betreffend, ausz dem Franzöſiſchen verdeutſchet durch* Iohann Makle. *Franckfurt.* 1667. in 12. Vid. Cornel. a Beughem *Bibliographia Hiſtorica, chronol. & geographica* p. 492. Vincent. Placcii *Theatr. Anonym.* p. 463. SAMVELIS SORBIERII characterem, auctor du *Recueil de litterature, de philoſophie & d' hiſtoire*, quod *Amſtelod.* 1730. in 8.

prod. ita deſcripſit p. 135. *Mr.* SORBIERE *n' étoit pas ſavant. Il cherchoit à avoir commerce des lettres avec tous ceux, dont la reputation étoit grande, afin de donner l' éclat à la ſienne. Il étoit en aſſez grande liaiſon avec Meſſieurs* Hobbes *&* Gaſſendi. Hobbes *écrivoit à* SORBIERE, *ſur des matieres philoſophiques:* SORBIERE *envoyoit ſes lettres à* Gaſſendi: *& ce que* Gaſſendi *repondoit, lui ſervoit pour repondre aux lettres de* Hobbes, *qui croyoit* SORBIERE *grand Philoſophe. Mais le jeu a été découvert. On auroit pu dans cette occaſion apliquer à* SORBIERE *la fable de* la Fontaine, *qui a pour titre: Le Geay paré des plumes du Paon.* Conf. *Lettres choiſies de* Guy Patin l. cit. item Tom. I. p. 131. Tom. III. p. 376. Tom. V. p. 80. 122. 379. & 383. Vitam SORBIERII pluribus expoſuit Niceron l. cit.

IOANNIS MELLII DE SOVSA, *Senatoris Regii in Luſitania*, in librum Iob Paraphraſis poetica. Acceſſerunt de Reparatione humana Libri IIX. nec non de miſeria hominis Libri II. Nunc primum in lucem prodit. *Lugduni, Sumptibus Horatii Cardoro.* 1615. in 12. pp. 365.

Libellus oppido rarus, & quod nos ſciamus, nunquam recuſus, in tres diſpeſcitur partes, quarum prima *poeticam Iobi paraphraſin*, ſecunda *octo de reparatione humana*, tertia *duos de miſeria humana* complectitur *libros.* Auctoris filius SIMON DE SOVSA, cum Romam an. 1615. iter capeſſeret, illum in lucem emiſit, & praemiſſa epiſtola dedicatoria, *excellentiſſimo Domino* D. I. Daniel. Sylua *Comiti de* Salinas *&* Ribadeu *Duci* Franceville, &c. *Praeſidi ſupremo Concilii Luſitaniae in Curia regis Catho-*

Catholici; dicauit. Hac vero potiſſimum ratione, ſe adductum fuiſſe ſcribit, vt haec Patris opuſcula in publicum ederet, *vt regiis teſtarentur Senatoribus, Iurisprudentiam bene cum pietate conuenire.* Paraphraſi in Iobum, ceterisque libri partibus, encomiaſtica Gutterius & ad auctorem, & ad Lectorem praemiſit carmina. Ex auctoris praefatione in Iobi paraphraſin, quae p. 8. & ſqq. occurrit, illum religioſo hortatu perſuaſum, & iuſſu inuictiſſimi Regis Sebaſtiani coactum fuiſſe intelligimus, vt hoc grauiſſimum onus, & nimis impar humeris ſuis, ſubierit. Vt lectores vero noſtri intelligant, qua ratione auctor, labore haud adeo facili, fuerit perfunctus, ſpeciminis loco, particulam e capite Iobi XXXVIIII. ſelegimus, quam hic adſcribimus:

An tibi Rhinoceros (Leuiathan) *poſita feritate, iubenti*
Sponte ſua ſeruire volet? dabit ora capiſtro?
Forſan & ille tuum domitus praeſepe tenebit?
Aut docilem facies validis aſſueſcere loris?
Atque iugi patiens longo temone ligatus
Exercebit humum? poſt te confringet aratro
Aruorum glebas, incultaque praedia? nunquid
Viribus ipſius fides? aut culta labore
Committes impune tuo male ſedulus illi?
Aut curam ſegetum credes? erit area recte
Arbitrio commiſſa ſuo? num ſemina reddet?
Struthio per ſiluas, nullique habitanda camelus
Inuia, plumeſcit, ſimiles habet omnibus alas
Alitibus, liquidum quae tranant aëra, quales
Accipitres qui celſa petunt, aquilaeque volantes:
Non tamen illa ſuis conſurgit ad aethera pennis
Ouaque quae in ſabulo pariens abiecta relinquit,
Forſitan ipſe potes nuda tellure fouere?
Namque oblita vagus pedibus quod forte viator
Conteret, aut magna premet inuia bellua mole,
Negligit immitis ſobolem, nec pignora curat:
(Ac velut incaſſum foetus peperiſſet, omittens
Natos fida parum) nullo cogente timore
Deſerit oua, ſuis fruſtrata laboribus: illam
Munere cordis enim Dominus priuauit; & omne

Abſtulit ingenium tollendis foetibus aptum.
At natura fouet, caeli quae ſumma poteſtas.
Inſinuat, ſed tempus vbi vitare periclum,
Et pedibus velox, & freta irremigat alis.
(Nam mouet vna fugae ſtudio ſpes ſola timentem)
Quadrupedemque citum ſuperat per deuia pernix
Remigio duplici, atque equitem deludit inanem.
Tunc animum praebebis equo? tu denſa ferocis
Intra colla iubis eius, formabis acutos
Hinnitus? tenues ſaliens aſſurgit in auras
More locuſtarum, terror ſua gloria; ſiquem
Horrenti ſonitu ſtrepitum procul arma dederunt,
Ingentes animos tollit, fremituque ſuperbit
Naribus inflatis: audax exultat in hoſtes
Armatos, pauor omnis abeſt, nec cedere ferro
Intrepidum natura ſinit; duroue labori.
Quem ſuper haſta ſonat longeque horrenda ſagittis
Parthorum pharetra, ille fremens abſorbet hiatu
Sub pedibus terram, ſonitu nec territus haeret,
Nec clangore tubae; cum Martis ad arma furentes
Buccina rauca ciet, ſolita vi feruidus, acri
Vah ſonat ore, duces in bella incendit euntes:
Ingentemque animum viresque cohortibus auget. &c.

Pars libri ſecunda, *de reparatione humana*, rurſus in octo ſubdiuiditur libros, quorum I. *de lapſu Adae*, II. *de graſſatione Satanae*, III. *de Conceptione Beatae Virginis Mariae*, IIII. *de natiuitate Beatae Mariae virginis*, V. *de incarnatione Domini*, VI. *de Natiuitate Ieſu Chriſti*, VII. *de Paſſione Chriſti*, IIX. *de reſurrectione & aſcenſione Domini*, inſcribitur. Auctor illis praefationem, ſermone ligato conſcriptam, praemiſit. Libro I. hominem a Deo recens creatum, ita depingit:

Pulchra quidem ſimilisque Deo formatur imago.
Effigie inſigni vultus, concinna venuſtas,
Et pudor ingenuus, niueo decorata colore
Tingit & ora rubor, ſummo de vertice flaua
Caeſaries incompta decet, collumque pererrat
Penſilis, & longis inſignit crinibus altum
Corporis erecti culmen, vallataque circum
Frons hilaris, pilulisque ornantur lumina pulchris

Bi-

Digitized by Google

Bina, ſupercilium decori eſt, hinc naſus honeſtat
Effigiem gracilis: ſpecioſaque laeuibus aucta
Forma genis, & adhuc rugis illaeſa niteſcit.
Inde laboratae captandis vocibus aures
Tempus vtrumque ſuis illuſtrant orbibus: atque
Pubentes ſignant malae diſcrimina ſexus
Dens ebori, osque roſae non inuidet; omnia ſummi
Artificis teſtantur opus: nam caetera formae
Reſpondent hominis! ſolers ac dotibus illam
Conciliat natura ſuis: caeleſtis vt eſſet
Vas animi, vas argutae rationis & aequi. &c.

Libri *de miſeria Hominis* II. a IOANNE MELLIO DE SOVSA, nomine venerabilis fratris Ludouici Granatenſis inſcripti ſunt, qui illum ſaepe hortatus fuerat, *vt floſculos amoeniſſimos, ex opulentiſſimo operis*, quod Ludouicus *de hominis miſeria* conſcripſerat, *horto decerperet, & numeris compoſitos ad eum remitteret.* IOANNEM DE MELO DE SOVSA, diem obiiſſe anno 1614. ſcribit Iacobus le Long Tom. II. *Bibliotb. Sacr.* Tom. II. p. 857.

M. CYRIACI SPANGENBERGII, Opera hiſtorica

omnia hodie rariora & infrequentia ſunt. Eorum recenſionem, ſi illud *von den Vrſachen und Handlungen des Sechſiſchen Krieges bey dem Welphes-Holze Wittenb.* 1555. in 8. exceperis, inuenies in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. I. p. 127 ſqq. vbi etiam hiſtoria vitae Spangenbergianae extat. Conf. Paull. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 328. Melchior. Adami *Vitae Theologor. Germanorum* p. 347. edit. *Francofurt.* in fol. Wolfgang. Krügeri *Catalogus & Hiſtoriologia mille virorum* fol. 73.

SPECVLVM exemplorum, in fol. minor. folior. 502.

Quis libri rarioris, litteris gothicis impreſſi, fuerit auctor, dicere non poſſumus, cum nihil de eo habemus compertum. Gerardus Ioannes Voſſius *de hiſtoricis latinis* L. III. p. 644. edit. *Lugd. Batauor.* 1651. eo tempore Auctorem vixiſſe ſcribit, quo Maximilianus Auſtriacus imperio Romano germanico praefuit. Forte Aegidius Aurifaber, Carthuſianus, domus montis Sion, apud Zirizaeam, Selandiae oppidum, Vicarius, qui diem obiit anno 1466. illud opus conſarcinauit. Petrus enim Sutor L. II. *Vitae Carthus.* Cap. VII. p. 5[illegible]2. edit. *Louaniens.* Arnoldus Boſtius *de praecipuis aliquot familiae Carthuſianae Patribus*, Cap. XXVI. Theodor. Petreius, Franc. Swertius, & alii, illum *opus exemplorum* reliquiſſe ſcribunt. Conf. Chriſtophor Hendreich *Pandectae Brandenburgicae* p. 35[illegible]. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Lat.* L. I. p. 48. Totum opus in decem deſcribitur *diſtinctiones*, quarum I. *e dyalogo* Gregorii *pape*, *exempla ſeu narrationes* CXII. II. *ex* Hieronymi *vitis*, *collationibus & inſtitutis patrum & e* Climacho exempla CCL. III. *ex eccleſiaſtica Hiſtoria* Bedae *Presbyteri de gente Anglorum*, & *libro de viris illuſtribus Ordinis Ciſtercienſis*, *exempla* LXVI. IIII. *e* Vincentii Bellouacenſis *Speculo hiſtoriali*, *ex ſcriptis* Helinandi, *ex eccleſiaſtica & tripartita hiſtoriis*, *exempla* LXXXII. Diſtinctio V. *ex libro de proprietatibus apum*, *exempla* CXXXVI. Diſt. VI. *ex libro Exemplorum* Caeſarii *monachi*, *exempla* CIII. Diſtinctio VII. *ex vita & actibus ſancti* Franciſci, *ex Vitis fratrum Ordinis Praedicatorum*, *ex vitis fratrum Ordinis Heremitarum*, *ex vita S.* Hieronymi, Pachomi, *ex dialogo* Seueri *de vita Sancti* Martini *exempl.* CVI. Diſt. IIX. *ex variis Sanctorum vitis exempla* CLXIII. Diſtinctio VIIII. *ex diuerſis auctorum ſcriptis*, *exempla* CCXIIX. ob oculos ponit. In X. tandem & vltima diſtinctione SPECVLI *Exemplorum*, habentur *exempla*, *quae* auctor, vt ipſe ſcribit, *aut veriſſima relatione* didi-

didicerit, *aut in libris teutonicis ſcripta inuenerit*, *vel ipſe facta cognouerit*. Incredibile dictu eſt, quot fabulae, figmenta incondita & abſurda, deliramenta anilia, & obſcoenae narrationes, in hac collectione reperiantur. Operi praemittitur *tabula exemplorum*, quam *prologus in* SPECVLVM *exemplorum*, *ex diuerſis libris*, *in vnum laborioſe collectum*, excipit, qui his inchoatur verbis: *Impreſſoria arte iam dudum longe lateque per orbem diffuſa. multiplicatisque libris quarumcunque fere materiarum frequenter ammiratus ſum qua ex re factum ſit vt nullus vnquam hac arte inſignis librum aliquem in lucem protulerit qui ex pluribus diuerſorum auctorum opuſculis in vnum congeſta exempla contineret. Praeſertim cum fere omne hominum ampliſſimum genus ad rerum geſtarum cognitiones vehementius aſpiret. nihilque ſit quod animum humanum abundantius efficaciusque ad imitationem prouocet quam glorioſa facta maiorum. — Ne igitur chriſtiana gens & totius humani generis illuſtrior porcio hac tam fructuoſa re ſola careret. horum inſignium virorum tramites inſequens vtile duxi ex diuerſis patrum hiſtoriis pariter & exemplorum libris vnum quendam librum colligere per quem legentium animi non ſolum rerum geſtarum diuerſitate delectarentur & ſummi opificis in ſuis ſanctis mirarentur effectus: ſed etiam preclaris & gloria dignis operibus incitarentur ad probitatem. Et hunc librum non abre vt arbitror* SPECVLVM exemplorum *ſtatui nominare. eo quod facile quicunque in eo legens contenderit tanquam in puriſſimo* SPECVLO *aut decorem ſuum poterit aut deformitatem conſpicere. Tunc certe cum ſe aut ſimilem viderit patribus qui in hoc* SPECVLO *ob virtutum inſignia dignis laudibus extolluntur: aut certe eorum ſe ſenſerit vitiis defedatum quorum in eo ipſo malefacta carpuntur. Rogo igitur te nunc Praedicator ſuperbe, qui vt te ſcientulum monſtres: teque magis quam Chriſtum praedices per ſubtilium materiarum faſtigia volitans indoctam & ſimplicem Chriſti plebeculam confundis non* in-

Digitized by Google

informas. Rogo inquam te: flecte paululum elatum ſcientia verticem. & turgidum humanis fauoribus pectus inclina. Parce capiti tuo. parce laboribus tuis. & illas magis materias plebium auribus ingere, per quas non tam in tuas laudes quam in diuinum amorem & ſue vite correctionem aſſurgant. atque ad hec nil efficacius: nilue fortius mortalium mentes quam exempla promouent. Sis licet doctor theologus non vereare quaeſo: vnum aut duo vel ad maius tria ex hoc SPECVLO *exempta collecta materie praedicande inſerens. eo quod nec ſummus ille pontifex & praeclariſſimus eccleſie doctor* Gregorius *veritus ſit populo audituro exempla praedicare. Nec illud ſapientie vaſte ſacrarium Chriſtus erubuerit galileorum repentinum interitum & imparem ſortem epulonis & lazari in medium ferre. Vade igitur & tu fac ſimiliter.* &c. In fine libri haec legimus: *Hec exempla prout ea cognoui. non tam verbis verba quam ſenſum ſenſui reddens conſcripſi. Et plura hiis ſimilia vel etiam pociora ſcriptis commendaſſem. niſi me & imprimentis acceleratio & proprii corporis aduerſa valetudo vetuiſſent. Ceterum quia nihil a currentibus bene diſtincteque videtur. rogo in fine libri quoscunque hoc* SPECVLVM *exemplorum inſpecturos. vt ſi forte aliqua in eo ſicut indubie facient inordinata incompoſitaque repperirint benigne remittant. quia tanta feſtinantia atque acceleratione collectum eſt. vt citatiſſimi licet ſcriptores fuerint qui collecta dictataque conſcriberent. properantem tamen & nimium feſtinantem collectorem vix valuerint imitari.* Typographus vero haec ſubſcripſit: *Ad laudem & gloriam ſempiterne indiuidueque trinitatis. beatiſſime marie virginis omnium ſanctorum & angelorum finitum & completum eſt hoc* SPECVLVM *exemplorum per me Richardum paefroed ciuem dauentrienſem in craſtino beatiſſimorum apoſtolorum Philippi & iacobi Anno dni. MCCCCLXXXI. De quo ſit deus benedictus in ſecula. Amen.* Editionem noſtram SPECVLI *exemplorum* ideo omnium eſſe primam cenſemus, quod nullibi, illa antiquiorem, reperire potuimus.

Re-

Recentiores vero memorantur variae in Mich. Maittaire *Annal. Typographic.* v. g. *Colonienſis per Ioan. Koelhoff*, quem Io. Halleruord in *Bibliotheca curioſa* p. 376. & Val. Ern. Loeſcherus in *Stromat.* p. 246. minus recte *Io. Belhof* nominant, 1485. in fol. vid. Tom. I. p. 467. *Argentorat.* 1487. v. Tom. I. p. 490. *Argentorat.* 1490. in fol. Tom. I. p. 526. *Argentorat.* 1495. *finitum & completum in die S. Barbare virginis glorioſe*, in fol. Tom. I. p. 598. it in Io. Ludolph. Bünemanni *Catalogo Librorum MStor. & impreſſ. rariſſim.* p. 21. *Argentorat.* 1497. in fol. vid. Tom. I. p. 654. *Hagenoae per Henricum Gran* 1519. vid. Io. Hallervord. l. cit. Conf. Io. Albert. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. Cap. XXXII. p. 40. vbi vero inſignis parachronismus notari debet, cum Compilatorem huius SPECVLI circa A C. 480. vixiſſe perhibet. Scriptores enim Beda, Helinandus, Vincentius Bellouacenſis &c. e quorum ſcriptis SPECVLVM *exemplorum* congeſtum eſt, multo ſunt iuniores. SPECVLVM hoc deinde, *in locos communes, ordine alphabetico redactum, exemplis & obſeruationibus auctum* edidit Ioannes Maior, Atrebas Belga, e Societate Ieſu hoc titulo: SPECVLVM *magnum exemplorum ex plusquam LX. authoribus pietate, doctrina & antiquitate venerandis, variisque tractatibus excerptum ab Anonymo quodam, qui circiter Annum Domini* 1480. *vixiſſe deprehenditur. Nunc per quendam patrem e Societate Ieſu ab innumeris mendis & faſtidioſis breuiationibus vindicatum, variis notis auctorumque citationibus illuſtratum & appendice locupletatum. Duaci.* 1605. *ap. Ioan. Bellerum* in 4. *ſecunda editio caſtigatior, Duaci apud haeredes Belleri* 1607. in 4. Editionem recentiorem *Colon.* Agrippin. 1672. adtulit Io. Halleruord l. cit. Conf. Petr. Ribadeneira *Catalogus Scriptorum Religionis Societatis Ieſu*, qui p. 147. Io. Maioris editionem, *Duaci* saepius eſſe euulgatam ſcribit.

SPECVLVM humanae ſaluationis.

Vid. Cl. Vogtius p. 638. Multa quoque lectu digna, de hoc libro adtulit I. C. Neineiz, in den *vernünftigen Gedanken über allei band hiſtoriſche, critiſche und moraliſche Materien* P. I n. IIII. p. 34 ſqq. vbi nonſolum I. G. Schellhornii Obſeruationem de hoc libro, quae Tom. I. p. 1 ſqq. *Amoenitat. litterariar* inuenitur, variis in locis emendat, ſed etiam tria huius libri exempla, quae Harlemi adſeruantur, ſe vidiſſe teſtatur, vnum lingua latina, duo vero lingua Belgarum vernacula conſcripta. Obſeruat praeterea, idem SPECVLVM *humanae ſaluationis* anno 1448. lingua germanica prodiiſſe. Si auctori des *Lebens der Czarin Catharinae Alexiowna* fides habenda fuerit, in Bibliotheca Academiae Petropolitanae eius quoque libri adſeruatur exemplum, quod olim Petro Scriuerio fuit. In Bodleiana & Collegii S. Benedicti Bibliothecis reperiri illum librum, e *philoſophicis Transactionibus*, & *Catalogo MS. Angliae & Hiberniae*, nos docet Io. Henric. Leichius in *Supplement. ad* Mich. Maittaire *Annales* libello *de origine & incrementis Typographiae Lipſienſis* adiecto p. 116. Nos quoque dans *l' hiſtoire d' un Voyage litteraire fait en* 1733. p. 19. legere meminimus, quod SPECVLVM *humanae ſaluationis a Ioanne Fuſt, ciue Moguntino anno* 1459. *impreſſum* & Michaeli Maittaire incognitum in Bibliotheca, Academiae Lipſienſis, Paullina inueniatur. Cum vero Io. Henr. Leichius de eiusmodi editione in *Supplemento ad* Maittairii *Annal.* nihil adtulerit, nos in eam adducimur ſententiam, vt illam aut plane non extare, aut errorem ex alterius libri titulo, ob ſimilitudinem enatum eſſe, credamus. Lengletus nimirum du Fresnoy dans ſes *Tablettes chronologiques* P. II. p. 3?0. de Roderico Sancio de Arevalo, Epipiſcopo Zamorenſi ſcribit: *Il a fait auſſi le miroir des conditions humaines*, Speculum vitae hu-

humanae in fol 1459. *Livre tres-rare de cette edition.* Igitur facile euenire potuit, vt ſi eiusmodi quidem SPECVLI *vitae humanae* editionem extare, Lengleto du Freſnoy credere voluerimus, Carolus Stephanus Iordanus, qui Auctor eſt du *Voyage litteraire*, tituli ſimilitudine deceptus fuerit, SPECVLVMque *vitae humanae*, & SPECVLVM *ſaluationis humanae*, vnum eundemque eſſe ſibi perſuaſerit librum. Plane diuerſum eſſe librum, deſcriptio, SPECVLI *ſaluationis humanae*, quae apud Scriptores, a Cl. Vogtio l. cit. & a nobis citatos, inuenitur, nec non SPECVLI *vitae humanae*, a nobis inſpecti, docuit ratio. Hoc enim duobus abſoluitur libris, in quibus varia & diuerſa hominum ſtudia, artes, officia, viuendique genera, ſollerter euoluuntur. Nos etiam non ſine cauſſa veremur, ne Lengletus du Freſnoy errorem quoque admiſerit, cum antiquiorem SPECVLI *vitae humanae* editionem, illa *Romana*, *typis Conradi de Sweynheim & Arnoldi Pannarz*, 1468. in fol. edita, quam Chriſt Schoettgenius in *Continuat. Bibliothecae* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XVII. p. 320. nec non alii, omnium primam, ab ipſo Epiſcopo Zamorenſi editam eſſe contendunt, omni adhibita opera, invenire non potuimus. Vidimus Lipſiae, in Collegii Paullini bibliotheca, codicem SPECVLI *ſaluationis humanae*, manu exaratum, cui auctoris nomen, Henrici de Lichtenſtein, additum erat.

SPECVLVM Saxonicum, editio ſatis vetuſta, *Auguſtae Vindelicor. anno* 1481. *impreſſa*, in fol. mai. folior. 239.

Rariſſima editio haec, adſeruatur in Bibliotheca Scholae prouincialis Portenſis publica. Pagina prima haec leguntur: *Hie vahet an das Regiſter des erſten Buchs über den Sachſen* SPIEGEL. In fine libri leguntur: *Hye endet ſich der ſachſiſch* SPIEGEL *mit*

ord.

ordnung der rechten den der erwirdig in got våter vnd herre Theodericus von Bockſtorf *byſchoff zu Neünburg ſåliger gecorrigieret hat. Gedrucket vnd volenndet von Anthoni Sorgen in der keyſerlichen Stat Augſpurg am donerſtag vor vrbani. do man zalt nach Criſti gepurt* 1481 *Iare.* Praefatio rhythmis germanicis, conſcripta eſt, qui tamen vna ſerie coniuncti inter ſe; ſolutam orationem referre videntur. Illius hoc eſt initium: *Ich zymmere ſo man ſagt beyden weg. des musz ich manigen meyſter han. ich hab bereyt nücz ſteg, do manger bey beginnet zu gan. Ich kan der leut nicht machen vernünfftig all gemein Allein lere ich ſy des rechtens pflicht. mir enhelff got vnnd maria die reyn Wer mein lere nicht vernymmt. wil er mein buch beſchelten ſam, ſo tut er daz im miſſ enczeme an. wann wer nicht ſchwymmen kan, wil er den waſſer verweiſen das. ſo iſt er vnuerſunnen. Sy lernen das ſy das leſen basz die es vernemen nicht en künnen.* &c. Imprecatio, & finis prologi his verbis conceptus conſpicitur! *groſſe angſt geet mich an. ich fürcht ſere das mach man Disz buch will ich meren. vnd beginnen recht zu verkeren vnnd ziehen das an mich. ſo waisz mich das gott vnſchuldig. wenn den kan niemant betriegen. der waisz das ſy liegen. das enkane ich nicht bewaren alle die vnrecht faren Vnd werben an diſem buch. den ſend ich diſen fluch. vnnd die falſch hie czu ſchreiben. die mailigen ſucht müſſe an in beleiben. als ſy es tåt von elizeus gepet. daruon naam ward erlöszt. Gott heylant vnd troſt. der rechs an in alſo Das es die ſele werde vnfro mit ſampt dem leib. des teüfels handtfeſte beleibe jr ſchrift das er ſy hab gewiſz, die weil ſein ſchrifft vnuerteylt iſt. wer des teüfels on ennd wölle ſein der ſend im daz zu vrkund, vnd far zu der hellen grund Dennocht wirt vnrecht wol bekannt als ein kupfferer pfenig in der hand wann im auszplicket ſein roter ſchein. manig pfenning dye geben ſeind. vnnd in das weiſſe wirt abgefegt. alſo wirt vnrecht verlaugnet. wenn man ſeyn enndebeſchawet. vor*

got

Digitized by Google

got ſey er verfluchet wer vnrecht geren ſterckt. Vnd miſche zu diſem werck. darumm ich lang hab gedacht, vnd durch got zeſamen pracht. Nun danckt all gemain dem von falckenſteyn. *der do iſt graff* hye *genannt. das an teüt ſch iſt gewannt. disz buch durch ſein pete* Eycke vonn repckow *es täte Vngern er es aber ankam, do er aber vernam So grosz darczu des herren wille vnd geren, do enthatt er keyn were. des herren liebe in gar überwandt. das er des buches began. das im was vil vnbedacht do er es in latein hat pracht. on hilff vnnd on ler doch dauchte im das zu ſchwär das er es in teütſch wante czu leczt er doch geante. die Arbeit vnd tat gern graff* hoyers *bete.*

Hie ennden ſich die ſp. ii. b.

Litterae initiales cuiuslibet articuli, variis coloribus, in hoc codice, diſtinctae conſpiciuntur. Plura quidem erant, quae adcuratiorem a nobis exigerent recenſionem, cum vero illud non permittit inſtituti noſtri ratio, alii tempori id reſeruamus, vbi forte data opera, hunc codicem rariſſimum deſcribemus.

ALPHONSI DE SPINA, Fortalitium fidei contra haereticos, Iudaeos, Saracenos & Daemones.

De inſigni editionum, huius libri, raritate vid. Cl. Vogtii *Catalog libror. rar.* p. 639. Habet libri editionem perantiquam Bibliotheca Portenſis publica. Illa folia 249. maioris formae complectitur. Vix librum litteris gothicis impreſſum vidimus, in quo plura ſcribendi compendia inueniantur, quae librum lectu reddunt difficillimum. Tempus & locus, quo liber fuerit impreſſus, fruſtra in eo quaeritur, omnes vero notae characteriſticae nos certiores reddunt, illum ad Typographiae proxime accedere incunabula, & ſine dubio omnium *For-*

tali-

Digitized by Google

talitii, primam eſſe editionem. Illius initium facit *tabula capitum*, quae initio haec habet verba: *Tabula fortalicii fidei incipit cuius ſunt libri hec & premittitur prohemium in quo laudes diuine annotantur & innititur querela ante thronum maieſtatis dei & ponitur intencio ſcribentis.* In fine *prohemii* figura turris, ſiue *fortalicii*, & hoſtium qui illud oppugnant, ligno inciſa, variisque coloribus picta, conſpicitur, cui haec praemittuntur verba: *Turris fortitudinis a facie inimici. Pſ. LX. Et premittitur figura pugne. in qua fortalicium quinque turrium cum eius ornatu & armatura deſeruit primo libro. Heretici fodientes ſiue per inuium fortalicium perforantes deſeruiunt ſecundo. Iudei vero ſignati velati & cathenis vinculati deſeruiunt tercio. Bellum ſarracenorum & Chriſtianorum deſeruit quarto. Demones vero ab angelis proſtrati deſeruiunt quinto libro.* Liber primus hiſce inchoatur verbis: *Incipit liber primus in quo continentur tres conſideraciones. Vt detur ordo in preſenti libro quinque erunt parciales libri quaſi quinque turres fortalicii fidei inexpugnabiles. Primus erit de vera Chriſti militum armatura & de fidei catholice excellencia. Secundus erit de bello falſorum chriſtianorum & hereticorum contra eam & eorum aſtucia. Tercius erit de bello iudeorum contra eam & eorum crudelitatibus & malicia. Quartus erit de bello ſarracenorum contra eandem & de eorum & ſue legis immundicia. Quintus erit de bello dyabolorum contra eandem & de dominii eorum miſeria.* &c. Diu quidem inter viros doctos de auctore huius libri diſceptatum fuit, cum nonnulli illum Guilielmo Totano, nonnulli Bartholomaeo Spinae Dominicanorum ordini adſcripto, alii Ioanni de Spina vel Spira, alii denique Thomae Barbarienſi tribuerent. Sed hodie conſtat inter omnes ab ALPHONSO DE SPINA, Hiſpano, ex Iudaeo Chriſtiano, ordini Minorum adſcripto, & tandem Epiſcopo Orinopolitano, qui inter ſeculi decimi quinti Scriptores, non infimum occu-

occupat locum, librum eſſe conſcriptum. Ita enim Auctor du *Recueil de litterature de philoſophie & d' hiſtoire* p. 28. ſcribit: *L' auteur du* Fortalitium fidei *eſt un Cordelier Espagnol qui ſe nomme* ALPHONSE DE SPINA *Il compoſa cet ouvrage en* 1452. *Il y en a trois editions toutes trois gotiques. La premiere eſt ſans date*: (ſine dubio haec noſtra eſt) *la ſeconde eſt de Nuremberg en* 1485. *& la troiſieme de cette même ville en* 1494 *in* 4. Hoc vero opus iam anno 1452. ab auctore compoſitum eſſe, hanc potiſſimum ob cauſſam auctori Gallo concedere non poſſumus, cum in noſtra editione & quidem in fine *tabulae* nonſolum narratio inueniatur de Iudaeo, qui hoſtia conſecrata abuſus fuerat, in ciuitate Segouienſi anno 1455; ſed auctor quoque ipſe, librum anno 1458. a ſe eſſe conſcriptum, teſtetur L. II. *Fortalitii fidei*, haeres. V. fol. 58. edit. noſtrae, vbi haec leguntur verba: *Cum preſentem librum ſcriberem in villa vallis oletana* (Valliſoletana) *Anno dni MCCCCLVIII. Clericus quidam nomine Alfonſus* &c. Conf. de ALPHONSO DE SPINA, *Colomeſiana* p. 830. edit. Io. Alb Fabricii, vbi haec legimus: *l' on ne ſait pas au vrai qui eſt l' auteur du livre intitulé* Fortalitium fidei. *Quelques uns croyent que ce ſoit* Guillaume Totanus: *D' autres* Barthelemi de Spina *Dominicain.* Grotius *dans une lettre manuſcrite que j'ai lue chez Mr.* Voſſius *l' appelle* Thomas Barbarienſis. *Le Ieſuite* Mariana, *dans ſon hiſtoire d' Eſpagne L. XXII ch.* 13. *dit, que c' eſt un cordelier nommé* ALPHONSE DE SPINA, *qui aſſiſta à la mort ce grand Capitaine* Alvare de Lune. *Ce Livre eſt fait contre les Iuifs.* Quod vero Guilielmo Totano iſte liber tribuatur, ea ſine dubio cauſſa eſt, quod editio *Lugdunenſis* anni 1511. eius cura & ſtudio in lucem prodierit. Editionem libri *Lugdunens.* 1525 in 8. adlatam conſpicimus in *Catalogo Bibliothecae Bodleian.* Tom. I p. 251. Plura vide in Nicol. Antonii *Bibliotheca Hiſpan. veter.* Tom. II. Lib. X. Cap. VIIII. p. 183.

p. 183. in Iul. Bartoloccii *Bibliotheca magna Rabbinica* P. IIII. p. 408. in Lucae Waddingi *Scriptor. Ordinis Minor.* p. 14. in Io. Alb. Fabricii *Delectu Argumentorum & Syllabo Scriptorum, qui veritatem religionis Chriſtianae aſſeruerunt* p. 574. & in *Bibliotheca med. & infim. Latinitat.* L. I. p. 198. dans le *Dictionaire* de Mr. Baile Tom. III p. 2629. dans la *Bibliotheque Critique* de Mr. Sainjore Tom. III. Chap. XXX. p. 316 ſqq. in Theſauro Bibliothecali P. IIII. p. 151.

De BENEDICTO SPINOSA, eiusque operibus eorumque verſionibus,

vid. praeter ea, quae a Cl. Vogtio p. 639 ſqq. iam adlata ſunt, die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* paſſim, Niceron *Memoires* Tom. XIII. p. 30 ſqq. Tom. XX. p. 59.

FRANCISCI SPIRAE hiſtoria, qui, quod ſuſceptam ſemel, veritatis euangelicae profesſionem abnegaſſet, in horrendam incidit deſperationem. *Amberg.* 1608. in 12.

Editio, cum iis, quas Gerdeſius p. 265. *Florileg.* adduxit, coniungenda. Liber ex italico idiomate, in latinam linguam translatus fuit, a Coelio Secundo Curione, & prima vice editus 1549. in 8. vid. Niceron *Memoires* Tom. XXI. p. 19. *Catalog. Biblioth. Tellerianae* p. 266. Ioannem Biſſendorpium hanc hiſtoriam rhythmis expreſſiſſe germanicis, iam ſupra p. 128. adnotauimus.

FORTVNATI SPRECHERI, Pallas Rhaetica armata & togata, ſiue Chronicon Rhaetiae. *Baſileae, ex officina Genathii,* 1617. in 4.

FOR-

FORTVNATVS SPRECHER A BERNECK, Eques & Doctor iuris, natus fuit in oppidulo Dauos, in Rhaetia ſuperiore ſub foedere decem iudiciorum. Librum eum poſſidemus, qui titulo: *Rhaetia, Lugduni Bat.* 1633. *apud Elzeuirios*, in forma quam vocant, viceſima quarta, prodiit, partemque *rerumpublicarum*, vt dicuntur, *minorum*, conſtituit. In ſermonem liber translatus Germanis vernaculum, & continuatione ad annum vsque 1672. auctus, prodiit *Curiae in Heluetia* an. 1672. in 4. Patriae ſuae SPRECHERVS librum dedicauit his verbis: *Inuictae & potenti trium foederum Rhaetorum Inalpinorum vnitati, patriae & principi meo, ſubmiſſe colendo*: Vid. plura in *Bibliotb. Hamburgenſi hiſtorica* Cent. VIIII. p. 210 ſqq. Extat eiusdem SPRECHERI *hiſtoria motuum & bellorum poſtremis his annis in Rhaetia excitatorum & geſtorum. Coloniae*, 1619. in 4. Forte *Pallas Rhaetica* hoc titulo recuſa fuit, quod vero pro certo adfirmare non ſuſtinemus, cum vtrumque librum inſpicere nobis haud licuit.

FRIDERICI STAPHYLI, Hiſtoria de vita, morte, & Iuſtis Caroli V. Maximi, Imperatoris Rom. &c. nunc recens edita, & variis illuſtrata virtutum fortunaeque exemplis. *Auguſtae Vindelicorum Philippus Vlhardus excudebat. Anno Sal.* 1559. *Calend. Iunii* in 4. I. Alph. 7. pl.

Habemus librum etiam, eandemque editionem titulo hoc immutato: *De Exequiis Caroli V. Maximi, Imperatoris, quas Ferdinandus Auguſtiſſimus Imperator germano fratri chariſſimo Auguſtae Vindelicorum fecit fieri. Item de Exequiis Mariae Vngariae, & Mariae Angliae, Reginarum, per eundem Imperatorem noſtrum, aliquot diebus poſt celebratis. Auguſtae Vindelicorum, Phil. Vlhardus excudebat. Anno Sal.* 1559.

IIII. Cal. Martii. in 4. Inſignem libri raritatem teſtantur die *Merkwürdigkeitin der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 335. Vitam FRIDERICI STAPHYLI expoſitam conſpicimus in Paull. Freheri *Theatro viror. eruditione claror.* p. 199. in *Nou-Antiquis* anno 1716. p. 774 ſqq. vbi etiam imago illius reperitur. Verſiculi imagini ſubſcripti, immutati leguntur in Wolfg. Krügeri *Catalogo & hiſtoriologia mille virorum* fol. 102. De cauſſa, qua adductus STAPHYLVS fuit, vt a Lutheranorum coetu defecerit, & ad Pontificios tranſierit, inter viros doctos nondum conuenit. Aliam enim adtulit Ioachim Camerarius in *vita* Phil. Melanchthonis p. 127. edit. *Hag. Comit.* 1655. in 12. aliam memorauit Chriſtophor. Hartknochius in der *Preuſſiſchen Kirchen Hiſtorie* L. II. Cap. II. p. 342 ſqq. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 517.

STATVS aulae Ferdinandi II. Imperatoris. *Lugd. Bat. apud Elzeuir* 1637. in 24.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 643. Vberiorem libelli recenſionem, qui vno anno, bis editus fuit, videſis in *Biblioth. Hamb. hiſtorica* Centur. VIIII. p. 200.

STATVTA inclyti ac heroici Ordinis Equitum immaculatae virginis. in 4. pl. 5.

Inter rariores, hunc librum rariſſimum, & bibliothecarum, in quibus reperitur cimelium eſſe, teſtatur. Io. Dan. Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern.* P. II. p. 109. Sumtibus regis Vladislai IIII. editus, & cum equitibus ordinis tantummodo, & perſonis in ſumma dignitate conſtitutis, communicatus fuit.

Hiſto-

Digitized by Google

Hiſtoria genealogiae Domini noſtri Ieſu Chriſti, Dei & Dauidis filii, Synopſi gemina & tribus libris expreſſa & expoſita. Studio & opera SYLVESTRI STEIER *Leouallae.* Cui addita eſt ſacrorum bibliorum Synopſis. *Francofurti, excudebatur typis Nicolai Baſſaei.* 1594. in fol.

Subdubitare videtur Auctor der *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. I. p. 307 ſqq. vtrum auctor, pontificiae religioni, an Lutheranorum ſacris addictus fuerit. Illum vero Lutheranum fuiſſe, praeter Iacob. le Long Tom. II. *Bibliotb. Sacr.* p. 972. confirmare videtur *Catalogus omnium librorum qui nundinis Autumnal. Francof. ad Moenum & Lipſiae anno* XCIIII. *celebratis nouiter impreſſi venales expoſiti fuerunt*, vbi fol. 4. illud opus inter proteſtantivm Theologorum libros, reperitur.

HENRICI STEPHANI, ſcripta, & Auctorum editiones, quae ex illius typographia prodierunt,

Omnes hodie ſunt rariores. Non eſt vt illas longa ſerie recenſeamus; adeant qui illas noſſe cupiunt Theodori Ianſſonii ab Almeloveen *de vitis* STEPHANOR. *diſſertationem epiſtolicam, ad virum Clariſſ.* Io. Georg. Graeuium. *Amſtelod. apud Ianſſonio-Waasbergios* 1683. in 8. Michael, Maittaire STEPHANORVM *hiſtoriam vitas ipſorum ac libros complectens Londin.* 1708. II. Tom. in 8. mai. Niceron *Memoires* Tom. XXXVI. p. 270 ſqq. Iis autem vnum alterumue hic adiiciemus librum, qui prae ceteris a raritate, commendari meretur.

Digitized by Google

HENRICI STEPHANI epiſtola, qua ad multas, multorum amicorum reſpondet, de ſuae typographiae ſtatu, nominatimque de ſuo linguae graecae theſauro; In poſteriore autem eius parte, quam miſera ſit hoc tempore, veterum ſcriptorum conditio, in quorundam typographorum prela incidentium, exponit. Index librorum qui ex officina eiusdem HENRICI STPEHANI hactenus prodierunt. *Apud ipſum* 1569. in 8.

A raritate laudatur in Gerdeſii *Florileg.* p. 267. Repetitae libelli editiones ſilentio praetermittuntur. Inuenitur 1) in Theod. Ianſſon. Almeloueen *Vitis* STEPHANORVM p. 148 ſqq. 2) in Mich. Maittaire *Hiſtoria* STEPHANOR. p. 304 ſqq. 3) cum HENRICI STEPHANI *Pſeudo-Cicerone* illum in lucem emiſit Frid. Guil. Roloffius *Halae* 1737. in 8. *Indicem* praeterea *librorum, qui ex* H. STEPHANI *officina prodierunt*, epiſtolae adiectum, inſeruit Maittaire Tom. III. *Annal. typogr.* p. 462 ſqq.

Plutarchi, quae extant opera, cum latina interpretatione, ex vetuſtis codicibus, nunc primum plurima emendata ſunt, vt ex HENRICI STEPHANI annotationibus intelliges: quibus & ſuam quorundam librorum interpretationem adiunxit. Aemylii Probi de vita excellentium Imperatorum liber. 1572. *excudebat* HENR. STEPHANVS in 8.

Omnia illius praeſtantiſſimi operis XIII. Volumina, quae in bibliothecis inſtructiſſimis rariſſime inueniuntur, bibliotheca noſtra, quantulacunque eſt, tanquam cimelia litteraria adſeruat. Inter VI. Volumina, quae textum Plutarchi graecum complectun-

ctuntur, tria priora, *ſcripta* ſic dicta *philoſophica*, tria poſteriora, *vitas parallelas* continent. *Vitarum parallelarum* adpendix, quae Volumem VII. conſtituit, Annibalis & Scipionis *vitam* a Donato Acciaiolo ſiue Accieuolo Florentino, eloquentiae laude claro, expoſitam exhibet, quam ſequuntur *vitae excellentium Imperatorum*, quas Aemilius Probus, ſeu Cornelius Nepos conſcripſit. Hiſce autem *vita* Agricolae, a Tacito expoſita, & STEPHANI in *vitas* Plutarchi *parallelas adnotationes* pp. 467 ſubiunctae ſunt. Reliqua VI. volumina, verſionem latinam ante oculos ponunt. Conf. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. IIII. C. XI. p. 371. Totum opus HENRICVS STEPHANVS Reginaldo Ferrerio, Galliarum Regi ab intimis conſiliis, & apud illuſtriſſimam Venetorum rempubl. legato, dicavit. Dedicationi haec tria graeca Epigrammata adiecit.

Ἐῤῥίκου τοῦ Στεφάνου εἰς Πλούταρχον.

Οὔτι μάτην πλούτου σε γονῆες λείπουσιν ἀρχὸν,
Ἀλλά γε κῆρ ἴσχον σοῦ πέρι μαντόσυνον.
Καὶ γὰρ ὁ παιδόσης πλοῦτος προφερέστερος ἄλλων,
Τῷ δὲ σοφῶν πάντων σὺ προφερέστερος ᾖ.
Καὶ σοῦ πάντα λόγον πλούταρχον ἂν ὀρθὰ καλοῖμεν.
Ἄρχουσαν πλούτου πᾶς ἔχει σοφίην.

Τοῦ Αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτόν.

Βοιωτῆς τοπάροιθεν ὗος καθ' ὀνείδεα χεῦαν,
Καὶ περὶ τῆς δε γέλως ἐστὶ παροιμιακός.
Ἀλλ' ὅς Πλούταρχος Βοιωτὴ ἔπλετο τοίη
Οἷαν ἱμάρω Ἀττικὴ ἄιε τεκεῖν.

Τοῦ Αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτόν.

Φασὶ παροιμιακῶς ὗς, πολλοί φασιν Ἀθηνᾶν.
Ὗν δ' ἄρα Βοιωτὴν ἔξελε τοῦν δὲ λόγον.

Μήποτε δ' ἄντι ὑὸς Βοιωτίη ἐστὶν Ἀθηνᾶ,
Ἣν καὶ ζηλοτυπεῖ τριτογένεια κόρη;

Tria volumina priora graeca, paginis abſoluuntur 2101. tria poſteriora pp. 1923. Vol. I. latinum pp. 731. Vol. II pp 683. Vol. III. pp. 695. excepto *indice*, Plutarchi libris *de virtute & vitio; de Eſu carnium; de ſtudio comparandi multos amicos;* & HENR. STEPHANI in illos, & alios Plutarchi libellos *adnotationibus*, & *Summa priuilegiorum*, pp. 216. Vol. lat. IIII. pp. 506. Vol. V. pp. 552. Vol. VI. pp. 621. excepto *indice*. Vol. VII. ſiue Appendix pp. 467. *Scripta* Plutarchi *moralia*, partim ab HENRICO STEPHANO, partim ab aliis, *vitae* vero *parallelae* ab Hermanno Cruſerio, I. C. & Ducis Cliuenſis Conſiliario, e graeco in latinum ſermonem conuerſae ſunt.

Parodiae morales H. STEPHANI, In poetarum vet. ſententias celebriores, totidem verſibus Gr. ab eo redditas. Eiusdem HENR. STEPHANI

ad lectorem Tetraſtichon.

Aurea priſcorum (ceu quaedam oracula) vatum
Ecce tibi in varios dicta propago modos.
Ipſe legentis erit ſic propagata voluptas,
Ipſe propagatus ſic quoque fructus erit.

Centonum veterum & parodiarum vtriusque linguae exempla. *Anno 1575*, *excudebat* HENRICVS STEPHANVS. *Cum priuil. Caeſ. Majeſt. in Decennium*, in 8.

Hunc

Digitized by Google

Hunc librum, quem nos etiam poſſidemus, dedicavit HENRIC. STEPHANVS Ioanni Fichardo, I. C. ſenatori Francfordienſi. In praefatione ad lectorem libri rationem exponit, & inter alia ſcribit: *Quum igitur tam pretioſos verſus παρῳδῶν primus docuerim, nouae atque inuſitatae vtilitatis parodiarum ſpecimen a me edi, & in eo, ſi non alia re, exemplo ſaltem de ſtudio poetices bene mereri fatebuntur (niſi me animus fallit) quicunque candidi iudices eſſe volent. Spero enim fore vt multi exercitationis genus idem, ſed non eodem modo (id eſt, multo felicius) tentent. quibus ideo vacuam in ſingulis parodiarum argumentis paginam (quod alioqui miraveris) reliqui. Nec vero dubito, quin ſicut eas equitans ad fallendum viae taedium ſcripſi, ita & ipſi tempus illud ea in re lubenter ſint poſituri* &c. Speciminis loco *parodias* quae p. 146. leguntur, hic adſcribimus:

HORATIVS in arte poet.

——— pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas.

——— ποιηταῖς ἠδὲ γραφεῦσιν
Αἰὲν ἐλευθερίη πάσης ἴση ἔπλετο τόλμης.

PARODIAE

——— praedonibus atque tyrannis
Quiduis patrandi ſemper fuit aequa poteſtas.
——— quaeſtoribus atque telonis
Lucrum ſectandi ſemper fuit aequa poteſtas
——— ganeonibus & paraſitis
Sectandi menſas alienas aequa poteſtas.
——— meretricibus atque cinaedis
Verba obſcoena loqui, ſemper fuit aequa poteſtas.
——— pueris vinoque grauatis
Aequa poteſtas eſt dicenda tacenda loquendi.
——— medicis pariterque cherurgis
Aduerſum aegrotos ſemper fuit aequa poteſtas.

Parodias ſequuntur, *Centonum & parodiarum exempla, ab* HENRICO STEPHANO *ſelecta & illuſtrata,* inter quae eminet Laelii Capilupi Cento Virgilianus

nus *de vita monachorum*, *quos vulgo fratres adpellant.* Conf. ea, quae ſupra p. 205 ſqq. de Capilurporum *carminibus* prolata fuerunt.

HENR. STEPHANI, Schediaſmatum variorum, id eſt, Obſeruationum, Emendationum, Expoſitionum, Diſquiſitionum, Libri tres: qui ſunt Penſa ſuccíſiuarum horarum Ianuarii, Februarii, Martii.

Liber Lectori

Tres tantum natus menſes nequeone placere
Annum vbi natus ero, poſſe placere puto.

Excudebat HENRICVS STEPHANVS *anno* 1578. Liber I. pp. 106. Lib. II. pp. 88. Lib. III. pp. 108. in 8.

HENRICI STEPHANI, Schediasmatum variorum, id eſt Obſeruationum, Emendationum, Expoſitionum, Disquiſitionum, Alii libri tres: qui ſunt Penſa ſucciſiuarum horarum Aprilis, Maii, Iunii. *Excudebat* HENRICVS STEPHANVS *Anno* 1589. in 8. L. IIII. pp. 160. L. V. a pag. 161. — 272. L. VI. a p. 273. — 361.

Vtramque libri rarioris partem inſeruit Ian. Gruterus Appendici ad Tom. V. *Theſauri critici* a pag. 1 — 254.

Homerici Centones a veteribus vocati Ὁμηρόκεντρα. Virgiliani Centones. Vtrique in quae-

Digitized by Google

quaedam hiſtoriae ſacrae capita ſcripti. Nonni Paraphraſis Euangelii Ioannis, Graece & Latine. *Excudebat* HENRICVS STEPHANVS *Anno* 1578. in 12. pp. 73. & 247.

Dedicauit HENRICVS STEPHANVS hunc libellum Cratoni *ſuo*, Ioannis Cratonis a Craftheim, *clariſſ. viri*, *filio*. Editionem Stephanianam tres aliae iam praeceſſerant, nimirum omnium prima *Aldina*, *Venetiis* 1504. in 4. cum latina Petri Candidi interpretatione; *Francofurti* 1541. in 8. & 1554. in 8. Cum vero earum editionum exemplaria, teſte H. STEPHANO, a multis iam annis reperiri deſiiſſent, huius libelli editioni locum in ſua typographica officina dandum cenſuit, ſed magis quam putarat depravatum eſſe animaduertit, nonnihilque temporis, illius emendationi ideo impendit & multos verſus non ſolum ex iis qui aperte claudicabant, vel alio modo mendoſi erant, ſed ex iis etiam qui occultis vitiis laborabant integritati ſuae reſtituit. In diſſertatione quam HENR. STEPHANVS *Centonum & parodiarum exemplis ſelectis*, a nobis iam memoratis, praemiſit, varia Ὁμηροκέντρων loca illuſtrantur. Auctor eorum, Athenais, Leontii philoſophi Athenienſis, filia, fuiſſe dicitur, ſed ſunt etiam nonnulli qui illos Pelagio Patricio tribuunt. De variis & inprimis recentioribus eorum editionibus vid. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca graec.* L. II. c. VII. p. 355 ſqq. Probae Falconiae *Centones Virgiliani* ſaepius in lucem emiſſi fuerunt. Poſſidemus praeter alias, editionem ſatis nitidam & raram, hoc titulo inſignitam: Probae Falconiae Foeminae clariſſ. *Centones de diua Deipara Lauretana. Ouidio - Cento. Ex Lib. Metamorph.* Fr. Pola. Veronenſi Iurisc. *Concinnante.* Eiusdem *De Diuo* Franciſco *Virgilio - Cento. De Diuo* Carolo Borromaeo, *Pont. Med. Virgilio - Cento.* Bernardi Bruſchii *Veron. Can. R. Lat. Ludus in Seculi amo-*

rem inimicum Amori diuino Caroli Scribanii *e Societ. Ieſu.* a Raphaele Sadelero *imaginibus exornati* 1617. & *venum propoſiti Monaci, ex formis Annae Bergiae viduae.* in 12. pp. 98. Conf. Io. Alb Fabricii *Biblioth. latina* L. I. Cap. 12. p. 230 ſqq. Tom. II. p. 304.

Catharinae Mediceae Reginae Matris, vitae, actorum, & conſiliorum, Quibus vniverſum regni Gallici ſtatum turbare conata eſt, ſtupenda eaque vera narratio. 1575. in 8. pp. 116.

Auctoris, qui hanc Satyram conſcripſit, nomen incognitum eſt. Guido Patinus teſte Nicerono Tom. XXXVI. p. 311. illam Theodoro Bezae tribuit, alii Ioanni de Serres, plerumque vero HENRICO STEPHANO eam adſcribunt. In fine praefatiunculae, *ad pacis & tranquillitatis ſtudioſum Lectorem*, auctor, quisquis ſit, hoc adpoſuit epigramma:

Ad Catharinam Medicaeam

R. S. P. B.

Si te quanta manet, ſcires, Catharina, *ruina,*
Poenarum metui cederet iſte furor.
Fallor, & iſta tibi nota eſt Medicaea *ruina,*
Sed tamen, in caſſum, ne moriare, furis.

Prodiit eodem anno, gallice in 8. hoc titulo: *Diſcours merveilleux de la vie, Actions & Deportemens de la Reine* Catherine de Medicis, *Mere de* François II. Charles VIIII. Henry III. *Rois de France.* Haec gallica verſio, poſtea aliquoties recuſa fuit. Eſt nobis editio, *ſuivant la Copie Imprimée à la Haie* 1663. in 12. pp. 156. Inuenitur etiam dans le Troiſieme Tome des *Memoires de l' état de France ſous* Charles VIIII. *à Middelbourg*, 1578. in 8. & dans le *Recueil des pieces ſervant à l' hiſtoire de* Henri

ri III. *à Cologne* 1666. in 12. Conf. *Bibliotheca hiſtorica Struuio - Buderiana* p. 381 ſqq. vbi libellum etiam titulo: *Legenda* S. Catharinae Mediceae *Reginae Matris vitae*, *actorum & conſiliorum* 1575. in 8. impreſſum eſſe conſpicimus.

ROBERTI STEPHANI, Specimen novarum gloſſarum ordinariarum. 1554. in fol.

Ita ex Alberti Henrici de Sallengre *Memoires de litterature* Tom I. P. I. p. 40. titulum libri adduxit Cl. Vogtius p. 646. Illum paullo immutatum deprehendimus: ROBERTI STEPHANI *in Euangelium ſecundum Matthaeum*, *Marcum*, *& Lucam commentarii*, *ex eccleſiaſticis* (ſ. Caluinianis) *Scriptoribus collecti*, *nouae gloſſae ordinariae Specimen.* Librum vero non 1554. vt Sallengre & Cl. Vogtius ll. citt. volunt, neque 1555. vt Iacob. le Long. in *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 973. ſcribit, ſed *Geneuae* 1553. in lucem prodiiſſe, praeter *Bibliothecae Bodleianae Catalogum* T. II. p. 181. nos docet Ioſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 608. Michael. Maittaire in *Annal typogr.* Tom. III. p. 480.

AVGVSTINI STEVCHI, *Eugubini*, *Epiſcopi Kiſami*, *Sedis apoſtolicae Bibliothecarii*, *Cononici Regularis Congregationis Sancti Saluatoris*, Opera omnia, quae iam extabant. A R.mo P. Ambroſio Morando Bononienſi Eiusdem Congregationis generali, ſummo labore, ac ſtudio, recognita, veriori, certiorique lectioni multis in locis reſtituta, nec non aucta Vita Auctoris, Tribus libris in Lutheranos de religione chriſtiana tuenda, Quadam Reſponſione, quam ſcripſit, vt quaedam ſibi obiecta crimina dilueret,

dilueret, Emendata lectione quorumcunque Operum, ac in Tres Tomos diuiſa. Cum indice Rerum, & materiarum locupletiſſimo. Ad S. D N. Gregorium XIIII. Pontificem Maximum. *Venetiis*, *apud Dominicum Nicolinum* 1591. in fol. Tom. I. folior. 248. except. dedicat. praefat. Operum Catalogo, emendata lectione, Vita STEVCHI, & indice. Tom. II. fol. 202. except. praefat. & indice. Tom. III. fol. 248. ſi praefat. & indicem omiſeris, Morandi *auctarium* fol. 29.

Secunda omnium *Operum* AVGVSTINI STEVCHI, Eugubini, haec eſt editio, de cuius raritate haud vulgari vid Cl. Vogtius p. 647. Prima prodierat *Pariſ. apud Michael. Sonnium* 1578. in fol. Tomo I. haec STEVCHI Eugubini reperiuntur opera, 1. *Coſmopoeia, vel de mundano opificio, expoſitio trium capitum Geneſis, in quibus de Creatione tractat Moſes.* 2. *de rebus incorporeis & inuiſibilibus.* 3. *Veteris Teſtamenti ad hebraicam veritatem recognitio, ſiue in Pentateuchum, Annotationes.* 4. *in Librum Iob enarrationes.* 5. *An vulgata editio ſit*, D. Hieronymi. Tomus II. Complectitur *Enarrationum in Pſalmos Partem primam, qui eſt primus Pſalmorum liber, iuxta diuiſionem Hebraeorum, qui certe argumenta haec continet, de Rege Meſſia, de creatione mundi, de generis humani conditione, de Spe caeleſti. Adiectae ſunt illi tamen aliquot explanationes nobilium Pſalmorum, eorundem plane argumentorum.* Tomus III. ponit ob oculos 1. *de perenni philoſophia* libr. X. 2. *de nomine vrbis ſuae* Eugubium, *quod corrupte legitur apud ſcriptores, & qua ratione ſit proferendum.* 3. *de falſa donatione* Conſtantini *contra* Laurent. Vallam libr. II. 4. *Orationem ad* Paullum III. *Pontif. max. de reſtituenda nauigatione* Tiberis a Truſiamno, *agri Peruſini*

ruſini caſtello, *vsque* Romam. 5. *de reuocanda in vrbem aqua virgine*, *orationem*. *Reſponſio* AVG. STEVCHI, cuius in titulo totius operis facta eſt mentio, ad Eraſmum Roterodamum ſcripta eſt, qui in STEVCHI *adnotationibus in Vet. Teſtamentum*, nonnulla, cenſura digna inuenerat, de quibus STEVCHVM per litteras admonuerat. Nonnulla e ſcriptis STEVCHI notata etiam inueniuntur in Cardinal. Bellarmini libro *de Gratia primi hominis* Tom. III. Controu. I cap. 8. in Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 147 ſqq. Repetita poſtea *Operum* STEVCHI editio fuit *Venetiis* 1601. in fol. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXXVI. p. 333. Neque vero memoratae editiones adeo frequentes ſunt.

AVGVSTINI STEVCHI, *Eugubini*, *Epiſcopi Kiſami* &c. de perenni philoſophia libri X. item de Eugubii vrbis ſuae nomine, *Lugduni*, 1540. in fol.

Editio, *Baſileenſi* illa anni 1542. quam Cl. Vogtius l. cit. adtulit, rarior. Extat etiam editio anni 1604. in 8. Nicerono incognita in *Catalogo vniuerſali pro nundinis Francofurtenſib. vernalibus*, *anni* 1604. fol. 11. Id autem STEVCHVS, in hoc opere ſibi propoſuit, vt omnia fere philoſophiae gentilium dogmata, inprimis ea, quae ad theologiam naturalem ſpectant, cum Theologia chriſtiana, in praecipuis capitibus, conſentire & perpetuam theologiae chriſtianae, & philoſophiae gentilium, eſſe concordiam demonſtraret. Vid. Daniel. Georg. Morhofii *Polyhiſtor* paſſim, imprimis vero Polyhiſt. pract. ſeu Tom. III. L. V. §. 4. p. m. 526. *Bibliotheca philoſophica* Struuiana Tom. I. Cap. V. § XXIIII. p. 458. edit. Lud. Mart. Kahlii, qui editionem omnium *Operum* AVGVSTINI STEVCHI adducunt *Baſil.* 1587. in fol. Conf. etiam Io. Alb. Fabricii *De-*

lect.

Digitized by Google

lect. Argumentor. & Syllabus Scriptor. qui veritatem religionis chriſtianae aſſeruerunt, cap. XXXII. p. 634. Iacobi Bruckeri *Otium Vindelicum* p. 115 ſqq.

IOANNIS STOEFLERI, Calendarium Romanum magnum. *Oppenheym. per Iacob. Koebel.* 1518. in fol.

Neque libri auctor, neque typographus in *Catalogo Heukelom-Akerslootiano* P. I. p. 72. ſatis adcurate adductus fuit. Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 350. ex quo, librum eſſe perrarum diſcimus. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* T. II. p. 317. & Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 418. qui *calendarium* illud chartis 66. impreſſum eſſe ſcribit. Sine dubio idem liber eſt, de quo in Io. Friderici Weidleri *Hiſtoria Aſtronomiae* legimus Cap. XIIII. § XIII. p. 340. IO. STOEFLERVS *protulit in lucem*, calculum Romanum magnum, *quem Maximiliano I. Caeſ. dicauit.* Petrus enim Baile dans le *Dictionaire* Tom. III. not. A. p. m. 2659. nos docet, quod IO. STOEFLERVS ſuum *Calendarium Romanum magnum* Maximiliano Imperatori dedicauerit. Natus fuit IOANNES STOEFLERVS, ſiue vt ab aliis vocatur STOFLERVS, & STOEFLERINVS, Iuſtingae, in Sueuia, anno a Chr. nat. 1452. Mathematicus & Aſtronomus ſui ſeculi fuit celeberrimus, illasque artes, Tubingae conſtitutus Profeſſor, publice docuit. Mortuus eſt die XVI. Februar. an. 1531. Blaubeurae anno aetatis XXC. Quo vero mortis obierit genere, ſub iudice lis eſt. Alii illum peſtilentia correptum fuiſſe ſcribunt, vt Melch. Adami in *vitis philoſophorum Germanor.* p. 34 edit. *Francofurt.* in fol. alii cum Setho Caluiſio in *Chronologia* ad ann. 1531. p. m. 1165. mole librorum, e loculis decidentium illum oppreſſum fuiſſe produnt. Ita vero rem narrat Caluiſiius l. cit: IO. STOFFLERVS, *Iuſtingenſis, Mathema-*

thematicus inſignis, certo die ſibi periculum ruina imminere praeuiderat, & quia aedes ſuas ſatis firmas nouerat; conuocat in Muſaeum ſuum viros eruditos, quorum conſuetudine & ſermonibus recrearetur: Orta inter ſobria pocula diſputatio: ad controuerſiam explicandam e ſuperiori loco librum depromit: ſed laxato clauo aſſer, in quo ſtabant libri, in caput eius decidit, & inſigne vulnus infelici ſeni infligit, ex quo mortuus eſt die 16. Februar. Tubingae. Conf. Paull. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1442. Baile *Dictionaire* l. cit. p. 2661. not. E. Wolfgang. Krügerus in *Hiſtoriologia mille virorum* fol. 168. vbi vitam STOEFLERI expoſuit, nihil tale retulit: ſed haec de eo adnotavit: *Anno 1524. haben die Mathematici hin und wider in Teutſchland, aus der groſſen Coniunction der oberſten Planeten in den Fiſchen geſchloſſen, es würde das folgende Jahr eine groſſe Sündfluth in Teutſchland entſtehen. Aber* STOFFLERUS *hat ſolches auff einen groſſen Auffruhr gedeutet vnd geſagt: Die Stüel würden auff die Bäncke hüpffen.* Rem omnem pluribus expoſuit P. Baile l. cit. Conf. Gabriel Naudaei *Iudicium de Auguſtino Nipho*, opuſcul. Niphi ab illo *Paris.* 1645. in 4. editis praemiſſum. p. 48 ſqq. vbi expreſſis verbis, STOEFLERVM in *Ephemeridibus*, diluuium illud ob coniunctionem ſuperiorum planetarum, in piſcibus, praedixiſſe, & Auguſtinum Niphum, vt homines a graui timore liberaret, libellum ſuvm *de falſa diluuii Prognoſticatione, quae ex conuentu omnium Planetarum, qui in piſcibus continget anno* 1524. *diuulgata eſt, Libr. III. Neapol.* 1519. contra STOEFLERVM euulgaſſe, ſcribit. Euoluimus, cum haec in Naudaei *iudicio de Nipho*, legeremus, *Ephemeridem* illam IO. STOEFLERI, ad quam prouocat, vbi haec inuenimus: *Praeſenti anno* (1524) *errantium ſyderum habitudines miratu digniſſime accident. In menſe enim Februario 20. coniunctiones cum minime mediocres tum magne accident, quare 16. ſignum aqueum poſſidebunt, quae vniuerſo fere orbi, climatibus, regnis, prouinciis, ſtatibus, dignitatibus, brutis, beluis marinis, cunctisque terrae naſcentibus indubitatam mutatio-*

nem

nem variationem ac alterationem ſignificabunt, talem profecto qualem a pluribus ſeculis ab hiſtoriographis, aut natu maioribus vix percepimus. Leuate igitur viri chriſtianiſſimi capita veſtra. Quis quaeſumus ex hiſce verbis STOEFLERVM diluuium praedixiſſe, elicere poterit? Niſi plane fallimur STOEFLERVS magnam quidem his verbis, terrarum orbi, imminere rerum conuerſionem, minime vero aquarum eluuiones, praedixit. Vid. *Veterum Ephemeridum Opus* IOANNIS STOEFFLERI *Iuſtingen. Academiae Tubingenſis olim Mathematici clariſſimi, ab anno Chriſti* 1449. *vsq. in annum* 1544. *Iam denuo (in illorum gratiam, quibus transactorum annorum calculi, in vtraque Aſtronomia vſui eſſe ſolent) ſub incudem reuocatum. Tubingae, ex Officina Vlrici Morhardi, anno* 1549. in 4. & quidem *Ephemeris Anno Chriſti* 1524. fol. 2. In Catalogo quoque eorum, STOEFLERVS locum occupat, qui falſis praedictionibus extremi diei, innotuerunt. Illum enim 1586. aut 1588. futurum eſſe pronunciauerat. Imagini & ſepulcro eius, hoc adſcriptum legitur diſtichon:

Quem genuit Iuſtinga: *Fouet, ſepelitque* Tubinga.
Procli *ſum interpres, Auctor ephemeridum.*

Conf. Adami, Freherus, Baile, Weidlerus ll. cit.

PETRI STROZAE, ſeu STROZZAE, diſputatio de dogmatibus Chaldaeorum. *Coloniae.* 1619. in 8.

Editio Reimmanno, Cl. Vogtio, & Gerdeſio incognita. Admiſiſſe autem duplicem errorem Gerdeſius videtur, cum hunc auctorem *Fridericum* nominaret, deinde PETRO STROZAE, alium & quidem ſingularem tribueret librum, *de ortu & progreſſu religionis catholicae.* Quemadmodum enim e *Catalogo Bibliothecae Bodleianae* Tom. II. p. 184. diſcimus, *diſputationi* adductae *de Chaldaeorum ſiue hodiernorum Neſtorianorum origine & dogmatibus*, adpen-

pendicis loco adiecta eſt, eiusdem PETRI STROZAE *diſſertatio de ortu, progreſſu,* &c. *religionis catholicae apud Chaldaeos, & de conciliatione fidei orientalium, cum fide Romanae eccleſiae.* Editionem huius libri *Romanam ap. Zannetti,* 1617. in 4 inuenies in *Bibliotheca Telleriana* p. 246. in Io. Halleruord. *Biblioth. curioſa.* p. 331. in *Theſauro Bibliothecali* P. IIII. p. 291. not.*. Elogium PETRI STROZZAE, Florentini, Leonis XI. & Paulli V. familiaris, iisdemque ab epiſtolis ſecretioribus, & tandem in gymnaſio Piſano, philoſophiae Profeſſoris, conſcripſit Ianus Nicius Erythraeus in *Pinacoth.* II. p. m. 35 ſqq.

STROZII POETAE pater & filius. *Venetiis in aedibus Aldi, & Andreae Aſulani Soceri.* 1513. in 8.

Inſcripſit Aldus Manucius, librum admodum rarum, nomine Diuae Lucretiae Borgiae, Duci Ferrariae. Rogauerant Aldum cum anno 1512. Ferrariae eſſet, Guidus & Laurentius STROZAE, vt quae TITVS VESPASIANVS STROZA, pater, & HERCVLES, frater, poemata incaſtigata, morte praeuenti reliquiſſent, adcurate recognoſceret, & deinde typis imprimenda curaret. Id igitur negotium in ſe ſuſcepit Aldus, & STROZIORVM, patris & filii, in lucem emiſit carmina. Liber in duas diſpeſcitur partes; prima fol. 100. ſi Aldi dedicationem & indicem carminum omiſeris, HERCVLIS STROZAE complectitur *carmina,* ſecunda folior. 152. TITI VESPASIANI STROZAE *carmina,* & *orationem tumultuario habitam a* Coelio Calcagnino, *in funere* HERCVLIS STROZAE, ob oculos ponit. Nonnulla ex iis poematibus inſeruit Ian. Gruterus *Delitiis Italorum poetarum* P. II. p. 990-1118. Conf. *Theſaurus Bibliothecalis* Tom. IIII. p. 29[illegible] ſqq. vbi STROZIORVM *poemata* anno 1514. prodiiſſe di-

Digitized by Google

dicuntur, noſtra vero editio annum 1513. prae ſe fert. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 250. qui idem confirmat. TITVS VESPASIANVS STROZA, Ferrarienſis, toga & ſago inclaruit Seculo XV. ad finem vergente. Hercules Eſtenſis Ferrariae Marchio, illum habuit Praeceptorem, & legatum miſit ad Innocentium IIX. vt illi, de adepta dignitate pontificia gratularetur. Extat eius oratio ad Innocentium IIX. in *Orationibus clarorum hominum vel honoris officiique cauſſa, ad principes vel in funere de virtutibus eorum habitis*, quae prodiere ex *Academia Veneta* 1559. in 4. Reperitur etiam in *Orationibus gratulatoriis in Electione, Coronatione, Natiuitate, Nuptiis, triumphis* &c. *Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum* &c. *habitis a Legatis viriſue ſuae aetatis doctiſſimis. Hanouiae* 1613. in 8. p. 42 ſqq. Conf. Agoſtino Superbi da Ferrara *Apparato degli huomini illuſtri della città di Ferrara* p. 100 ſqq. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth* Fabric. *med. & infim. Lat.* L. XVIIII. p. 768. HERCVLES STROZA Ferrarienſis, TITI VESPASIANI filius, patrem, longo interuallo, carminũm elegantia & ſuauitate ſuperauit. Teſtatur illud praeter alios Scriptores, diſtichon quod ſub eius imagine in Nicol. Reusneri *Iconibus ſiue imaginibus viuis Cl. Virorum, Italiae, Graeciae, Germaniae, Galliae, Angliae, Vngariae*, legitur:

Muſa TITI *patris Muſa mea ſuauior extat:*
Heu pereo caeſus clam miſer enſe proci.

Paullus Iouius in *Elogiis Doctorum virorum*, illum p. 122. amatoriis vanitatibus intemperanter deditum fuiſſe ſcribit, quamquam luxato olim poplite claudus, nec alioqui plane formoſus fuerit. Mortis, quod obiit genus, Iouius hac ratione l. cit. deſcripſit: Barbaram Taurellam, *illuſtrem forma, & natalibus viduam, vsque adeo diris auſpiciis adamauit, vt quum riualem haberet impotentem Tyrannum, cum*

ea

ea fatales nuptias faceret, vt pudore coniugii repulſus riualis arceretur. Sed id non tulit vir atrox, & ſuperbus: breuique HERCVLES, *dum a coena domum noctu mula reueheretur, interfectus eſt, neque caedis quisquam authorem, ſilente praetore nominauit.* Conſcripſerunt in eius mortem epicedia, viri doctiſſimi Aldus Manucius, Petrus Bembus, Anton. Tibaldeus, Ioann. Latomus, Georg. Fabricius, Baptiſta Mantuanus. Omnia reperiuntur in Nicol. Reusneri *iconibus.* Manucii carmen lugubre adiectum quoque conſpicitur HERCVL. STROZAE *poematibus.* Paullus Iouius l. cit. ea tantummodo adtulit, quae Manucium, Bembum, Tibaldeum & Latomum, habent auctores. Prae ceteris nobis adriſit Baptiſtae Mantuani Epigramma, quod hic adſcribimus:

STROZIVS HERACLES *Venerem dum quaerit, adulter*
Illius obſcuras Mars erat ante fores.
Mars iuuenem claudum Veneris ratus eſſe maritum
Deprehendi in furto dum timet, arma capit.
Confoſſum iuuenem ferro cognouit, & inquit:
Contentus Nymphis debuit eſſe nouem.

Conf. de HERCVLE STROZA Coel. Calcagnini oratio, in funere eius habita, POEMATIBVS STROZIORVM adiecta. Io. Petri Lotichii *Bibliotheca poetica* P. II. p. 84 Paull. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* p. 1435. Agoſtino Superbi l. cit.

IOANNIS WILHELMI STVCKII, Carolus Magnus rediuiuus, hoc eſt Caroli Magni Germanorum, Gallorum, Italorum, & aliarum gentium monarchae potentiſſimi, cum Henrico IIII. Gallorum & Nauarrorum rege florentiſſimo, comparatio: vtriusque regis hiſtoriam

breuiter complectens, quam Regum & Principum ſpeculum poſſis adpellare. *Tiguri* 1592. in 4.

Librum quidem e Struuii *Bibliotheca antiqua* anno 1705. p. 512. in 8. editum adtulerunt Cl. Vogtius in *Catal. libr. rar.* p. 648. S. R. Gerdeſius in *Florileg.* p. 268. ſed illum in 4. euulgatum eſſe, nos docuit Nicol. Baſſaei *Collectio omnium in vnum Corpus libror.* P. I. p. 394. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 345. *Catalogus Bibliothecae Hulſianae* P. III. p. 466. *Catalogus hiſtoricorum Fresnoio-Menkenian.* p. 253.

IOANNIS STVMPFII, Kaiſer Heinrich des IIII. funfzigiährige Hiſtoria. *Zürich* 1556. in fol. 3. Alph. 9. Bog.

De hoc libro, legitur in *Nou-antiquis* anni 1730. p. 918. *iſt ein rares Werck ſo die Hiſtorie derer Streitigkeiten mit dem roemiſchen Stuhl gründlich vnd aus den fontibus in 4. Büchern erläutert.*

IOANNIS IANI SVANINGII, Chronologia Danica, qua 1. Noachidarum ſeries exhibetur, 2. Iudicum Cimbriae & Gothiae anni recenſentur, & 3. Sereniſſimorum ac Potentiſſimorum Daniae Regum tempora, a prima regni origine, ad A. C. 1650. Dynaſtiis octo diriguntur, ac quorundam Equeſtris ac ſacri Ordinis, in antiquo Daniae regno illuſtrium Virorum aetates noua & accurata Methodo deſcribuntur; res politicae & eccleſiaſticae breuiter enarrantur, cum annis mundi conditi, Chriſti nati & ante Chriſtum natum, Imperatorum, Regum Longo-

gobardiae, Galliae, Angliae, Sueciae & Norwegiae, Electorum Saxoniae & Brandenburgicorum, Pontificum Romanorum, & Archiepiſcoporum Bremenſium ita conferuntur, vt huius inſpectio Hiſtorias Danorum legentis memoriam ſimul & iudicium adiuuet. *Hafniae*, 1650. in fol. pp. 192.

IOANNES IANI SVANINGIVS, Ripenſis, Ioannis SVANINGII Senioris, Chriſtiani III. & Friderici II. Regum Daniae Hiſtoriographi, eccleſiaeque patriae Canonici, e filia, nepos, primum regiae ſcholae Soranae Rector, poſtea eccleſiarum in inſula Samſoenſi, ſiue Samo-Balthicae ſeu Danicae Praepoſitus fuit, & diem anno aetatis LXXVII. anno 1676. obiit. Vid. Io. Molleri *Iſagoge ad Hiſtor. Cimbr.* P. I. C. IIII. §. 1. 4. 5. 6. 7. 8. p. 31-39. C. V. §. 2. p. 44 ſqq. C. XII. p. 180 ſqq. Eiusd. *Hypomnemata ad* Albert. Bartholinum *de ſcriptis Danorum* p. 311 ſqq. In *Iſagoge ad Hiſtor. Cimbr.* l. cit. p. 37. Mollerus hanc *chronologiam, magna diligentia collectam, & ſatis adcuratam, imo fili in antiquitatum Danicarum Labyrintho Ariadnei elogio non indignam eſſe* ſcribit. Satis adcuratam exhibet libri rarioris notitiam *Bibliotb. Hamburgenſis hiſtorica* Centur. I. p. 57 ſqq. Conf. Nicolai Petri Sibbern, *Bibliotheca Hiſtorica Dano-Noruegica* Cap. II. p. 95 ſqq.

FRANCISCI SVAREZ, *Granatenſis, e Societ. Ieſ. Theol. Profeſſor. Conimbricenſis*, Defenſio fidei catholicae contra Anglicanae ſectae errores; vna cum reſp. ad Iacobi Regis Apologiam pro iuramento fidelitatis, *Conimbricae*, 1613. in fol.

De fatis quae hic liber in Gallia expertus eſt, vid. Cl. Vogtius p. 649. In Gallia, inter alia ſcripta

contra illum prodierat *Remonſtrance & plaintes des Gens du Roy contre le livre de* SVAREZ. 1614. in 8. In Anglia vero contra illum calamum ſtrinxit, & ſummorum imperantium ſupremam poteſtatem ſtrenue defendit Robertus Abbot, Epiſcopus Salisburienſis, in libro *de ſuprema poteſtate regia*, *Londini*, 1619. in fol. edito. Vid. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 6. Haec quam adduximus, ſine dubio prima, & admodum rara eſt editio. Extat etiam praeter editionem *Colonienſem*, *ex officina Birckmanni* 1614. in fol. a Cl. Vogtio l. cit. memoratam, *Moguntina* 1619. in fol. Vid. *Catalog. Biblioth. Bodleianae* Tom. II. p. 185. In notiſſima iſta, inter monachos Dominicanos, & Ieſuitas, exorta controuerſia, de auxiliis gratiae, FRANCISCVS SVAREZ etiam inclaruit. Ordinis enim ſui partes defendere adgreſſus eſt, in opere tripartito *de diuina gratia*. Illius partem tantummodo primam & vltimam typis exſcriptam eſſe, ſecundam vero, in qua *de gratia actuali*, & *auxiliis* egit SVAREZIVS, conſenſum pontificis adhuc expectare, a quo, ne libri de auxiliis gratiae imprimerentur prohibitum ſit, ſcribit quidem Theodorus Eleutherius (Liuinus de Meier) in *Hiſtoria Controuerſiae de gratiae diuinae auxiliis* Lib. VI. Cap. XXX. p. 728. Partem vero *primam* & *tertiam Lugduni* 1620. & *ſecundam Lugduni* 1651. in lucem prodiiſſe teſtatur *Catalog. Biblioth. Bodleianae* l. cit. Conf. de FRANCISCO SVAREZ Antonii Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 508. Petri Ribadeneira *Catalog. Scriptor. Relig. Societat. Ieſu.* p. 70. Paull. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror*. p. 387. Aubert. Miraei *Scriptores ſeculi XVII.* p. 285. edit. Fabric.

LVDOLPHI DE SVCHEM, liber de terra ſancta, & itinere ſuo Hieroſolymitano, & mirabilibus in mari mediterraneo conſpectis.

Hic

Hic liber Ioannis de Mandeville *itinerario* adiectus, olim in bibliotheca Io. Petri de Ludewig extitit, qui illi adſcripſerat: *Scriptor vterque rariſſimus, neuter enim habetur vel alibi impreſſus, vel in corpore geſtorum Dei per Francos.* vid. *Catalog. Biblioth. Ludewig.* P. I. p. 844. Id vero cum veritate non ſatis congruere nonſolum ſupra demonſtrauimus p. 562. cum Io. de Mandeuille *itinerarium* recenſeremus, ſed id quoque comprobant verba Io. Alb. Fabricii in *Biblioth. med & infim. Lat.* L. XI. p. 849. vbi ſcribit: *Prodiit ſub typographiae initia, ac deinde cum ſcriptis eiusdem argumenti* Io. Mandeuilli & Marci Paulli Veneti. Fuit vero LVDOLPHVS DE SVCHEM, Suchenſis eccleſiae parochus, ſiue parochiae Rector. Librum ſuum, in quo, memorabilia itineris, ab anno 1336. ad annum vsque 1350. facti exponit, ad Balduinum Comitem de Stainfort Epiſcopum Paderbornenſem ſcripſit. Conf. Antonii Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. II. p. 357. Auberti Miraei *Auctarium de Scriptor. Eccles.* p. 78. edit. Fabric. Ios. Simleri *Biblioth.* p. 391. Gerard. Ioannes Voſſius *de hiſtoricis latin.* p. m. 729. Mich Maittaire *Annales typogr.* Tom. I. p. 769. Io. Halleruord. *Biblioth. curioſa* p. 246. Viri Summe Reu. Iacob. Siegm. Baumgartenii Vorrede zu dem III. Th. der *algemeinen Welthiſtorie* p. 10.

IACOBI SVEDERICI, *Theologi*, Collectaniolum de religioſorum origine, & eorundem per mundum multiplicatione ac a ceteris vulgaribus, per habitus, ſigna & ritus diſcrimine. De apoſtatarum quoque & eis cooperantium piaculo ſimul ac punitione ex diuerſis hinc inde comportatum. *M. D. XXV. Menſe Martio.* Eccleſiaſtici primo. *Religioſitas cuſtodiet & iuſtificabit cor, iocunditatem atque gaudium dabit.*

bit. Prouerbiorum ſexto. *Homo apoſtata vir inutilis, graditur ore peruerſo, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia ſeminat. Huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit vltra medicinam.* in 4. folior. 69.

Libri oppido rari, nullam fecit mentionem Michael. Maittaire in *Annal. typogr.* Memoratur quidem a Waddingo, Hofmanno, Koenigio, Voſſio, Simlero, Poſſeuino, Fabricio, & forte aliis, ſed librum oculis, non ab iis fuiſſe conſpectum, ſatis dilucide adparet, cum eius auctorem, Theologiae Profeſſorem, Cuſtodem fratrum Minorum Miſnenſium, anno 1439 claruiſſe ſcribunt. Libri enim dedicatio ad Ioannem de Sleynitz, Eccleſiae Miſnenſis Epiſcopum, cuius ſubſcriptio, a SVEDERICO, *Dresdae in monaſterio*, vt ſcribit, *noſtro, quinto Nonas Martii anno reſtitutae ſalutis M. D. XXV.* facta, eos docere potuiſſet SVEDERICVM eſſe multo iuniorem. Ex epiſtola dedicatoria intelligimus, quod illuſtriſſima Sleynitziorum gens, ſibi elegerit Praeſidem & Patronum S. Franciſcum. Ita enim SVEDERICVS, *expertus ſum*, ait, *& in me ipſo didici, quanta pietatis beniuolentia, atque condeſcenſionis humanitate T. P. R. omnibus honeſtis & religioſis viris fauet, maxime tamen illis qui aſcripticii cenſentur religioni ſancti* Franciſci, *qui tibi patronus ſingularis ſemper fuit, quem & a cunabulis intercefſorem apud deum cum tota progenie tua delegiſti, quemadmodum in Domino* Wolffgango *T. R. P. germano, in Chriſto pie defuncto, oculata fides indicauit.* Liber in vndecim deſcriptus eſt articulos, quorum argumentum, ipſis auctoris verbis, cum lectoribus noſtris communicabimus. Artic. I. *Religio quid ſit, vnde dicatur, quis cenſendus religioſus.* Art. II. *de fun-*

Digitized by Google

fundatione religionis peculiaris in ſtatu nature. Art. III. *de religioſis peculiaribus ſub lege ſcripta degentibus.* Art. IIII. *de fundatione religionis peculiaris, in primitiua eccleſia Chriſti, & quod non ſit a puro homine facticia, ſed a Chriſto fundata.* Art. V. *quod a conuerſatione B. Virginis, & Apoſtolorum in coenaculo, traducta ſit deinceps ſcola religionis in monaſterio.* VI. *quis apoſtolorum inſtituit religioſos, in primitiua eccleſia in templo* Hieroſolymis *commorantes, & quo pacto per tres mundi partes ſint multiplicati.* Art. VII. *Quod diuina auctoritate moniti ſancti patres curauerunt vniuscuiusque religionis relinquere ſucceſſores.* Art. IIX. *quod laudabiliter vtuntur religioſi ſeparato habitu a vulgaribus, & de habitu ſingulari religioſorum in veteri eccleſia approbato.* Art. VIIII. *quod non licet religioſo, religionis votum dimittere quod vouit, quia niſi religioſus, ſaluus eſſe non poteſt.* Art. X. *quod grande piaculum ſit impedire religionis ingreſſum, aut eius procurare egreſſum.* Art. XI. *quod religioſorum ſubſannatores & eorum aduerſarii ſoleant grauiter puniri.* Quo liber in loco, & a quonam typographo fuerit impreſſus, dicere non poſſumus, cum eius rei, nec vola nec veſtigium adparet. In *nomenclatura aliquot virorum, illuſtrium, hoc turbulentiſſimo tempore, Catholicas veritates aſſerentium*, quae in Henningi Pyrgalli Hildeſiani *Opuſculorum* collectione *per Valentin. Schumannum, anno* 1539. in 8. fol. 76. impreſſa, reperitur IACOBVS SVEDERICVS, *Cuſtos Miſnae*, inter Theologos Franciſcanos.

RICARDI SVISSETH, Calculator. Acceſſit Victoris Trincauelli, Veneti, quaeſtio de reactione iuxta doctrinam Ariſtotelis & Averrois. *Venet.* 1520. *per Haeredes Octauiani Scoti, Ciuis Modaltienſis, & ſociorum.* in fol.

De RICHARDO SVISSETH, ſ. SVINSHED, ſ. SVINESHEVEDO, ſ. SVICETO, quem alii perperam *Ioannem*, alii *Rogerum* adpellant, praeter ſcriptores a Cl. Vogtio cit. p. 650. vid. Chriſtophor. Wolfii not. in *Caſauboniana* p. 233. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 613. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & inf. Lat.* L. XVII. p. 338. Conf. Io. Lelandi *Commentarius de Scriptoribus Britannicis* P. II. Cap. CDXXXI. p. 382. vbi ſcribit: Rogerus, *alias* Rugerus, SVICETVS *mihi leuiter cognitus per* Ioannem Picum, Ludouicum Viuem, & Conradum Geſnerum *indices. Anglum fuiſſe illi vno confirmant ore.* Facile id largimur Lelando; quodſi enim non leuiter cognitus illi fuiſſet SVISSETVS, illum a SVINESHEVEDO diuerſum eſſe, minime crediderit. Vid. Cap. CDXVI. p. 373. In Mich. Maittaire *Annalibus typogr.* inuenimus Tom. I. p. 500. *Calculationes* SVISETH, *Papiae* 1488. in fol. ibidem p. 652. *Calculationes* SVISSET *Anglici, Papiae per Franciſcum Gyrardengum* 1497. in fol. ibidem p. 681. *Subtiliſſimi Anglici Doctoris* SVISETH *Calculationum liber, per egregium Artium & Medicinae doctorem mag.* Io. Tollentinum Veronenſem *emendatus. Papiae per Franciſcum Girardengum die IIII. Ianuar.* 1498. in fol. ſed veremur ne vna eademque editio, per errorem bis adducta fuerit. Librum enim intra vnius anni ſpatium, bis ex vna eademque officina prodiiſſe typographica, vix ac ne vix quidem nobis perſuadere poſſumus.

AVGVSTI DE SVLKOWSKI *S. R. I. Comitis, Oratoris quinquenn.* & ALEXANDRI DE SVLKOWSKI *S. R. I. Comitis, Oratoris quadrienn.* Primitiae litterarum, perpetuo dicatae thure, ad aras deſideratiſſimi ſui Parentis; Illuſtr. Excellentiſſimi Domini, Domini Ioſephi Alexandri, S. R. I. Comitis de Sulkowski, Curiae M. D. L. Venato-

natoris &c. &c. inter ſalutaria vota, filiali obſequio celebratae anno eX qVo DeVs prIMItIas CeLebraVIt ſaLVtIs (1735) *Dreſdae, Io. Conradi Stoeſſelii, Typ. aul. vidua impreſſit.* in fol. folior. II.

Hoc opuſculum, e rariſſimis eſt, propterea quod ſumtibus celſiſſimorum Comitum impreſſum, nonniſi cum viris in ſumma dignitate conſtitutis communicatum fuit. In tabula, quae aere expreſſa, opuſculi frontem ornat, comites ipſi, & quidem alter, Mineruae, alter Bellonae habitu indutus arae adſidentes conſpiciuntur: Opuſculum ipſum, varias oratiunculas, ſermone latino, gallico, germanico & polonico, ligato pariter & ſoluto, conſcriptas, complectitur, e quibus, magna ingenii vis, quae cum eximia dicendi facultate coniuncta eſt, elucet. Omnes iſtae orationes pro ſalute Regis & Reginae Poloniarum, auguſtiſſimaeque domus incolumitate, diuerſis temporibus, variaque occaſione conceptae ſunt. *Votum eucharisticum gratiis paternis grate reſpondens*, quo opuſculo finis imponitur, lectoribus noſtris, ſpeciminis loco hic adiiciemus:

Gratia larga virum penſare munere debet,
Nam nihil ingrato, peius in orbe manet.
Sic qui fonte bibunt, fontem quoque fronde coronant,
Vt memores doni, ſe exhibuiſſe probent.
Fons es amate pater: de quo nos hauſimus ambo.
Cinxerit ergo Tuum, grata corona caput.
Teximus hanc gemini, concordi carmine gnati
Hanc cape: noſque Tuo ſemper amore foue.

AVGVSTVS & ALEXANDER

F.

F. AGOSTINO SVPERBI, *da Ferrara, Theologo, e Predicatore de' Minori Conuentuali*, Apparato degli huomini illuſtri della Città di Ferrara, i quali nelle Lettere, & in altre nobili virtù fiorirono, Diviſo in trè parti. Opera quarta. Non virus, nec vires, ſed virtus, *In Ferrara, per Franceſco Suzzi*, 1620. in 4. pp. 135.

AVGVSTINVS SVBERBVS, Ducis Mantuani Theologus, & Cardinalis Beuilaquenſis Confeſſionaris fuit. Conuentui Ferrarienſi ter praefuit, ibique bibliothecam luculentam condidit. Liber eius valde rarus, tres conſtituit partes, quarum prima Theologorum vitas, librosque ab iis editos, ſecunda eorum, qui in republica ciuili inclaruerunt, & tertia denique celeberrimorum artificum Ferrarienſium memoriam conſeruat. Reliqua AVGVSTINI SVPERBI ſcripta recenſet Giovanni Franchini, nella *Biblioſofia e memorie letterarie di Scrittori Franceſcani Conventuali.* Conf. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* T. III, p. 56.

M. ANTONII SVRGENTIS, *V. I. D. ac Patricii, & Equitis Neapolitani*, Neapolis illuſtrata; Praefecti praetorio, reliquorumque antiquorum magiſtratuum, cum Vicerege aliisque magiſtratibus praeſentis temporis comparationem, eorumque poteſtatem, ordinem & inter ſe praecellentiam continens: omnium praeterea tribunalium, regni Neapolis in iure dicundo ritum complectens, cum adnotationi-

bus

bus fratris Mutii Surgentis V. I. D. & praeſidentis regiae Camerae ſummariae. *Neapol.* 1597. in fol.

Haec editio, a Gerdeſio, in *Florilegio* praetermiſſa eſt. Inuenitur nunc etiam liber in P. III. Tom. VIIII. *Theſaur. Scriptor. Italiae* Graeuian. a Petr. Burmanno continuat. Conf. I. A. Fabricii *Conſpectus theſauri litterar Italiae* p. 124.

CHRISTOPHORI SYLVESTRANI, *Brenzonis*, Dicta & rationes in tertium librum ſententiarum. *Veronae*, 1591. in fol.

EIVSD. Speculum, in quo ſummi Pontificis imago, expreſſaque ſedes utriusque gladii ſine macula adparet. *Ferrar. ex officina Baldini*, 1607. in 4.

EIVSD. Lettioni ſopra S. Paolo a Romani. *Veron.* 1591. in fol.

Haec CHRISTOPHORI SYLVESTRANI, ſcripta invenimus, in Thom. Hyde *Catalog. Biblioth. Bodleianae* P. I. p. 167. Conf. *Catalog. Biblioth.* I. P. de Ludewig P. I. p. 983. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. I. p. 318. qui *examen theologicum in quartum ſententiarum, cum lectionibus ad ſeriem diſtinctionum magiſtri*, *Veronae* 1596. in fol. item *in primum ſecundum & tertium librum ſententiarum*, ibidem eodem anno editum eſſe ſcribit. Illum vero a patria tantum *Brenzonem*, ſeu *Brenzonium* adpellari, nos docet idem Poſſeuinus, qui illud cognomentum plane omiſit, & Iacobus le Long, qui in *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 980. illum adpellat CHRISTOPHORVM SYLVESTRANVM *Brenzonium*, *Italum*, *Veronenſem*, Mortierius, loco quidem a Cl. Vogtio p. 143. cit.

illum

illum anno 1619 mortuum eſſe ſcribit; ſi vero Iacobo le Long recte poſuit calculum, annus 1608. illi emortualis fuit.

Speculum Romanorum pontificum, in quo, decreta cum verbo Dei pugnantia, vitae curſus, prodigia horrenda, accurata breuitate depinguntur, per STEPHANVM SZEGEDINVM, *Pannonium*, Eiusdem de Traditionibus pontificiis quaeſtiones iucundae. in 8.

Vid. Gerdeſii *Florileg.* p. 275. Huius libri, tres nobis innotuerunt editiones, quarum prima 1584. ſecunda 1592. tertia 1602 in 8. prodiit. Verſio quoque extat germanica cum titulo: *Spiegel des weltlichen römiſchen Pabſts, darinnen allein der euſſerliche Gewalt, Pracht, Hoffart, vnnd Stoltz der römiſchen Päbſte, von ihrem Anfang vnnd Vrſprung beſchrieben wirdt, auszgeführet mit weitleufftigen Hiſtorien, nach dem lateiniſchen Speculo Romanorum pontificum D.* STEPHANI SZEGEDINI *gerichtet durch* Nicolaum Honiger 1586. in 4. Vitam STEPHANI KIS, qui ab vrbe *Szegedin*, in qua natus fuit, cognomen SZEGEDINI adeptus eſt, data deſcripſit opera Matth. Scarickius, e qua plurima excerpſit Melch. Adami in *Vitis Theologorum exterorum* p. 62 ſqq. Conf. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 388. Io. Chriſtophor. Wolfii *Carcerem Eruditorum Muſeum. Viteb.* 1710. in 4. p. 46.

T.

Digitized by Google

T.

CORNELII TACITI, verſio germanica, per Iacob. Micyllum in fol. folior. 452. except. dedicat. & indice.

Hanc TACITI verſionem, ipſi poſſidemus, titulum vero libri exciſum eſſe dolemus. Dedicauit ſuam verſionem Iacobus Micyllus *Ludouico Graffen vnnd Herren zu Stolbergk vnd Werningenradt* &c. Differit autem in dedicatione de inſigni hiſtoriae vtilitate, & inter alia haec profert: *Welchem allem nach vnnd dieweil die hiſtorien beyde zu ſolcher nutzbarkeyt der Nachkommenden vnd zu erhaltung der glori vnnd gedechtnuſz vnſer alten vnnd vorfaren dermaſſen, wie angezeygt, dienlich vnd foerderlich, hab ich mich laſſen bewegen, vnd wiewol ich ſelber der groſſen Ciceronianern oder hochgefaſten Teutſchreiber keiner binn, doch dem gemeynen Nutzen zu gut, vnd vnſerm vatterland zu ehren, mir fürgenommen, die hiſtorien des Römiſchen edelmanns* CORNELII TACITI, *welcher zu den zeitten, der Keyſer Veſpaſiani, Titi, Domitiani, Nerue, vnd Traiani gelebt, vnnd was von den leiſten tagen des keyſers Auguſti an, biſz auff ſeine zeyt im Römiſchen Reich allenthalben gehandelt worden, beſchrieben ſo vil wir desſelben bücher noch zur zeit haben (dann es hie mit dieſem* TACITO *gleich wie mit andern den beſten bücbern auch ergangen, daſz er durch die vngütigkeyt der zeyt, vnnd durch verſeumnuſz vnd verachtung der menſchen zum theyl vmbkommen vnd verloren worden) ausz derſelben ſeiner Römiſchen ſprachen inn das Teutſch zu bringen, Dann dieweil ich ſelber, beyde meins verſtandts vnd meiner andern gelegenheyt nach der vermüglichkeyt oder geſchicklichkeyt nit bin, daſz ich von mir ſelber vnnd ausz meinem eygenen kopff etwas, damit die gedechtnusz vnd ehr vnſers gemeynen vatterlandts gebeſſert oder gefürdert werden*

den möcht, herfür bringen vnd gebéren könne, hat mich demnach das nechſt gedunckt vnnd für gut angeſehen, das jhenig ſo etwann von andern erfunden vnnd an tag geben worden, gleich wie vaſt die andern vor mir alle gethan haben; helffen außbreyten vnd handthaben, vnnd damit den vnſern zu weitterm verſtandt dienſtlich vnd behülfflich ſein; Der zuuerſicht vnd hoffnung, es ſoll demnach, wie ſonſt inn andern dingen, der jhenig ſo eyn gut oder landt imm bawe vnd weſen helt, dem andern ſo daſſelbig erſtlichen gezeugt oder gewonnen der nechſte nachgeacht vnnd geſchätzt pflegt zu werden, alſo auch hie diſe meine arbeyt vnnd mühe nit gar vmb ſonſt vnd für vnnütz gerechnet werden. Zu welchem mir dann auch weittere anreytzung vnnd vrſach geben, erſtlichen das anregen vnd vermanen des vorſichtigen Iuonis Schäffers *meines alten vnd ſonderlichen guten freundts, vnd nachmals das exempel des hochgelerten* Bernharts Schefferlins *weyland Doctor der rechten, von welchem vor diſer zeit, gleichermaſſen der edel vnd hochberümbt geſchicht ſchreiber* Titus Livius, *wiewol alleyn ſtück weisz, verteütſcht, vnd demnach von den vnſern, ſonderlich lör vnd vernem, fleiſſig geleſen vnd beuor gehalten worden.* &c. Subſcripta leguntur dedicationi haec verba: *Geben zu Heydelberg den vierdten tag Decembris anno XXXIIII.* Dedicationem ſequitur *Regiſter der nachuolgenden Römiſchen Keyſerhiſtorien* P. CORNELII TACITI. In fine libri XXI. qui hiſtoriarum in editionibus latinis eſt liber V. fol. 435. haec leguntur: *Wasz weiter zu diſem buch vnd zur gantzen hiſtorien gehört, iſt durch hinleſigkeyt vnnd boszheyt der menſchen, oder auch durch vnglück der zeyt vmbkommen, vnd zu ſchanden gangen. Ende des eyn vnd zweyntzigſten buchs der Römiſchen Keyſerhiſtorien durch* CORNEL. TACITVM *beſchriben.* Incipit poſtea fol. 437. *das buch* P. CORNEL. TACITI *von den ſitten vnd völckern der alten Teutſchen*, cuius in fine legitur: *Ende des büchleins* P. CORNELII TACITI *von den ſitten vnd brauch der alten*

ten Teudſchen. Gedruckt in der löblichen vnd chur-fürſtlichen ſtatt Meyntz bey Ivo Schoeffer. Vollendet am zehenden tag des Monats Marcii, als man zalt nach der geburt vnſers liben Herren Ieſu Chriſti 1535. ita enim legendum eſſe exiſtimamus. In noſtra enim editione, ob cauſſam neſcimus quam, erali ſunt numeri. Vt librum vero 1535. impreſſum crediderimus adducimur partim dedicationis ſubſcriptione, Heidelbergae vti iam monuimus, 1534. facta, partim verbis Io. Alberti Fabricii, qui, in *Bibliotheca latina* Tom. I. p. 4;6. ita ſcribit: Iacobi Micylli *verſionem Francofurti* 1612. *editam*, *laudat* Schottelius. Freinshemius *vſus eſt antiquiore verſione*, *vulgata Moguntiae* 1535. Sine dubio haec noſtra eſt, quam a Iacobo Micyllo profectam eſſe, ignoraſſe videtur Fabricius. Editio Micylli *Francof.* 1612. in 8. noua fortaſſis, huius antiquioris verſionis eſt editio. Conf. *Biblioth. Lat.* Tom. II. p. 760. *Vita Agricolae* in hac editione non inuenitur. Non ingratum fore, noſtris lectoribus ſperauimus, ſi nonnulla verſionis ſpecimina hic adiecerimus. Selegimus loca, vbi de Velleda, virgine veterum Germanorum fatidica, TACITVS expoſuit. Primus inuenitur L. IIII. *Hiſtoriar.* cap. 61. fol. 414. ita germanice verſus: *Der legat* Mumius Lupercus *iſt der jungkfrawen* Vellede *under anderm zu eynem beutpfennig* (inter dona) *geſchickt vnnd geſchanckt worden, Dieſe* Velleda *war ires lands eyn Weſtphälin, aus denen ſo man die Bructeros nennet, vnnd hatt ein grosz weit land vnder ir, nach alten brauch vnd ſitten der Teudſchen, bey welchen gemeynigklich die weiber für weiſſägerin vnnd darnach als der Aberglaub zugenommen, auch für göttinn gehalten wordenn, Vnd hatt aber dieſer* Vellede *anſehen auff diszmal ſonderlich zugenommen vnd gewachſſen, demnach ſie den Teudſchen geweiſſagt hatt, wie das ſie ſolten gewinnen, vnnd das die Legionen der Römer ſolten erſchlagen werden.* Secundus extat L. IIII. *Hiſtoriar.* cap.

65. fol. 416. *Auff ſolchs anſinnen der Tencterorum haben die Kölner eyn bedacht genommen. — Derhalben nachdem ſie ſich beſunnen, haben ſie auff ſolche masz und form eyn antwurt geben — Vnd ſolches vertrags halben, wollen wir den* Ciuilem *vnnd die* Velledam *zu mitler vnd zu richter nemen, durch welche diſe vnſere pact vnd geding auffgericht vnd bekrefftigt ſollen werden. Als nun alſo auff diszmal die Tencteri geſtilt vnd zu friden geſatzt worden, ſeind darnach die legaten zu dem* Ciuili *vnd zu der* Vellede *mit groſſem geſchänk, geſandt worden, welche alsdann bei denſelben alle ding nach angeben vnd willen der Kölner erlangt vnd erhalten. Aber für die* Velledam *ſelber, hat man die legaten perſönlich nit kommen oder mit ir reden laſſen, ſonder ſi haben hie ausz müſſen bleiben vnd warthen auff dasz ire ſach vnd heiligkeyt deſter gröſſer anſehens, vnnd eyn gröſſern ſchein hett. Vnnd ſie ſelber pflegt oben auff eynen hohen thurn zu ſitzen vnd doſelbſt durch eyn beſondern ausz irer freundtsſchafft die antwurt vnnd die weiſſagungen gleich als durch eynen Engell* (internuncius numinis) *von himmel heraber zu ſchicken.* Tertius eſt Lib V. *Hiſtor.* c. 21. fol. 434. *Als es aber ſchon heller tag geweſen, ſeind die feind mit den ſchiffen, ſo ſie hie den vnſern genommen vnd gefangen hatten, wider heim gefaren, vnd das ſchultheyszen ſchiff oder pretoriam dorinn der hauptmann pflegt zu faren, haben ſie die* Lipp *hinaufgezogen vnd der jungkfrawen* Vellede *zu eynem beutpfennig geſchankt.* Quartus denique reperitur libr. *de mor. Germanor.* cap. 8. fol. 440. *Dann ſie halten auch dafür dasz dieſelben iungkfrawen oder frawen etwas heiligs inn jnen haben, vnd dasz ſie die zukünfftigen Ding ſehen oder wiſſen können, derenwegen ſie auch iren rath oder ire vermanungen nit verachten, vnnd was ſi von zukünfftigen oder verborgen dingen weiſſagen für hoch vnd grosz haten. Vnd alſo haben wir ſelber zu vnſern zeiten geſehen dasz vnter dem Keyſer* Veſpaliano *löblicher gedechtnusz, die* Velleda *bei iren vilen*

Digitized by Google

vilen gleich als für eyn göttin iſt gehalten worden, wie mann dann auch ſagt dasz vorhin etwann die Aurinia, *vnnd etliche andere mehr inn groſſen ehren, und wirden geweſen ſeind, nit dasz man inen etwas heuchlen oder boſſieren* (venerati ſunt non adulatione) *oder ſie damit zu göttin hett machen wollen.* Collatis hiſce verbis, cum textu TACITI latino, oppido adparebit, hanc verſionem admodum liberam eſſe.

TACITO Eſpagnol, illuſtrado con aforiſmos, por Don Balt. Alamos de Barientos. *En Madrid*, 1614. in fol.

Alii hoc opus ſummis efferunt laudibus, alii e contrario, illud non adeo magni eſſe momenti contendunt. Iter illos eminet Hieronymus Canini, qui anno 1618. & 1620. edidit CORNELIO TACITO, *cioè gli Annali, Iſtorie, coſtumi de Germani, e la Vita di Agricola con molte Illuſtrazioni e confrontato con cinque traduzioni per* Adriano Politi, *con la ſua Apologia e Dichiarazione di alcuni voci più difficili, e con gli Aforismi notabiliſſimi di* Baldaſſare Alamo Varienti, *transportati dalla lingua Caſtigliana, nell' Italiana. In Venezia preſſo i Giunti* in 4. mai. pp. 1041. Recus. *in Venezia* 1644. in 4. Huic accenſemus Lengletum du Fresnoy qui P. I. des *Tablettes chronologiques* p. CXCVI. ſcribit: *la traduction Eſpagnole (du* TACITE) *imprimée à Madrit en* 1614. *eſt rare & recherchée des amateurs pour les Aphoriſmes de Politique d'* Alamos Inter hos, qui de opere, haud adeo honorifice ſentiunt, auctor *Bibliographiae Hiſtorico-politicae* eſt, cuius verba extant, apud P. Baile dans le *Dictionaire* Tom. I. p. 15. nec non aliqua ex parte, Mr. la Mothe Ioſſeval d'Aronſel, ſub quo nomine latet Amelot de la Houſſaye dans ſon *Tibére, Diſcours politiques ſur* TACITE. *à Amſterd. chez les Heritiers de Daniel Elzevier* 1683. in 4. mai. pp. 432. qui in praefatione dans la 2. *addition*, inter alia ſcribit:

 bit:

Digitized by Google

bit: Alamos *n'a pas ſeulement traduit* TACITE, *y a fait encore un grand nombre des Remarques, qu' il appelle Aforismes, & qu'* Antoine & Covarruvias, *ſon Approbateur, dit être la principale partie de ſon Ouvrage* (Aun es la principal parte, y demas momento deſta obra.) — *tous ſes Aforiſmes ſont autant de pièces, & de morceaux, &c, comme dit le Proverbe, du ſable ſans chaux, & ſans ciment.* Conſcripſit vero hanc TACITI verſionem & Aphoriſmos Don Baldaſſar Alamos, in carcere, in quo per vndecim annos captiuus detinebatur. Cauſſam eius rei pluribus expoſuerunt Nicolaus Antonius in *Biblioth. Hiſpan.* Tom. I. p. 141. & P. Baile l. cit. Conf. Io. Chriſtophor. Wolfii *Carcer Eruditorum Muſaeum.* p. 8 ſqq.

IO. TAFFINI, Scripta omnia,

rariſſima eſſe, nos docet Gerdeſius in *Florileg.* p. 276. Innotuerunt nobis ex illis

De characteribus filiorum Dei, eorundemque ſub cruce conſolationibus, liber, ad Chriſtianos Belgas, a gallico in latinum translatus a Timotheo Poteratio. *Geneuae, apud Iacobum Stoer* 1601. in 12.

Quo liber tempore, gallice prima vice in lucem prodierit, dicere non poſſumus. Extat vero editio gallica hoc titulo: *Des Marques des Enfans de Dieu & des conſolations en leurs afflictions. Aux fideles du Pais bas par* IEAN TAFFIN. *A Amſterdam* 1597. in 8. nec non editio *Geneuae* impreſſa 1621. in 12. Germanice prodierunt H. IOHANN TAFFIN *Kennzeichen der wahren Kinder Gottes ausz dem franzoeſiſchen verdeutſcht, Ambesgat* 1603. in 8.

IEAN

IEAN TAFFIN, l' état de l' Egliſe avec le diſcours des temps depuis les apoſtres jusqu' à preſent. *Bergues ſur le Zoom, per Iacques Canin.* 1605. in 8.

Vid. *Bibliotheca Telleriana* p. 264.

Expoſition de l' Apocalypſe de Saint Iean avec deduction de l' hiſtoire & chronologies. *Fleſſingue*, 1609. *Middelbourg* 1614. in 8.

Vid. Iacobi le Long *Biblioth. Sacra* Tom. II. p. 980.

Metanoeia, ſeu de vitae emendatione Libri IIII. 1694. in 8.

Gallica extat editio tit. *Quatre livres de l' amendement de vie par Mr.* IEAN TAFFIN. *à Geneve chez Iaqu. Stoer* 1606. in 8 it. *Geneuae* 1621. in 8.

P. F. NOEL TALLEPIED, Hiſtoire de l' Eſtat & republiques des Druides, Eubages, Sarronides, Bardes, Vacies, anciens François, Gouverneurs de la pais de la Gaule, depuis le deluge univerſel, jusques à la venue de Ieſus Chriſt, en ce monde, Compris en deux livres, contenans leurs loix, police, ordonnances, tant en l' eſtat eccleſiaſtique que ſeculier. Escrit nouvellement en françois, *A Paris, chez Iean Parant* 1585. in 8.

Liber rariſſimus, de quo vid. *Hamburgiſche Berichte von gelehrten Sachen* 1744. num. XCIII. Excerptum dedit Ioan. Georg. Frickius in *Comment. de Druidis occidentalium populorum philoſophis* P. II. edit. nouiſſ. p. 203 ſqq.

LVIGI TANSILLO, il Vendemmiatore. *In Napoli*, 1534. in 4.

Celeberrimus, LVIGI TANSILLO, apud Italos, Seculo XVI. extitit poeta, quam ob rem, illum etiam Marchio Scipio Maſſei, in oratione quadam, ſermone italico, in Societate Arcadum Veronenſium pronunciata, ſummis effert laudibus. Vtimur dum haec ſcribimus verſione iſtius orationis gallica, quae hoc titulo: *Diſcours ſur l' hiſtoire & le genie des meilleurs Poetes Italiens, prononcé par Mr. le Marquis* Scipion Maffei *à l'ouverture de la nouvelle colonie d' Arcadie de Verone*, extat dans la *Bibliotheque italique* Tom. I. Art. IIII. Tom. II. Art. VIIII. Ille qui hanc orationem ex italico in gallicum conuertit ſermonem, in obſeruationibus ſubiectis, haec de LVIGI TANSILLO adnotauit: LVIGI TANSILLO *d' une famille patricienne de* Nôle *au Royaume de* Naples *& fameux Poete a égalé les plus celebres par ſes Sonnets & les a tous ſurpaſſés par ſes chanſons. Le* Caro *devint ſon ami & ſon admirateur pour en avoir vû une ſeule. Le* Stigliani *le trouve meilleur Poete lyrique que* Petrarque — *Ses Ouvrages furent mis dans l' indice expurgatoire de l' an* 1559. *ce qui reveillant la tendreſſe paternelle de ce poete, produiſit cette belle epître intitulée:* Canzone al Papa Paolo IIII. *qui commence:* Eletto in Ciel, poſſente e ſummo Padre. *Il y juſtifia avec tant de ſageſſe & d' agrément ſes prétendues fautes, que l' amiée ſuivante l' Interdit fut levé du moins ne ſubſiſta-t-il que ſur le* Vendemiatore. Prima haec carminis impudici editio eſt, quam adduximus, quamque plures variis in locis, mutatae, ſequutae fuerunt. In *Catalogo Biblioth. Hulſianae* P. IIII. p. 577. reperitur editio, nulla loci, & typographi facta mentione, cum titulo *Stanze di cultura ſopra gli horti delle Donne*. 1537. in 8. Haec illa ſine dubio editio eſt, quam Leonardo Nicodemo in *Addizioni alla Bibliotheca Napoletana del* Toppi,

&

Digitized by Google

& Giov. Mario Creſcimbeni nella *Storia della Volgar poeſia*, primam eſſe crediderunt, & Niceronus minus recte, Tom. XIIX. p. 354. anno circiter 1550. *Venetiis*, impreſſam eſſe, putauit. Sed forte & haec alia eſt. In prima parte della *Raccolta del* Lodovico Dolce *delle ſtanze di diverſi illuſtri poeti*, & quidem in editione *Veneta*, quae apud *Giolitum* 1553. non 1533. vt Cl. Vogtius p. 654. ſcribit, in 12. prodiit, legitur carmen illud a pagina 272. vsque ad pag. 321. In poſterioribus vero huius collectionis, editionibus, nimirum in *Veneta* 1556. & 1570. in 8. illud omiſſum fuit. Vid. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 137. Prodiit quoque carmen obſcoenum, titulo, *Stanze amoroſe ſopra gli orti delle Donne*, inſignitum, cum aliis LVIGI TANSILLO carminibus, omiſſo tamen eius nomine *Venetiis* 1574. in 12. In *Bibliotheca Cardinalis Imperialis* conſpicitur: *il Vendemmiatore di* LVIGI TANSILLO, *in Venezia per Baldasſar. Conſtantini* 1649. in 4. Extat quoque teſte Nicerono l. cit. editio *Veneta* in 12. ſine anni & typographi indicio. In *Capitoli burleſchi d' incerto autore*, quem tamen, vt editio *Spirenſis* 1629. in 12. prae ſe fert, Hieronym. Magagnati eſſe nouimus, LVIGI TANSILLO carmen, hoc titulo inſignitum conſpicitur: *Il Vendemmiatore di M.* LVIGI TANSILLO, *per addiétro con improprio nome intitulato Stanze di coltura ſopra gli Orti delle Donne, di nuovo riformato è di più d' altrettante Stanze accreſciuto è reviſto.* Cauſſam vero, quamobrem, LVIGI TANSILLO, hoc carmen, *il Vendemmiatore*, nominauerit, exponit Niceron Tom. XIIX. des *memoires* p. 353. his verbis: Il Vendemmiatore *eſt en rimes octaves, & contient environ* 160. *Stances, c'eſt une piéce entierement licentieuſe, qu'il ſe repentit dans la ſuite, d'avoir composée. Il en pris l'occaſion d'un ancien uſage de ſa patrie & de pluſieurs autres endroits du Royaume de* Naples, *où dans le temps des vendanges*

Digitized by Google

les gens de la lie du peuple ont le privilege de dire, aux plus grands Seigneurs, & aux Dames même les plus qualifiées, qu'ils rencontrent, toutes les injures, qu' ils veulent; & ceux qui uſent le plus de cette liberté ſont les Vendangeurs. TANSILLO *compoſa cette piéce étant en vendange dans l' automne de* 1534. &c. Anno 1540. prodierant *Venetiis, Stanze in lode della menta, ſtampate nuovamente con diligenza & hiſtoriate. Per Curzio Nave é fratelli* in 8. quae ob ſimilitudinem ſtili, & rerum ſpurcitiem, quibus ſcatebant, LVIGI TANSILLO tribuebantur, quarum tamen ſe eſſe auctorem conſtanter negauit. Interea ſub eius nomine recuſa fuerunt cum *Vindemiatore* eius. Vid. Niceron l. cit. p. 354. & *Giornale de' letterati d' Italia* Tom XI. p. 110 ſqq. Reliqua LVIGI TANSILLO opera poetica, *per un' Academico Abbandonato*, qui fuit Dominicus Bagnari de Maſſa collecta & edita fuerunt anno 1711. *Bononiae* in 12. pp. 94. Prodierunt etiam anno 1738. *Opere di* LVIGI TANSILLO *con gli Argomenti ed Allegorie di* Lucrezia Marinella *ed un Diſcorſo di* Tommaſo Coſto, *In Venezia*, in 8.

La prima parte del general Trattato di numeri & miſure di NICOLÒ TARTAGLIA. Nella quale in diecisette libri ſi dichiarà tutti gli atti operativi, pratiche & regole neceſſarie non ſolamente in tutta l' arte negotiaria, & mercantile, ma anchor in ogni altra arte, ſcientia over diſciplina dove intervenghi il calculo. *In Vinegia per Curzio Trojano dei Navo*, 1556. in fol. folior. 277. excepta dedicatione ad Richard. Ventworth Angliae Nobilem, & tavola della continentia di ciaſcun libro, & aquante carte principia.

La

La ſeconda parte del general Trattato di numeri & miſure di NICOLÒ TARTAGLIA, nella quale in undici libri ſi notificà la più ellevata & ſpeculativa parte della pratica Arithmetica la qual e tutte le regole, & operationi praticali delle progreſſioni, radici, proportioni, & quantita irrationali. *In Vinegia*, 1556. in fol. folior. 186. ſi omiſeris dedicationem ad Comitem Antonium Andrianum, & indices.

La terza parte del general Trattato di numeri & miſure, di NICOLÒ TARTAGLIA, nel quale ſi dechiarano i primi principii, & la prima parte della geometrica, con belliſſimo & facilliſſimo modo; coſe utiliſſime e dilettevoli, per tutte quelle perſone, che ſi dilettano di ſapere. Demonſtraſi oltra di cio la prattica del miſurare ciascuna coſa, con brieve & facile via. *In Venetia per Curtio Troiano.* 1560. in fol. folior. 57. excepto indice & dedicatione ad Daniel. Dannam.

Haec pars quinque abſoluitur libris.

La quarta parte del general Trattato di numeri & miſure di NICOLO TARTAGLIA, nella quale ſi riducono in numeri, quaſi la maggior parte delle figure, coſi ſuperficiali, come corporee della geometria; & oltre a' cio' s' applicano alla materia, oſi metteno in atto pratico. Coſe multe vtile à tutte le qualità, delle perſone, & infinitamente deſiderate' de' ſtudi-

oſi delle divine mathematice. *In Venetia* 1560. fol. 63. non numerat. indice & dedicat.

Tres complectitur libros, haec pars inſcripta nomine Comitis Camilli Martinengi.

La quinta parte del general Trattato di numeri & miſure di NICOLO TARTAGLIA, nella quale ſi moſtra il modo de eſſequire, con il compaſſo & con la regha tutti li problemi geometrici di Euclide, & da altri philoſophi. Et con modi più iſpedienti, brevi di quelli dati da eſſo Euclide. Materia non men' utile che neceſſaria à geometrici deſignatori, perſpettivi, Architetti, Ingegneri, & machinatori, ſi naturali come Mathematici. *In Venezia* 1560. folior. 90. except. dedicatione ad Marchionem Sforziam Pallauicinum, & indice.

Tres in hac parte inueniuntur libri.

La ſeſta parte del general Trattato di numeri & miſure di NICOLÒ TARTAGLIA, nella quale ſe delucidà quella antica pratica ſpeculativa dell' arte magna, detta in Arabo Algebra, & Almucabala, over regola della coſa trovata da Maumeth figliolo di Moyſe Arabo, la quale ſe puo dire la perfetta arte del calculare, perche la ſuppliſſe, & ſerve per riſolvere infiniti caſi, over queſtioni, ſi in geometria, come in arithmetica che alcuna delle altre regole (fin' hora datte) non potria ſervire. Giontovi in fine molti queſiti riſolti per Algebra,

ſi

ſi in Arithmetica, come in Geometria. *In Venetia*, 1560. folior. 44. non computat. indice & dedicatione ad Hieron. Martinengum, Veronae Gubernatorem.

Vnum tantum librum, haec pars ſexta & vltima complectitur, operis, in Germania, rariſſimi, & in ipſa Italia maxime infrequentis. Nicol. Fr. Haym nella *notizia de' libri rari nella lingua italiana*, illud p. 276. adduxit, quod vero non ipſe id viderit, propterea colligimus, quod librum in forma quarta prodiiſſe ſcribit, qui in folio nobis ad manus fuit. Titulos autem ideo cuiusque partis, adtulimus integros, vt cuilibet libri argumentum pateat. In primae & ſecundae partis titulo, conſpicitur NICOLAI TARTAGLIAE imago, ligno elegantiſſime inciſa, cum hac ſubſcriptione: *Li inventioni ſono difficili, ma lo Aggiongervi è facile.* In reliquis partibus eadem imago, non in titulo quidem, ſed poſt tabulam eorum, quae in libro continentur, quae cuique parti praemiſſa eſt, conſpicitur. Quarta pars, in titulo quidem *ex officina Curtii Troiani* 1560. prodiiſſe dicitur, ſed e ſubſcriptione, quae, in fine, illius partis, legitur, adparet, quod iam anno 1557. *Venetiis per Cominum de Tridino*, impreſſa fuerit. Duas partes priores ex italico, in gallicum ſermonem conuertit Guilielm. Goſſelin & edidit *à Paris* 1578. in 8. Tam celebris vero tunc temporis NICOLAVS TARTAGLIA, Brixienſis, apud Italos fuit mathematicus, vt Thuanus quoque Libr. XVIIII *Hiſtor*. p. 895. edit. *Francof*. in 8. eius faceret mentionem, illumque multa, a Luca Brugenſi monacho, ſollertiſſime inuenta, illuſtraſſe, & correxiſſe, ſcriberet. Non vero Lucas Brugenſis, ſed Lucas Burenſis ſeu Lucas Paciolus, monachus Franciſcanus fuit, cuius ſcripta mathematica, italico ſermone compoſita, prodi-

prodierunt *Venet.* 1484. in fol. vid. Mich Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 454 editionem *Venetam per Paganino de' Paganini Breſciane* 1494. in fol. adducit N. F. Haym l. cit. p. 275. Recentiorem editionem *Venetam* 1509. in fol. inuenimus dans le *Dictionaire* de Mr. Baile Tom. IIII. p 2696. not. (E.) Vitam NICOL. TARTAGLIAE pluribus expoſuerunt Girolamo Ghilini in *Teatro d' Uomini letterati* Tom. II. p. 200. Paull. Freherus in *Theatro virorum eruditione claror.* p. 1459. Conf. quoque P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p 2 95 ſqq. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 526. Leonardo Cozzando *Libraria Breſciana* p. 271 ſqq. Fr. Claud. Milliet Dechales *Mundus mathematicus*, & quidem Tract. prooem. Tom. I. p. 32.

Sermon *des grosz gelarten in gnaden erlauchten doctoris* IOHANNIS THAVLERI *prediger ordens.* weiſende auff den neheſten waren wegk. yn geiſte czu wandern durch überſchwebenden ſyn. vnuoracht von geiſtes ynnigen vorwandelt in deutſch manchen menſchen zu ſelikeit. in 4. folior. 281.

Sermones LXXXIIII rariſſima haec editio, quam, e bibliotheca Portenſi, ante oculos habemus, complectitur, vbi praemiſſus index, hiſce inchoatur verbis: *Regiſtrum Dis ſeindt etliche andechtige gute predige des erleuchten begnadeten lerers doctoris* IOHANNIS THAVLERI *ſant Dominici ordens mit eyner vorgheenden tafeln. in der die meinunge vnd der Synne einer iglichen predig ordentlich vn kurtzlich allein vorgenennet ſeyn. vnd mit der tzale betzeichnet. die ſelbe tzale darnach an allen bletteren einer iglichen predig ſunderlichen geſchrieben ſteet.* &c. Argumentum ſermonis primi hac ratione exponitur: *De natiuitate Xp̃i. Item dy predig von dreyen geburten iſt genommen ausz den dreyen Meſſen des weynachten tages. vnd ſaget wie wir die drei creft unſer ſele verſam-*

meln

meln ſollen. vnd auch vorlaucken aller eigenſchaft willens begerens vnd wirckens. Vltimi ſermonis argumentum hoc eſt: *Revela dn̄o viam tuam &c. Item die predig ausz dem propheten in dem pſalter. ſaget wie wir faſten vnd wachen ſollen zu zuſtörung der natur vnd wie wir got getrawen ſollen in allen den ſachen die vnns notbdurffitigk ſeynn tzu ſele vnd tzu liebe &c.* Vltimum ſermonem excipit *die Hyſtorien des erwirdigen docters* IOHANMIS THAVLERI, a fol. 261. vſque ad finem. In fine typographus libro haec adpoſuit verba: *Hie endet ſich das buchlein von den andechtigen vnd gnadenreichen predigen vnd leren des beſchawlichen lebens. Des begenadten vnd hochgelerten doctoris* IOHANNIS THAVLERI *Des heiligen ordens ſancti Dominici Gedruckt in der furſtlichen ſtat Leyptzk durch Cunradum Kachelouen vnd vorendet. Am tag Gerdrudis ym acht vnd neuntzigiſten jar.* (1498) Idem ſine dubio liber eſt, quem Michael Maittaire Tom. I. *Annal typogr.* p. 670. hoc titulo: IOHANNIS THAVLERI *ſermones, dialecto Franconia verſi, Lipſiae*, 1498. in 4. adduxit.

Relaciones de PETRO TEIXEIRA d' el Origen Deſcendencia, y ſucceſſion de los Reyes de Perſia: y de Harmuz, y de un Viage hecho por el miſmo Autor dende la India oriental haſta Italia por tierra. *En Amberes, en caſa de Hieronymo Verduſſen* 1610. in 8. pp. 599.

De inſigni libri raritate vid. *Catalogus Biblioth. Sarrazianae* p. 74. libri vero recenſio inuenitur in den *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III p. 430 ſqq. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. V. p. 302. vbi gallice etiam prodiiſſe dicitur. De Auctore vid. Nicol. Antonii *Biblioth. Hiſpan.* Tom. II. p. 197.

BERNARDINI TELESII, *Conſentini*, de rerum natura, iuxta propria principia libri VIIII. ad illuſtriſſ. & excellentiſſ. Dominum Ferdinandum Carafam, Nuceriae ducem. *Neapoli*, 1586. in fol.

Initio libri duo prodierant *Romae* 1565. in 4. cum praefatione, quae in editione *Neapolitana* 1570. in 4. omiſſa fuit. Editio *Geneuenſis* 1588. in fol. quam Cl. Vogtius p. 659. memorat, in bibliotheca extat Portenſi. Conf. de BERNARDINO TELESIO Niceron *Memoires* Tom. XXX. p. 104 ſqq.

Hiſtoria geral de Ethiopia a alta, ou preſte Ioam, e do que nella obraram os padres da companhia de Ieſus compoſta na meſma Ethiopia, pelo padre Manoel d' Almeyda, natural de Vizeu, Prouincial e Viſitador que foy na India; abbreuiada com noua releyçam, e methodo pelo *padre* BALTHEZAR TELLEZ, *natural de Lisboa, provinciul da provincia luſitana* ambos *da meſma companhia. En Coimbra, con todas as licenças neceſſarias: na officina de Manoel Dias, Impreſſor da Vniverſidade, anno do Senhor de mil e ſeyscentos e ſeſſenta.* (1660) in fol. pp. 738. excepto prooemio pp. 38.

Quantae liber ſit raritatis, verba docent litterarum Io. Chriſt. Wolfii, quas anno 1716. ad Mathurinum Veyſſier. la Crozium perſcripſit *De* BALTHAS. TELLEZII *hiſtoria generali Aethiopiae ſuperioris*, & Al. de Menezes, *expeditione in montes malabaricos, libris rariſſimis. quos occepiſſe te ſcribis, ex animo hoc magis gratulor, quod paucis tam felicibus eſſe*

con-

contingat, pauciores autem ſint, qui illis cum tanto fructu uti poſſint, quantus tuo beneficio in hiſtoriam redundabit. Vid. *Theſaurus epiſt. lacrozianus* Tom. II. p. 106. Multa vero ex hoc libro in ſuos conuerterunt vſus Iobus Ludolfus & modo nominatus la Crozius, ille in conſcribenda *Hiſtoria Aethiopica*, hic vero in componenda *Hiſtoire du Chriſtianiſme d'* Ethiopie *&* Armenie. Ipſe id fatetur Iobus Ludolfus in prooemio *hiſtoriae Aethiopicae*, §. 10—13. vbi ſcribit: *Cum paucis abhinc annis P.* BALTHAS. TELLEZII, *Luſitaniae prouincialis hiſtoriam aethiopicam, florido & amoeno ſtylo Luſitanice compoſitam, nactus eſſem, eamque e Patrum ſocietatis actis ac documentis & quidem ex* P. Eman. Almeydae *commentario in* Aethiopia *conſcripto, nec non latina Patriarchae Aethiopici* Alfonſi Mendezii *hiſtoria manuſcripta depromtam intelligerem, & a* P. Hieronymo Lupo, *teſte iurato, comprobatam viderem, non dubitaui operi pridem deſignato, manum admouere, praeſertim quod animaduerterem, omnia pulchre congruere cum iis, quae* Gregorius *Habeſſinus, ex regno* Amhara *oppido* Mecana-Selaçè *oriundus, mihi prolixe narrauerat. Niſi quod* TELLEZIVS *religionis romanae ſodalitatisque ſuae cauſſam paſſim agat, & acta Patrum ſocietatis, vbique defendat vel extollat, nec non in enarrandis rerum geſtarum cauſſis atque finibus, illorum partes fortiter tueatur: Habeſſinorum vero res, acriter perſtringat, atque de ſacris eorum, acerbiſſime ſentiat, eo tamen candore, eaque ſinceritate, vt non raro mores bonamque gentis indolem commendet.* Conf. eiusdem ad ſuam *Hiſtoriam Aethiopicam*, antehac editam, *Commentarius* vbi, cum p. 9 ſqq. BALTHAS. TELLEZII *peccata philologica, & hiſtorica, & defectus* exponit, inter alia haec legimus: *Quandoquidem ergo ex Actis ſcriptisque Patrum opus ſuum compoſuit, qui omnes Regni illius regiones quaqua verſum peragrarunt, & triginta fere annos in eo floruerunt, vtique veriſſima de rebus Habeſſinorum tradere potuit, & certe, ſi facta & res geſtas ſpectes, tradidit: vt in prooemio Hiſtoriae noſtrae diximus. Eam ob rem*

non

nos iure merito illi plurimum ſiſi ſumus, cum ob cauſas ſupra dictas, tum quod congruentia retulerat iis, quae Gregorius *mihi narrauit, cum quo nullum vnquam commercium habuit, nec conuerſationem.* Multa quoque ex hoc libro in compendium redacta, & in gallicum conuerſa ſermonem, reperiuntur dans les *Relations de divers Voyages curieux, traduites d'* Hacluyt, *de* Purchas *&* *d' autres Voyageurs* Anglois, Hollandois, Portugais, Allemands, Espagnols & *autres par Mr.* (Melchiſedech) Thevenot, cuius libri recentiſſima eſt editio, quae *Pariſiis* 1696. IIII. Tom. in fol. prodiit. Satis vero adcurata *hiſtoriae aethiopicae* TELLEZII reperitur recenſio, in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. IIII. p. 481 ſqq.

P. TERENTII ſex: quae extant: Comoediae. Andria. Eunuchus. Heautontimorumenos. Adelphi. Ecyra. Phormio.

Germanae iuuentuti. S.

Accipe: Germana Iuuentus: P. TERENTII *Comoedias*: multis in locis antea excuſſis emendatiores, quibus erudita Philippi Melae Brettani praepoſita eſt epiſtola, quae item ad rationem comoediae carminisque genus pertinent, late explicata ſunt, praeterea loca, quae a Priſciano in variis libris ſunt declarata, cum TERENTII vita ex libro Criniti, in fine adiecimus. Nihil itaque eſt reliqui, quam vt proprietatem, puritatem, elegantiam latini ſermonis: quam mira arte temperauit: ex hoc inprimis Comico petas, quibus latinos omnes: vt eſt in confeſſo: facile vincit. Tu ita fac & vale.

Lipſiae, ex officina Melchioris Lottheri 1519. in 4. fol. 137.

Titu-

Digitized by Google

Titulus ſatis ſuperque docet, quid haec editio, quae Maittairio, Fabricio, Leichio, Weſterhouio, & Auctori *Theſauri Bibliothecalis*, incognita fuit, promittat. Ad illud excuſa ea eſt exemplar, quod Philippus Mela, ſiue Melanchthon Brettanus, *Tubingae* 1516. in 4. euulgauerat. Epiſtola Philippi Melae, cuius in titulo, mentio facta eſt, ad Paullum Geraeandrum Saloburgenſem ſcripta eſt, & dedicationis locum obtinet. In fine noſtrae editionis haec leguntur verba:

Candido Lectori.

Recognouimus tibi: Candide Lector. ex variis exemplaribus. P. TERENTII *fabulas, quarum te adeo ſtudioſum cupimus, vt eas ad vnguem (quod dicitur) teneas, quo nihil tibi fuerit ad puritatem linguae latinae accommodatius. Illud enim inter eruditos conuenit,* TERENTIVM *optimum eſſe latinitatis autorem, cui vt totus incumbas, leuibus quorundam nugis abiectis, te etiam atque etiam adhortor. mendas autem (quas omnes per temporis breuitatem tollere non potuimus) & variam lectionem & in quibusdam locis diſtinctionem, pro tua humanitate caſtigato, adiicito, & apponito. Nos quantum per temporis anguſtiam nobis licuit, tuo profectui voluimus quam optime conſultum. Vale. Lipſiae, ex officina Lottheriana. Anno a natali Chriſtiano. Milleſimo quingenteſimo decimonono.*

P. TERERTII, *Afri, Poetae lepidiſſimi,* Comoediae omnes. Cum abſolutis commentariis Aelii Donati, Guidonis Iuuenalis Cenomani, Petri Marſi in omnes fabulas, Ioannis Calphurnii Brixienſis in Heautontimorumenon. Accedunt Antonii Goueani Epiſtola ad Guillelmum Bellaium Langeum, Taurini proregem, de caſtigatione harum comoediarum.

Digitized by Google

Eiusdem de verſibus Terentianis, nec non de ludis Megalenſibus, ac quaedam perpulchrae annotationes. Bartholomaei Latomi in ſingulas ſcenas argumenta, ordo & diſtinctio partium fabulae, vocum quarundam & locorum difficilium explicatio, loci argumentationum & amplificationum principales, ſchemata paſſim & ornamenta orationis. Petri Senenſis caſtigationes, ex plurimis TERENTII locis, adiecta quorundam obiter explicatione. Eiusdem in Andriam pulcherrimae annotationes, quae maxime ad hominum mores facere videntur. Henrici Loriti in carmina TERENTII per omnes eius comoedias iudicium. His item addidimus cuiusque ſcenae terna argumenta, variis verbis, eadem tamen ſententia deſcripta. Metris in ſuum ordinem recte reſtitutis, ac variis lectionibus in margine appoſitis. Eorum quae in his interpretum commentariis adnotata ſunt, index ampliſſimus. *Venetiis, apud Io. Mariam Bonellum* 1563. in fol. folior. 234. ſi praemiſſa & indicem non numeraueris.

Editionis oppido rarae, neque Io. Alb Fabricius in *Bibliotb. latina*, neque Arnold. Henr. Weſterhovius in ampliſſimo *Catalogo editionum* TERENTII, quem ſuae editioni *Hag. Comit.* 1726. II. Tom. in 4. praemiſit, neque *Theſauri Bibliothecal.* Auctor, fecerunt mentionem. Nonnullis illa figuris, ligno, non quidem inuita Minerua, inciſis, ornata eſt. Quid vero praeterea in illa praeſtitum fuerit, titulus, a nobis integer adſcriptus, quemlibet docere poterit.

R.P.

R. P. IEAN BAPTISTE DV TERTRE, *de l' Ordre des F. F. Preſcheurs de la Congregation de S. Louis, Miſſionaire Apoſtolique dans les Antilles*, Hiſtoire generale des Antilles habitées par les François. Diviſée en deux Tomes, & enrichie de Cartes & de figures. *A Paris, chez Thomas Iolly*, 1667. in 4. pp. 593.

Tome II. contenant l'hiſtoire naturelle pp. 539.

Tome III. dans lequel il eſt traité du changement des Proprietaires des Ant-Isles. De l' Etabliſſement de la Compagnie Royale des Indes Occidentales: Et de ſon Gouvernement jusqu'à la Guerre entre la France & l'Angleterre &c. *ibid. apud eundem* 1671. in 4. pp. 317.

Tome IIII. dans lequel il eſt traité de tout ce qui s'eſt paſſé de plus conſiderable dans les Ant-Isles de l' Amerique, depuis le Commencement de cette derniere guerre, jusqu'à la paix de Breda &c. *ibid. eod.* in 4. pp. 362. cum multis figuris aere expresſis.

Chriſt. Gryphius in *diſſertat. iſagogic. de Scriptoribus hiſtoriam Seculi XVII. illuſtrantibus*, quod nos quidem ſciamus, primus fuit, qui p. 597. ſcripſit, hunc librum Regis Galliae iuſſu, quod multis nimis libere ſcriptus videretur, ſuppreſſum fuiſſe. Amplexi ſunt poſtea hanc ſententiam Io. Franciſc. Buddeus in *diſſertat. de Criteriis boni libri* p. 37. Cl. Vogtius in *Catalogo* p. 660. Ob ſilentium vero du *Iournal des Savans* anni 1667. vbi libri P. I. & II. recenſetur, nec non Iacobi le Long & Lengleti du Fresnoy, non ſine ratione, hac de re, dubitat Auctor

Digitized by Google

der *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 551.

Nouum TESTAMENTVM graece & latine nouiter impreſſum. *Compluti per Arnald. Guil. de Brocario.* 1514. in fol.

Rariſſimum & ſplendidiſſimum hoc opus, partem conſtituit *bibliorum polyglottorum*, quae cura & ſumtibus Franciſci Ximenii prodierunt. In fine illius haec leguntur verba: *Ad laudem & gloriam Dei, & domini Ieſu Chriſti, hoc ſacroſanctum opus, noui* TESTAMENTI *& libri vite, grecis latiniſque characteribus, nouiter impreſſum, atque ſtudioſiſſime emendatum felici fine abſolutum eſt, in hac preclariſſima Complutenſi vniuerſitate. De mandato & ſumtibus Reuerendiſſimi in Chriſto patris, Domini Domini* Franciſci Ximenii de Ciſneros, *titulo ſancte Balbine, ſacroſancte Romane Eccleſie presbyteri Cardinalis, & Hiſpaniarum primatis, ac regnorum Caſtelle archicancellarii, archiepiſcopi Toletani. Induſtria & ſolertia honorabilis viri Arnoldi Guillelmi de Brocario, artis impreſſorie magiſtri. Anno domini* 1514. *menſis Ianuarii die decimo.* Textus graecus ſine ſpiritibus & accentibus comparet, vt ipſum autographum adcuratius referat. Verſio conſpicitur latina interlinearis noua, vna cum vulgata. Legitur quidem in ea editione locus 1 Ioh. V. 7. & 8. verba tamen *καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν*, deſiderantur. De codicibus quibus Ximenius vſus fuit, vid. Io. Millius in *Prolegom. ad N. T. gr.* p. 108 ſqq. Eminebat inter illos codex MStus epiſtolarum apoſtolicarum ex inſula Rhodo adlatus, quem Iacob. le Long in *Bibliothec. ſacr.* Tom. I. p. 183. edit. *Paris.* in fol. paullo fuſius deſcribit. Recuſus poſtea textus graecus, ex editione *Complutenſi* fuit, in *bibliis polyglottis Antverpienſibus, Pariſinis*, & aliis. Conf. Iacobi le Long *Bibl. ſacr.* Tom. I p. 8 ſqq. p. 199 ſqq.

Tiit

Digitized by Google

Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα. *Editio regia, opera & cura Roberti Stephani, typographi regii. Pariſiis* 1546. in 12. Tom. I. pp. 528. Tom. II. pp. 364.

Editio nitidiſſima, rariſſima, & adcuratiſſima, quoniam duodecim in ea ſphalmata duntaxat occurrere dicuntur. In principio praefationis Roberti Stephani librarii Regii, ad ſacrarum literarum ſtudioſos, haec poſita verba legimus: *O mirificam regis noſtri optimi & praeſtantiſſimi principis liberalitatem*, quae verba huic editioni, denominationem: *O mirificam*, adtulerunt. Ita vero Robertus Stephanus, in eadem praefatione, de hac editione ſua ſcribit: — *Quo quidem in opere excudendo eandem, qua in caeteris vti ſolemus, diligentiam: maiorem etiam, vt par erat, religionem praeſtitimus. Siquidem codices nacti aliquot ipſa vetuſtatis ſpecie pene adorandos, quorum copiam nobis Bibliotheca Regia facile ſuppeditauit, ex iis ita hunc noſtrum recenſuimus, vt nullam omnino litteram ſecus eſſe pateremur, quam pulres,* (plures) *iique meliores libri, tanquam teſtes, comprobarent. Adiuti praeterea ſumus cum aliis, tum vero* Complutenſi *editione, quam ad vetuſtiſſimos Bibliothecae* Leonis X. Pont. *Codices excudi iuſſerat Hiſpaniarum Cardinalis* Franciſcus Simenius: *quos cum noſtris miro conſenſu ſaepiſſime conuenire, ex ipſa collatione deprehendimus.* &c. Contulit vero Robertus Stephanus textum graecum cum XVI. Codicibus MStis. De editionibus repetitis vid. Theodor. Ianſon. ab Almeloveen *Vitae Stephanorum* p. 19. Io. Millii *prolegom. in N. T. graec.* p. 116. Iacob. le Long. *Biblioth. ſacra* T. I. p. 206. *Acta erudit. & curioſ. Franconica* num. XIII. p. 57 ſqq. De editione *Pariſienſi* 1549. in 12. quam adduxit Cl. Vogtius p. 662. Io. Millius l. cit. p. 125. ita ſcribit: *Anno* 1549. *iteratam N. T. editionem, iuris publici fecit* Rob. Stephanus, *ea-*

dem forma, iiſdem typis, eadem praefatione, qua prior ſupra dicta, imo eodem, qua iſta, numero paginarum ac verſuum ſeu linearum in quauis pagina. In hac autem textus, editionis prioris alteri adeo mirifice congruit, vt ab ea nusquam abſceſſum ſit, quod video, niſi in lectionibus duntaxat 67, e quibus ſunt quatuor dubiae fidei: e reliquis 26. pro genuinis habeo, 37. non item. Adeo vt vndecim ſint lectiones non bonae, in hac editione Stephanica *plures quam in priori.* Cum Paullus Colomeſius duodecim ſphalmata, quae in editione 1546. reperiebantur, expuncta in hac, & emendata conſpiceret, nullum prorſus errorem typographicum in illa extare ſibi perſuaſit, & dans la *Bibliotheque choiſie* p. 495. edit. Io. Alb. Fabricii ſcripſit: *l'edition de* Robert Eſtienne *eſt recommandable par la beauté de ſon caractère, & pour n'avoir pas une ſeule faute.* Erraſſe vero Paull. Colomeſium, demonſtrauit, & quatuordecim editionis illius typothetarum errores notauit Godofredus Olearius in *Obſeruationibus ad Matth.* IIII. 8. §. 7. p. 130. Conf. Io. Georg. Pritii *Introductio in lectionem N. T.* p. 283 ſqq. edit. *Lipſ.* 1722.

Τῆς καινῆς διαθήκης ἅπαντα, *Nouum* TESTAMENTVM graece, additis ſingulorum capitum argumentis graecis, variisque lectionibus, mutuisque teſtimoniis. *Geneuae e typographia Io. Criſpini*, 1553. in 12.

De editione hac nitidiſſima, quae cum praefatione graeca Io. Criſpini prodiit, ita ſcribit Io. Millius l. cit. p. 127. *Anno* 1553. Ioannes Criſpinus, (Belga Atrebas) *edidit ad textum* R. Stephani N. T. *minori forma, typisque admodum elegantibus. In hac autem, cum loca S. Scripturae,* Stephanique *lectiones variantes ad oram exteriorem libri collocarit* (Criſpinus) *tum etiam κεφαλαίων lemmata, noua methodo diſpo-*

Digitized by Google

diſpoſuit, miſſis quidem ſubinde veteribus, inſertisque aliis de ſuo. Verum haud placebat hoc qualecunque artificium: neque quisquam poſtea N. T. in hanc formam edidit. Conf. Iacob. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. I. p. 210. Idem Criſpinus poſtea repetitas dedit editiones 1564. & 1565. in 16.

Ieſu Chriſti D. N. *Nouum* TESTAMENTVM, ſiue nouum foedus. Cuius Graeco contextui reſpondent interpretationes duae: vna vetus: altera, noua Theodori Bezae, diligenter ab eo recognita. Eiusdem Th. Bezae Annotationes, quas itidem hac tertia editione recognouit, & acceſſione non parua locupletauit, Reſponſio eiusdem ad Seb. Caſtellionem, in qua multi *Noui* TESTAMENTI & harum in ipſum annotationum loci accuratiſſime excutiuntur, ſeorſum excuſa proſtat. Anno 1582. in fol. Pars I. pp. 525. except. praemiſſ. P. II. pp. 488. ſi indices omiſeris.

Haec editio, *ex officina Henrici Stephani* euulgata, quod illius nos docet oliua, raro eſt obuia. Quodſi Theodori Bezae ſpectaueris verſionem, tertia eſt. Initio prodierat anno 1557. latine, omiſſo textu graeco *ex officina Roberti Stephani*, tum 1565. in fol. recognita, adiecto textu graeco, & verſione latina vulgata. Huic autem noſtrae tertiae editioni praemittitur Epiſtola Theodori Bezae *ad sereniſſimam reginam & ſuis virtutibus non minus quam regiis decoribus ſplendidam*, D. Eliſabetham, *Angliae, Franciae, Hiberniae & circumiacentium inſularum Reginam, Fidei chriſtianae defenſatricem*, exarata Geneuae 1564. Inuenitur illa etiam in editionibus prioribus, ſed in ſecunda & hac noſtra tertia editione, ab initio & in fine aucta & in quibusdam locis mu-

Digitized by Google

ſtata conſpicitur. Quod vero Th. Beza in hac tertia editione praeſtiterit, ipſe in praefatiuncula ad chriſtianum lectorem paullo vberius exponit. Conf. Io. Millii *prolegom.* p. 131. Iacob. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. I. p. 214. *Reſponſio* ad Sebaſtianum Caſtellionem, quae in titulo memoratur, noſtro exemplari non adiecta eſt. Eſt nobis quoque e bibliotheca Portenſi publica verſionis Bezianae editio quarta ad manus, cui titulus hoc modo mutatus, praefixus eſt: TESTAMENTVM *nouum*, *ſiue Nouum foedus* Ieſu Chriſti D. N. *cuius graeco contextui*, *reſpondent interpretationes duae; vna*, *vetus*, *altera* Theodori Bezae, *nunc quarto diligenter ab eo recognita. Eiusdem annotationes*, *quas itidem hac quarta editione accurate recognouit*, *& acceſſione non parua locupletauit; vt docebunt aſteriſci margini appoſiti nec non eius ad lectorem epiſtolium. Haec quarta editio*, *propter acceſſiones non paucas*, *duos indices nouos habet*, *quorum prior priori parti*, *poſterior poſteriori ſubiunctus eſt. Seorſim edetur recenſio earundem in diuerſis Novi* TESTAMENTI *locis vocum* (*vulgo concordantiae novi* TESTAMENTI) *cui etiam operam multum lectori profuturam idem* Theodorus Beza *& quidam alii impenderunt.* 1589. in fol. P. I. pp. 555. except. praemiſſ. & indice. P. II. pp. 519. except. indice. Vid. Io. Millius l. cit. p. 132 - 136. Iacob le Long l. cit. p. 214. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. IIII. p. 195. Quinta tandem verſionis Th. Bezae editio, teſte Iacobo le Long l. cit. p. 215. cum noua praefatione, & noua Epiſtola ad Eliſabetham Angliae reginam, prodiit *Geneuae apud Haeredes Euſtathii Vignon.* 1598. in fol.

Ieſu Chriſti, D. N. *Nouum* TESTAMENTVM, Gr. & Lat. Theodoro Beza interprete. Additae ſunt ab eodem ſummae breues doctrinae vnoquoque Euangeliorum & Actorum loco com-

comprehenſae. Item, Methodi Apoſtolicarum epiſtolarum breuis explicatio. Huic autem tertiae editioni, praeter quorundam locorum recognitionem, acceſſerunt breues difficiliorum phraſewn expoſitiones, & aliae quaedam annotatiunculae, cum ex maioribus ipſius Bezae annotationibus, tum aliunde excerptae: opera eorum qui in typographi epiſtola nominantur. Anno 1680. in 8. mai. Pars I. fol. 216. ſi praemiſſa exceperis. Pars II. folior. 244.

Hanc quoque editionem rariorem, quae in fronte Henrici Stephani prae ſe fert oliuam, in noſtris repoſitam habemus loculis. Priores editiones prodierant anno 1565. & 1567. in 8. Noſtrae editioni praemittitur Theod. Bezae *ad illuſtriſſimum Principem* Ludouicum Borbonium, *Principem* Condenſem &c. *caeterosque illuſtres ac generoſos Duces, Marchiones, Comites, Barones, ac Nobiles Dominos, in* Galliae *regno verum Chriſti euangelium amplexos*, praefatio folior. 10. Hanc excipit Loſelerii Villerii ad Henricum Comitem Hugtindoniae, Haſtinguae Dominum, &c. conſilii Maieſtatis regiae, in parte boreali Praeſidem, praefatio, quam Henr. Stephani ad lectorem epiſtola, & duo carmina graeca ſequuntur. Haec omnia fol. 5. abſoluuntur. In epiſtola ad lectorem de locupletationibus huic tertiae editioni accedentibus, Henric. Stephanus hac ratione ſcribit: *Quum* Loſelerius Villerius *ad ea quae binae editiones ſuperiores habebant, id eſt, ad ſummas breues doctrinae vnoquoque Euangeliorum & Actorum loco comprehenſae, nec non ad Methodi Apoſtolicarum epiſtolarum breuem explicationem: quae ambo* Theodoro Bezae *debentur: quum, in quam, ad ea, phraſewn & quorundam etiam difficiliorum locorum expoſitionem, partim ex maioribus* Bezae *ipſius Annotationibus*

Digitized by Google

nibus, partim ex Ioachimi Camerarii *notis, addidiſſet; & tamen his quoque adiici multa poſſe, in his pleraque poſſe emendari viderem: dignam eſſe hanc tertiam editionem putaui — quae nonſolum illam* Villerii *acceſſionem, & quidem recognitam, verum & aliam ſibi propriam, exhiberet. Quum igitur commodum in* Iacobum Cherpuntium *incidiſſem, meumque illi conſilium communicaſſem, oſtendit mox ex parte iam nauatam a ſe quam nauari cupiebam operam.* &c. In fine Apocalypſeos comparent ad explendum ſpatium, *Symbolum Apoſtolicum, quatuor uniuerſalium conciliorum πίστεις ἐκθέσεις, & Symbolum Athanaſianum gr. & lat.* Vid. Iacobi le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. I. p. 213. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. IIII. p. 197. Poſſidemus verſionis Th. Bezae editionem, quae graeco textu omiſſo in lucem prodiit hoc titulo: Ieſu Chriſti D. N. *Nouum* TESTAMENTVM, Theodoro Beza *interprete. Additae ſunt ſummae breues doctrinae in Euangeliſtas, & Acta Apoſtolorum: Item methodus Apoſtolicarum Epiſtolarum ab eodem authore, cum breui phraſeon, & locorum difficiliorum expoſitione, ex ipſius authoris maioribus annotationibus deſumpta: paucis etiam additis ex* Ioach. Camerarii *notationibus in Euangeliſtas & Acta. Apud Euſtathium Vignon,* 1575. in 8. folior. 424 ſi praefationes non numeraueris. Nitidiſſime iſta editio, & vt typographus in praefatiuncula ad lectorem ſcribit, ad πρωτότυπον Anglicanum, quod Loſelerius Villerius *Londini* an. 1573. in lucem emiſit, exſcripta eſt. Inueniuntur vero in illa nonſolum Villerii & Bezae praefationes ſed omnes quoque iſtae adnotationes, quae in editione H. Stephani graeco-latina, quam modo recenſuimus, occurrunt, ſi paucas exceperis, margini adpoſitae conſpiciuntur. Extant quoque in fine, *ſymbolum Apoſtolicum, Athanaſianum, & quatuor conciliorum uniuerſalium πίστεις ἐκθέσεις,* ſed latinae tantum. Vltima iſtius editionis pagina, typographi inſigne Ancho-

Digitized by Google

Anchoram cum ſerpente, ob oculos ponit, hiſce adſcriptis verbis,

Spes mea Chriſtus *erit ſemper fidiſſima rebus*
Qui fuit in dubiis Anchora *ſacra meis.*

Nouum TESTAMENTVM, graecum cum notis & animaduerſionibus, virorum doctisſimorum, praeſertim Roberti Stephani, Iſaaci Caſauboni, & Ioſephi Scaligeri. Variae item lectiones ex antiquisſimis exemplaribus, & celeberrimis bibliothecis deſumptae, cum epiſtola Richardi Whitakeri, dicata Carolo I. magnae Britann. Regi. *Londini*, 1633. in 8.

Splendidiſſima haec editio paullo rarius in bibliothecis inuenitur. Illam apud *Elzeuirios* eſſe excuſam, typographorum inſignia, libro in fronte adpoſita, produnt. Conf. Iacobi le Long *Biblioth. ſacr.* Tom. I. p. 218. Admodum vero ſimilis huic editioni eſt, niſi forte vna eademque exiſtimari debet, quae vt titulus prodit *Lugd. Batauor. ex offi ina Elzeuiriana* 1641. in 8. prodiit. Ex vtriusque enim exemplaris collatione, ex iisdem characterum formis, eademque charta, illas prorſus conuenire, quilibet intelligere poterit, cui vtramque inſpiciendi copia facta fuit.

Τῆς *καινῆς διαθήκης ἅπαντα.* *Nouum* TESTAMENTVM graecum. Adiectae ſunt ad calcem variae lectiones. *Pariſiis*, *e typographia regia.* 1642. in fol.

Editio ſplendidiſſima, litteris maioribus elegantiſſimis, iuxta editionem Roberti Stephani impreſſa, in Germania rariſſime conſpicua.

No-

Nouum TESTAMENTVM, cuius graeco contextui, reſpondent interpretationes duae; vna, vetus, altera Theodori Bezae. Eiusdem Theodori Bezae adnotationes &c. Acceſſit etiam Ioach. Camerarii in Nouum foedus commentarius. *Cantabrigiae, apud Roger. Daniel,* 1642. in fol.

Editio, ex iis quae Bezae complectuntur verſionem, optima, & maxime rara.

Ἡ καινὴ διαθήκη. *Nouum* TESTAMENTVM vna cum ſcholiis graecis, e graecis ſcriptoribus, tam eccleſiaſticis, quam exteris, maxima ex parte deſumptis. Opera ac ſtudio Ioannis Gregorii, olim SS. ac indiuiduae Trin. Coll. apud Cantab. Socii, nuper Archidiaconi Gloceſtrienſis. *Oxonii, e theatro Sheldoniano 1703. impenſis Tho. Bennet, ad inſigne lunae falcatae in coemiterio D. Pauli, Londini,* in fol. pp. 344. ſi praefationem & indicem eorum, quos praenumerantes vocare ſolent, exceperis.

Cum Ioannes Gregorius in eo eſſet occupatus, vt hoc opus, quo fere nihil ſplendidius fingi poteſt, ederet, morte praeuentus fuit. Illius proinde curam ſuſcepit, ac editionem curauit Henricus Aldrich, qui eo rem perduxit, vt prodiret tandem opus, nitidiſſimis characteribus, charta pura, imagunculis elegantiſſime aere expreſſis ornatum, & auguſtiſſima principe Anna, magnae Britanniae Regina, cuius nomine a Ioanne Gregorio, Ioannis filio, inſcriptum eſt, omni ex parte dignum. Contulerunt quoque ad hanc editionem

tionem operam ſuam Andreas Rinmannus, & Io. Erneſt. Grabius, qui poſterior in primis ſcholia graeca e Chryſoſtomo, Theophylacto, Oecumenio, & Areta Cretenſi ſelegit, iisque multa loca ex Ariſtotele, Arriano, aliisque ſcriptoribus profanis adiecit, quae vero omnia nullius plane ſunt momenti; nihilque prorſus ad textus graeci explicationem faciunt. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXXV. p. 302. Recenſionem operis ſplendidiſſimi vid. in *Actis Eruditor. Lipſ.* 1704. p. 50 ſqq. dans les *Memoires de Trevoux* an. 1708. menſe Iunio Art. LXXIIX. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* Tom. IIII. p. 201 ſqq. Conf. Iacob. le Long *Bibliotb. ſacr.* Tom. I. p. 222. Io. Alb. Fabricii *Bibliotb. graec.* L. IIII. Cap. V. p. 148. *Bibliotheque choiſie par* Iean le Clerc. Tom. XIIII. p. 248.

The *new* TESTAMENT in greek and engliſh: containing the original text corrected from the authority of the moſt authentic manuſcripts; and a new verſion form'd aggreeably to the illuſtrations of the moſt learned Commentators and Critics; with notes and various readings, and a copious alphabetical Index. In two volumes. If the Light, that is in thee, be darkneſs, how great is that darkneſs. Matthew. *London. Printed for I. Roberts, near the Oxford-Arms in Warwick-Lane.* 1729. Tom. II. in 8. mai. pp. 1058. ſi dedicatio non fuerit numerata.

Editionis, a Socinianis Anglis, euulgatae, notitiam ſatis adcuratam inuenies in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* Tom. IIII. p. 208 ſqq. Impugnauit illam Leonardus Twelſius in *Critical examina-*

mination of the late new text and verſion of the new TESTAMENT *in greek and engliſh.* 1732. in 8. pp. 187 Partem illius libri, quae ad Apocalypſin ſpectat, latine verſam inſeruit Io. Chriſtoph. Wolfius *Curis philologicis & Criticis* Vol. IIII. p. 387 — 429. Conf. Vol. III. p. 585 ſqq.

Nouum TESTAMENTVM Neo-Graecum a Maximo Calliopolita, & Seraphimo Mitylinenſi curatum, decreto & ſumtibus Ordinum Generalium Belgii Foederati in gratiam modernorum Graecorum. *Geneuae* 1638. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 636. Demonſtrare quidem ſuſtinuit Io. Michael Langius in *philologiae barbaro-graecae* P. I & quidem in meletemate *de orig. progreſſu & variis fatis linguae graecae* §. XXII. hoc *Nouum* TESTAMENTVM graeco-barbarum non *Geneuae*, ſed *Lugduni Batauor. ex officina* prodiiſſe *Elzeuiriana*; contrariam vero defendit ſententiam Iacobus le Long in *Biblioth. Sacr.* Tom I. p. 227. vbi librum prodiiſſe *Geneuae*, nonſolum typographi *Petri Chouet* inſigne *anchoram* ſcilicet *circumplicatam Delphini eam mordentis amplexu*, in libri fronte conſpicuam, teſtari, ſed ſe quoque vidiſſe exemplar, ait in Bibliotheca Oratoriana, quod *Geneuam* praeferat & olim Tanaqu. Fabri, poſtea Ioannis Graueroli fuerit. Quae cum ita ſint, cauſſam conſpicimus nullam, quae Auctores derer *Nachrichten von einer Hall'iſchen Biblioth.* impulerit, vt Tom. III p. 476. Cl. Vogtio vitio veterent, quod iſtam editionem *Geneuae* prodiiſſe dixerit.

Nouum TESTAMENTVM, armenice iuſſu Iacobi Characteri Armenorum Protopatriarchae adornatum ab Epiſcopo Vſcam ſiue Yuſohuauan

ſohuauan, in Armenia de dominatione Perſica. *Amſtelod.* 1668. in 8. pp. 934.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 663. vbi vero nonnulla perperam dicta conſpiciuntur. Omnia vero quae de hac editione, admodum rara dici poterant, ſatis adcurate expoſita fuerunt in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 189 ſqq. Conf. Io. Ioach. Schroederi *diſſert. de antiquitat. linguae Armen.* quae adiecta eſt *Theſauro linguae Armenicae antiquae & hodiernae. Amſtelod.* 1660. in 4. C. II. §. XXVII. p. 40 C. IIII. § V—VII. p. 58-61. Richard Simon. *Hiſtoire critique du vieux* TESTAMENT L. II. c. XVI. p. 289. edit. ann. 1685. *Hiſtoire critique des verſions du N. T.* p 196. edit. an. 1690. *Lettres Choiſies* de Mr. R. Simon. Tom. II. Lettr. XXIII. p. 166. Iacobi le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. I. p. 139. Epiſtola a M. V. la Croze ſcripta Berolini XVI. Cal. Sept. 1733. dans l' *hiſtoire d' un Voyage litteraire fait en* 1733. p. 155 ſqq. De editionibus repetitis *Amſtel.* 1698. in 12. & *Conſtantinopol.* 1705. vid. die *Nachrichten von einer Hal. Biblioth.* l. cit.

Nouum TESTAMENTVM D. N. Ieſu Chriſti, ex originali textu in linguam Damulicam verſum in vſum gentis Malabaricae, opera & ſtudio Bartholomaei Ziegenbalg & Io. Erneſti Gründleri, Sereniſſ. Daniae Regis Friderici IIII. ad Indos orientales Miſſionariorum. *Tranquebarae in littore Coromandelino, typis Malabaricis impreſſit G. Adler.* 1714. 1715. II. Tom. in 4.

Nouum TESTAMENTVM ex idiomate graeco, latino & belgico, ſumma fide & cura in lin-

linguam Malaicam conuerſum, interprete Daniel. Browerio, iuſſu & ſumtibus XVII. Curatorum ſocietatis Orientalis. *Amſtelod. typis Paull. Matthaei*, 1668. in 4.

Vtraque N. T. verſio exotica, in Europae bibliothecis rariſſime comparet. De priore vid. *Acta Eruditorum Lipſ.* anni 1717. p. 251. Iacobi le Long *Biblioth. S.* Tom. I. p. 144.

Nouum TESTAMENTVM gallicum, ex graeco conuerſum a Ioanne Clerico, cum eius adnotationibus, quibus textus elucidatur & verſionis redditur ratio. *Amſtelodam. apud Ludouic. de Lorme* 1703. II. Tom. in 4.

Haec editio his iam temporibus rareſcere coepit in bibliopoliis. Cauſſa illius rei haec eſt. Vix prodierat haec verſio, cum ſupprimeretur, tam in Belgio foederato, decreto ordinum generalium, & plurimarum ſynodorum, quam in prouinciis ditioni Regis Boruſſiae & Electoris Brandenburgici ſubiectis, mandato Conſiſtorii Regii Berolinenſis, tanquam opus ad ſtabiliendos Sabellii, Socinique errores de induſtria ſcriptum. Vid. Io. Clerici *vita & opera* p. 124 ſqq. P. Baile *Entretiens de* Maxime *& de* Themiſte, *ou reponſe à ce que Mr.* le Clerc *a écrit dans ſon X. Tome de la Bibliotheque Choiſie contre Mr.* Baile. *A Rotterd.* 1707. in 8. Niceron *Memoires* Tom. XXXX. p. 359. Iacob. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. I. p. 353. Ab hiſce criminationibus ſe defendere ſtuduit Clericus dans les *Eclairciſſemens de quelques endroits des Remarques de M. le* Clerc *ſur Nouveau* TESTAMENT. 1704. in 4. it. dans la *Bibliotheque Choiſie* Tom. II. Articl. VII. Tom. III. Art. VIIII. Tom. XIIX. Art. XIII.

Liber

Digitized by Google

Liber ſacroſancti Euangelii de Ieſu Chriſto Domino & Deo noſtro. Reliqua hoc Codice comprehenſa, pagina proxima indicabit. Diui Ferdinandi Rom. Imperatoris deſignati, iuſſu & liberalitate, characteribus & lingua Syra, Ieſu Chriſto vernacula, diuino ipſius ore conſecrata, & a Iohanne Euangeliſta hebraica dicta, ſcriptorio prelo diligenter expreſſa. in 4.

En titulum integrum N. T. ſyriaci primi, & rariſſimi, quod adiuuante Moſe Meredinaeo ſeu Mardeno, ex Meſopotamia, catholico ſacerdote edidit, Io. Alb. Widmanſtadius Iurisc. diu. Ferdin. Rom. Imp. deſ. Senator, & prouinciarum Auſtriae orientalis Cancellarius, Eques S. Iacobi, linguae ſyriacae periti ſſimus. Exactiſſimam iſtius verſionis poſt Andream Mullerum Greifenhagium in diſſert. *de ſyriacis librorum ſacrorum verſionibus*, & Iacobum le Long in *Biblioth. ſacra* Tom I. p. 104. dederunt recenſionem Auctores der *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. I. p. 91 ſqq. Cl. Vogtium vero, quem refellunt, quod librum 1562. impreſſum eſſe dixerit, qui tamen 1555. ſit excuſus, ideo excuſandum eſſe cenſemus, quod teſte Iacobo le Long l. cit. poſt primam totius operis paginam legitur: *Viennae Auſtriae excudebat Michael Zymmermann anno MDLXII.* Deſunt autem in hac editione hiſtor. adulterae mulieris Euang. Ioh. IIX. a verſ. 1 — 11. Pericope de tribus coeleſtibus teſtibus 1. Ioh. V. 7. quae in codicibus ſyriacis omnibus deſideratur. Omiſſa quoque fuit Epiſtola Petri II. Ioannis II. & III. Iudae vna, & liber Apocalypſeos. Recuſa poſtea iſta Widmanſtadii editio fuit, charactere ebraeo & ſyriaco Tomo V. *biblior. polyglottor. Antuerpienſium* p. 1 — 554. cum verſione latina Guidonis Fabricii Boderiani

(Gui le Fevre de la Boderie) qui & naeuos quoſdam editionis Widmanſtadii, ex antiquo codice manuſcripto, quem ex oriente ſecum adtulerat, ſumtibus Daniel. Bombergi, Guil. Poſtellus, emendauit. Vid. Boderiani praefatio, Tom. V. *Bibliorum polyglottorum Antuerpienſ.* praemiſſa. Ipſe vero Guido Fabricius Boderianus *Nouum* TESTAMENTVM *ſyriacum* in lucem emiſit *Paris.* 1584. in 4. pp. 812. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXXIIX. p. 308. & 312.

F. IOSEPHI TEXEIRAE, *Luſitani, Ord. Praedicator. & S. Theologiae Profeſſoris, Regisque Portugalliae Concionatoris*, de Portugalliae ortu, regni initiis, & denique de rebus a Regibus vniuerſoque regno praeclare geſtis, Compendium, ex fidelibus ſpectatiſſimorum Hiſtoricorum monumentis excerptum. *Pariſiis*, 1582. in 4. pp. 70.

Inſignem libri raritatem teſtatur Cl. Vogtius p. 658. Niceron *Memoires* Tom. V. p. 405. In eo vero IOSEPHVS TEXEIRA, Prior monaſterii Santarenſis, iura Antonii Principis, quem populus poſt mortem Regis Sebaſtiani, ſalutauerat regem, ad regnum Luſitaniae, contra Philippum II. Hiſpaniae Regem, vindicare, regnumque Luſitaniae, non eſſe haereditarium, ſed electiuum demonſtrare ſtuduit. Inueniuntur, qui, TEXEIRAM, in vincula coniectum, negaſſe aiunt, librum a ſe eſſe profectum, quid? ipſum TEXEIRAM ſacramento adactum diſertis verbis adfirmaſſe, teſtantur, Stephanum Luſignanum Ordinis Dominicanorum monachum, & alios libri eſſe auctores, ſeque ab illis ſubornatum fuiſſe, vt nomen ſuum libello inſereret. Sed Duardum Nunnez ſeu Nonium Leonenſem, ex Iudaeo Chriſtianum

Digitized by Google

num Philippi II. Hiſpaniae regis conſiliarium fraudulenter egiſſe, cum haec primum proderet, & illos qui eum ſequuntur, opinione fuiſſe deceptos, exinde adparet, quod TEXEIRA hoc opuſculum, veluti ſuum, contra Duardum Nunnez, qui, Philippi II. iuſſu, *Cenſuras in libellum de Regum Portugalliae origine, qui circumfertur ſub nomine* IOSEPHI TEXEIRAE, *item de vera Regum Portugaliae genealogia librum*, *Oliſſipone* 1585. in 4. euulgauerat, defenderit in libro cui titulum fecit: *De electionis iure, quod competit viris Portugallenſibus in augurandis ſuis regibus ac principibus*, cuius prima editio *Lugduni* 1589. ſecunda cum praefatione Pſeudonymi Petri Olim, 1590. in 12. & tertia tandem titulo: *Speculum tyrannidis* Philippi *Regis* Caſtellae, *in vſurpanda* Portugallia, *veri que Portugallenſium iuris, in eligendis ſuis regibus, ac principibus, cum annotationibus* T. I. F. *a* V. I. C. *Gal. Pariſiis* 1595. in 8. pp. 129. prodiit. Vid. Niceron l. cit. In *Catalogo Bibliothecae Thuanae* P. I. p. 336. *Tellerianae* p. 339. & dans le *Dictionaire* de Mr. Baile Tom. IIII. p. 2711. alia memoratur confutatio, qua TEXEIRAM ad Nonii calumnias & conuicia reſpondiſſe dicunt, quae vero Niceroni incognita fuiſſe videtur. En titulum! *Confutatio nugarum* Duardi Nonii Leonis, *Iuriſc. Luſitani & aliorum, qui Portugalliae regnum* Philippo, *Caſtellae Regi iure haereditario obueniſſe contendunt*, & Antonii *veri Portug. Regis ius vellicare; excerpta ex Anticriſi F.* IOSEPHI TEXERAE. *Ticini* (vel potius *Pariſiis*) 1592. & 1594. in 8. Duardi Nonii *Cenſurae* inſertae fuerunt ab Andrea Schotto Tom. II. *Hiſpaniae illuſtratae* p. 1221-1277.

THEATRVM Diabolorum, Das iſt: Warhaffte eigentliche vnd kurtze Beſchreibung, allerley grewlicher, ſchrecklicher vnd abſchew-

licher Laſter, ſo in dieſen letzten, ſchweren vnd böſen Zeiten, an allen orten vnd enden, faſt bräuchlich, auch grauſamlich im Schwang gehen, Darausz ein jeder frommer Chriſt ſonderlich zu ſehen vnd fleiszig zu lernen, wie dasz wir in diſem elenden vnd müheſeligen Leben, nit mit Keyſern, Königen, Fürſten vnd Herrn, oder anderen hohen, gewaltigen Potentaten, ſondern mit dem allermächtigſten vnd ſtärckeſten Fürſten dieſer Welt, dem Teuffel, zu kämpffen vnd zu ſtreiten, Welcher aller Liſt vnd heimlichen Tück gantz voll, ſchleichend, (als S. Petrus ſagt) vmbher gehet, wie ein wütender, brüllender Löw, vns zu verſchlingen, Alſo dasz er vns täglich vnd allen augenblick on auffhören auff der Fuszſolen nachtritt, damit er vns ja zu fall bringen, in allerley Sünd, Schand vnd Laſter, eynführen vnd endlich mit Leib vnd Seel in Abgrund der Höllen ſtürtzen müge. Vnd derwegen ſeine grauſame Tyranney vnd Wüterey recht lernen erkennen, Gott vmb Hülff vnd beyſtand ſeiner göttlichen Gnaden vnd heiligen Geiſts von hertzen anruffen, alle gifftige Pfeil, tödtliche Geſchoſsz, genugſam auffzufahen, auszzuſchlahen, vnd in Chriſto Ieſu, vnſerm einigen Heylandt, vberwinden, Victoriam vnd das Feldt behalten. Allen Trewhertzigen, denen jrer Seelen heyl vnd Seeligkeit angelegen, mit gantzem Ernſt vnd höchſtem Fleisz zu betrachten.

Die

Die Namen der Authoren vnd Scribenten, findet man verzeichnet nach der Vorrede. Gebeſſert vnd gemehret mit vier newen, als Sabbaths, Eydts, Sorg vnd Melancholiſch Teuffeln, ſo zuvor bey dieſem Druck nie geſehen noch auszgangen, ſampt einem neuwen, nutzlichen vnd nohtwendigen Regiſter. *Getruckt zu Franckfurt am Mayn, durch Peter Schmid &c. Anno* 1575. in fol, folior. 568. ſi praemiſſa, & index exceptus fuerit.

In hoc libro varia vitia ſeueriſſime reprehenduntur, quae diuerſis temporibus, inter mortales innotuerunt. Illa autem deſcripta & verbis caſtigata fuerunt, a diuerſis auctoribus, quorum indicem opuſculorum collector ſic prodidit: *Catal gus der Bücher oder Teuffeln, durch wen ſie beſchrieben vnd in Truck ſind ausgangen findeſtu ordentlich verzeichnet in numero foliorum.* 1) *Der Teuffel ſelbs durch* Herrn Iodocum Hockerium Oſnaburgenſem *vnd* Hermannum Hammelmannum Licentiatum *beſchrieben am blat* 1. 2) *Von des Teuffels Tyranney, Macht vnd Gewalt durch* D. Andream Muſculum 126. 3) *der heylige kluge vnd gelehrte Teuffel durch* M. Andream Fabricium Chemnicenſem 141. 4) *der Bannteuffel, wider die Teuffelsbeſchwerer durch* Hn. Iodocum Hockerium Oſnaburgenſem 167. 5) *der Zauberteuffel durch* H. Ludouicum Milichium 175. 6) *der Fluchteuffel &c.* 206. 7) *der Tantzteuffel durch* Hn. Florianum Daulen von Fürſtenberg 215. 8) *der Geſindteuffel durch* M. Pet. Glaſer zu Dresden 234. 9) *der Iagteuffel durch* M. Cyriacum Spangenberg 246. 10) *der Sauffteuffel durch* M. Matthaeum Friderich zu Goerenz 272. 11) *der Eheteuffel durch* D. Andream Muſculum 292. 12) *der Hurenteuffel durch* H. Andr. Hoppenrod 301. 13) *der Geitz- vnd Wucherteuffel durch* H. Albertum von

Blanckenberg 313. 14) *der Schmpteuffel durch* H. Ludouicum Milichium 319. 15) *der Faulteuffel durch* H. Ioachimum Weſtphalum Islebienſem zu Sangerhauſen 357. 16) *der Hoffartsteuffel durch* H. Ioach. Weſtphalum *und* M. Cyriacum Spangenberg 364. 17) *der Hoſenteuffel durch* D. Andream Muſculum 430. 18) *der Spielteuffel durch* H. Euſtachium Schildo 435. 19) *der Hofteuffel durch* H. Iohann. Chryſeum 442. 20) *der Peſtilenzteuffel durch* Hermannum Straccum Pfarrherrn zu Chriſtenberg 456. 21) *der Sabbatsteuffel durch* Gaſpar. Fabrum Farinopolitanum 465. 22) *der Eydteuffel durch* M. Chriſtophorum Obenhin Pfarrherrn zu Vrſel 491. 23) *der Sorgteuffel durch* H. Andream Lang 522. 24) *der melancholiſche Teuffel durch* Simonem Muſeum der Heil. Schrift Doctor 560. Omnia fere iſta opuſcula, quae recenſuimus ſeorſum antea prodierant. In vnum vero corpus redacta iam anno 1569 Francofurti, ſecunda vice prodierant. Haec noſtra editio tertia, quatuor eiusmodi opuſculis auctior eſt.

THEATRVM Crudelitatum Haereticorum noſtri temporis. *Antuerpiae, apud Adrianum Huberti* 1587. in 4. pp. 95. cum figuris aere expreſſis

Libri rarioris, cuius auctor eſt Richardus Verſtegan Rowlands dictus, recenſio vid. in den *Merckwürdigkeit. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 550. in Theophili Sinceri *Notitia hiſtorico-Critica von lauter alten Büchern* II. p. 118. vbi etiam editio recentior ann. 1604. memoratur. Exponit autem libri auctor, qua ratione regnante Henrico IIX. ab Anglis, in Gallia a Caluinianis, in Belgio tempore Guilielmi Principis Arauſionenſis, a Geuſiis, & in Anglia tandem & Hibernia, regnante Eliſabetha Regina, a proteſtantibus, in homines pontificiae religioni

ligioni addictos, acerbe crudeliterque conſultum fuerit.

Phiſiologus THEOBALDI EPISCOPI, de naturis duodecim animalium. in 4. folior. 17.

Libellus characteribus gothicis impreſſus, omni quidem typographi, loci, & anni indicio deſtituitur, ſed illum *Coloniae per Henricum Quentell* impreſſum eſſe, coniectura forte haud vana adducti, credimus, propterea quod litterarum characteres, illis ſimiles admodum ſunt, quibus iſte typographus, tunc temporis vtebatur. Editionem *Delfis* impreſſam *per Chriſtian. Snellaert* 1495. adduxit Mich. Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 602. Quis THEOBALDVS Epiſcopus fuerit, inter viros doctos nondum ſatis conſtat. A Poſſeuino in *Apparat. ſacro* Tom. III. p. 270. auctor *Thebaldus* ſiue *Theobatus* minus recte nominatur, *qui ſcripſerit librum praenotatum Philologus, idque non compto carmine:* Addit extare MS. in Bibliotheca Carthuſianorum Beatae Mariae in Seytz Graecii in Stiria. Si Ioſ. Simler euoluimus *bibliothecam* p. 645. inuenimus haec: THEOBALDI *de naturis duodecim animalium, leonis, aquilae, ſerpentis, formicae, vulpis, aranei, cerui, ceti, onocentauri, elephantis, turturis, pantherae. Liber ſcriptus carmine inepto & moraliſatus.* Non certiores de auctore facti ſumus, verbis Chriſt. Schoettgenii, qui, in *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & inf. Lat.* L. XVIIII. p. 628. ſcribit: THEOBALDVS *Epiſcopus incertus cuius Phyſiologum de naturis XII. animalium* 4. *ſine anno & loco memorat* Hockerus *in Bibliotheca Heilbrunnenſi* p. 274. Teſte Ioachimo Fellero in *Catalogo Codicum MStorum Bibliothecae Paulinae Lipſienſis* p. 391. reperitur inter libros Collegii maioris principum *Phyſiologus, ſiue liber de natura animalium verſibus elegiacis compoſitus,*

MS. qui *Magiſtri Florini* nomen prae ſe fert. Quod ad librum ipſum adtinet nonſolum carmen ineptum & incomtum eſt, ſed *moraliſatio* etiam vt dicitur, ſeu commentarius, ineptiis, rebusque futilibus impletus fuit. Huius rei ſpecimen e prologo, & iis, quae de elephanto leguntur, hic adſcribemus: Ita vero prologus: *Quoniam ſecundum* Platonem, *nihil eſt ortum ſub ſole cuius cauſa legitima non praeceſſit. Et ſecundum* Ariſtotelem *in prohemio metaphiſice. Soli illi docent. qui per cauſas & principia docent. Ideo de cauſis ſcientie iſtius libri antequam ad textum accedamus eſt videndum. Notandum igitur quod ſcientie iſtius libri quatuor ſunt cauſe. ſcilicet materialis, formalis. efficiens & finalis. Cauſa materialis ſiue ſubiectum eſt natura duodecim animalium. ſcil. leonis. aquile. ſerpentis. & ſic de aliis. vt patebit in proceſſu huius libri. Cauſa formalis eſt hic duplex ſicut alibi. ſcilicet forma tractatus. & forma tractandi. Forma tractatus conſiſtit in diuiſione, & diſtinctione huius libri. Forma tractandi eſt modus agendi qui eſt metricus. Cauſſa efficiens dicitur fuiſſe* magiſter THEOBALDVS doctor & Epiſcopus. *qui iſtum librum ſimplicibus verbis compoſuit. nolens per verba obſcura exaltari. Cauſa finalis eſt vtilitas libri.* — *Item nota quod intentio autoris vno modo eſt docere duodecim animalium naturas. vt eis cognitis & perceptis ad diuinam paginam. ſecurius accedamus. Alio modo intentio autoris eſt duodecim animalium naturas deſcribere. & figuras ex conſideratione illarum naturarum elicere. Tercio intentio autoris eſt chriſtianos in hoc libro a viciis retrahere & prouocare ad virtutes & principaliter ad iſtas quatuor. ſ. iuſticiam. temperantiam. fortitudinem & prudentiam. quae dicuntur virtutes cardinales. Item nota quod titulus huius libri eſt iſte.* Incipit Phiſiologus THEOBALDI Epiſcopi de naturis duodecim animalium. *Et dicitur* phiſiologus *a* phiſis *grece. quod eſt natura latine, &* olon *totum. &* logos *ſermo. quaſi* ſermo totus de natura.

De

De elephante.

Corpore tam grandes apud indos ſunt elephantes
Vt bene firmares montibus eſſe pares
Hi ſimul incedunt vt oves. dum paſcua quaerunt
Auerſi coeunt cum ſibi conueniunt
Atque ſemel pariunt. quamuis tot tempora viuunt
Hoc eſt tricentum. nec faciunt genitum
Aſt vnum generans. & per duo tempora geſtans
Cum parit. in magna (ne cadat) extat aqua
Non habet vnde ſurgat. quia nunquam crura recuruat
Si qua forte ruit. hoc genitrix metuit
Dum vult pauſare vel ſomno ſe recreare
Incumbit trunco arboris haut modico
Quam notat. atque ſecat venator & obice celat
Clamque ſedens ſpectat. dum requiem repetat
Ille velut quondam ſecurus ad arboris vmbram
Dum venit) incumbit. cunque ruente ruit
Sin homo non aderit gemit. & cum denique barrit
Tunc vnus currit. qui releuare cupit
Sed nequit. & ſatagit. complorans tunc quoque barrit
Multi vel magni tunc veniunt alii
Cum nequeunt. omnes intendunt mittere voces
Ad quas it ſubditus paruulus ac minimus
Cuius & eſt mirum prouiſio ſubleuat illum.
Et ſic predictas effugit inſidias.
Deque pilis huius (ſi ſit ſub domate fumus
Serpentes cedunt. queque venena ferunt.
Sic homo primus Adam per lignum ſic cecidit iam
Quem moyſes voluit tollere non potuit
Poſt hunc prophete voluerunt, nec valuere
Ipſorum precibus venit ad hunc dominus
Qui cum ſit paruus, quoniam eſt Deus homo factus
Sic releuauit eum in comedendo reum
Cuius odor plenus de verbis ſcilicet eius
Sic cui rite venit. ille beatus erit

Omne (quod eſt vicium) fugit de corpore per ipſum
Cauſa dehinc leti nulla nocebit ei.

Libro finis imponitur hiſce verbis: *Finit Phiſiologus* THEOBALDI *de naturis duodecim animalium.* Commentarium ab eodem conſcriptum eſſe, qui in Alani *Doctrinale altum*, cuius editionem ad manus habemus *Colonienſem apud Henr. Quentell* ſine loco & anno in 4. litteris gothicis impreſſam, commentatus eſt, ex eo coniicimus, quod prologus eiusdem iisdem fere conſcriptus eſt verbis, quatuorque libri ſimiliter cauſſas, *efficientem* ſcilicet *materialem, formalem* & *finalem* exponit. Praeterea ſtili barbaries, & certae loquendi formulae, quae in vtroque commentario reperiuntur e. g. *hoc patebit in proceſſu; hic autor ponit allegoriam dicens; hic autor ponit parabolam dicens*, & quae ſunt reliqua, noſtram ſententiam confirmare videntur.

THEOCRITVS Graece. *Romae* 1516. in 8. folior. 203.

E titulo patet, quae THEOCRITI carmina liber complectatur. Nimirum talis eſt Ταδεενεστιν, εντη παρουσῃ Βιβλῳ. ΘΕΟΚΡΙΤΟΝ ειδύλλια, ἓξ καὶ τριάκοντα. Τοῦ αὐτοῦ ἐπιγράμματα εννέα καὶ δέκα. Τοῦ αὐτοῦ πελέκυς καὶ πτερύγιον. Σχόλια τὰ εἰς αὐτὰ ευρισκόμενα. ἐκ διαφόρων ἀντιγράφων, εἰς ἓν συλλεχθέντα. THEOCRITI editio prodierat *Venetiis ex aedibus Aldi*, 1495. in fol. ſed haec ſecunda, illa longe eſt emendatior. Acceptam illam referimus Zachariae Calliergo Cretenſi, qui praefatiunculam praemiſit, & primus *Idyllion. XXIIII. XXV. XXVI. XXVII. XXIIX. & XXVIIII. Syringem, Epigrammata XVIIII. Securim, alas* atque *aram*, quae omnia in editione *Aldina* non reperiuntur euulgauit. *Argumenta* quoque prioribus XIIX. *Idylliis*, quae in codice inuenerat MS. addidit. *Scholia grammaticorum veterum* in eadem XIIX. *Idyllia* e variis codicibus

Digitized by Google

cibus collegit, & ſuae editioni ſubiunxit, ſicuti etiam Ioannis Pediaſimi, *ad Syringem commentarium graecum* adiectum inuenimus. In fine editionis rariſſimae ea leguntur verba graeca, quae a Mich. Maittaire Tom. II. *Annal. Typogr.* p. 288. adlata fuerunt, vbi etiam Zachariae Calliergi praefatio graeca inuenitur. Leo X. Pontifex Roman. librum priuilegio ornauit, quod haec teſtantur verba in fine etiam conſpicua: *Leonis X. Pont Max. litteris cautum eſt ne quis poſſit tam* Pindarum: *qui nuper cum commentariis editus eſt: quam* THEOCRITVM *hunc impreſſum cum additione & commentariis: per decennium imprimere, aut venundare. ſub pena excommunicationis latae ſententiae refectionis damnorum expenſarum, & amiſſionis librorum.* Conf. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. Gr.* L. III. C. XVII. p. 436.

THEOPHILACTI *Scolaſtici Simocati* Epiſtolae morales, rurales, & amatoriae interpretatione latina. *Cracouiae in domo Domini Iohannis Haller, Anno ſalutis noſtrae* 1509. in 4.

De rariſſima verſione, cuius auctor eſt Nicolaus Copernicus vid. die *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 6 ſqq. Io. Daniel Ianozki *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 85. Libro praemiſit carmen Laurentius Coruinus, *Regiae vrbis Wratislauiae notarius: quo valedicit Prutenos, deſcribitque quantum ſibi voluptatis adtulerint ſequentes* THEOPHYLACTI *epiſtolae, & quam dulce ſit a natali ſolo extorri in patriam reditus.* In iſto carmine inter alia de claris Thorunenſibus, & THEOPHYLACTI interprete canit:

Quos

Digitized by Google

Quas inter Lucas *magna grauitate ferendus*
Praeſul & Antiſtes religione nitet.
Warmia *cui ſeruit Prutenae portio terrae*
Magna, ſub imperio rite beata ſuo.
Huic vir doctus adeſt, Aeneae vt fidus Achates:
Hoc opus e graeco in verba latina trahens.
Qui celerem lunae curſum alternosque meatus
Fratris, cum profugis tractat & aſtra globis.

Les Oeuvres du *Sieur* THEOPHILE.

Plures huius libri extant editiones. Prima teſte Nicerono Tom. XXXVI des *Memoires* p. 52. prodiit *à Paris, chez Billaine* 1621. in 8. Hanc excepit alia *Iouxte la Copie imprimée à Paris* 1626. in 8. aucta d' un *Recueil de toutes les piéces faites par* THEOPHILE, *depuis ſa priſon jusqu à ſa mort.* In editione *à Rouen chez Iean de la Mare* 1629. in 8. denuo adiecta conſpicitur *la Lettre de* THEOPHILE *contre* Balzac, quae vero epiſtola in editione *Iouxte la Copie à Rouen* 1633. in 8. omiſſa fuit. Praeter editiones a Cl. Vogtio p. 673. memoratas inueniuntur apud eundem Niceronum editio *à Rouen* 1648. in 8. *à Paris* 1656. in 12. *ibidem* 1661. in 12. duaeque poſteriores editiones a Scuderio euulgatae dicuntur. Extant praeterea editiones *Iouxte la Copie imprimée à Rouen chez Iean de la Mare* 1631. in 8. *à Lyon* 1645. in 8. & *à Paris,* 1642. in 8. Editioni *à Rouen,* 1727. in 12. hic praefixus eſt titulus: *Oeuvres de* THEOPHILE *diviſées en trois parties. La premiere contient l' immortalité de l' ame avec pluſieurs autres piéces. La ſeconde les Tragedies, & la troiſiéme les piéces qu' il a faites pendant ſa priſon jusqu' à ſa mort. Oeuvres d' excellente invention.* Recentiſſima, quam vidimus, fuit editio hoc inſignita titulo: *Les Oeuvres de* THEOPHILE, *contenant l' Immortalité de l' ame, avec pluſieurs autres piéces, les Tragédies, & les piéces qu' il a faites pendant ſa priſon,*

Digitized by Google

ſon, dediées aux beaux Eſprits de ce temps. A Paris 1736. in 12. Contenta libri paullo prolixius expoſuit Niceron l. cit. Anno 1642. prodierant *Pariſiis, Nouvelles Oeuvres de feu Mr.* THEOPHILE, *composées d'excellentes lettres françoiſes & latines, ſoigneuſement recueillies, miſes en ordre & corrigées par Mr.* Mayret in 8. ſed *toutes ces lettres n'ont rien d'intereſſant*, ait Niceron l. cit. p. 58. De libello diffamatorio, quem THEOPHILVS contra Balzacum euulgauit, vid. *Dictionaire* de Mr. Baile Tom. I. p. 430. not. (A)

Le Parnaſſe ſatyrique du *Sieur* THEOPHILE. 1622. in 8.

Hanc primam eſſe editionem ſcribit Niceron l. cit. p. 58. Etſi quidem THEOPHILVS VIAVD, ſe libri huius impii & obſcoeni eſſe auctorem negauit, nonnihil tamen illum ad editionem eius contuliſſe, certiſſime ſibi perſuadet Niceronus. Ob hunc librum in effigie, propterea quod fuga ſibi conſuluerat, Pariſiis anno 1623. *en place de Greve* combuſtus fuit. Cum eodem anno comprehenſus & captiuus Lutetiam Pariſiorum deductus eſſet, in carcerem coniectus & per duos annos in eo detentus fuit. Liberatus tandem ex vrbe exire iuſſus eſt. Redux vero factus Pariſiis in aedibus Ducis de Montmorenci diem obiit anno 1626. aetatis anno XXXVI. Vid. Gilles Menage *Anti-Baillet* Tom. I. p. 359. Titon du Tillet *Parnaſſe François* p. 197.

THEOPHRASTI *Paracelſi* expoſitio imaginum, olim Nürembergae repertarum ex fundatiſſimo verae magiae vaticinio deducta. Anno 1570. in 8.

Vid. Cl. Vogtius p. 673. E germanico libellus conuerſus eſt idiomate, vbi inſcribitur THEOPHRA-

STI

STI Paracelſi *Ausslegung der Figuren ſo zu Nürnberg ſind gefunden worden, geführt in Grund der magiſchen Weiſſagung.* 1569. in 8.

Reuerendi Patris domini IACOBI DE THERAMO, *Archidiaconi Auerſani & canonici aprucini, & in iure canonico padue diſcipulorum minimi*, Compendium perbreue. Conſolatio peccatorum nuncupatum. Et apud nonnullos. Belial vocitatum. ad papam. Vrbanum ſextum conſcriptum. *Editio peruetuſta, omni loci, anni, & typographi indicio deſtituta*, in fol. folior. 85.

Libri ſaepius e prelo editi, perrara haec eſt editio, litteris gothicis impreſſa, typothetarum autem vitiis mirifice deformata. Oſtenditur illa in bibliotheca Portenſi. De auctore, quem alii *Iacobum de Ancharano* adpellant vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. II. p. 86. Io. Trithemius *de Scriptorib. Eccles.* Cap. DCXXCII. p. 159. edit. Fabric. Ios. Simleri *Bibliotb.* p. 325. Caſim. Oudini *Commentar. de Scriptorib. & Script. Eccles.* Tom. III. col. 1251 ſqq. Io. Alb. Fabricii *Bibliotb. med. & inſim. Lat.* L. VIIII. p. 6. & p. 48. Conf. quae ſupra p. 712 ſq. diximus, cum *Proceſſum Maſcaron contra genus humanum*, eiusdem commatis libellum recenſeremus, nec non die *Hamburg. Berichte von gelehrt. Sachen* ann. 1734. p. 573. Hoc opus, in *indicibus librorum probibitorum*, locum inuenit. Conſcripſit illud opus, auctor aetatis anno XXXIII. quemadmodum ipſe profitetur in libri fine, vbi ſcribit: *Datum* Aduerſe *prope* Neapolim *die penultima menſis Octobris, ſexte indictionis. anno domini. M. CCC. LXXXII. Pontificatus ſanctiſſimi in criſto patris & domini* Vrbani & *ſacro ſancte ac vniuerſalis eccleſie pape ſexti. Anno vltimo*

etatis

etatis mee Anno XXXIII. Que etas in homine ſemper peccatrix habetur & peccatorum. licet deus peccati in eadem etate & penitenti libencius parcat. dicente propheta. Delicta iuuentutis (iuuentutis) *mee & ignorantias ne memineris domine — Propterea tam iuuenes quam ſenes meditentur in hoc opuſculo — Et opuſculum iſtud inter eosdem nominetur.* peccatorum conſolatio. *quia cum egeritis* (legeritis) *dicatis domine multiplicaſti magnificentiam tuam & conuerſus conſolatus es me ad vitam eternam perhennem. Amen.* Quae nunc ſequuntur, ſine dubio typographus adpoſuit: *Proceſſus luciferi principis demoniorum nec non totius infernalis congregationis quorum procurator belial. contra ihesum creatorem redemtorem ac ſaluatorem noſtrum. Cuius procrator* (procurator) *moyſes de ſpolio animarum que in lymbo erant cum deſcendit ad inferna &c. Coram iudice Salomone* (Salomone) *feliciter finit. In cuius libri ſiue forma extremi iudicii perpulcre colligitur in conſolationem peccetorum* (peccatorum) *Explicit Conſolatio peccatorum.* In Michaelis Maittaire *Annal. typographicis*, variae libri editiones & verſiones paſſim reperiuntur. Hunc poſtea proceſſum Iacobus Ayrerus I. V. D. & Aduocat. Norimbergenſis ampliorem reddidit, & commentario illuſtrauit, quod ipſa illius, produnt verba, quae in operis ſui dedicatione, ad Philippum Ludouicum Comitem Palatinum Rhenanum, vbi ait: *Es iſt nunmehr bey hundert Iahren oder länger, dasz ein Geiſtlicher ſo ſich Iacob von Theren* (IACOBVS DE THERAMO) *geſchrieben vnnd genannt, ein Procesz nach geiſtlichem Rechts gebrauch, welchen er zu teutſch* Belial *intituliret, zu* Straszburg *trucken vnd öffentlich auszgeben laſſen, in welchem Procesz, Chriſtus vnſer lieber Heyland vnnd Seligmacher, als ein Siegreicher Vberwinder des Todts, Sünd, Teuffel vnd Hellen, vmb Spoli vnd Raub, von den Helliſchen Geiſtern verklagt, vnnd mit Recht fürgenommen wird* &c. *Damit nun deſſelben Autoris gute Meynung, damit er mennig-*

lichen

Digitized by Google

lichen zu dienen verhofft, nicht ſogar vergebens zu grund gehe, So habe ich nicht vnterlaſſen koennen, mir desz mehr gedachten Autoris bloſſe Inuention, als die Hiſtori zu Nutz zu machen, vnd dieſen Belial *oder Hiſtoriſchen Proceſſ auffs newe, in drey vnterſchiedliche Bücher, zuverfaſſen und zufertigen fürgenommen* &c. Et in praefatione ad lectorem haec legimus: *Es werden auch etliche ſeyn, die werden dieſes mein Werck weder tadeln noch gut heiſſen, ſondern dem gemeinen dicterio nach ſagen:* Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius — *vnd denen musz ich antworten dasz es wahr, wie ich auch dieſes Wercks erſter Autor nicht bin, dann es viel länger als vor* 100 *Iaren, dasz dieſer Proceſſ, ſo auff die Hiſtori der frewdenreichen Aufferſtehung Chriſti, Zerſtörung desz helliſchen Gewalts, vnd Erlöſung menſchliches Geſchlechts geſtelt geweſt, in lateiniſcher Sprach in offenen Truck auszgangen, vnd hernach durch einen Clericum ſo ſich* Iacob von Theren *genannt, mit einer Vorred verteutſcht vnd an Tag gelegt worden. Vnd iſt dieſes Exemplar darausz ich dieſe Hiſtori vnd nachfolgenden Procesz anfänglich genommen, zu* Straszburg *bey* Iohann Preuſſen, *Anno* 1527. *getruckt worden.* &c. Errauit vero Ayrerus cum a quodam librum latine conſcriptum, a IACOBO DE THERAMO (Iacob von Theren) autem in germanicum eſſe conuerſum ſermonem ſcriberet, illumque eſſe multo iuniorem crederet. Excerpſimus eius verba ex editione *Francofurtenſi impreſſ. per Melchior. Hartmannum, ſumtibus Nicolai Baſſaei* 1601. in fol. pp. 742. ſi praemiſſa & indices omiſeris. Ayreri poſtea opus cum additionibus in lucem emiſit Ahaſuerus Fritſchius *Norimbergae*, 1717. in 4.

THESAVRVS Opticae. Alhazenis Arabis Libri VII. Eiusdem liber de crepuſculis, & nubium aſcenſionibus. Item Vitellionis Libri X. figu-

ſiguris illuſtrati & aucti a Federico Risnero. *Baſileae per Epiſcopios* 1572. in fol.

Opus eſſe perraruin diſcimus e *Theſauro Bibliothecali*, P. IIII p. 175 not. *). Alhacen, ſeu vt rectius ſcribitur Al Haſen, qui in hoc *Opticae* THESAVRO primum occupat locum Arabs fuit, qui anno Chriſti circiter 1100. in Hiſpania floruit. Num eius *Optica* ante Riſnerum iam fuerit edita, id pro certo adfirmare non ſuſtinemus; editiones vero *Olyſſipon*. 1542. & *Conimbricenſem* 1573. quas illi, qui Chriſtoph. Hendreichium in *Pandect. Brandenburg*. p. 115. ſequuntur, memorant, in dubium plane vocamus. Sine dubio verba *Catalogi Bibliothecae Bodleianae* minus recte intellecta, occaſionem dederunt Hendreichio, vt errorem admitteret. Quae enim Tom. I. *Catal. Biblioth. Bodleian.* p. 20. de iſtis memorantur editionibus, non ad Al Haſeni *Opticam*, ſed ad eius libellum *de crepuſculis & nubium aſcenſionibus* ſpectant, qui cum Petri Nonii Salacienſis *Opuſculis, de arte & ratione nauigandi; Annotat. in Theoricas Planetarum* G. Purbachii, & *in problema* Ariſtotelis *de motu nauigii ex remis; de erroribus* Orontii Finaei; *de crepuſculis*, *Conimbricae* 1573. in fol. & cum P. Nonii libello *de Crepuſculis* ſeparatim edito *Olyſſipone* 1542 in 4. in lucem emiſſus fuit. Quod res omnino ſe ita habeat, ii intelligent, qui *Catalogi Bibliothecae Bodleianae* Tom. II. p. 11. cum loco cit. conferre voluerint. Iſte vero Al Haſeni *de Crepuſculis & nubium Aſcenſionibus* libellus, a Gerardo Cremonenſi, qui rectius Carmonenſis, (a Carmona Andaluſiae oppido) dicitur, vid. Nicol. Antonii *Biblioth. Hiſpanica vetus* Tom. II. p. 263. *Giornale de letterati d' Italia* Tom. X. p. 286. & Tom. XV. p 268 ſqq. latinitate donatus, adiectus etiam fuit Petri Nonii *Operibus* p. 432. edit. *Baſil. Henricpetrinae* 1592. in fol. Fridericus Riſnerus primus fuit qui Al Haſeni opus opticum,

Digitized by Google

nec in libros nec in propoſitiones diuiſum, ſed indigeſtum & informe diſtinxit in libros, capita, & propoſitiones, demonſtrationesque in multis valde obſcuras & imperfectas ſuppleuit. Recenſio quaedam iſtius operis inuenitur in Claud. Milliet Dechales *Mundo Mathemat.* Tom. I. & quidem in Tract. prooemial. *de progreſſu Matheſeos & illuſtr. Mathemat.* p. 66. vbi ſententiam ſuam hac ratione exponit: *Opus iſtud obſcuriſſimum, demonſtrationes habet ita prolixas, & procedentes per circuitum alienum a materia, vt plerumque facilius ſit alias demonſtrationes cudere, quam ab hoc authore allatas intelligere. Quare cum iam vltra huius operis fines progreſſa ſit optica, totus hic tractatus redditur inutilis, & in eo legendo tempus & opera perditur.* Conf. de Al Haſeno Io. Frideric. Weidleri *Hiſtoria Aſtronomiae* p. 215. Vitello, ſeu Vitellio non *Thuringus*, vt quidem in Dauid Chytraei *Chronolog.* ad ann. 1290. in Iacob. Frider. Reimmanni *Einleitung in die Hiſtor. litterar.* L. II. p. 318. in *Theſauro Bibliothecali* l. cit. & in *Catalog. Biblioth. Bodleian.* Tom. II. p. 237. legimus, ſed *Polonus* fuit, qui in vrbe *Thorunio* natus, *Thoringi* nomen adſciuit, quare euenit, vt nonnulli illum *Thuringia* oriundum crederent. Inclaruit ſeculo a Chriſto nato XIII. ſuumque περὶ Ὀπτικῆς opus, quod decem complectitur libros, in Italia, ſuaſore Guilielmo de Moreta conſcripſit. Plurima ex Al Haſeno deſumſit, neque tamen illius vllam fecit mentionem, & demonſtrationes ex Appollonio, Theodoſio, Menelao, Theone, Pappo & Proclo adiecit. Qualis Claud. Milliet Dechales de hoc opere fuerit ſententia, ex hiſce eius verbis cognoſci poterit, quae loco reperiuntur cit. *Hoc opus in plerisque prolixitate peccat, ita vt cuiusque patientiam vincat. Habet item demonſtrationes male digeſtas; Inſuper multa in hoc opere deſunt, ad opticam pertinentia. Non bene explicat oculum. Deceptiones ex radio directo procedentes, melius & breuius explicari*

plicari poterant. De perſpectiua nihil habet. Non bene conſtituit locum imaginis in ſpeculis praecipue ſphaericis. Dioptricam habet valde mancam, hanc ab inuento teleſcopio auctiorem habemus — non bene explicuit Iridem, denique vix quidquam boni habet, quod in multis recentioribus, melius digeſtum & demonſtratum non reperias. Io. Petreium prima vice illud opus excudiſſe *Norimbergae* 1535. docet Ioſias Simlerus in *Biblioth.* p. 680. qui vero eosdem libros inſtauratos & figuris illuſtratos a Friderico Risnero ſcribit. Inuenimus in *Catalog. Biblioth. Hulſianae* Tom. I. p. 126. Vitellionis *Libr. X. de natura, ratione, & proiectione radiorum, viſus, luminum, colorum atque formarum, quam perſpectiuam vocant. Norimb.* 1551. in fol. Quod ad Fridericum Risnerum adtinet, is Germanus, mathematicus ſui ſeculi celeberrimus, & cum in Gallia viueret Petro Ramo adeo carus fuit, vt illum adoleſcentem nonſolum in mathematicis habuerit adiutorem, ſed cum in ſupremae voluntatis ſuae tabulis, annum legatum ſtipendio mathematici profeſſoris deſtinaſſet, eo vt primus frueretur, elegerit creauerit & nominauerit Risnerum. Docet ea nos Nicolaus Crugius in praefatione rarioris libri, cui hic eſt titulus. *Opticae libri quatuor ex voto* Petri Rami *nouiſſimo per* Fridericum Risnerum *eiusdem in mathematicis adiutorem olim conſcripti, nunc demum auſpiciis Illuſtriſſ. & Potentiſſ. Principis ac Domini, Dn.* Mauritii Haſſiae Landgrauii *&c. e ſitu & tenebris in vſum & lucem publicam producti. Cum gratia & priuilegio Caſſellis excudente Wilhelmo Weſſelio, anno* 1606. in 4. pp. 259. ſi Nicolai Crugii *praefationem*, & Io. Pennae regii Mathematici *de vſu Optices praefationem ad Illuſtriſſimum Principem,* Carolum, Lotharingium cardinalem, folior. 13. exceperis. Libro I. agitur *de viſibili*, L. II. *de viſione ſimplici*, L. III. *de viſione compoſita reflexa*, L. IIII. *de viſione refracta.* Ab vberiore recenſione, nos plane abſtinemus, cum iam nonnulla in *Theſauro Biblio-*

bliothecali l. cit. adlata fuerint. Conf. Cl. Milliet Dechales l. cit. p. 69. vbi hoc opus pauca dicere, multoque vlterius hoc tempore prouectam eſſe ſcientiam opticam ſcribit.

THESAVRVS vtriusque linguae, hoc eſt Philoxeni, aliorumque veterum authorum gloſſaria latino-greca & graeco-latina. Iſidori gloſſae latinae. Veteres grammatici latini & graeci qui de proprietate & differentiis vocabulorum vtriusque linguae ſcripſerunt. Edita omnia atque recognita ſtudio & opera Bonauenturae Vulcanii, Brugenſis. Cum eiusdem notis in quibus innumerae Compilatorum & ſcribarum mendae corriguntur; plurimi etiam veterum authorum loci emendantur atque illuſtrantur. Pleniorem eorum, quae hoc opere continentur Indicem pagina abhinc ſeptima repraeſentat. *Lugduni Batauorum excudebat Ioannes Patius anno* 1600. in fol.

Inter eos hic liber hodie ſibi vindicat locum, qui admodum raro bibliophilis ſe offerunt. Bonauentura Vulcanius illum dicauit *Illuſtribus potentibusque dominis, Equeſtri ordini, Nobilitati, ciuitatibus, ordinibus Hollandiae & Weſtfriſiae.* Dedicationem excipit Daniel. Heynſii Gaudenſis ad B. Vulcanium carmen graecum. Opus ipſum haec complectitur: 1) Philoxeni *lexicon latino-graecum vetus.* Vid. quae de autore huius lexici diſputauerunt Carolus du Fresne in Praefat. ad *Gloſſar. lat.* §. XLI. p. 35. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. graec.* L. V. Cap. XL. p. 541ſqq. 2) *Aliud gloſſarium latino-graecum* B. Benedicto Abbati Floriacenſi *adtributum, in quo vocabula in certas claſſes ac veluti locos communes ſunt diſtribu-*

ſtributa. 3) *Colloquia duo vetera ſcholaſtica latino-graeca.* 4) Niciarii *interrogationes & reſponſiones phyſicae & morales latino-graecae.* 5) *reſponſa ſapientium latino-graeca.* 6) *Praecepta in* Delphis *ab* Apolline *in columna ſcripta latino-graeca.* 7) Hadriani *ſententiae graeco-latinae.* 8) *Vocabula graeco-latina e diuerſis gloſſariis veteribus collecta.* 9) *Lexicon graeco-latinum vetus in calce quorundam ſcriptorum* Cyrilli *inuentum.* Haec omnia iam antea ab Henrico Stephano, titulo: *Gloſſaria duo, e ſitu vetuſtatis eruta; ad vtriusque linguae cognitionem & locupletationem perutilia; item de Atticae linguae ſeu dialecti idiomatis commentarius* Henr. Stephani. 1573. in fol. edita fuerunt. Vid. Mich. Maittaire *Hiſtor. Stephanorum* p. 354 ſqq. Iis vero in noſtra editione a B. Vulcanio adiecta fuerunt. 10) *Gloſſae latinae ex variis gloſſariis, quae ſub* Iſidori *nomine circumferuntur, collectae.* 11) *Vocabula variora collecta e gloſſis veteribus.* 12) *Gloſſae ex glaſſario veteri arabico-latino collectae.* 13) *Veterum grammaticorum* Cornelii Frontonis, Nonii Marcelli, Agraetii, Aelii Donati, Aruntii Caelii & *aliorum* Terentii *interpretum*, Fl. Soſipatri Chariſii, Q. Aſconii Pediani, M. Seruii Honorati, Sext. Pompeii Feſti, M. Terentii Varronis, Q. Terentii Scauri, Agellii, *de proprietate & differentiis latini ſermonis libelli.* 14) *Vocum aliquot e veteribus membranis explicatio.* 15) Ammonivs *de ſimilibus & differentibus graecae linguae vocabulis.* 16) *Collectio vocum graecarum in quibus diuerſus accentus ſignificationem immutat.* 17) Τάξις παλαιά, καὶ Ὀνομασίαι τῶν περὶ τὸ στράτευμα τάξεων. Haec prima pars THESAVRI *vtriusque linguae* pp. 825. abſoluitur. Adiicitur illi parti *Index Authorum veterum, qui ab* Ammonio *citantur, atque interdum reprehenduntur. Index vocabulorum quae apud* Ammonium *tam intra quam extra ordinem alphabeti inueniuntur. Vetera aliquot colloquia ſcholaſtica graeco-latina.* Partem ſecundam THESAVRI *vtriusque linguae*

conſtituunt 1. *Onomaſticon vetus latino-graecum, olim quidem* Argentorati *anno* 1536. *editum* & Calepino *praemiſſum: nunc vero ab innumeris foediſſimisque mendis, quibus ſcatebat repurgatum opera* Bonau. Vulcanii Brugenſis. 2. Bonau. Vulcanii *notae* & *Caſtigationes in gloſſarium latino-graecum ab* Henr. Stephano *editum*. 3. Eiusdem *notae in gloſſarium* Benedicti. 4. Eiusdem *notae in gloſſarium graeco-latinum* Cyrillo *adſcriptum*. 5. Eiusdem *Caſtigationes in gloſſas* Iſidori. 6. Eiusdem *Caſtigationes aliquot in veteres grammaticos latinos*. 7. Eiusdem *Caſtigationes* & *notae aliquot in* Ammonium. 8. Eiusdem *Caſtigationes* & *notae in Onomaſticon graeco-latinum*. Omnia, quae in P. II. reperiuntur 118. pp. complent, ſi *indicem authorum veterum, qui in notis* B. Vulcanii *citantur, explicantur, emendantur*, & *Indicem vocabulorum graecorum, latinorum, hiſpanicorum, italicorum, gallicorum* & *teutonicorum, quae in notis explicantur*, exceperis. Conſtituerat quidem B. Vulcanius Colophonis loco, iis, quae recenſuimus, addere *gloſſas aliquot* ἑλληνικοβαρβάρους *ad* Zonarae, *aliorumque poſterioris aeui hiſtoricorum*, vt ait, *intelligentiam conducibiles*, Quoniam vero Nicolaus Rigaltius illi perſcripſerat, quod iam eiusmodi opus meditaretur, a conſilio iſto deſtitit. Conf. de Henrici Stephani *Gloſſariis*, Bonau. Vulcanii THESAVRO *vtriusque linguae*, & Caroli Labbei *gloſſariis veteribus graeco-latinis* & *latino-graecis*, a Carolo du Fresne poſt Labbei mortem *Pariſiis, ex officina Ludouici Billaine* 1679. in fol. editis Io. Alb. Fabricii *Biblioth. gr.* l. cit. p. 53 ſqq.

IEAN BAPTISTE THIERS, *Docteur en Theologie* & *Curé de Vibraië*, Diſſertation ſur le lieu où repoſe preſentement le corps de St. Firmin le Confeſſ. 3me Evêque d' Amiens, dans la

Digitized by Google

la quelle on fait voir que c'eſt dans l'egliſe des Chanoines Reguliers de St. Acheul prez Amiens qu'il repoſe, & non dans l'egliſe Cathedrale d'Amiens. *A Paris.* 1699. in 12.

Cum ſeculo ſuperiore ad finem vergente in Gallia controuerſia oriretur inter Canonicos Ambianenſes, & Canonicos Regulares Abbatiae Sancti Acheoli ob Sancti Firmini Confeſſoris & tertii Eccleſiae Ambianenſis epiſcopi corpus, quod vtraque pars ſibi vindicare ſuſtinebat, hanc *diſſertationem* IO. BAPTISTA THIERS in lucem emiſit, in qua variis demonſtrabat argumentis, S Firmini Corpus non in templo Cathedrali Ambianenſi ſed in Abbatia ſancti Acheoli ſepultum eſſe. Sed eodem ſtatim anno, quo iſta *diſſertatio* prodiit ſuperiorum iuſſu ſuppreſſa eſt. Rem omnem commemorat la *Bibliotheque volante ou elite des piéces fugitives; par le Sr. I. G. I. D. M. Troiſieme partie à Amſterd.* 1700. in 12. p. 285 ſqq. vbi etiam praefatio quam I. B. THIERS ſuae praefixit *diſſertationi*, inſerta conſpicitur, variaque ſcripta, quae in hac controuerſia euulgata fuerunt recenſentur. Conf. *Nouvelles de la Republique des Lettres* de l'an. 1700. Mois Avril p. 383 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. IIII. p. 349.

IEAN BAPTISTE THIERS, Apologie de Mr. l'Abbé de la Trappe contre les calomnies du P. de Sainte Marthe. *A Grenoble,* 1702. in 12.

Ediderat Armandus Ioannes le Bouthillier de Rancé Abbas de la Trappe opus *de la Sainteté & des devoirs de la vie monaſtique, à Paris chez François Muguet* 1683. II. Tom. in 4. & *ibidem eodem anno* II. Tom. in 8. cui anno 1675. addidit: *Eclairciſſemens de quelques difficultés que l'on a formées ſur le livre de la*

Digitized by Google

la ſainteté & des devoirs de la vie monaſtique par Mr. Bouthillier de Rancé, abbé de la Trappe. *à Paris, chez François Muguet* in 4. Iſtos autem libros, nec non alium eiusdem auctoris, qui inſcribitur *La Regle de* S. Benoiſt, *nouvellement traduite & expliquée ſelon ſon veritable esprit, à Paris, chez Fr. Muguet* 1689. II. Tom. in 4. impugnabat Dionyſius Sammarthanus ex congregatione S. Mauri monachus Benedictinus, & S. Iuliani Caeſarodunenſis Prior, dans les *Lettres à Mr.* l' Abbé de la Trappe, *où l' on examine ſa Réponſe au Traité des Etudes monaſtiques, & quelques endroits de ſon Commentaire ſur la Regle de* S. Benoît, *à Amſterdam (Tours)* 1692. in 12. pp. 231. In iſtis quatuor epiſtolis abbas ille Trappenſis acriter perſtringebatur, multaque de illo narrabantur, quae, vitae ſanctitati, quam prae ſe ferebat, mirifice aduerſabantur. Defenſionem igitur Abbatis Trappenſis in ſe ſuſcepit IO. BAPTISTA THIERS, & iſtam quam adduximus in lucem emiſit *apologiam*, quae vero eadem fata vt *diſſertatio de Corpore S. Firmini* experta eſt. Vid. Niceron Tom. IIII. p. 353. Conf. quoque Dionyſii Sammarthani *Recueil de quelques piéces, qui concernent les quatre lettres écrits à Mr.* l' abbé de la Trappe. *à Cologne* 1693. in 12. pp. 243. vbi quinta Sammarthani reperitur epiſtola, quae antea ſeorſum 1693. in 12. pp. 33. prodierat. Rem omnem pluribus enarrat Philippus le Cerf de la Vieville, dans la *Bibliotheque hiſtorique des Auteurs de la Congregation de St. Maur* p. 464 ſqq. Qua poſtea ratione iſtis litibus impliciti fuerunt Ioannes Mabillonius, & Vincentius Thuillierius, aliique, cognoſci poterit ex *Ouvrages poſthumes de* D. Iean Mabillon & D. Thierri Ruinart, *par* Vincent Thuillier Tom. I. L. IIII. p. 365 ſqq. Conf. *L' Abregé de la vie de* D. Iean Mabillon *par* D. Thierri Ruinart, *à Paris*, 1709. in 12. p. 149 ſqq. Dom Gervaiſe ancien Abbé de la Trappe *Defenſe de la nouvelle hiſtoire de l'* Abbé

Su-

Suger, *avec l'Apologie pour feu Mr.* l'Abbé de la Trappe dom Armand Iean Bouthillier de Rancé, *contre les calomnies & les invectives de* D. Vincent Thuillier, *religieux Benedictin de la Congregation de S. Maur repandues dans ſon hiſtoire des conteſtations ſur les etudes monaſtiques, inſerée dans ſon I. Tome des Oeuvres poſthumes de* dom Mabillon. *A Paris* 1725. in 12. Niceron *Memoires* Tom. VII. p. 360 ſqq.

Diui THOMAE *de Aquino*, ſeu *Aquinatis*, Continuum, ſ. Catena aurea in quatuor euangeliſtas, editio perantiqua typographi, loci, & anni indicio deſtituta, in fol. maior. folior. 521.

Idem liber, impreſſus 1476. in fol. folior. 426.

Opus illud THOMAE Aquinatis, ſaepius impreſſum, mox *Continui*, mox *gloſſae continuae*, mox *catenae aureae in quatuor euangeliſtas*, nomine excitari ſolet. Vtraque editio perrara & Michaeli Maittairio incognita, nobis haec ſcribentibus, e bibliotheca Portenſi ad manus fuit. Vtraque litteris deſtituitur initialibus, quae vario colore, interniténte auro, elegantiſſime adpictae ſunt. In fine illius haec leguntur verba: *Ad laudem & gloriam ſempiternam: omnium redemptoris ſaluandorum. Liber Kathena Aurea nuncupatus, per ſacrę theologię profeſſorem Egregium Sanctum* THOMAM de Aquino. *Ex Sacris Katholice fidei Doctoribus:* Auguſtino: Hieronimo: Gregorio: Ambroſio: Beda: Chriſoſtomó: Hilario: Rabano: Iſidoro: Origene: Maximo: Cirillo: Baſilio: Euſebio: Haymone: Thito: Theophilo: Seueriano: Damaſceno: Greco: Didimo: Epiphanio: Athanaſio: Gloſa ordinaria, Collationibuspatrum: Et geſtis concilii Epheſini: *Super Doctrinam Euangelicam: diffuſe ſcribentibus.*

Digitized by Google

In vnum conkathenatum. Non tantum Literalem: Sed & ſpiritualem praeſtans intellectum Aureum. Ex quo Nedum Litera Ex Apoſtolica doctrina: Que occidit. Sed Spiritus ſumitur viuificans. Spiritualis ſcientie cognitionem Sitienti: Potum Porrigens. Cuius miſterium non verbo Sonum Sacre docente Scripture. Sed Spiritu reuelatur Sancto. Feliciter finit. Pro Cuius felici conſummatione Sit Laus & Gloria Xpiſto. Amen. Huic, pauca haec verba adiecta ſunt: *Beati* THOME de Aquino. *Gloſa continua ſuper quatuor Euangeliſtas feliciter finit Anno dni. Mill.* CCCC. *LXXVI.* Forte eadem editio eſt, quam Iacob. le Long in *Bibliotb. ſacra* Tom. II. p. 957. *eodem anno Romae* in lucem emiſſam eſſe teſtatur. Ad rariſſimos libros etiam pertinent huius operis editio, quae impreſſa *Romae in domo Petri & Franciſci de Maximis iuxta campum Florae praeſidentibus magiſtris Conrado Sweynheym & Arnoldo Pannartz anno M. CCCC. LXX. die VII. Dec.* in fol. prodiit. Michael. enim Maittairio teſte in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 14. DL. tantum exemplaria, litteris exſcripta fuerunt, quae, vt quilibet perſuadere ſibi facile poterit, tanto temporis interuallo, maxima ex parte hominum ſe ſubduxerunt oculis, & in monaſteriorum latent bibliothecis. Vid. Caſimiri Oudini *Commentar. de Scriptor. & Scriptis eccleſiaſt.* Tom. III. col. 316. 317. vbi contra Petrum de Alua & Aſtorga, qui, in *nodo indiſſolubili de conceptu mentis & ventris* p. 11. & 585. hoc opus Pontio Carbonello, de Bottingata, Catalano, Ordinis Minorum, Magiſtro quondam S. Ludouici Regis Francorum, vel vt alii ſcribunt, Sancti Ludouici Epiſcopi Toloſani, tribuerat, THOMAE Aquinati id vindicat. Conf. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Bibliotb.* Fabric. *med. & infim. Lat.* L. XVIIII. p. 674. qui recentiores editiones, notante Richardo Simonio, Lib. III. *Hiſt. Crit. Comment.* N. T. p. 473. interpolatas eſſe ſcribit. Nicol. Antonii *Bibliotb. Hiſpana Vetus.* IIX. 6. n. 244. I. A. Fabricii *Bibliotb. med. & infim. Lat.* L. III. p. 919.

Diui

Diui THOME *de Aquino, ordinis predicatorum*, Commentaria in omnes epiſtolas beati Pauli apoſtoli: glorioſiſſimi gentium doctoris. profundiora theologie accurate dilucidantia. in fol. folior. 291.

Editio ſatis rara a Michaele Maittairio in *Annal. typogr.* memoratur Tom. I. p. 594. *Commentaria* iſta per Petrum de Bergamo, correcta & emendata eſſe, nos docent verba prologi, initio poſita: *Feliciter incipiunt commentaria clariſſimi doctoris angelicique ac communis ſancti* THOME de Aquino *ordinis predicatorum: ſuper epiſtolas ſanctiſſimi gentium doctoris pauli apoſtoli. correcta emendataque ſumma diligentia, ac ingenti ſolicitudine per me fratrem* petrum de bergamo *ordinis fratrum predicatorum ſacre pagine minimum profeſſorem.* In fine codicis typographus haec adiecit verba: *Finit explanatio Sancti* THOME de Aquino *ordinis fratrum predicatorum in omnes epiſtolas beati Pauli apoſtoli caracteribus Michaelis furter Baſileae impreſſa: ductu vero & impenſis Wolfgangi Lachner ſtudioſis in medium data feliciter. Anno a partu virginis ſalutifero. Milleſimo quadringenteſimo nonageſimoquinto* (1495) *Die vero decima ſexta menſis Octob.* Vid. de hoc opere Caſimiri Oudini *Commentar. de Scriptoribus & ſcriptis eccleſiaſt.* Tom. III. Cap. XIIX. Quaeſt. II. col. 325 ſqq. qui e variis ſcriptorum teſtimoniis demonſtrat, haec *commentaria in omnes divi Paulli epiſtolas*, partim eſſe ſancti THOMAE Aquinatis, partim Fratris Reginaldi, eius ſocii, qui divo THOMA docente, illa calamo exceperit, quae vero poſtea diuus THOMAS, cum legeret, pro ſuis haberi voluerit. Vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. III. p. 122. Conf. Nicol. Triueti *Annal.* ad annum 1274. p. 244. edit *Oxoniens.* Anton. Halli. 1719. in 8. Chriſt. Schoettgenii *Continuatio Bibliotb.* Fabric. *med. & inf. Lat.* L. XVII. p. 184. Idem Schoett-

Schoettgenius l cit. L. XVIIII. p. 674. varias *Commentariorum in epiſtolas Paulli* editiones recenſet, typothetarum autem errore accidit vt noſtrae editionis typographus *Michael Turter* ibidem adpelletur. Conf. Iacobi le Long *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 987.

Summa de quolibet THOME *Aquinatis, fratris ſacri ordinis predicatorum, Viri quidem ſanctitate & ſcientia praeſtantiſſimi* incipit foeliciter. in fol. mai. fol. 133.

Editio rariſſima, cuius in fine haec legimus verba: *Beati* THOMAE Aquinatis *quodlibeta duodecim expliciunt foeliciter, per Ioannem ſenſenſchmid vrbis Nurmbergae ciuem, Induſtrioſum impreſſoriae magiſtrum & Andream friſner de Bunſidel imprimendorum librorum Correctorem. Anno a natiuitate domini M. CCCC. LXXIII. decimo ſeptimo Calendas Maii.* Poſt haec verba iidem viri lectores certiores reddunt, de induſtria & cura, quam huic editioni impenderunt, vbi inter alia ſcribunt: — *ne adhuc quid ad vocabulorum originem & ſignificationis proprietatem & ita ad faciliorem profundioremque intellectum faceret, abeſſet, ſecuti maiorum noſtrorum veſtigia, orthographicam rationem, prout fragilitati noſtrae conceſſum erat, obſervauimus, quemadmodum ipſimet maiores noſtri vt* Papirianus, Plinius, Rhemius, Grillus, Caper, Probus, Quintilianus, Varro,| Aulus Gellius, Donatus, Seruius, Priſcianus, Sergius, Herodianus & *caeteri! nedum ſummo ſtudio obſeruarunt, Verum etiam in libris ſuis, quos de orthographia magnifice ſcripſerunt, obſeruari praeceperunt. Siquas igitur lector optime hic dictiones ſecus, quam vſus habet charakterizatas, inueneris* — *non de facili praecamur in detractionem male correctionis prorumpas! ne praememoratos probatiſſimos viros reprehendens, quum tuam aeſtimationem vulgi que vſum immo verius abuſum eorum autoritati praeponere conaris, ipſorum autoritate deſpiciendus potius quam imitandus conuincaris;* De aliis hu-

ius libri, quem etiam *Placita S.* THOMAE adpellant, editionibus, vid. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & inf. Lat.* L. XVIIII. p. 668.

Diui THOMAE *Aquinatis* opuscula, in 4. folior. 435.

Miramur quod neque Schoettgenius neque Oudinus editionis rarioris fecerit mentionem, quae id ſingulare & praecipuum habet, vt cum reliquae editiones aut LI. aut LXXIII. ob oculos ponant opuscula, haec quam deſcribimus LXXII. tantum opuscula contineat. Eodem vero ordine, opuſcula iſta in hac editione reperiuntur, quo ex editione *Romana*, ea adduxit Schoettgenius l. cit L. XVIIII. p. 675 ſqq. ſi haec pauca exceperis, quod in noſtra editione *Declaratio quorundam articulorum fidei contra Graecos, Armenos, & Sarracenos*, quam ſcripſit D. THOMAS *ad inſtantiam Cantoris Anthioceni*, ſecundum, *de ente & eſſentia*, trigeſimum, *de principiis naturae* vero trigeſimum primum occupet locum. Opuſculum XX. *de regimine Principum ad Regem Cypri*, ab aliis THOMAE Aquinati adſcribitur, ab aliis illi abiudicatur. Vid. Iac. Quetif,& Iac.Echardi *Scriptores Ordinis Praedicatorum* Tom. I. p. 336. & p. 543. vbi Quetifius primum librum, tria capita priora & dimidiam partem capitis quarti, libri ſecundi, laborem Diui THOMAE eſſe, reliqua vero libri ſecundi capita, nec non librum tertium & quartum, a Bartholomaeo de Luca confectum eſſe, contendit. Multis vero argumentis Caſimir. Oudinus Tom. III. col. 336 ſqq. demonſtrare adgreſſus eſt, Aegidium Columnam, Romanum, Opusculi verum eſſe auctorem, ſub cuius nomine illud quoque ſaepius editum fuit. Vid. quae ſupra p. 7. diximus. Italicam illius verſionem titulo: *Trattato del Governo de' Prencipi di* S. TOMASO *di* Aquino *al Re di*

Cipri

Cipri, *tradotto di Latino in Volgare*, *da* Valentino Averoni *Monaco di* Vallombroſa. *In Firenze*, *per Giorgio Mareſcotti* 1577. in 8. Nicol. Fr. Haym nella *Notizia de' libri rari*, *nella lingua italiana* p. 253. in ſerie librorum rariorum collocauit. Opusculum XXVII. quod Schoettgenius l. cit. *de officiis aſtrorum* inſcribi perhibet, in hac, quam ad manus habemus, editione, titulo *de iudiciis aſtrorum* inſignitum conſpicitur. Opuſculum *de eruditione Principum*, quod opuſculo XL. *de propoſitionibus modalibus* accenſet Schoettgenius, in noſtra editione non reperitur. Opuſculum LXI. quod Oudinus & Schoettgenius *de dilectione* Chriſti & *proximi* agere memorant, in noſtra editione *de dilectione Dei & proximi* inſcribitur. Vltimum in noſtra editione opuſculum eſt: *de Concordantiis in quo concordat ſe ipſum in paſſibus apparenter contradictoriis.* Eius in fine, haec leguntur verba: *Expliciunt praeclariſſima opuſcula eximii ac diuini doctoris*, *ſancti* THOME *de* aquino *ordinis fratrum predicatorum quam diligentiſſime emendata atque correcta. Et impreſſa Veneiiis ingenio ac impenſa Hermanni Lichtenſtein Colonienſis. Anno Salutis. M. CCCC. XC. VII. Idus ſeptembris.* Auguſtino barbadico *Venetiarum principe illuſtriſſimo exiſtente. Laus deo.* Editor collectionis eſt Antonius Pizamanus Patricius Venetus & Epiſcopus Feltrenſis, qui *Legendam ſeu vitam ſancti* THOMAE & *officium doctrinae S.* THOMAE praemiſit, quae nomine Auguſtini Barbadici Venetiarum principis inſcripſit. Opuscula vero THOMAE Aquinatis ipſa Nicolao Franco Taruiſino Epiſcopo ac Legato apoſtolico conſecrauit. In dedicatoria epiſtola, inter alia haec legimus: *Ad noſtra reuertor opuſcula*; *quorum aliqua an ſint* THOMAE *ambigitur*: *tametſi eius titulo gaudeant certis tamen nos annotare volumus vt ſi* THOMAE *ſint ingenio diuino elaborata ab omnibus poſſint inueniri*: *ſin minus hoc etiam neminem lateat*, *ne falſam ignorantie ſententiam ſibi homines perſuadeant.*

In

In dubio haec ſunt opuſcula quae a THOMAE *ſancta opinione non multa diſſentire videntur adeo vt ab ipſius dictis collecta iudicentur. De intellectu & intelligibili; de dimenſionibus indeterminatis, de quo eſt & quidem de vniuerſalibus, de ſacratiſſimo Eucharistiae ſacramento per modum ſermonum; de eodem ſacramento ad modum decem praedicamentorum; De humanitate Xpi; de dilectione Dei & proximi; de diuinis moribus; de beatitudine; de modo confitendi; de officio ſacerdotis; de expoſitione miſſae; de vitiis & virtutibus; Tractatus concordantiarum; Summa totius logicae; Cetera aut. diuum* THOMAM *excudiſſe compertum eſt. Quae iam iam legenda occurrunt.* Conf. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & Script. eccleſ.* Tom. III. Cap. X. XI. XII. XIII. col. 293 ſqq. Cap. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIIII. col. 331 ſqq. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & inf. Lat.* L. XVIIII. p. 675 ſqq. vbi plures memorantur editiones. Optima cenſetur, quae opuscula theologica & moralia nouo ordine diſponit editio Petri Pellicani *Paris.* 1656. in fol.

Sancti THOME *de Aquino*, ſcripta ad Hanibaldum epiſcopum ſuper quattuor libros ſententiarum. in fol. folior. 153.

Editio perrara, cuius mentionem iniicit Valentin. Erneſtus Loeſcherus in *Stromat.* Sect. XI p. 250. Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 551. ſed veremur ne poſterior l. cit. vnum eundemque librum bis adduxerit. In fine conſpiciuntur typographi ſcuta, hiſce adiectis verbis: *Scripta beati* THOME *ad* Hanibaldum *epiſcopum in quattuor libros ſententiarum finiunt feliciter in officina Nicolai Keszler ciuis Baſilienſis impreſſa. Anno a partu virginis ſalutifero M. CCCC. XCII.* Conf. Anton Poſſeuini *Apparat. Sac.* Tom. III. p. 297. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & Scriptis eccles.* Tom. III. col. 292.

Digitized by Google

292. De Hanibaldo de Hanibaldis de Molaris, Romano, Ordinis Praedicator. ex Doctore Pariſienſi, Cardinale, quem nonnulli, *Commentarii in IIII. libros ſententiarum*, a nobis adducti, faciunt auctorem vid. Poſſeuinus Tom. II. p. 5. Iacob. Quetif. *Scriptor. ordinis Praedicator.* Tom. I. p. 261. Io. Alb Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. IIX. p. 556.

Diui THOMAE *Aquinatis*, Expoſitiones in tres Pſalterii primos nocturnos vid. ſupra p. 724.

Vita D. THOMAE *Aquinatis*, Othonis Vaenii ingenio & manu delineata, & XXXI. tabulis, aeri nitidiſſime inciſis exhibita. *Antuerp.* 1610. in fol.

Non proletariae raritatis librum eſſe, teſtatur *Bibliotheque univerſelle chez P. Goſſe* 1742. p. 212.

LVDOVICI THOMASSINI, Diſſertationes, Commentarii & notae, in concilia generalia & particularia. *Paris.* 1667. in 4.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 676. Plures quidem Tomos Operis maioris, cuius hic primus eſt, edere conſtituerat THOMASSINVS, ſed fato cui primus expoſitus fuerat, deterritus, ab editione reliquorum ſe abſtinuit. Fatum autem libri paullo fuſius exponit Niceron Tom. III. p. 271 ſqq. Conf. *Catalogue des principaux auteurs des Collections des Conciles*, qui adiectus eſt au *Traité de l'etude des Conciles & de leurs collections par M.* François Salmon p. 943. Complectitur iſte Tomus XX. diſſertationes, quarum prima eſt in ſynodos ſub Victore papa, de obſcuratione paſchatis, Romanam, Lugdunenſem, Palaeſtinam &c. circa annum Chriſti 197; vlti-

vltima autem in ſynodum ſextam oecumenicam, ſeu Conſtantinopolitanam tertiam, anno Chr. 680 & 681. Vid. Io. Fr. Buddei *Iſagoge Hiſtor. Eccleſ.* T. II. p. 798.

THVANVS reſtitutus, ſiue Sylloge locorum variorum in Hiſtoria Thuani hactenus deſideratorum, cum Franciſci Guicciardini paralipomenis. *Amſtelod. apud Io. Henr. Boom*, 1663. in 12.

Editio *Ingolſtadienſis*, quam e Schurtzfleiſchio & Groſchuſio adtulit Cl. Vogtius p. 678. omni iure inter *non entia* referenda eſt. Errori ſine dubio occaſionem dederunt Io. Baptiſtae Galli, ſub quo nomine Ioannem Machault e S. I. occultum fuiſſe, aiunt, *Notationes* in Iac. Aug. Thuani *hiſtoriarum libros*, quae *Ingolſtadii* 1614. in 4. Vt titulus quidem prae ſe fert, prodierunt, & iuſſu Locum tenentis ciuilis (*Lieutenant civil*) Henrici de Mesmes, per manum carnificis combuſtae fuerunt. Qua de re vid. Niceron *Memoires* Tom. VIIII. p. 357.

THVRNIR-BVCH.

Vid. Cl. Vogtius p. 678. Enormia errata, quae Georgius Rüxnerus dictus Ieruſalem, ducis Bauariae Caduceator, in hoc opere admiſit, excerpſit & omnium ob oculos poſuit Ioannes Mülletus, Secretarius quondam Reipublicae Norimbergenſis doctiſſimus, in *Diſcours ob George Rüxners* TVRNIER-BVCH *pro ſcripto authentico zu halten, und wie weit demſelben Glauben zuzuſtellen*, quem diſcurſum e MSto produxit, ſuoque *Commentario de iuribus & praerogatiuis nobilitatis auitae, eiusque probatione*, adiecit D. Ioann. Georg. Cramerus Tom. I. p. 467 ſqq. Conf. Burcard. Gotthelf. Struuii *Diſſertatio Hiſtorico-litteraria de doctis impoſtoribus*, in

qua §. XLVIIII. Georgium Rüxnerum merito inter doctos impoſtores referendum eſſe ſcribit. Cauſſam eius rei, his verbis addit: *Nactus eſt ille, codicem antiquum* Magdeburgi, *Saxonica lingua conſcriptum, in quo continebatur hiſtoria torneamentorum. Hunc, cum linguae Saxonicae parum eſſet gnarus* Rüxnerus, *in aula* Ioannis, Palatini, *ad* Rhenum, Simmerae, Io Kirchbergerus *ſermone vulgari expoſuit. Sed ecce* Rüxneri *impoſturam! Codicem iſtum antiquum ſtatim concremauit.* Confirmat Struuius, ea quae protulit, nonſolum ipſius Rüxneri, ſed etiam Comitis de Nothafft, quod apud Speidelium in *Speculo* legitur, teſtimonio. Ille quem Cl. Vogtivs p. 679. Hieronym. Rodler vocat, Ioannes Müller l. cit. p. 468. §. 11. nominat Hieron. Podler. Id hic etiam meminiſſe iuuabit, quod Franciſcus Modius Tom. II. *Pandectarum triumphalium* L. I. p. 5 ſqq. totum fere Rüxneri librum latino ſermone recoxerit. Excerpta quaedam ſuis Io. Wolfius inſeruit *Lectionibus Memorabilibus* Tom. I. p. 256 ſqq.

De Chyromantia libri III. *authoris cuiusdam vetuſtiſſimi* (ANTIOCHI TIBERTI) per Io. Dryandrum reſtituti. Marpurgi 1538. Iudicio ſingula expendito lector, priusquam temere pronuncias, quae hic enim traduntur, plane ſunt philoſophica, ex optimis optimorum authorum libris depromta, nihilque commune cum vulgo iactatis Chyromanticis illis praepoſteris habent. Legat Medicus, legat aſtronomus vterque, quae oblectent atque commodent videbit. *Moguntiae excudebat Iuo Schoeffer* 1538. in 8. pp. 138.

ANTI-

ANTIOCHVS TIBERTVS, Caeſenas, Italus, artis magicae poſt Petrum Aponenſem, in Italia reſtaurator, hunc librum a paucis viſum, ad Octauianum Vbaldinum, Merchatellae Comitem perſcripſit. Editus fuit prima vice *Bononiae* 1494. *idibus Nouembris.* Ioannes poſtea Dryander Medicus Marpurgenſis, illum hoc, quem adſcripſimus, edidit titulo. Repetita Dryandri editio, illique adiecta *incerti Auctoris de Chiromantia liber* fuit *Moguntiae* 1541. in 8. Nonnulli ANTIOCHVM TIBERTVM, perperam *Tibertem*, alii *Tybertum*, alii omiſſo TIBERTI nomine *Antiochum Caeſenatem*, alii *Tiberivm* nominant. Hieron. Cardanus *de rerum varietate* L. XV. c. 79. 563. edit. Baſil. 1557. in fol. eius Chiromantiam cum Ptolemaei principiis aſtronomicis conſentire ſcribit, & Paullus Iouius in *Elogiis doctor. viror.* p. m. 118. *librum* nominat *elegantem, quo tantum famae* TIBERTVS *promeruerit, vt inſigni concurſu, a curioſis & anxiis de toto vitae fortunaeque euentu conſuleretur.* Vixit Seculo a Chr. nato XV. & miſera morte periit: Rem Paulli Iouii enarrabimus verbis, qui l. cit. de eo ſcribit. *Praedixerat* Guidoni Balneo, *cui in togata Gallia propter inuſitatum militaris animi vigorem,* Guerrae *cognomentum fuit, atque item* Pandulpho Malateſtae Ariminenſium Tyranno *ex volae manus lineis futurum eſſe, vt hic pelleretur patria, & dominatus exulque in extrema egeſtatis miſeria periret: ille vero ab inſigni amico, perfidiae ſuſpicione necaretur: memorabili hercle non omnino incertae artis argumento, niſi* ANTIOCHVS *imminentem vitae ſuae exitum ignoraſſet, de quo tamen ſed fatali deceptus hora, minime dubitarat. Interfecit enim* Pandulphus *ſuo metu, vel* Bentiuoli *ſoceri iuſſu nimium ſaeuus, a ſuſpecta virtute virum fortem, quamuis amicum & partium ducem, ac ipſum* TIBERTVM *cuſtodiae tradidit, vt ex euentu, ſupplicio ſeruaretur. Sed quum occultam exi-*

Digitized by Google

exitio fata viam aperirent, captiuus, & compedibus nexus, cuſtodis arcis filiam mollis animi puellam ita orando, & blandiendo ad miſericordiam, amoremque pellexit, vt ab ea reſtem impetraret, & in foſſam demitteretur: ſed compedum ſonitu prodita fuga miſer retractus, & pari ſorte cum puella ſecuri percuſſus, interiit. Nec in Pandulpho *praedicentis fidem eadem fata fefellerunt, quando omnium egentiſſimus in hoſpitali diuerſorio deſertus a liberis, ſaeuitiae infamis, ac egeſtate ſenex miſer perierit.* Promiſit quidem TIBERTVS in epiſtola ad Octauianum Vbaldinum, *Chiromantiae* praemiſſa, *Phyſionomiam* & *Pyromantiam*, ſed euentum reſpondiſſe promiſſis, ſcriptorum ſilentio adducti, non credimus.

FRIDERICCI TILEMANNI *V. I. D. publici hiſtoriarum & antiquitatum Profeſſoris apud Wittebergenſes*, Diſcurſus philologicus, de hiſtoricorum delectu, in quo primum hiſtoricae tractationis fundamentum attingitur, & Bodini ſententia preſſius deducitur. *Wittebergae, imprimebat Wolfgang Meiſner* 1596. in 8.

Libri titulus plerumque *de hiſtoriarum delectu*, ſed minus recte adferri ſolet, id quod ille docet, quem e noſtro exemplari deſcripſimus. Conf. *Theſaurus Bibliothecalis* Tom. IIII. p. 191. Habemus ab eodem TILEMANNO *de euerſionibus rerum publicarum politicam diſſertationem, Witebergae ex officina Cratoniana* 1597. in 8. Qui libellus etiam ſatis infrequens eſt.

BERTRANDI TISSIER, *Prioris Boni Fontis in Thieraſcia Picardiae*, Bibliotheca veterum Scriptorum Ordinis Ciſtercienſis qui ſaeculo

culo S. Bernhardi, vel non diu poſt obitum eius floruere. *Bonofonte* 1660. 1662. 1669. III. Vol. in fol.

Monaſterium illud in quo BERTRANDVS TISSIER Prior fuit, non *Bonofonta*, vt apud Cl. Vogtium p. 680. legitur, ſed *Bonus fons* adpellabatur.

Lamiato'l Ajam, Carmen TOGRAI, *Poetae Arabis doctiſſimi*; vna cum verſione latina, & notis praxin illius exhibentibus; opera Eduardi Pocockii, LL. Hebr. & Arab. Profeſſ. Acceſſit Tractatus de Proſodia Arabica. *Oxonii apud Ricard. Davis Bibliopolam; Excudit Hen. Hall Typis Arabicis Acad. Anno Dom.* 1661, in 8.

Extat huius carminis etiam editio, verſione latina deſtituta. *Lugd. Bat.* 1629. in 8. quae ſatis quidem rara eſt.

IO. TOLANDI, Scripta omnia

eſſe rariora, praeter Cl. Vogtium, iam alii ante nos, in Scriptis antiatheiſticis, Catalogis libror. rarior. & diariis eruditor. obſeruarunt. Ne igitur cramben bis coctam adponere videamur, nihil hic adiiciemus, praeter vnum alterumue TOLANDI libellum, a Cl. Vogtio omiſſum, nec non aliquot Scriptores ex iis, qui, pluribus hominis impii vitam expoſuerunt. Habemus vitam TOLANDI anglice conſcriptam hoc titulo: *An hiſtorical Account of the Life and Writings of the late Eminently Famous Mr.* JOHN TOLAND. *Containing I. A faithful Extract of his Works, and an Account, of his Travels in Germany, Holland &c.* II. *An Account of the Controverſies, wherein he was engaged, and a particular Enquiry in to his*

Principles; his Philoſophick reſignation to the divine Will, and his Notions of Futurity at the Time of his Deceaſe. III. *An exact Catalogue of his Writings, publiſhed both with, and without his Name, and of the Manuſcripts he left behind him. By one of his moſt intimate Friends. In a Letter to the Lord ** ** London: Printed and ſold by Io. Roberts in Warwicklane; W. Mears, at the Lamb without Temple-Bar; I. Brotherton in Cornhile; I. Graves in St. Iames' s-ſtreet; and W. Chetwood in Covent-Garden.* 1722. in 8. mai pp. 102. Auctor iſtius biographiae, vel ſi mauis Panegyrici, eſt bibliopola quidam Londinenſis Curl dictus. Conferri cum hac biographia meretur la *Bibliotheque Angloiſe* Tom. X. p. 527 ſqq. vbi multa emendata inueniuntur. Alia vita TOLANDI: *Some Memoirs of the Life and Writings of Mr.* IOHN TOLAND: *in a Letter to S*** B** L**** reperitur in the *Collection of Several Pieces of Mr.* IOHN TOLAND, &c. de qua collectione mox dicemus. Legi etiam merentur quae de TOLANDO & ſcriptis eius, quibus religionem impugnauit chriſtianam, adnotarunt Io. Chriſtophor. Schüſslerus in der *kurzen Nachricht von dem Leben und Schriften des berufenen* IOH. TOLANDS, quae reperitur in *Nou-Antiquis* anni 1722. Conf. *Acta Eruditor. Lipſ.* an. 1720. p. 308 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. I. p. 256. Tom. X. p. 23 ſqq die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* Tom. III. p. 299 ſqq.

IOHN TOLAND Tetradymus: Containing I. *Hodegus*: or the pillar of Clound and Fire, that guided the Iſraelites in the Wilderneſſ, not Miraculous, but as faith fully related in Exodus, a thing equally practis'd by other Nations, and in thoſe places not onely uſe ful but

Digitized by Google

but neceſſary. II. *Clidophorus*: or of the exoteric and eſoteric philoſophy, that is, af the external and internal doctrine of the Ancients, the one open and public accommodated to popular Preiudices and the etabish'd Religions; the other private and ſecret, wherin to the few capable and diſcrete; was taught the real Truth Stript of all disguiſes. III. *Hypathia*; or the Hiſtory of a moſt beautiful, moſt vertuous, moſt learned, and every Way accompliſh'd Lady, who was torn to pieces by the Clergy of Alexandria, to gratify the pride, emulation and cruelty of their Archbishop Cyril, commonly but undeſervedly ſtil'd St. Cyril. IIII. *Mangoneutes* being a Defence of Nazarenus addreſs'd to the right reverend Iohn Lord Bishop of London, againſt his Lordships Chaplain D. Mangey, his dedicator Mr. Paterſon, and (who ought to have been nam'd firſt) the reverend Dr. Brett once belonging to his Lordships Church. *London*. 1720. in 8. mai.

Contenta quatuor opuſculorum expoſuit Niceron l. cit.

A Collection of Several Pieces of *Mr.* IOHN TOLAND, now firſt publish'd from his original Manuſcripts: with ſome Memoirs of his Life and writings. Volume I. *London*: *Printed for I. Peele, ad Locke's Head in Pater-noſter Row.*

Digitized by Google

Row. 1726. in 8. mai. pp. 92. & 474. Volume II. *ibid. eod.* pp. 495. & 76.

Inueniuntur in hac collectione, poſt mortem TOLANDI in lucem edita, XXV. & ſi adpendicem adieceris XXIIX. libelli, quorum titulos adtulerunt *Acta Eruditorum* l. cit. p. 308—320. p. 356 ſqq. *Bibliotheque Angloiſe* Tom. XIIII. p. 289—358. p. 260 ſqq. *Noua litteraria Lipſienſia* an. 1727. p. 25. 482—486. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 334 ſqq. *Catalogus Partis Bibliothecae illuſtriſſimi Comitis de Waſſenaer* libror. Claſſ. in 8. p. 10.

De IACOBI PHILIPPI TOMASINI, *Patauini*, vita & ſcriptis

vid. *Le glorie degli Incogniti Venez.* 1647. p. 189 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XXVIIII. p. 161 ſqq.

V. C. Laurentii Pignorii Pat. Canonici Taruſini Hiſtorici, & Philologi Eruditiſſimi Bibliotheca & Muſeum. *Auctore* IAC. PHILIPPO TOMASINO. Ad Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. Dominicum Molinum Senatorem Ampliſſ. *Venetiis* 1632. *Apud Io. Petrum Pinellum Typographum ducalem. Superiorum permiſſu* in 4. pp. 39.

Cl. Vogtius p. 684 *Catalog. libr. rar.* duas alias editiones adduxit, *Venet.* 1632. in 4. & *Amſtelod. apud Andr. Friſium* 1668 in 4. Conf. Niceron l. cit. p. 164. Liber non adeo magni momenti. Epiſtolam dedicatoriam ad Dominic. Molinum Reip. Venetae Senatorem, ſequuntur duo Epigrammata, alterum Antonii Aloyſii Aldreghetti, Philoſ. & I. V. D. & Lector Pub. *in Vitam* Laurentii Pignorii, *Nominis Aeternitati* Dominici Molini *Litteratorum Mecoe-*

Mecoenatis ampliſſimi nuncupatum; alterum Io. Rhodii, IO. PHIL. TOMASINO dedicatum. Haec excipit TOMASINI praefatiuncula; Laurentii Pignorii imago, haud ſatis eleganter aere expreſſa, hoc adiecto Diſticho:

Dignus Apollinea Lauro Laurentius *hic eſt,*
Phoebo digna canens Carmine & Hiſtoria.

Breuiarium vitae Pignorii, & Catalogus Operum ab illo editorum. Poſthaec reperiuntur index ſcriptorum, quae Pignorius inedita in MStis reliquit, & varia Clariſſ. Viror. de Pignorio iudicia collecta. Imagines denique Virorum Clarisſimor. Statuae, Numi, & ſupellex antiquaria, quam Pignorius, in Muſeo ſuo adſeruauit, deſcribitur. Catalogus codicum MStorum latinorum, graecorum linguisque vernaculis ſcriptorum, qui in bibliotheca Pignorii fuerunt, exhibetur, & opuſculo duobus epigrammatibus ſepulcralibus, altero a TOMASINO, altero a Dominico Molino, ipſi Pignorio poſitis finis imponitur. Conf. *Theſaur. Bibliothecalis* Tom. III. p. 165.

Bibliothecae Patauinae manuſcriptae publicae & priuatae, quibus diuerſi Scriptores hactenus incogniti recenſentur ac illuſtrantur, ſtudio & opera IAC. PHIL. TOMASINI, *Sac. Theol. Doct. Pat. & canonici ſecularis S. Georgii in Alga Venetiarum*; ad illuſtriſſ. & reuerendiſſ. D. Franciſcum Vitellium, Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, pro SS. D. N. Vrbano IIX. & ſede apoſtolica apud ſereniſſ. remp. Venetam nuntium. *Vtini typis Nicolai Schiratti* 1639. *Superiorum permiſſu* in 4. pp. 142, ſi praemiſſ. & indicem pp. 46. exceperis.

Vid. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. V. p. 265. Niceron l. cit. p. 166. qui vero errat cum librum *Patauii* prodiiſſe ſcribit.

IAC. PHIL. TOMASINI, Parnaſſus Euganeus, ſiue de Scriptoribus ac litteratis huius aevi claris. Accedit Index eorum qui elogia condidere ac de Scriptoribus diuerſis tractarunt, ad illuſtriſſimos Litterarum Patronos Petrum & Iacobum Puteanos fratres. *Patauii typis Sebaſtiani Sardi* 1647. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p 684. Philippus Labbé, teſte Nicerono l. cit. p. 168. in *Bibliotheca Bibliothecarum*, hunc librum erroribus adeo deformatum eſſe ſcribit, vt vix quatuor virorum clarorum inueniantur nomina, quae non corrupta ſint aut mutilata.

IACOBI PHILIPPI TOMASINI, Petrarcha rediuiuus, integram poetae celeberrimi vitam, iconibus aere caelatis exhibens. Acceſſit nobiliſſimae foeminae Laurae breuis hiſtoria. Editio altera correcta & aucta, cui addita poetae vita, Paullo Vergerio, Anonymo, Ianozzo Manetto, Leonardo Aretino, & Ludovico Beccadello autoribus. Item V. C. Fortunii Liceti ad epiſtolam TOMASINI de Petrarchae cognominis orthographia reſponſum. *Patauii, apud Paull. Frambottum*, 1650. in 4.

Prima libri rari editio prodiit *Patauii, typis Liuii Paſquati & Iacobi Bortoli apud Paullum Frambottum* 1635. in 4. pp. 218. vid. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. V. p. 188. in ea vero omnia, quae e Vergerio, Anonymo, Manetto, Aretino, Bec-

Beccadello, in ſecunda adlata fuerunt, deſiderantur. Fortunii Liceti reſponſum inuenitur etiam in libro, cui Licetus titulum fecit: *De ſecundo-quaeſitis per Epiſtolas a Claris viris, ardua, varia, pulchra, & nobilia quaeque petentibus, in medicina, philoſophia, matheſi, & alio quouis eruditionum genere Reſponſa. Vtini* 1646. in 4. pp. 237. Demonſtrat in iſto Reſponſo Licetus nomen Petrarchae, non Petrarca, vt Itali ſolent, eſſe ſcribendum.

IAC. PHIL. TOMASINI, Annales Canonicorum Secularium S. Georgii in Alga. *Vtini typis Nicolai Schiratti* 1642. in 4.

Quemadmodum e Niceron l. cit. p. 166. & *Bibliotheca Telleriana* p. 251. intelligimus, liber non 1647. vt errore typothetae in Cl. Vogtii *Catalogo* p. 685. legimus, ſed 1642. prodiit.

Gymnaſium Patauinum IACOBI PHILIPPI TOMASINI, *Epiſcopi Aemonienſis*, libris V. comprehenſum. Primus de Gymnaſii origine, incremento, decremento, confirmatione, aedificiis: de Vniuerſitatibus ſtudioſorum, eorum priuilegiis, honoribus, miniſtris: de profeſſoribus, cathedris, collegiis caeteriſque ad veram totius Academiae rationem pertinentibus. Alter Profeſſores tum Iuris Pontificii, tum Ciuilis, a prima origine ad noſtra tempora enumerat. Tertius Profeſſores Theologiae, Sacri Codicis, Philoſophiae Naturalis, Moralis, Metaphyſicae, ac Medicinae, aliarumque artium recenſet. Quartus Gymnaſii hiſtoriam & memorabilia quaedam ad annos quingentos breuiter

Digitized by Google

ter perſequitur. Quintus Gymnaſii monumenta exhibet. *Vtini typis Nicolai Schiratti* 1654. in 4. pp. 376.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 685. Niceron l. cit. p 169. Nicol. Comnenus Papadopolus in *Hiſtoria Gymnaſii Patauini, Venet.* 1726. II. Tom. in fol. in praefatione, fuſiora quidem TOMASINVM tradidiſſe in hoc libro, ſcribit, ſed incerta, gratis propoſita, obſoleta, obſcura, ac plane perturbata, & ita rebus alienis immiſta, vt Patauinam potius, quam ſcholaſticam chronologiam contexere videatur. Gymnaſii Patauini, nec non Rectoris, Prorectoris, Sceptrorum, ſigillorum, theatri anatomici, & horti medici figurae, aere expreſſae in TOMASINI libro ob oculos ponuntur. Conf. Chriſtoph. Aug Heumanni *Bibliotheca Hiſtorica academica*, Herm Conringii *Antiquitat. Academicis* adiecta, p. 163 ſqq.

IACOBI PHILIPPI TOMASINI Titus Liuius Patauinus, dicatus illuſtriſſimo Dominico Molino; Sereniſſ. Reip. Venetae Senatori. *Patauii*, 1630. in 4.

Librum TOMASINI, vltimo loco hic poſitum, adeo rarum eſſe vix crediderimus, cum plures illius reperiantur editiones. Certe praeter illam, quam recudendam curauit Io. Gerardus Meuſchenius, a Cl. Vogtio l. cit. memoratam, nobis innotuit editio *Amſtelodamenſis ſumtibus Andreae Friſii*, vna cum TOMASINI, libro, *de teſſeris hoſpitalitatis* 1670. in 12 aucta & figuris aere expreſſis ornata, quam Niceron l.cit.p.164. per errorem, in 4. eſſe euulgatam ſcribit. Inuenitur etiam inſertus liber, *Faſtis Romanorum Liuianis*, quos *cum Encomiaſtico Liuiano*, & *Coronide Liuiana, ſiue duplici hiſtoriae* Liuii *breuiario*, *e vitę hiſtorica*

Digitized by Google

ſtorica Chriſt. Gueinzii, & Deiorei Whear *Relectionibus biemalibus*, *repetito*, vulgauit Elias Conſtantinus Trewenſchroeder Ictus Gedanenſis, *Gedani* 1675 in 4. In ſplendidiſſima editione Liuii, quam haud ita pridem in lucem emiſit Arnoldus Drakenborch *Lugd. Bat.* & *Amſtelod.* 1738-1746. VII. Tom in 4. inuenitur Tom VII. p. 4 ſqq. Quale vero pretium TOMASINI libello ſtatuendum ſit, adparebit e Godofred. Ephraim Mülleri verbis, quae reperiuntur in der *hiſtoriſch-critiſchen Einleitung zu nöthiger Kenntniſſ und nützlichen Gebrauche der alten lateiniſchen Schriftſteller* Tom. III. p. 107. vbi ait: *Eſt iſt ein kleines, aber auch ſeichtes und ungründliches Büchlein, und ſiehet einer ſophiſtiſchen Declamation ähnlicher, als einer Lebensbeſchreibung.* TOMASIN *giebt ſich nicht die Mühe, die Quellen ſeiner Erzälungen anzuzeigen; ſondern alles beſteht in groszen und romanhaften Worten.*

M. ANTONII TORQVATI, *Medici & Aſtrologi Ferrarienſis*, Prognoſticon de euerſione Europae, ad Matthiam Hungariae Regem ab an. 1470. ad ann. 1538. *Antw. ex officina M. Nutii* 1552. in 8.

Extat quoque libri, quem a raritate commendauit Gerdeſius in *Florileg.* p. 280. editio *Antuerp.* 1544. in 8. Marquardus Freherus illum inſeruit Tom. II. *Scriptor. rer. Germ.* p. 383 ſqq. edit Struuianae. Ea quae in TORQVATI *prognoſtico* ad regni Turcici Cataſtrophen pertinent, inſeruit Ioannes Leunclauius L. XIIX. *Hiſt. Muſelmannicae*, *Francof.* 1591. in fol. Dauid. Herlizius dem *Aſtronomiſchen Schreiben von des ietzigen türckiſchen Reichs Vntergang und endtlicher Zerſtörung*, cuius titulum integrum vid. ſupra p. 442. Qua vero ratione TORQVATVS hac ſua praedictione Hungaris magnam adtulerit calamita-

mitatem expoſuit P. Baile dans le *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2760.

ORAZIO TOSCANELLA, Gioie Iſtoriche aggiunte alla prima, e ſeconda parte delle vite di Plutarco. *In Venezia per il Giolito* 1567. in 4. Tom. I. pp. 268. Tom. II. pp. 122. ſenza contarvi le tavole &c.

Lengletus du Fresnoy Tom. I. des *Tablettes chronologiques* p. CXC. eſſe ait *un Ouvrage eſtimé, & qui eſt aſſez rare.* Conf. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 8. vbi haec legimus. *E' Opera belliſſima, utiliſſima, e ben diſpoſta; ma non tutt' affatto eſatta, per gli errori conſiderabili che vi occorono; vi è però tanto di buono, che baſta in parte a coprire i difetti, che vi ſono.* De aliis HORATII TOSCANELLAE ſeu TVSCANELLAE ſcriptis, vid. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 304.

TRACTATVS TRACTATVVM, ſiue Oceanus vniuerſi iuris, Duce & auſpice Gregorio XIII. Pont. Max. in vnum congeſtus. Additis quam plurimis nunquam antea editis, hac * nota deſignatis. XIIX. Materias, XXV. Voluminibus complectentes. *Venetiis, ex officin. Io. Baptiſt. Ziletti* 1584. XXV. Tom. in fol. reg.

Luculentam nuper operis rariſſimi dedit deſcriptionem Carolus Ferdinandus Hommel, in *Continuat. Notitiae Auctorum iuridicorum*, quam olim in lucem emiſit Georgius Beyerus, Part. I. *Indices duo Autorum &* TRACTATVVM *vniuerſi iuris, duce & auſpice* Gregorio XIII. *Pont. Max. in vnum congeſtorum. XIIX. Materias XXV. voluminibus comprehendentium,* prodierunt *Spirae apud Bernardinum Albinum* 1586.

Digitized by Google

1586. in 16. Chriſtianus poſtea Woldenbergius, Crempa-Hols. Phil. I. V. D. Decretal. P. P. Ducal. Conſiſt. Aſſeſſ. Acad. Ienens. tunc temporis Decanus & Com. Pal. Caes. *in vſum iura diſcentium & docentium iterum procurauit Indices tres Auctorum &* TRACTATVVM *vniuerſi iuris, Duce, & auſpice* Gregorio XIII. *Pontifice Maximo in vnum congeſtorum XIIX. Materias, XXV. Voluminibus comprehendentium. Ienae litteris Samuel. Adolph. Mülleri* 1679. in 12. pp. 255.

THEODOSII TREBELLII, Promptuarium vniuerſae linguae latinae. *Baſil. apud Io. Oporinum, & Robert. Winter* 1542. & 1545. II. Tom. in fol.

His librum annis prodiiſſe, teſtes habemus *Catalogum Biblioth. Bodleianae* Tom. II. p. 209. *Catalog. Biblioth. Hulſianae* Tom. I. p. 301. Ios. Simleri *Bibliothecam* p. 653. Io. Georg. Walchii *Hiſtor. Critic. lat. linguae* p. 342. edit. recentiſſ. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. III. p. 385. Io. Frider. Noltenii *Lexicon latinae linguae antibarbarum* col. 1933. qui & *Pariſienſem* editionem anni 1545. adfert; Eam vero nec non editionem anni 1540. quam Cl. Vogtius p. 688. adtulit, nulla ratione inuenire potuimus.

D. IO. PHILIPP. TREIBERS, Kunſt wieder die in Glaubenslehren zu weit gehende Vernunft, aus der Vernunft zu diſputiren, oder die mit der Vernunft gefangen genommne Vernunft. Erſter bis vierdter Monat. *Langenſalze* 1704. in fol. pp. 48.

Satis exacta libri publica auctoritate ſuppreſſi, invenitur recenſio in *Nou-antiquis* an. 1705. p. 56-66.

66. Auctor facultatis primum Ienenſis philoſophicae Adiunctus fuit, deinde vero Doctor Iuris factus eſt.

EMANVEL. TREMELLII, Catechismus Hebraicus. *Anno 1554. apud Robertum Stephanum* in 12.

Eſt hic Ioann. Caluini *Catechismus*, quem EM. TREMELLIVS in hebraicam linguam tranſtulit. Vid. Iaques Lenfant *Diſcours ſur les catechismes, ſur les formulaires & ſur les Confeſſions de foy.* p. 102. qui adiectus conſpicitur eiusdem *l'innocence du Catechisme de Heidelberg demontrée contre deux libelles d'un Ieſuite du Palatinat. à Amſterd.* 1723. in 8. In *Catalog. Biblioth. Bodleianae* P. II. p. 210. inuenitur EM TREMELLII *Catechismus hebraice & graece Paris.* 1551. in 8. Si eiusmodi editio extat, graeca verſio ſine dubio Henrici Stephani eſt, quem *Catechiſmum* Calvinianum tranſtuliſſe idem Iaques Lenfant l. cit. teſtatur. Seorſum vero graecam H. Stephani prodiiſſe verſionem 1551. *apud Robert. Stephanum* in 12. nec non 1563. *apud Henr. Stephanum Hulderici Fuggeri typographum* in 12. teſtem habemus Michael. Maittairium in *Annal Typogr.* Tom. II. p. 599. *ibid.* p. 729. Vid. de EMAN. TREMELLIO natione Italo, Ferrarienſi, Chriſtiano e Iudaeo facto, Paull. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* p. 248. Melch. Adami vitae *Theologorum exterorum* p. 71 ſqq. Obiit in Academia Sedanenſi linguae Hebraicae Profeſſor, anno 1580. Iacobus le Long Tom. II. *Biblioth. ſacr.* p. 993. illum ex Iudaeo Chriſtianum Caluiniſtam, & iterum Iudaeum factum eſſe ſcribit, quod nos apud neminem legiſſe profitemur.

THOMAE TRETERI, de Epiſcopatu & Epiſcopis eccleſiae Varmienſis, opus poſthumum, cura

ra Matthiae a Lubmierz Treteri. *Cracouiae typis Fr. Caeſarii*, 1685. in fol.

Liber, vt omnes THOMAE TRETERI, in ipſa Polonia rarus. Eſt vero idem TH. TRETERVS, cuius iam ſupra fecimus mentionem, cum p. 539. Ioannis Longini *vitas Epiſcoporum Poſnanienſium* recenſeremus, ab illo editas. Vitam illius breuibus expoſuerunt Simon Starouolſcius in *Elogiis & vitis Scriptorum Poloniae illuſtrium* p. 66 ſqq. Dauid. Braunius in *Catalogo & iudicio de Scriptorum Poloniae & Pruſſiae, in Bibliotheca ſua, collectorum, virtutibus & vitiis* p. 115. & 257. Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 95 ſqq.

PATRICII TRICASSI, *Cera-Sarienſis Mantuani*, Enarratio principiorum Chiromantiae. Ex qua facillime patere poſſunt omnes ſignificationes quorumcunque ſignorum Chiromanticorum. Eiusd. opus Chiromanticum abſolutiſſimum. Item Chiromantia incerti autoris. Omnia opera Balduini Ronſſei Gandauenſis, in lucem edita, cum eiusdem in Chiromanticen breui Iſagoge. *Norimbergae* 1560. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 689. Iam anno 1525. prodierunt TRICASSI Cera-Sarienſis Mantuani. *Super Chyromantiam* Coclytis *Dillucidationes praeclariſſimae. Ad illuſtriſſimum Dominum* D. Foedericum Gonzagha. *Mantuae Marchionem. Cum Gratia Venetiis impreſſe per Dñam Heliſabeth de Ruſchonibus. Regnante Inclito Principe.* Andrea Gritti. in 8. Vid. *Theſaurus Bibliothecalis* Tom. IIII. p. 218. In Nicolai Franciſci Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* reperitur p. 261. *Expoſizione del* TRICASSO *ſopra il* Cocle, *In Venezia* 1531. in 8. item TRICASSO

Ceraſari *epitoma Chyromantico. In Venezia* 1538. in 8. Conf. *Bibliothecae Hulſianae Catalogus* P. III. p. 281. Gallica verſio hoc extat titulo: PATRICE TRICASSE *Chiromance, traduite de l' Italien en language françois, à Paris* 1552. in 8. cum fig. Antiquior editio *à Paris* 1546. memoratur in *Bibliothecae Bodleianae Catalogo* P. II. p. 210.

GIOVANNI GIORGIO TRISSINO, l'Italia liberata da Goti, Parte *in Roma per Valerio e Luigi Dorici il* 1547 e parte *in Venezia per Tolomeo Gianicolo il* 1548. in 8. Libri XXVII. Volumi III. in 8.

Num editio libri *Paris.* 1729. in 4. vt Cl. Vogtius p. 690. ſcribit, extet, nos ignorare fatemur, id vero pro certo adfirmare non dubitamus, quod Abbas Antonini illum librum *Paris.* 1729. III. Vol. in 8. ediderit. Manibus enim illam editionem verſare nobis licuit. Omnium vero ſplendidiſſima eſt editio, quae cum reliquis IOANN. GEORG. TRISSINO *Operibus* a Scipione Marchione Maffei *Veronae* 1729. II. Tom. in fol. euulgata fuit. Nonnihil de laude, qua poema illud Ian. Vincent. Gravina, in libro *della ragione poetica, In Napoli* 1714. in 8. ornauerat, nuper detraxit vir quidam in Helvetia doctiſſimus, qui poema ſub cenſuram vocavit in den *neuen critiſchen Briefen*, quae prodierunt *Zürich* 1749. in 8. p. 222 ſqq. Conf. *Eſſay ſur la Poeſie Epique* de Mr. de Voltaire Chap. V. dans ſes *Oeuvres* Tom. I. p. 325 ſqq. *de l'edition de Dresde.* Plura de TRISSINO, eiusque Operibus vid. dans les *Memoires* de Niceron Tom. XXVIIII. p. 105 ſqq. nella *Galleria di' Minerva* Tom. I. p. 1 ſqq.

Sermones & exhortationes ad monachos IOANNIS TRITEMII, *abbatis Spanheimenſis;*

poſtea

poſtea Herbipolenſis. Quorum ſermonum duo ſunt libri: primus vocatur Omeliarum, ſecundus Sermonum.

Ottomari Luſcinii Argentini in homilias IOANNIS TRITEMII ad monachos Decaſtichon.

Si cui non ſatis placidas ſectarier aequi
Leges Chriſte *tuas: ni referat monachos:*
Serapion: Paulus: *callemque* Antonius *olim*
Praetentat: ſalebris qui riget innumeris:
Aſpera vt excruciet corpus monſtrare lacerna
Nititur: & plumam non ſinit eſſe toro:
Vt pellant animi tumidum ieiunia faſtum:
Membra breuis foueat ſemiſopita quies:
Haec taciti factis docuere: ſed aptior illis
TRITEMIVS: *lingua qui valet atque manu.*

in folio, folior 74.

Editio libri oppido rara, & ſine dubio omnium prima. Valentin. Erneſt. Loeſcherus quidem in *Stromat.* p. 247. ex Caueo p. 170. Michael Maittaire in *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 477. Niceron dans les *Memoires* Tom. XXXIIX. p. 220. Io. Alb. Fabricius in *Bibliotb. med. & inf. Lat.* L. VIIII. p. 960. & alii, quos memorat Maittaire l. cit. plures, editionem huius libri adducunt *Argentinenſem* 1486. in fol. Sed eiusmodi editionem nusquam inueniri, certiſſime nobis perſuademus. Sine dubio, illi, qui eiusmodi editionem adtulerunt, re haud ſatis adcurate conſiderata, ab iis, quae editioni noſtrae ſubſcripta ſunt, in eam adducti fuerunt opinionem. Haec enim primae parti fol. LIIX. verba adpoſita conſpiciuntur: *Libri primi exhortationum ad*

Digitized by Google

monachos finis adeſt manu mei propria. IOANNIS TRITEMII Abbatis Spanhemenſis *ſcripti. VIIII. die menſis Iunii. Anno Chriſtianorum. Milleſimo Quadringenteſimo LXXXVI. Indictione quarta. Anno etatis mee. XXXIII. Hoc opus dicaui anteceſſori meo nunc* abbati Selgenſtatenſi (Ioanni de Colenhauſen abbati monaſterii Sanctorum Marcellini & Petri martyrum in Selgenſtat.) *chariſſimo.* In fine autem Libri ſecundi haec leguntur: *Finis libri exhortationum ſecundi ad monachos* IOANNIS TRITEMII Abbatis. *prima die Septembris M.CCCC. LXXXVI.* Ita vero tempus deſignari, quo a TRITHEMIO operi vltima manus impoſita fuit, in propatulo eſt. Impreſſionis autem tempus, verba infra ſcripta, ob oculos ponunt: *Impreſſi ſunt hi duo libri Argentine per Ioannem Knoblouch Calchographum. Impenſis Ioannis Haſelbergers de Augia Conſtantienſis diroceſis Anno dni M. D. XVI. die vero XXV. menſis Auguſti.* Confirmare etiam noſtram ſententiam videntur verba priuilegii a Maximiliano Rom. Imperatore, TRITEMIO conceſſi, quae haec ſunt: Maximilianus *diuina fauente clementia electus Romanor. Imperator — Honorabili deuoto nobis dilecto* IOANNI TRITEMIO Abbati Sancti Iacobi maioris Herbipolenſis *graciam caeſaream: & omne bonum. Quum te varias tam veterum quam nouorum authorum editiones non ſine magno labore: vigiliis: & diligentia collectas: compoſuiſſe humiliter nobis expoſueris: quas in lucem edendas: tota mente deſiderares: atque huiuscemodi rei miniſtrum: noſter & Sa. Ro. Imperii dilectus:* magiſter Ioannes Haſelberg de Conſtantia *ſe futurum paratiſſimo animo obtulerit: formasque idcirco quibus prenominata opera imprimere valeat: magnis impenſis comparauerit: Nos itaque predicti* Magiſtri Ioannis *indemnitati tuique honoris ornamento conſultum iri cupientes: ne opera tua magnis a te laboribus & vigiliis compoſita veluti rubigine obducta latitent: ſed potius indies magis luceſcant. Ideo prenominato* Magiſtro

Io-

Ioanni Haſelberg de Conſtantia: *plenam facultatem: & omnimodam auctoritatem dedimus & conceſſimus: quemadmodum tenore preſentium damus & concedimus. Decernentes vt ipſe quidquid per te prenominatum* TRITEMIVM Abbatem ſancti Iacobi Maioris Herbipolenſis *tractatuum & opuſculorum editum: & per Honorabilem fidelem nobis dilectum* Conradum Peutinger doctorem & Conſiliarum *noſtrum: reviſum & admiſſum fuerit: Imprimere impreſſumque vendere ad quemcunque libitum ſuum vbicunque valeat.* — *Date* (litterae) *in opido noſtro* Inſprug *die decima menſis Nouembris Anno dñi M. D. XIIII.* &c. Nonnulla ex hac editione excerpta dedit I. G. Schellhornius in *Amoenitat. litterar.* Tom. VII. p. 282 ſqq. Editiones recentiores commemorat I. A. Fabricius l. cit. & Niceron l. cit. Ioannes Buſaeus e Societate Ieſu, librum inſeruit *Spiritualibus* IO TRITHEMII *Operibus, quotquot reperiri potuerunt in vnum volumen redactis. Moguntiae apud Io. Albinum* 1604. in fol.

La Polygraphie, & univerſelle écriture Cabaliſtique de IEAN TRITHEME, diviſée en cinq livres. Avec la Clavicule & interpretation ſur le contenu en iceux, esquels ſous diverſités de figures, enigmes, emblemes, mots mythologiques & hors d'uſage, Alphabets, & caractéres ſouvent réiterez & repetez, giſt la totale intelligence, non ſeulement de cette cabale & ſcience d'occulte écriture, mais auſſi l' intelligence, & l'univerſelle connoiſſance, de maintes autres ſciences, tant connuës que occultes. Traduite du latin par Gabriel de Collange, natif de Tours en Auvergne, *à Paris, chez Iaques Kerver.* 1561. in 4. fol. 296.

Digitized by Google

Recuſus liber fuit, I. A. Fabricio incognitus, quem Samuel Engel in *Bibliotheca ſelectiſſima* p. 46. *opus rariſſimum* vocat, *quod haud ita pridem in Belgio pro 30. fl. venditum ſit*, *Pariſiis* 1625. in 4. Plagium commiſit Dominicus de Hottinga, Friſo, qui, reiectis quae in Gabriel. de Collange editionibus, inueniuntur, epiſtolis, librum denuo in lucem protruſit ſuo nomine inſignitum, hoc titulo: *Polygraphie, & univerſelle écriture cabaliſtique, contenant cinq livres. Avec les tables & les figures concernant l'effet & l'intelligence de l'occulte ecriture. Par* Dominique de Hottinga, Friſon, *I. C. Emden* 1620. in 4. pp. 388. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXXIIX. p. 227 ſqq. Tom. XXXX. p. 293.

RVGGERII TRITONII, Vita Vincentii Laurei S. R. E. Cardinalis. *Bononiae, apud Io. Roſſi* 1599. in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 691. Librum in 4. prodiiſſe, diſcimus e *Catalogo Biblioth. Tellerianae* p. 248. & 430. ex Auberti Miraei *Scriptoribus Seculi XVI.* p. 244. edit. I. A. Fabricii. RVGGER. TRITONIVS Abbas fuit Pinaroli.

Magiſtri NICODEMI TVRLVPINI DE TVRLVPINIS, Antichoppinus, ſeu epiſtola congratulatoria ad Renatum Choppinum de Choppinis, ſanctae vnionis Hiſpan-italo-gallicae Aduocatum incomparabiliſſimum in ſuprema curia Parlamenti Pariſius, data Turonis d. 27. Auguſti 1592. anno a Liga nata VII. & ſecundum alios XV. calculo Gregoriano. 1592. in 4. it. *Carnuti* 1592. in 8.

Inuenitur haec epiſtola, ſtilo macaronico conſcripta, in collectione cui hic praefixus eſt titulus: Ger.

Ger. Busdragi *Lectura ſuper Canone de Conſecr. Diſt. III. de Aqua benedicta*; NICOD. TVRLVPINI *Anti-Choppinus*; M. Bened. Paſſauantii *Epiſtola reſponſiua ad commiſſionem ſibi datam a venerabili* D. Petro Lyſeto, &c. Matagonis de Matagonibus *Monitoriale aduerſus Italo-galliam* &c. & *Strigilis* Papir. Maſſoni, *Williorbani*. 1593. in 8. Auctor illius cenſetur Ioannes Hottomannus Dominus de Villiers. Oppoſuit illam Renati Choppini *Orationi gratulatoriae de pontificio* Gregorii XIIII. *ad Gallos diplomate Senatus-Conſultis Pariſienſibus a Criticorum notis vindicato. Paris*. 1591. in 4. Vid. *Dictionaire* de M. Baile Tom. II. p. 1517. Adrien Baillet *Satyres perſonnelles & de celles qui portent le titre d' Anti*. Tom. II. p. 118. 119 ſqq. Eiusd. *Catalogue des Auteurs deguiſez* p. 608. Niceron *Memoires* Tom. XXXIIII. p. 167.

ADRIANI TVRNEBI, de methodo libellus. *Pariſiis*, 1608. in 8.

Vid. Cl. Vogtius p. 692. Neque Niceron dans les *Memoires* Tom XXXVIIII. neque Michael. Maittaire, neque alii, qui vitam ADRIANI TVRNEBI expoſuerunt iſtius editionis iniecerunt mentionem. Prodiit vero cum duobus aliis TVRNEBI libellis, hoc titulo: ADRIANI TVRNEBI *libelli, de vino, calore, & methodo, nunc primum editi. Acceſſit verſio libri* Ariſtotelis *de his quae auditu percipiuntur. Paris. apud Niuellium* 1600. in 8. vid. Niceron l. cit. p. 347. *Catalogus vniuerſalis pro nundinis Francofurtenſibus vernalibus anni* 1600. In ADRIANI TVRNEBI autem *Operibus, quae ex bibliotheca* Stephani ADRIANI F. TVRNEBI Senatoris regii, *in vnum collecta, emendata, aucta & tributa in Tomos III. additis ſingulis Tomis ſingulis indicibus rerum & verborum locupletiſſimis, cum gratia & priuilegio Imperatorio* &c. prodierunt *Argentorati ſumtibus Lazari*

Zetzneri 1600. in fol. hic *de Methodo* libellus primum in Tomo III. occupat locum.

V.

IOANNIS FOY VAILLANT, Numiſmata Imperatorum praeſtantiora, & Iulio Caeſare ad Poſthumum vsque & tyrannos. *Pariſiis* 1694. II. Tom. in 4.

Prima editio prodiit *Paris.* anno 1674. in 4. Haec noſtra ſecunda eſt, quae, etſi recentior editio *Pariſienſis*, quae etiam in Belgio recuſa fuit extet, ab eiusmodi rerum aeſtimatoribus ſtudioſe exquiritur. In *Pariſienſi* enim tertia, multa omiſſa ſunt, quae in ea, a nobis adducta reperiuntur. Poſterior editio Belgica plurimis typothetarum vitiis deformata eſt. Vid. Niceron Tom. III. p. 287 ſqq. His vero noſtris temporibus omnium optima cenſetur editio, cuius Tomus I. hoc titulo: IO. VAILLANT *Numiſmata Romanorum Imperatorum praeſtantiora*, a Iul. Caeſare *ad* Poſthumum *vsque*, *cui acceſſit Appendix a* Poſthumo *ad* Conſtantinum Magnum, Tom II. *Numiſmata Imperatorum Romanorum praeſtantiora*, *a* Iul. Caeſare *ad* Tyrannos *vsque*; *de aureis & argenteis plurimis rariſſimis numis*, *eorumque Interpretationibus aucta*, Tom. III. ſiue *Appendix Numiſmatum aureorum & argenteorum*, *a* Cornelia Supera *ad* Conſtantinum M. *vsque*, *& Series numiſmatum maximi moduli a* Iulio Caeſare *ad* Io. Palaeologum, *plurimis maximi moduli numiſmatibus aucta*. *Romae* 1743. in 4. in lucem prodiit. Conf. de meritis in rem numiſmaticam IOANNIS FOY VAILLANT, qui Italiam peragraſſe duodecies, ipſam Siciliam Graeciamque adiiſſe, dicitur, incredibili, genuina conquirendi numiſmata, ardore concitatus, *Acta Eruditor. Lipſ.* ann. 1695. p. 186 ſqq.

An-

Anſelm. Bandurii *Bibliotheca numaria* p. LXXIII. *edit. Pariſienſis.* quae praemittitur eiusd. Banduri *Numismatibus Imperatorum Romanor.* a Traiano Decio *ad* Palaeologos Auguſtos. *Paris.* 1718. II. Tom. in fol. Niceron l. cit.

PETRI VALENTIS, *Regii graecae linguae Profeſſoris*, Telemachus, ſiue de profectu in virtute & ſapientia, ad ſereniſſ. D. D. Henricum Borbonium, Principem Condaeum, Primum Regii Sanguinis Principem, Primumque Galliarum Parem. *Pariſiis ex Typographia Ioannis Liberti*, 1609. in 8. pp. 58.

Libellum, de cuius raritate vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 69. non adeo magni eſſe momenti, e Niceroni colligimus verbis, qui Tom. XXXVI. p. 381. de eo ſcribit: *C'eſt un Recueil de Diſcours recités par ſes Ecoliers, au nom de* Telemaque, *ou d'autres perſonnes, qui ont part à ſon hiſtoire, avec quelques vers ſur le même Sujet.* Quod vero PETRI VALENTIS opuſcula, quorum catalogum Niceron l. cit exhibet, hodie rariſſime inueniuntur, cauſſa ſine dubio eſt, quoniam omnia paucis tantum conſtant plagulis, quae hominum oculis facile ſe ſubducere ſolent.

VALERII MAXIMI Factorum & dictorum memorabilium. Ad Tiberium Ceſarem. Liber. *Editio antiquiſſima*, in fol. minor. folior. 159.

Quod nos quidem ſciamus, a nemine hucusque antiquiſſima & rariſſima illa editio memorata fuit. Quo tempore & quo loco illa prodierit, pro certo adfirmare non ſuſtinemus, neque enim anni, neque loci,

Digitized by Google

ci, neque typographi extat indicium. A non nemine, qui ea aetate, quo liber prodiit vixiſſe videtur, haec calamo adſcripta legimus: VALERII MAXIMI *factorum & dictorum memorabilium liber deſinit nonus. In epithoma decimi libri.* Caii Titi Probi *praefatio incipit. Preſens* VALERII MAXIMI *Opus preclariſſimum: in nobili vrbe, Argentina Reni, terminatum! anno M. CCCC. LXX. XVIII. Kalendis iulii. per virum quendam egregium impreſſorie artis maijſtrum! faeliciter eſt conſummatum.* Quibus verbis pro ſuo quisque arbitrio, vel addere, vel demere fidem poterit. Littera initialis, per omnem codicem, litteris gothicis rudioribus impreſſum, typis expreſſa, conſpicitur nulla, ſed omnes minio, & caeruleo colore, cui nonnunquam aurum internitet, adpictae ſunt. Praeter punctum & colon non aliud, locum habet, diſtinctionis ſignum. Scribendi tamen compendia, id quod miramur, parca admodum manu diſtributa conſpiciuntur. Quod vero ad ipſum codicem adtinet, ille permultis locis, ab editionibus hodiernis diſcedit. Ita enim capite ſtatim I. legitur: *Maiores ſtatutas ſollempnesque cerimonias pontificum* &c. pro quibus Abraham. Torrenius legit in editione VALERII MAX. quam cum notis variorum in lucem emiſit *Leidae* 1726. in 4. *Maiores noſtri ſtatas ſolennesque caerimonias pontificum* &c. Pag. 36. edit. Abrah. Torrenii Capite legimus eodem: *In quam ne incideret* Timaſitheus, Liparithanorum princeps, *conſilio ſibi pariter, atque vniuerſae patriae, vtili prouidit exemplo. Excepta namque in freto, a ciuibus ſuis piraticam exercentibus, magni ponderis aurea cratera, incitatoque ad eam partiendam populo, vt comperit a Romanis* Pythio Apollini *decimarum nomine dicatam manibus venundantium ereptam Deo* Delphos *perferendam curauit.* Haec in noſtro codice fol. 4. ita leguntur: *In quam ne incideret* Timaſitheus. Liparitanorum princeps. *conſilio ſibi aliter atque vniuerſe Patrie vtili prouidit exemplo. Excepta*

Digitized by Google

cepta nanque in freto a ciuibus ſuis piraticam exercentibus magni ponderis aurea crathera. quam romani phicio Apollini *decimarum nomine dicauerant. incitato ad eam parciendam populo vt comperit manibus vemundancium ereptam eam* delphos *perferendam curavit.* Eiusmodi autem mutationes & lectiones variantes permultae occurrunt. Ea, quae in recentioribus editionibus hunc locum ſequuntur, a verbis *Mileſia Ceres*, ad verba vſque: *Deiotaro vero regi*, &c, quaeque illa ſunt, de quibus adeo ſibi gratulatus fuit Aldus, vt in frontiſpicio ſuae editionis ſcriberet: *Exempla quatuor & viginti, nuper inuenta ante Caput de ominibus*, & quae in praefatione ad Cuſpinianum, a quo Codicem MS. qui iſta habuit, acceperat, *omnibus in Italia* VALERII MAX. *exemplaribus tam impreſſis, quam MS. defuiſſe* ſcripſit, in noſtro codice etiam deſiderantur. Manu autem adſcripta, & charactere quidem ſatis vetuſto comparent. Vid. quae de his quatuor & viginti exemplis diſputauit Io. Vorſtius in ſua VALER. MAX. editione ad h. l. Eadem, quam diximus, manu haec quoque adſcripta leguntur, in calce codicis: *Decimus huius operis liber, qui & vltimus eſt vel ex negligentia aut maliuolentia librariorum deperiit. abbreuiator vero titulos eius habebat integros fortaſſis. tamen de vno tantum hoc eſt de praenomine epithoma repraeſentabat. Decimi libri* Caij Titi Probi. *de praenomine epithoma incipit.* Varro *ſimplicia in Italia fuiſſe nomina ait* &c. Vid. de hoc epitomes fragmento Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina* L. II. c. V. p. 332 ſqq. Io. Nicol. Funccii *de imminenti Latinae Linguae Senectute Tractat.* Cap. VIIII. §. XIIII. p. 495 ſqq. Stephani Pighii *Praefatio Epitomae de nominibus praefixa*, in Abraham Torrenii editione p. 874 ſqq. Epitomen decimi libri, in codice noſtro excipit *Tabula ſiue Regiſtrum nouem librorum* VALERII MAX. MStum. folior. 5.

VALE-

VALERIVS MAXIMVS. de factis & dictis memorabilibus. in fol. folior. 126.

Et haec quoque editio rara Io. Alb. Fabricio incognita fuit. In illius legitur fine: VALERII MAXIMI! *Factorum & Dictorum memorabilium opus praeclariſſimum! Liptzk terminatum! Anno Chriſtiane ſalutis Milleſimoquingenteſimo primo* (1501)! *decimo Kalendas menſis Nouembris! per Baccalarium Martinum Herbipolenſem feliciter eſt conſummatum.* His verbis typographus ſua adpoſuit ſcuta. Nonnullis in locis haec editio, a priore quam adduximus diſcrepat, nonnullis vero eius lectionem adcuratiſſime exprimit. Caput primum hac ratione inchoatur. *Maiores, ſtatas ſolennes & cerimonias Pontificum* &c. Locum de Timaſitheo ita inuenimus: *In quam ne in ideret* Timaſitheus Liparitanorum princeps *conſilio ſibi aliter, atque vniuerſe patrie vtili prouidit exemplo Excepta nanque in freto a ciuibus ſuis piraticam exercentibus magni ponderis aurea cratera! quam romani* phitio appolloni *decimarum nomine dicauerant incitato ad eam partiendam populo, vt comperit! eam* Delphos *perferendam curauit.* Particula illa, a verbis: *Mileſia Ceres*, ad verba vſque *Deiotaro vero regi*, ſuo inſerta iam conſpicitur loco. Satis igitur dilucide adparet, deceptum opinione fuiſſe Aldum, cum ſe omnium crederet primum, cui tam felici eſſe licuerit, vt VALERIVM MAX. ſuae reſtitueret integritati, & hanc particulam ſuo ins ereret loco. Quodſi enim ſubſcriptionem noſtri codicis Lipſiae anno 1501. factam, cum Aldi epiſtola ad Cuſpinianum, Venet. 1503. Calend. April. ſcripta, conferre voluerimus, ſtatim adparebit, Aldum praeter rem ſibi perſuaſiſſe, quod omnium primus hanc particulam, quam e Codice Vindobonenſi MS. deſcriptam, cum illo communicauerat Cuſpinianus, in lucem protulerit. Id quoque hic memorare licebit, haud ſatis adcurate in denen *Merk-*

Digitized by Google

würdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr. Tom. III. p. 116. dici, quod haec XXIIII. exempla, Factis & dictis Memorabilibus VALERII MAXIMI *paſſim* inſerta fuerint (*ſie ſind hin vnd wieder mit eingerücket worden.*) Omnia enim, vna & non interrupta ſerie collocata conſpiciuntur L. I. a verbis, vt iam diximus, Cap. I. *Mileſia Ceres*, ad finem vſque Cap. IIII. Noſtri codicis, neque a Michael. Maittairio in *Annal. typogr.* neque a Io. Henr. Leichio in *Annal. typogr. Lipſienſis* mentio facta conſpicitur.

VALERIVS. MAXIMVS. die. Geſchicht. d. römer. in fol. min. folior. 142.

Rariſſimae huius verſionis auctor eſt Henricus Mugelenſis, quod e libri colligitur initio, vbi fol. 2. haec legimus: *Als* VALERIVS MAXIMVS, *mit kurczen beſchnitnen worten Vnnd ſchwåren zu latein beſchriben hate die ſprich vnnd Cronica diſe wirdiger gedechtnus ſeind der Römer Perſen Meden Kriechen Affren vnd ander land zu ern vnnd zu lobe Tyberius dem Keyſer alſo hab ich* Heinrich von Muglein geſeſſen bey der Elbe in dem land Meyſſen *dieſelben ſprüche vnd Cronicken bedeütt in teütſcher Zungen* bey Keiſer Karels zeiten, *des wirdigen* nach Chriſti gepurt tauſent jar dreu hundertt jar vnd in dem neünundſechczigeſten jar. *Die durch jr grosz ſchwåre maiſterſchefft mer geteütſchte hat, vnd hab den text geklåret vnd geprait vnd geleütert durch gröſſer verſtåntnusz So ich beszt mocht zu eren vnd wirden dem edlen getreüen weyſen herrn herrn* Hertneyden von Petaw in Steyren landtt geſeſſen bei der Tra, *geporn ausz hohen wüte, des eingeporn güt mych hat dar gewegen gerufft vnnd gereicht, daz icht vergeſſen werde der tücht der hochgepreiszten vnd årgerung der vngeteürten damit er lert die ſtraſſen der tugent vnd die weg der waren ſtat vnd werden. der man durch*

durch ir adel gepinszlet hat vnd entworffen hie ſteet mit goldes lobe. vnd mag erſterben nymmermer. vnd lert der argen ſteig vermeiden auch ſchwechen der namen durch jr aergernusz. Hieſteet gewaltte in reü ſchwach mit der ſchanden rues, vnd erſtirbt all ſtund. Diſe vorred disz büsz ſich zympt in diſen worten nach heidniſchen ſiten, wann des buchsz maiſter eyn heyden vnd ein ritter waz vor gott. Idem confirmatur fol. 139. in fine capitis. *Der maiſter beſchleüſſet ſein buch in der letszten hyſtori, mit dem Keiſer Iulio als es mit dem Keiſer Tiberio hat angefangen dem er das buch zu ern beſchriben hat. Alſo ſey es auch beſchloſſen mit dem getreüen weiſen vnnd hochgeporn herrn herren* Hertneiden von Pettaw *mit dem es der auszleger hat angefangen* Heinrich von Müglein *und zu ern geteütſcht. Amen.* Paraphraſin vero potius eſſe, quam verſionem auctor ipſe indicauit fol. 2. his verbis: *Du ſolt mercken das der auszleger disz buchs nit nachgeet eynem yecklichen wort ſunderlichen Sunder dem gemein ſynn.* &c. Liber excuſus eſt *Auguſtae Vindelicorum*, quod verba in fine codicis conſpicua produnt: *Hie endet ſich das regiſter vnnd buch* VALERIJ MAXIMI, *das do ſagt von der Römer geſchicht vnd thaten auch von jrem weſen vnd ordnung der Römiſchen regierung vaſt hüpſch zeleſen darbei gut vnderweiſung Getruckt in der loblichen Stat Augſpurg von Anthonio Sorg am montag nach Valentini. do man zalt nach Criſti gepurt. M. CCCC. vnd im. LXXXVIIII. Iar.* Qui plura de hac verſione vel ſi mauis paraphraſi ſcire cupit, adeat die *Beytraege zur critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache* P. XX. p. 553 ſqq. vbi pleniorem huius libri exhibuimus recenſionem.

HADRIANI VALESII, Geſta Francorum, ſeu rerum Francicarum Tomus I. a primordiis gentis, vſque ad Clotarii ſenioris mortem. *Pariſiis, apud Sebaſt. Cramoiſy* 1646. in. fol.

Tomus

Tomus II. a Clotarii ſenioris morte ad monarchiam Clotarii iunioris. *Paris.* 1658. in fol.

Tomus III. a Clotarii iunioris monarchia, ad Childerici deſtitutionem. *Paris.* 1658. in fol.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 694. vbi ſphalma irrepſit typographicum, cum Tomus II. 1548. impreſſ. dicitur. Id nonſolum liber a nobis inſpectus docuit, ſed Niceron etiam Tom. III. p. 218. & *Eloge de Mr.* DE VALOIS, quod praemiſſum legitur *Valeſianis* teſtatur. Tomo IIII. adiecta eſt *Diſceptatio de Baſilicis, quas primi Francorum reges condiderunt, an ab origine monachos habuerint*, quae ſeorſum quoque *Pariſiis* 1658. in 8. prodiit. Cauſſam, qua adductus fuit, vt illam conſcriberet, expoſitam conſpicimus dans *l' Eloge de Mr.* DE VALOIS l. cit. Aduerſarium nactus eſt Ioannem Launoium, qui edidit: *Iudicium de* HADRIANI VALESII *diſceptatione quae de Baſilicis inſcribitur. Paris.* 1658. in 8. & in *Operibus* Io. Launoii Tom II. Part. I. p. 723 ſqq. *Defenſionem diſceptationis de Baſilicis aduerſus* Io. Launoii *iudicium & de vetuſtioribus Baſilicis Lutetiae librum*, in lucem prodire iuſſit VALESIVS, *Paris.* 1660. in 8. Conf. Niceron l. cit. it. Tom. XXXII. p. 119. *Eloge de Mr.* DE VALOIS, l. cit. Mr. de Vigneul Marville Tom. I. des *Melanges d' hiſtoire, & de litterature* p. 162. edit. *Paris.* 1725. characterem HADRIANI VALESII, his verbis, inter alia expreſſit: *M.* VALOIS *qui a donné le* Notitia Gallorum *auroit pû rendre avec bien de la gloire ce ſervice à la Republique des lettres: mais cet Auteur qui étoit tres-capable, étoit auſſi tres-difficile. Il ſembloit qu'on lui arrachât les entrailles, quand on le prioit de produire quelque choſe de nouveau: Il falloit le laiſſer faire; Mr.* Colbert *Miniſtre d' Eſtat, le ſolicitant un jour, avec beaucoup d' honnêteté, de vouloir continuer ſon Hiſtoire de France en Latin, dont il avoit*

déja

Digitized by Google

déja donné quelques volumes; le bon homme tout effraïé, ſe retirant en arriere, comme ſi on avoit voulu l'aſſommer, s'écria: Eh! Monſieur, que me demandez-Vous à l'age où je ſuis: me demander ce penible travail, c'eſt me demander la vie.

LAVRENTII VALLENSIS, *Patricii Romani*, Hiſtoriarum Ferdinandi, Regis Aragoniae, Libri tres. *Romae* 1520. in 4.

Ob raritarem liber locum inuenit in Gerdeſii *Floril. Libr. rar.* p. 282. Praeter illam editio etiam extat *Pariſienſis*, quam *excudit Simon Colinaevs e regione Scholae decretorum habitans* 1521. *VII. Idus Auguſti* in 4. Praemittitur iſti editioni Petri Gillii, Albienſis, ad Rogerium Barmam Praeſidem Pariſienſem quartum Epiſtola, ſcripta Paris. 1521. X. Cal. Iulii. Paullo luculentius iſtam editionem deſcriptam inuenimus in den *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III p. 44 Memorant quidem nonnulli editionem libri *Paris*. 1521. in 4. *per Robert. Stephanum* impreſſam, ſed variis adducti cauſſis hanc editionem in dubium plane vocamus. Vix enim credibile eſt vno eodemque anno, & ex vna eademque officina typographica (Simon enim Colinaeus Roberti Stephani fuit vitricus) librum bis editum fuiſſe. Silentium praeterea Almeloucenii & Maittairii, qui librorum catalogum a Stephanis impreſſorum adtulerunt, ea de re nos dubitare iubet. Aliam editionem *Pariſienſem* 1528. in fol. nec non *Vratislauienſem* 1546. in 8. commemorant die *Merkwürdigkeit. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* l. cit. Reperitur etiam in Andreae Schotti *Hiſpania illuſtrata* Tom I. p. 727 ſqq. Recenſionem libri inuenies in *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. IIX. p. 49 ſqq. Conf. de LAVRENTIO VALLA Paull. Iouii *Elogia viror.* doctor. p. 36. vbi illum hoc opus, *eo ſtili charactere perſcripſiſſe*, ait,

vt eius minime videri poſſit, qui ceteris elegantiarum praecepta tradiderit. Gerard Io. Voſſius L. III. *de Hiſtor. latinis* p. m. 528. Ios. Simleri *Biblioth.* p. 447. Io. Trithemius *de Scriptor. Eccles.* Cap. DCCL. p. 173. edit. Fabric. Aubert. Miraeus in *Auctario* p. 92. edit. Fabric. Paull. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1427. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2790 ſqq. *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. VIIII. p. 96 ſqq. Tom. XI. p. 323 ſqq. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & inf. Lat.* L. XX. p. 787 ſqq.

Les ſaintes montagnes & collines d'Orval, & de Clairevaux, vive Repreſentation de la vie exemplaire & religieux Trespas de Reverend Pere en Dieu Dom Bernard de Montgaillard, Abbé de l' Abbaye d' Orval de l' Ordre de Ciſteaux au pays de Luxembourg, Predicateur ordinaire des leurs Altezes Sereniſſimes, ſur le modele de l' incomparable Sainct Bernard Abbé de Clairevaux, & du grand Legislateur Moyſe. Au jour & celebrité de ſes Exeques faictes ſolennellement trois jours durant, en l' Egliſe d' Orval le 10. 11. & 12. jours d' Octobre l' An. 1628. *Par Reverend Pere en Dieu Meſſire F.* ANDRÉ VALLADIER, *Docteur en Theologie, Conſeiller, Aumosnier, & Predicateur ordinaire du Roy tres-chreſtien, Abbé de l' Abbaye Royale de Sainct Arnoul de Metz de l' Ordre de St. Benoiſt. Imprimé à Luxembourg chez Hubert Reuland,* 1629. in 4. pp. 122.

Putauit quidem Iacobus le Long dans la *Bibliotheque hiſtorique de France*, monaſterii Oruallenſis l ane

eſſe deſcriptionem, ſed triplex elogium Abbatis Bernardi de Montgaillard, monachi Fulienſis (*des Feuillans*) eſſe, nos docent die *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 224. vbi etiam a raritate liber commendatur. Conf. de ANDREA VALLADIER, qui diem obiit an. 1638. aetatis anno LXIIX. Niceron *Memoires* Tom. XIIX. p. 157 ſqq. Tom. XX. pp. 114 ſqq.

SIMONIS VALLAMBERTI, *Hedui Avalonenſis*, Hiſtoria de vita & rebus geſtis Marci Tullii Ciceronis, M. filii. *Paris. in aedibus Simon. Colinaei* 1545. in 8.

Rarior quidem editio illa eſt *Pariſienſi apud Barthol. Macaeum* 1587. in 8. quam Cl. Vogtius p. 697. ob inſignem commendauit raritatem; ſed ex eo tempore libri raritas deſiit, quo Io. Alb. Fabricius illum cum Andreae Schotti e S. I. *Cicerone patre a calumniis vindicato*, *Hamburg.* 1729. in 8. pp. 183. excepta praefatione, epilogo, & indice interpretum Ciceronis edidit.

La Béatitude des Chrétiens, ou le Fleo de la Foy, par GEOFFROY VALLÉE *natif d'Orleans*, *fils de feu Geoffroy Vallée, & de Girarde le Berruyer.* Ausquels noms des Pere & Mere aſſemblez il s'y trouve *Lerre Geru vrey Fleo D. la Foy bygarrée.* Et au nom du fils: *Va Fleo regle Foy.* Aultrement: *Guerre la Fole Foy.* Heureux qui ſçait au ſçavoir repot. in 8. folior. 8.

Conf. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 695 ſqq. & ſcriptores ab illo cit. Quoniam vero pauciſſimi, qui de hoc rariſſimo ſed etiam ineptiſſimo libello

ex-

expoſuerunt, librum ipſum ante oculos poſitum habuerunt, euenit ſane, vt tot diuerſae de illo reperirentur narrationes. Sunt, qui librum hoc titulo: *Ars nihil credendi*, latina lingua conſcriptum exiſtimant. Inter illos eſt Ioan. Maldonatus, qui in *Commentar. in IIII. Euangeliſtas*, & quidem ad Cap. XXVI. Matthaei, GODOFREDVM VALLÉE *de arte nihil credendi* ſcripſiſſe perhibet. Sed cum Maldonatus, librum ſuum latina conſcripſit lingua, titulum quoque libri latinis exprimere ſtuduit verbis. Sed alii duplicem librum, ſententia diuerſum extare ſtatuunt, in qua opinione praeter Petrum Fridericum Arpium, in *feriis aeſtiualibus* p. 124 ſqq. eſt Cl. Vogtius in *Catalog. libror. rar.* p. 695. Sed in alia omnia abit Niceronus, qui Tom. XXVIIII. des *Memoires* p. 43. ſcribit: *Le ſeul Ouvrage qui reſte de lui, eſt le ſuivant, dont je copierai exactement le titre avec les fautes d'impreſſion.* La Beatitude des Chrétiens &c. Pergit p. 44. GEOFFROY VALLÉE *fait parler dans ce livre un* Catholique, *un* Huguenot, *un* Anabaptiſte, *un* Libertin *&* *un* Athée, *& leur fait dire pluſieurs impietés, mêlées avec beaucoup de paroles entierement deſtituées de ſens. Ainſi l'Ouvrage n'a d'autre merite que ſa rareté, qui eſt telle que Mr.* de la Monnoye *qui en avoit un exemplaire, dont il fit preſent en* 1713. *à Mr.* l'Abbé de' Eſtrées, *mort depuis en* 1718 Archevêque de Cambray, *croyoit presque que ce fût le ſeul qui exiſtât.* La Croix du Maine, *&* Baile, *qui l'a copié diſent que le livre eſt plein de blasphêmes & d'impietez contre* Ieſus - Chriſt; *mais cela eſt ſi peu vrai, que dans tout le livre il n'eſt pas ſeulement fait mention de* Ieſus Chriſt, *ni directement, ni indirectement. La doctrine qui y regne, n'eſt pas l'Athéisme proprement dit, mais un Déisme commode, qui conſiſte à reconnoître un Dieu, ſans le craindre, & ſans apprébender aucunes peines après la mort* &c. Quod ad GODOFREDVM VALLÉE ipſum adtinet, nonnulla de

illo inueniuntur in Franc. Garaſſe *Doctrine curieuſe* p. 142. Cum vero is fidei ſubleſtae auctor eſt, iis quae protulit, fide digniora cenſentur, quae Mr. de la Monnoye, Nicerono p. 43. teſte, *dans les Remarques ſur les jugemens des Savans de* Baillet, adtulit. Exemplari enim, quod poſſedit Mr. de la Monnoye, charactere ſatis antiquo, adſcripta erant haec verba: *Il fut condamné à être pendu & ſon corps reduit en cendres le 2. Ianvier 1573. au Châtelet de Paris, & fut du jugement donné Appel; par Arrêt du Parlement fut la ſentence exécutée, le 9 jour de Février enſuivant place de Grêve; & abjura ſon erreur publiquement connoiſſant ſa faute.* Ex his igitur quae adtulimus, ea, quae P. Baile *dans le Dictionaire* Tom. IIII. p. 2795. Arpius l. cit. & Cl. Vogtius l. cit. aliique de hoc rariſſimo libro, narrarunt, diiudicari poterunt. Conf. *Menagiana* Tom. IIII. p. 416. *Ducatiana* P. II. p. 288. *Recueil de litterature, de philoſophie & d'hiſtoire, à Amſterd.* 1730. in 12. p. 43. vbi libri titulus *la Foi bigarrée, ou l'Art de ne rien croire* adlatus conſpicitur.

IACOBI VALDESII, *in Cancellaria, Summoque praetorio Granatenſi Auditoris Regii & in Pinthian. Academ. in prima Cathedr. iuris Canonic. Iubilo donati:* Praerogatiua Hiſpaniae, hoc eſt de dignitate, & praeeminentia Regum regnorumque Hiſpaniae, & honoratiori loco ac titulo eis eorumque legatis a Conciliis, nec non Romana ſede iure debito, Tractatus eximius, Reges Catholicos Chriſtianiſſimis aliisque iure, regnis, ſede ac titulo potiores extitiſſe (*& extare*) adhuc, liquido demonſtrans. *Francofurti* 1626. in 4.

Huic editioni, rariorem praeferendam eſſe *Granatenſem apud Ferdinandum Diaz de Montoya* 1602. in fol.

fol. de qua vid. Cl. Vogtius p. 693. ſcribit Chriſt. Gryphius in *diſſert. Iſagog. de Scriptoribus hiſtor. Seculi XVII. illuſtrantibus* Cap. III. §. VI. p. 196. Strinxerunt contra VALDESIVM calamum regumque Galliae iura defenderunt Theodorus Godofredus dans le *Mémoire concernant la Preséance des Rois de France ſur les Rois d' Espagne*, cuius tres extant editiones. Prima prodiit *Paris.* 1613. in 4. ſecunda *ibidem* 1618. in 4. tertia inſerta eſt à *l' Hiſtoire de* Charles VI. & *des Choſes memorables de ſon regne, depuis l' an.* 1380. *jusqu' en* 1422. *par* Iean Iuvenel des Vrſins, & quidem editioni quae *agumentée de pluſieurs Mémoires, Iournaux, Obſervations hiſtoriques, & Annotations, contenant divers Traitez & contracts, Teſtamens & autres actes & piéces du même tems, non encore imprimés*, a Dionyſio Godofredo, Theodori filio, in lucem emiſſa fuit *Paris. de l' imprimerie Royale*, 1653. in fol. Carolus Bulteau Secretarius Regius, dans le *Traité de la Preſſéance des Rois de France ſur les Rois d' Espagne. A Paris chez Seb. Cramoiſy* 1674. in 4. Vid. de IACOBO ſeu Didaco VALDESIO Nicol. Antonii *Bibliotheca Scriptorum Hispaniae* Tom. I. p. 247. Conf. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2788.

CHRISTOPHORI WILHELMI A VALLO, *der H. Schrift Candidaten*, viel und langbegehrte hiſtoriſche Conſignation allerley Acten und Actitaeten, Receſſen, Synodaliſchen Zuſamkünften, Colloquien, wunderſeltſamen Rathſchlägen und Veränderungen, ingleichen aller und ieder Lehr-Schutz-und Streitſchriften, gewechſelten Miſſiven, Send-und andern Schreiben, ſamt deroſelben unpartheyiſchen analytiſchen Inhalt und Copyen, welche in und auſſer dem H. Röm. Reiche, zwiſchen den

Lutheriſchen, Päbſtlichen und Calviniſchen über dem eigentlichen Wortverſtande des allerheiligſten Teſtaments unſers Herrn Ieſu innerhalb 100. Jahren ergangen ſeyn. Neben beſcheidentlicher Ablehnung der unerfindlichen Calumnien und beſchwerlichen Auflagen der Pfälziſchen, Neuſtattiſchen, Emdiſchen, Römiſchen, auch anderer Geiſtlichen, und ſonderlich Dn. Rodolphi Hospiniani. Mit unglaublicher Mühe und vielen Vnkoſten zuſammen getragen von Iahren zu Iahren continuiret, in gewiſſe Theile verfaſſet, und an das Licht gegeben. I. und II. Section *Gera*, 1611. in 4. III. Section *Gera*, 1612. in 4.

Hiſtoriam huius libri, ſatis adcurate breuibus expoſuit Io. Franciſcus Buddeus in *Iſagoge hiſtorico-theologica* P. II. p. 1219. Omnium fere opinio eſt auctorem iſtius libri eſſe Chriſtophorum Wilhelmum Walpurgerum Theologum Lipſienſem. Vid. Io. Molleri *Iſagoge ad hiſtor. Cherſoneſ. Cimbric.* P. II. Cap. VI. p. 133. P. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1503. Sub eo nomine latitare Leonhardum Hutterum diſertis verbis ſcribit Henricus Heideggerus in *vita* Hoſpiniani p. 22. Conf. Vincent. Placcii *Theatrum Pſeudonymor.* p. 600. vbi vero per errorem alium CHRISTOPHORVM A VALLO, alium CHRISTOPHORVM WILHELMVM A VALLO adfert. Vid. quoque Scriptores a Cl. Vogtio in *Catalogo libr. rar.* p. 698. citati.

De LVCILII VANINI ſcriptorum raritate, vid. Cl. Vogtius in *Catalog. libr. rar.* p. 698 ſqq. vbi & ſcriptores qui de VANINO & eius ſcriptis, commentati ſunt, recenſentur. Iis vero addi poterunt

terunt Io. Mauricii Schrammii, *de vita, & ſcriptis famoſi Athei* IVL. CAESARIS VANINI, *Tractatus ſingularis, in quo genus, mores & ſtudia, cum ipſa morte horrenda, e ſcriptis ſuis rarioribus, & aliis fide dignis auctoribus ſelecta ſunt, & ne cui offendiculo forent, errores illius, ſimul ſunt refutati, editione ſecunda aucta & correcta. Cüſtrini, typis & ſumptibus Godofr. Heinichii* 1715. in 8. pp. 278. Prima editio prodierat *Cüſtrini* 1713 in 4. pp. 135. Io. Gottlob Olearii *Diſſert. de vita & fatis* IVL. CAES. VANINI, *Ien.* 1708. & 1709. Auctor de *la vie & des Sentimens de* LVCILLO VANINI, *à Rotterd. aux depens de Gaſpar Fritſch* 1717. in 8. pp. 260. ſi dedicat. & praefat. exceperis, eſt Mr. Dauid Durand. *Apologiam pro* IVLIO CAESARE VANINO *Neapolitano Coſmopoli* (*Rotterodami*) *typis Philaletheis* 1712. in 8. mai. pp. 108. conſcripſit Petr. Frideric. Arpius Iur Prof. Kilonienſis. Conf. *Entretiens ſur divers Sujets d'Hiſtoire, de litterature, de religion, & de critique par Mr.* Lacroze Entret. IIII. p. 337. Niceron *Memoires* Tom. XXVI. p. 371 ſqq. die *Neue Bibliothec* Tom. III. p. 64 ſqq. Legi etiam merentur quae de VANINI *Amphitheatro aeternae prouidentiae diuino-magico, chriſtiano-phyſico, nec non aſtrologo-Catholico* &c. item de Scriptoribus vitam VANINI illuſtrantibus, adlata fuerunt in den *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothec* Tom. IIII. p. 519-535.

Delle lettre miſcellanee di BONIFACIO VANOZZI *I. C. all' academia Veneta. In Venezia* 1606. in 4. *in Roma preſſo il Manelſi* 1608. II. Tom. in 4.

Hic libri titulus eſt, quem Cel. Kappius, l. a Cl. Vogtio p. 7:0. cit. in Bibliothecis Lipſienſibus publicis & priuatis quaeſitum, inuenire non potuit.

Minus vero recte auctor latine Vannochius ſcribitur.

BENEDETTO VARCHI, Storia Fiorentina, nella quale principalmente ſi contengono l' ultime revoluzioni, della republica Fiorentina, e lo ſtabilimento de' Principato nella caſa de' Medici. *In Colonia preſſo Pietro Martello* 1721. in fol.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 700. vbi hic liber, qui hiſtoriam Florentinam ab anno 1440. ad annum vsque 1538. exponit, inſertus quidem dicitur Tom. VII. *Theſauri Antiquitat. & Hiſtor. Italiae*, ſed reperitur Tom. IIX. Part. II. variis iconibus, & eiusd. B. VARCHI *Apologia* Laurentii Medicei, *de natalibus & morte* Alexandri Medicei & Laurentii Strozzi, *vita* Philippi Strozzi italice conſcripta, nunquam antea edita, auctus. *Colonienſi* vero editioni *Vita di* BENEDETTO VARCHI, *ſcritta dall'* Abbate D. Silvano Razzi, adiecta conſpicitur. Haec vero BENEDICTI VARCHI *Hiſtoria*, ſuperioribus temporibus, non adeo ignota eſſe videtur, cum Gio. Battiſta Adriani nella *Iſtoria de' ſuoi tempi, diuiſa in libri XXII. in Firenze preſſo i Giunti* 1583. in fol. Iacobum Nardi, Guicciardinum, & BENED. VARCHI, ſe praeſertim continuandos ſibi ſumſiſſe teſtatur. Conf. *Notizie letterarie, ed iſtoriche intorno ogli Uomini illuſtri dell' Academia Fiorentina.* P. I. *in Firenze* 1700. in 4. p. 154 ſqq.

L' Ercolano, Dialogo di BENEDETTO VARCHI, nel qual ſi ragiona generalmente, delle lingue, ed in particolare della Toſcana, e della Fiorentina, compoſto da lui ſull' occaſione della diſputa occorſa tra il Commendator Caro,

Digitized by Google

ro, e Lodovico Caſtelvetro. *In Firenze, per Filippo Giunti* 1570. in 4. ed *in Venezia per i Giunti nel medeſimo anno* in 4.

Editionem *Venetam* minime anno 1580. vt Cl. Voggtius p. 700. ſcribit, ſed eodem anno, quo *Florentina*, prodiiſſe, teſtantur Nicol. Fr. Haym nella *Notizia d' libri rari nella lingua italiana* p. 217. Niceron dans les *Memoires* Tom. XXXVI. p. 379. Occaſionem, qua adductus fuit BENEDICTVS VARCHI, vt hunc librum conſcriberet, iam ſupra expoſuimus, cum de Ludouici Caſtelvetro *Correzione di alcune coſe del Dialogo delle lingue del'* BENED. VARCHI. *In Baſilea* 1572. in 4. nonnulla p. 218 ſqq. adferremus, quae vide. Omnium recentiſſima huius libri eſt editio, quam Abbas Giovanni Bottari, cum notis & praefatione, in qua vita BENED. VARCHI deſcribitur, nec non cum apologia, indice Operum VARCHI & cuiusdam Florentini *Diſcorſo, overo dialogo ſopra il nome della lingua vulgare*, in lucem emiſit. *In Firenze* 1730. in 4. vid. *Noua litterar. Lipſiens.* 1731. p. 363. 1745. p. 491 ſqq.

ALPHONSI DE VARGAS, *Toletani*, Relatio ad Reges & principes Chriſtianos, de Strategematis & Sophismatis Politicis Societatis Ieſu ad Monarchiam Orbis terrarum ſibi conficiendam. In qua Ieſuitarum erga Reges ac populos optime de ipſis meritos infidelitas, ergaque ipſum Pontificem perfidia, contumacia, & in fidei rebus nouandi libido illuſtribus documentis comprobatur. *Anno* 1636. in 4. pp. 111. & 1641. in 12. pp. 444.

Fuit ALPHONSVS VARGAS Toletanus Hiſpanus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Epiſcopus primo

Digitized by Google

mo Vſſamannus, deinde Archiepiſcopus Hiſpalenſis, qui diem obiit an. 1359. & varia ad philoſophiam & theologiam ſcholaſticam opera ſpectantia conſcripſit. Vid. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 28. Aubert. Miraei *Auctarium de Scriptor. Eccleſiaſtic* Cap. CDLXII. p. 85. edit. Fabricii, Ant. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom I. p. 55. Nicol. Antonii *Bibliotheca Hiſpana vetus* Tom. II. p. 113. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. I. p. 195. Sed ille huius, quem Cl. Vogtius p. 701. adtulit, libri auctor non eſt. Adſciuit enim nomen illius, quamuis Hermannus Conringius in *Defenſione eccleſiae proteſtantium* p. 20. hac de re dubitare videtur, Gaſpar Scioppius, qui librum conſcripſit, illique adpendicis loco adiecit: *Sedis Apoſtolicae cenſuram. 1. aduerſus nouam, falſam, impiam, & haereticam Societatis Ieſu doctrinam nuper in* Hiſpania *publicatam. 2. Aduerſus nouam & peſtiferam ſectam mulierum Ieſuitiſſarum* Friburgi Helueticorum *nuper introductam. Cui acceſſit actio haereſis in ſocietatem Ieſu ad ſummi pontificis & ſacrae Inquiſitionis tribunal.* Iſti *actioni haereſis*, nouus praefigitur titulus, nimirum: *Societatis Ieſu nouum Fidei ſymbolum in* Hiſpania *promulgatum. Eiusdem notio cenſoria in Symbolum Apoſtolorum. Fidei Symboli* auctor eſt Scioppius, *Notionis Cenſoriae* vero Theophilus Rainaldus, qui illam eo animo conſcripſit, vt oſtenderet optimas & veriſſimas res, in deterius poſſe conuerti. Praeter editiones a Cl. Vogtio l. cit. memoratas, inuenitur etiam editio, quae titulum prae ſe fert: *Stratagemata & ſophismata Ieſuitarum, Coloniae* 1648. in 12. pp. 444. ſed collata hac, cum illa, quae *ſine loci indicio* 1641. in 12. prodiit, editione, quilibet facile perſpiciet, vnam eandemque, mutato tantum titulo, eſſe editionem, quae in Belgio natales ſuos accepit. Prodiit quoque poſtea liber vna cum Lucii Cornelii Europaei *Monarchia Solipſorum*, *Helmſtad.* 1665. & 1673. in 4. Oppoſuit libro P. Lauren-

rentius Forer e S. I. *Adpendicem ad Grammaticum Proteum; quid de relatione* ALPHONSI DE VARGAS *ſit ſentiendum?* *Ingolſtadii*, 1636. in 8. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXXV. p. 219 ſqq. *Theſaurus Bibliothecalis* Tom. II. p. 363 ſqq. Io. Fabricii *Hiſtoria Bibliothecae Fabricianae* Tom. IIII. p. 267. Vincent. Placcii *Theatr. Pſeudonymor.* p. 601. Io. Franciſc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theolog.* P. II. p. 949 Georg. Paſchii *Liber de variis modis moralia tradendi* Cap. III. §. 39. p. 327. Andr. Caroli *Memorabilia Seculi a Chr. nat. XVII.* L. V. p. 1023 ſqq. die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothec* Tom. III. p. 161.

ANTOINE VARILLAS, Hiſtoire du Wiclefianisme, *vid ſupra* HISTOIRE du Wiclefianisme p. 453.

Λεξικὸν ΒΑΡΙΝΟΥ Φαβωρίνου Καμήρτος τοῦ τῆς Νουκαιρίας Ἐπισκόπου, τὸ μέγα καὶ πάνυ ὠφέλιμον, ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων βιβλίων, ἁπάσης τῆς ἑλληνικῆς φωνῆς ὑπόμνημα. Dictionarium VARINI *Phauorini Camertis*, *Nucerini Epiſcopi*, magnum illud ac perutile multis variisque ex Autoribus collectum, totius linguae Graecae Commentarius *Cum gratia & priuilegio Imperiali ad annos quinque. Baſileae ex officina Roberti Winter* (παρὰ τῷ Ῥωβέρτῳ Χειμερίνῳ.) 1538. in fol. columnar. 1900. ſi praefationem omiſeris.

Indices accuratiſſimi in VARINI *Phaborini* Lexicon magnum, *Baſileae eod. anno*, in fol. folior. 105.

Inſi-

Inſignem raritatem teſtantur verba di *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XVIIII. p. 127. *Le due prime edizioni di* VARINO *erano divenute ſi rare, e di prezzo ſi enorme che a gran pena per venticinque e anche trenta ducati Veneziani potevano appreſſo i librai ritrovarſi* &c. Conf. die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothec* Tom. IIII. p. 514. VARINVS hoc lexicon, in quo, graecae voces non latinis, ſed vocibus graecis explicantur facilioribus, ediderat *Romae* 1523. *per Zachariam Calliergi Cretenſem* in fol. Deſcriptionem iſtius editionis, nec non particulam e VARINI epiſtola graeca ad Iulivm Cardinalem de Medicis exhibet Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 641 ſqq. not. (g). Noſtram editionem in lucem emiſit Ioachimus Camerarius, & nomine Alberti *Marchionis Brandepurgenſis Ducis Borruſſorum*, inſcripſit. In fronte libri leguntur Ioannis Laſcaris & Ioachimi Camerarii in VARINI laudem epigrammata graeca. Scipionis Carteromachi epigramma graecum, in fine epiſtolae graecae ad Iul. Medicem, collocatum, Angeli Politiani vero & aliud Ioach. Camerarii epigramma graec. epiſtolae latinae ad Albert. Marchionem Brandepurg. adpoſitum conſpicitur. *Indices* qui noſtrae editioni acceſſerunt, ab Hieronymo Gunzio, Bibracenſi, confecti ſunt. Vid. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 294. Ab vberiore recenſione nos abſtinemus, quoniam ſatis adcurate iam *Romanam* & noſtram editionem deſcripſit Io. Alb. Fabricius L. V. *Bibl. gr.* cap. XL. p. 69 ſqq. Tertia & recentiſſima eſt editio, quae per Antonium Bortoli, *typographum Venetum, diligentiſſime caſtigata, & copia dictionum aucta; atque Sereniſſ. Celſiſſ. ac Piiſſimo Principi ac Domino totius* Wallachiae, D. D. Ioanni Conſtantino Buſarambae, Waewondae Brancouano *dicata*, anno 1712. *Veneiis e typogr. Ant. Bortoli* in fol. maioris formae pp. 778. prodiit. Recenſetur a I. A. Fabricio l. cit in *Actis Eruditor. Lipſ.* ann. 1713. p. 241 ſqq. in dem

Neuen

Digitized by Google

Neuen Bücherſaal P. XXV. p. 1 ſqq. Conf. *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XVIIII. p. 127 ſqq. die *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. IIII. p. 512 ſqq. VARINVS ſiue Guarinus, cognomen Phauorini adſumſit a patria Fauera, Camerino Vmbriae vicina. Praeceptores habuit Io. Laſcarem & Angelum Politianum, viros illo tempore celeberrimos; Ordini S. Benedicti, & inprimis Congregationi Silueſtrinorum ſe addixerat, & Ioannem Medicem, qui poſtea ſedem pontificiam nomine Leonis X. obtinuit, bonas litteras atque ſcientias docuerat. Anno 1512. Bibliothecae Mediceae praefectus fuit, & biennio poſt Epiſcopus Nucerinus in Vmbria factus eſt. Diem obiit ſupremum anno 1537. vid. *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XVIIII. p. 90 ſqq.

GASPAR. VARRERII, Cenſura in quemdam auctorem, qui ſub falſa Beroſi Chaldaei inſcriptione circumfertur. *Romae* 1565. in 4. folior. 40.

Librum eſſe rarum, nos docuit Cl. Vogtius in *Catalogo libror. rar.* p. 701. GASPAR VARRERIVS ſiue Barreiros, ſiue Barreios Luſitanus Viſenſis (*Viſeu* provinciae Beirae oppidum) Seculo XVI. ad finem vergente antiquitat. & geographiae ſtudio inclaruit. Cathedralis eccleſiae Eborenſis Canonicus, & S. R. E. Cardinalis, Eborae anno 1610. ex hac vita deceſſit. Vid. Nicol. Antonii *Bibliotheca Hiſpana* Tom. I. p. 398. Auberti Miraei *Scriptores Seculi XVI.* p. 185. & 226. edit. Fabricii. Niceron *Memoires* Tom. XXXXII. p. 203 ſqq. Corrigenda igitur erunt, quae in *lexico Ruditor.* Menkenio-Ioecheriano & in Iacobi le Long *Biblioth. ſacr.* Tom. II. p. 626. de tempore, quo VARRERIVS vixerit, leguntur. Librum initio luſitanice conſcripſerat, & hoc titulo: *Cenſuras ſobre quatre libros intitulados em* M. Porcio Catam *de Oirginibus*, *em* Beroſo *ſacerdote Chaldeo,*

em Manethon *Sacerdote de Egypto*, *em* Q. Fabio Pictor Romano *de aureo ſeculo*, *& origine vrbis Romae. En Amberes* 1557. in 8. in lucem ediderat; Sed forte antiquior hac extat editio in Luſitania impreſſa. Lupus de Barros, Canonicus Eborenſis, *Operibus* GASP. VARRERII, quae *Conimbricae* 1561. in 4. euulgauit, librum, hoc titulo perpaulum immutato, inſeruit: *Cenſura ſobre huns fragmentos intitulados em* M. Catam de Originibus, *que publicou e interpretou* Ioam Annio Viterbienſe. *Cenſura ſobre huns livros intitulados* Beroſo Sacerdote Chaldeo. Manethon Sacerdote de Egypto. *Cenſura ſobre hum livro intitulado em* Q. Fabio Pictor Romano de aureo ſeculo & origine vrbis Romae. Duplex libri verſio extat latina. Alterius, *Rom.* 1565. in 4. cuius, ex Cl. Vogtio l. cit adtulimus titulum, ipſe VARRERIVS auctor eſt. Illam auctiorem, & a Luſitanica *Cenſura* diuerſam eſſe, teſtatur Aubertus Miraevs l cit. p. 185. Io. Alb Fabricius in *Biblioth. Lat.* L. IIII. Cap. 13. p. 888. Alteram ex luſitanico idiomate Andreas Schottus concinnauit, & inſeruit *Bibliothecae Hiſpan. Francof.* 1608. in 4. p. 386 ſqq. Iſta poſtea verſio adiecta fuit Annii Viterbienſis *Antiquitatibus*, & quidem editioni *Commelin.* 1598. in 8. Inuenitur etiam in *Bibliotheca maxima Patrum Lugdunenſi* Tom. II. p. 529 ſqq. in *Colonienſi* extat Tom. XV. p 107 ſqq vbi etiam libelli ipſi ab Annio ſuppoſiti, quos Lugdunenſes omiſerunt, comparent. In *noua librorum rariorum collectione* Faſcicul. I. p. 65. not. (a) eiusdem VARRERII *Commentarius de* Ophyra *regione & ad eam nauigatione*, memoratur editus *Antuerp.* 1600. in 8 *Rotterod.* 1616. in 8. *Harderouici* 1637. in 8. id quod etiam a Iacobo le Long l. cit. factum eſſe conſpicimus. Errauerit vero, qui hunc libellum in vrbibus iam dictis, ſeorſum excuſum eſſe crediderit. Illa enim editio, quae *Antverpienſis* dicitur, adiecta eſt Angeli Caninii *Commentario de locis S. Scripturae hebraicis*, *&* Antonii Ne-

Nebriſſenſis *Quinquagenae locorum Scripturae S. explicat.* quae omnia *Antuerp. apud Io. Bellerum* 1600. in 8. prodierunt. Secunda *Rotterodamenſ. apud Leonard. Berewout* 1616. in 8. libro adiecta eſt, qui inſcribitur: *Nouus Orbis, id eſt nauigationes primae in Americam.* Tertia tandem *Harderouicenſ. ap. Nicol. a Wieringen* 1637. in 8. acceſſit Ioannis Iſaac. Pontani *Diſcuſſionum Hiſtoricarum Libr. II. quibus praecipue quatenus & quodnam mare liberum vel non liberum clauſumque accipiendum diſpicitur expenditurque.* Iacob le Long l. cit. huius libelli editionem adtulit *Conimbricae* 1561. in 8. Sine dubio editio eſt, quae in Operibus VARRERII reperitur, quae tamen vti iam commemorauimus non in 8. ſed in 4. prodierunt.

CHRISTOPHORI VARSEVICII, *Canonici Cracouienſis & Secretarii regii*, Caeſarum, Regum, & Principum vnius & eiusdem partim generis, & nominis, partim etiam imperii & dominationis vitarum parallelarum Libri II. *Cracouiae* 1603. in fol.

Cauſſam raritatis vid. ap. Cl. Vogtium p. 702. Repetita eius libri extat editio *Francof.* 1604. in 8.

GIORGIO VASARI, *Pittore & Architetto Aretino*, Vite de' più excellenti Architetti, Pittori e Scultori Italiani. *In Firenze* 1550. III. Tom. in 4.

Le Vite de' più eccellenti Pittori, Scultori & Architetti, da GIORGIO VASARI. *In Bologna*, 1681. III. Tom. in 4.

Editiones a Nicol. Fr. Haymio, & Cl. Vogtio non memoratae.

Vita

Vita Angeli Colotii, Epiſcopi Nucerini, *Auctore* FEDERICO VBALDINO. *Romae, typis Michael. Herculis* 1673. in 8. pp. 106.

Fuit FRIDERICVS VBALDINVS, Comes de Montevicino, Collegio Cardinalium a Secretis, qui variis operibus editis, & inprimis libro cui titulus: *Documento d' Amore di* M. Franceſco Barberini inclaruit, & diem obiit anno 1657. aetatis anno XLVII. De Angelo Colotio, & libro a nobis adducto, qui in Italia ipſa rariſſime inuenitur vid. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* T. III p. 199 ſqq. Epitaphium Io Laſcaris, & Epigramma ad Tiberim Auctore Angel. Colotio inuenitur in Iani Gruteri *Delitiis poetarum Italorum* Tom. I. p. 769.

HIERONYMI VECCHIETTI, *Florentini ab Aegypto Doctoris Theologi*, de anno primitiuo ab exordio mundi ad annum Iulianum accommodato, & de ſacrorum temporum ratione libri octo, eorum particulares tituli per ſingulos leguntur in altera ſuperficie. *Opus ingens ex ſuperiorum permiſſu Auguſtae Vindelicorum impreſſum domi & expenſis ipſius auctoris per Andream Aperger anno Chriſti Domini eccleſiaſtico 1621. abſolutumque ſub feria tertia ſancti Paulini Epiſcopi, in numero dierum 2035400. a creatione, cum vetitu ne ab aliquo infra decennium excudatur,* in folio formae maximae. pp. 527.

Elogium HIERONYMI VECCHIETTI conſcripſit Ianus Nicius Erythraeus in *Pinacoth.* I. CXIIII p. m. 196 ſqq. Operis ſplendidiſſimi raritatem, praeter Scri-

Scriptores a Cl. Vogtio p. 704. cit. colligimus etiam e Lengleti du Freſnoy *Catalogue des principaux Hiſtoriens*, vbi pag. 133. edit. anni 1735. haec legimus: *L' auteur a inſeré dans cet ouvrage, qui eſt extrémement rare, des ſingularités qui l' ont fait enfermer à l' inquiſition. Il y a voulu montrer entre autres choſes, que leſus Chriſt n' a pas fait la Pâque legale la veille de ſa mort; il y marque auſſi des choſes peu avantageuſes pour l' Empereur* Louis de Baviere, *qui ont fait que le Duc de ce nom a eté tres-mecontent de cet Ouvrage.* Omnia vero quae de opere, quod étiam in Bibliotheca Portenſi adſeruatur, dici poterant, adlata iam fuerunt in denen *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. I. p. 7 ſqq.

GEORGII VECHNERI, Σκόλοψ, ſeu Palus Paulli, ad II. Cor. XII. 7. ex couenientiore quadam alluſione, & vſitata apud Chaldaeos in voce Darban, qua ſtimulus alias vocatur, ſignificatione oſtenſus: cui ſubiecta eſt, de ſinu Abrahae diſquiſitio, ad Luc. XVI. 23. *Anno 1678.* ſine mentione loci in 8.

Primam huius libri editionem, omiſſa tamen *diſquiſitione, de Sinu Abrahae, Leſnae Polonor.* 1644. prodiiſſe in 12. nos docet Iacobus le Long Tom. II. *Biblioth. ſacr.* p. 1000. Catalogum Scriptorum, qui hoc dictum Paullinum interpretari adgreſſi ſunt, adtulit Theophilus Alethaeus, in der *gründlichen Erleuterung der dunckelen Oerter und Steine des Anſtoſſens A. und N. Teſtaments* Tom. VII. p. 54. vbi etiam ſatis prolixa diſſertatio de Paulli palo, & vi vocis σκόλοψ adlata conſpicitur a p. 53—114.

MAPHAEI VEGII, *Laudenſis*, de educatione liberorum & eorum claris moribus libri

VI. *Mediolani*, *per Leonardum Pachel.* 1491. in 4.

Haec prima libri, quem rariſſimum eſſe Cl. Vogtivs p. 705. ſcribit, eſt editio, vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 535. Excepit illam editio, quae adiecto *dialogo Philalethes ſeu veritas inuiſa & exulans diſputatione, inter Solem Terram & aurum; de perſeuerantia religionis libr. VII. Paris.* 1511. in 4. prodiit, vid. Cl. Vogtius l. cit. Tertia in lucem exiit *Baſileae cum* Lucii Vitruuii Roſcii, *& aliorum eiusdem argumenti opuſculis, apud Robertum Winter* 1541. in 8. Inſertus poſtea fuit cum *Libr. VI. de perſeuerantia in religione; de quatuor hominis nouiſſimis, Morte, iudicio, inferno & Paradiſo meditationibus*, quae a Ioanne de Butrio recognitae & emendatae in editione *Pariſienſi* 1511. librum conſtituunt ſeptimum *de perſeuerantia in religione*; cum *dialogo Philalethes; declamatione ſeu diſputatione inter inferiora corpora, Terram, Aurum, & ſuperiora praeſertim Solem; Antoniados, de vita* S. Antonii *Libr. IIII.* carmine heroico; *Aſtyanacte* carmine heroico, & *Libro XIII. Aeneidos*, curante Andrea Schotto, *Bibliothecae maximae Patrum Colonienſi* Tom XV. p. 883 ſqq. *Lugdunenſi* Tom. XXVI. p. 632 ſqq. Scopum, quem ſibi propoſuit MAPHAEVS VEGIVS, hoc *de educatione liberorum* opere cognoſcimus ex verbis illius L. I. Cap. I. vbi ait: *Enitemur oſtendere, omnem bene educandorum filiorum rationem. Oſtendentesque eam rite vt ſperamus conuenientiſſimis ſubinde etiam ſanctiſſimisque tam parentis* Monicae, *quam filii* Auguſtini *exemplis, ſingula quibus idonee ea applicari poterunt, confirmare ſtudebimus.* Libro I. capitibus 20. agitur: *de Parentum officio.* Libro II. capit. 19. *de ſtudiis puerorum.* Libro III. cap. 15. *de ſtudiorum grauiorum ratione.* Libro IIII. cap. 13. *de virtutibus adoleſcentiae, praeſertim verecundia erga Deum, homines alios, & ſeipſum;* Libro V. cap.

4 &

Digitized by Google

4. & Libro VI. cap. 6. *de verecundia morum*, & *habenda ratione temporis.* Louis Ellies du Pin dans la *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques du XV. Siecle* hunc librum, teſte Nicerono Tom. XXVI. des *Memoires* p. 87. hoc ornauit elogio: *Cet Ouvrage de* VEGIO *ſur l' éducation des Enfans eſt le plus complet que nous ayons en ce genre. Il y traite des devoirs des Peres & meres, des études des Enfans & des vertus qu'on goit leur inſpirer. Il eſt rempli d' une morale tres-chrétienne, & d' une ſageſſe peu commune.* Conf. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2799. MAPHAEVS VEGIVS, ſeculo floruit XV. & ex Laude vrbe, quam *Lodi* hodie nominant, haud procul a Mediolanenſi Inſubriae metropoli, oriundus fuit. Romam profectus, primum ab Eugenio IIII. Pont. Max. Secretarius Breuium, & poſtea Datarius conſtitutus fuit. Deinde ab eodem Pontifice, in Canonicorum S Petri collegium, cooptatus fuit. Cum Eugenius illi offerret Epiſcopatum, iſtam dignitatem recuſauit, *cum ſe imparem* vt *Anonymus vitae* VEGII *auctor* in *Bibliotheca max. patr.* l. cit. ait, & *minus idoneum tanto oneri praedicaret.* Quo tempore obierit Romae, nondum ſatis conſtat. Alii, cum Trithemio, illum anno 1557. mortuum eſſe, alii vero cum *Auctore vitae anonymo*, anno pontificatus Pii II. primo, 1558. aut 1559. id accidiſſe contendunt. Conf. Niceron l. cit. p. 86. Baile l. cit. Illum incomparabilem fuiſſe poetam, praeter alia eius poemata, *Supplementum Libri XII. Aeneidos* Virgilianae quod in plurimis Virgilii editionibus reperitur, teſtari poterit. Plura de illo, vide apud Scriptores citatos, nec non in Sixti Senenſis *Bibliotheca ſancta* L IIII. p. 295. in Antonii Poſſeuini *Apparat. S.* Tom. II. p. 376. in Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 466 ſqq. in Paull. Iouii *Elogiis viror. doctor.* p. 250. in Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptoribus & Scriptis eccleſ.* Tom. III. col. 2543. dans les *Additions & corrections aux*

Naudaeana p. 194 ſqq. in Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. XII. p. 41 ſqq.

PTOLEMAEI VELTRONII, Statuta ordinis Hieroſolymitani, *vid ſupra* p. 204.

FRANC. GEORGIVS VENETVS, *vid ſupra* p. 381 ſqq.

CAROLI VERARDI, Hiſtoria de vrbe Granata, ſingulari virtute, foelicibusque auſpiciis Ferdinandi & Hellisabes, Hiſpaniarum Regis & Reginae expugnata. *Romae*, 1493. in 4.

Huius opusculi duae quidem aliae extant editiones: nimirum *Baſileenſis* 1494. in 4. titulo: *In laudem sereniſſimi* Ferdinandi *Hiſpaniarum Bethicae & regni Granatae obſidio, victoria & triumphus. Baſileenſis* 1533. in fol. titulo: *Expugnatio regni* Granatae *quae contigit anno abhinc quadrageſimo ſecundo, a Catholico Rege Hiſpaniarum* Ferdinando. Ex hac editione libellum ne titulo quidem mutato, *Hiſpaniae illuſtratae* inſeruit Andreas Schottus Tom. II. p. 861-877. omnes tamen editiones rariores, *Romana* vero, figuris ligno inciſis illuſtrata, omnium eſt rariſſima, Maittairio aliisque incognita. Ioſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 116. Gerard. Ioannes Voſſius *de Hiſtoricis latinis* L. III. p. 557. Aubertus Miraeus in *Auctario de Scriptorib. Eccleſ.* p. 95. edit. Fabric. & Auctores *Bibliothecae Hamburgenſis hiſtoricae* Centur. IIX. p. 23. titulorum diuerſitate adducti, ex hoc libello duos faciunt diuerſos, aliamque eſſe VERARDI *hiſtoriam Baeticam*, aliam *hiſtoriam de obſidione regni Granatae* ſcribunt. Sed vnus idemque liber eſt. Conſcripſit CAROLVS VERARDO, ſeu VERARDVS, Caeſenas Archidiaconus, Cubicularius ac Secretarius quatuor Pontificum Paulli IIII. Sixti IIII. Innocentii IIX. & Alexandri VI. hoc drama, in quo vnius duntaxat diei, quo videlicet vrbs Granata,

nata, Baudelis regis bello iam fracti, fameque fatigati, deditione recepta eſt, acta complexus eſt, in gratiam Raphaelis Riarii Cardinalis, cuius etiam nomine inſcriptum conſpicitur, qua occaſione alius Ios. Simleri ſe prodit error, cum VERARDI *Hiſtoriam Baeticam apud Raphael. Riarium*, quaſi typographus is eſſet, *extare* ſcribit. *Hiſtoriam* vero *expugnationis* Granatae *interlocutoribus perſonisque ita* ſe *contexuiſſe atque diſtinxiſſe* ait VERARDVS *vt totam rem ita vti geſta eſt, poſſet populus Romanus non ſolum auribus percipere, verum etiam oculis intueri.* Abſoluitur drama XXIII. dialogis, & in Scenam publice productum fuit d. XXI. April. 1492. Qua ratione tunc temporis Pontifex Rom. Senatus Apoſtolicus, populus Romanus, & Raphael Riarius, tanta victoria exultantes, laetitiae ſuae ſigna monſtrauerint, in dedicatione VERARDVS expoſuit. Riarium *praeſertim omnium magnificentiam longe ſupergreſſum eſſe* ait, *cum ſpecioſiſſimum currum, quo* Ferdinandus & Eliſabetha, *de* Baudeli *Rege* Granatae *triumpharunt, tanto ſumptu & apparatu, tantaque pompa & ſplendore induxiſſet, vt Senatus populusque Rom. veteres illos maiorum ſuorum triumphos ſpectare ſibi viderent, & ſimul in circo ingentibus propoſitis praemiis celeberrimos ludos, in quibus equites grauis armaturae longis inter ſe haſtis, cum ſumma populi voluptate concurrerent, pluribus diebus edidiſſet.* Mortuus eſt CAROLVS VERARDVS anno 1500, aetatis anno LX. vid. *Giornale de' letterati d' Italia* Tom. XXIII. p. 378 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. IIX. p. 357 ſqq. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Lat.* L. III, p. 981.

CLAVDII VERDERII, *ICti*, in Auctores pene omnes, antiquiſſimos potiſſimum, Cenſiones & correctiones. *Lugduni, apud Barthol. Honoratum.* 1586. in 4.

Digitized by Google

Inſignem libri raritatem teſtantur Samuel. Engel in *Bibliotb. ſeleƈtiſſ.* P. I. p. 160. Cl. Vogtius in *Catalogo libror. rar.* p. 706. Repetita prodiit editio *Pariſiis apud Bartbol. Macaeum* 1609. in 4. Librum non magni eſſe momenti demonſtrat Niceron Tom. XXIIII. p. 285 ſqq. In fine *epitbetorum & ſynonimorum poeticorum* Gaſparis Scioppii, quae cum C. Valer. Catulli *caſtis carminibus* a Raphael Eglino Iconio editis *Francof.* 1606. in 12. prodierunt, inueniuntur *Notae in* CLAVDII VERDERII *Iƈti Cenſionem, vt ipſe vocat, in Auƈtores pene omnes.* Inſertae fuerunt ex iſta editione a Groſchuffio *Nouae libror. rariorum colleƈtioni* Faſcicul. I. p. 160 ſqq.

ANTOINE DV VERDIER, Compſeutique ou traits facetieux. *A Lyon, chez Iean d'Ogorolle* 1584. in 16.

Libellum adeo ſe ſubduxiſſe hominum oculis, vt nusquam compareat, *Cet ouvrage ne ſe trouve plus,* ſcribit Niceron *Memoires* Tom. XXIIII. p. 281. In editione des *Ecraignes Dijonnoiſes d'* Etienne Tabourret, *à Lyon* 1592. ſub nomine du Sieur de Bouiſſon, nonnullas narrationes ludicras, ex hoc VERDIERI libello adieƈtas eſſe, idem Niceron l. cit. commemorat.

NICOLAI VERNVLAEI, Inſtitutionum oeconomicarum Libri II. qui omnia domeſticae doƈtrinae ſeu familiae regendae Elementa continent; nunc demum Additamentis, i. e. Scriptorum teſtimoniis, authoritatibus exemplis, & documentis, quae inſtar commentariorum ſunt adornati. *Louanii, apud Io. Vryenborch,* 1649. in fol. plag. 27.

Pri-

Prima harum inſtitutionum prodierat editio *Louanii* 1640. in 8. Auctior vero eſt editio quae cum eiusdem VERNVLAEI *inſtitutionibus politicis & moralibus* in lucem emiſſa fuit *Louanii* 1647. in fol. Vitam NICOLAI VERNVLAEI domus Auſtriacae Hiſtoriographi, qui Louanii 1649. aetatis anno LXII. mortuus eſt, pluribus expoſuit verbis Henning. Witten *in Memoriis Philoſophorum* Tom. II. p. 90. Niceron *Memoires* Tom. XXXIII. p. 387 ſqq.

VERZEICHNISZ der vielen Heiligthümer, welche der Cardinal Albertus in ſeiner neuen Stiffts-Kirche zuſammengebracht. in 4. fol. 118.

Liber inſignis pretii, & vrbi Halenſi vt honeſtiſſimus, ita iure ſuo charus in paucis. Ita vero laudat librum Io. Dauid Michaelis in *Catalog. Bibliothecae* Io. Petri de Ludewig Tom. I. p. 344. Venditus fuit in Auctione iſtius Bibliothecae pro 7. thaleris. Primus eorum dicitur, quos Halae impreſſos huc vsque e tenebris eruere licuit. In fine illius haec leguntur verba: *Gedruckt yn der loeblichen Stadt Halle, Nach Chriſti Vnſers Heru Geburt Funfftzehenhundert Vnd Im Zcweintzigſtenn Ihare* (1520) Deſcribuntur in illo reliquiae ſanctorum, aliaque cimelia auro, argento, gemmisque pretioſiſſimis nitentia, quae in templo Halenſi cathedrali, olim adſeruata fuerunt, & ab Alberto, cum vrbs Halenſis Proteſtantium amplecteretur ſacra, Moguntiam translata dicuntur. Deſcriptionem cimeliorum dedit, regique Boruſſiae & Electori Brandenburgico ea vindicauit Io. Petrus de Ludewig in den *Halliſchen gelehrten Anzeigen* Tom. I. n CXXXIIX. p. 460 ſqq. Figurae ligno inciſae, quibus liber ornatus eſt, Lucae Cranachii caelum referre videntur. Conf. Ioh. Georg. Kirchneri *Halliſche Iubelzeugniſſe bey dem von einigen Buchdruckern zu Halle erneuerten Andenken der erfundenen Buchdruckerkunſt* p. 15.

Recuſus libellus fuit *Vitebergae* 1617. in 4. folior. 56 vid Georg Chriſtoph. Kreyſig *Hiſtoriſche Bibliothec von Ober-Sachſen und einigen angrentzenden Låndern* Sect. III. p. 451.

FLAVII ALEXII VGONII, *nobiliſſimi civis Brixiani*, de maximis Italiae atque Graeciae calamitatibus. Reliqua vide pagina ſequenti. cum priuilegiis Principum, & permiſſione catholicae inquiſitionis. *In Academia Veneta* 1559. in 4.

Inſcripſerunt Philoſophi morales Academiae Venetae, a Friderico Baduario inſtitutae, hunc librum admodum rarum, nomine Ducis Sabaudiae. Reperiuntur praeter *dialogum de maximis* Italiae *atque* Graeciae *calamitatibus* in illo, *De Chriſti pace atque ciuili concordia Fr. de dignitate atque praeſtantia Reip. Caſinenſis ad* Cardinalem Polum *epiſtola*; *Ad Abbates* S. Benedicti *in Concilio Tridentino congregatos*; *Epitaphium* (Panegyr.) *in obitum* Baſilii Leonis Mantuani; *Conſolatoria epiſtola ad amicum in morte vxoris.* Conf. *Theſaur. Bibliothecal.* Tom. IIII p. 181. Conſcripſit idem FL. ALEXIVS VGONIVS, Brixianus, monachus Benedictinus Congregationis Caſinenſis S. Iuſtinae, quem Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 46. Alexivm Hugonem adpellat, *dialogum de ſolicitudine, Venetiis*, 1545. *per Cominum de Tridino* in 8. impreſſum. Vid. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 26. Errorem vero admiſit Simlerus, cum alium eſſe ALEXIVM VGONIVM, & p. 197. alium FLAVIVM ALEXIVM, crederet. Vitam FL. ALEXII VGONII reperiri, in Mariani Armellini *Bibliotheca Benedictino-Caſinenſi*, teſtantur die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 272.

De

De Conciliis Synodia VGONIA, ſiue MATTHIAE VGONII, *Epiſcopi Phamauguſtani*, opus, de omnibus ad concilia rite ac legitime celebranda pertinentibus. *Venetiis* 1565. in fol.

Tres huius libri, quem Lengletus du Fresnoy dans les *Tablettes chronologiques* P. II. p. XXIII. *extrémement rare & curieux* eſſe dicit, extant editiones. Nimirum *Brixienſis* prima 1541. in fol. noſtra ſecunda, & tertia *Veneta* 1576. in fol. Franc. Salmon dans le *Traité de l'etude des Conciles* eiusmodi ſententiam p. 945. de hoc libro ferre ſolet. *Cet auteur quoiqu' Ultramontain ne s'eloigne gueres de nos maximes ſur l'autorité des puiſances eccleſiaſtiques.* Quae apud Anton. Poſſeuinum in *Apparatu ſacro* Tom. II. p. 423. & in Ios. Simleri *Bibliotheca* p. 496. leguntur, nullius plane ſunt momenti. MATTHIAS VGONIVS patria fuit Brixianus, & librum quoque conſcripſit *de dignitate Patriarchali*, *Brix.* 1510.

ANTONII MARIAE VICECOMITIS, *Civis Placentini*, Practica numerorum & menſurarum, ac alluuionis partitionem inueſtigandi, & vt in indice ſequenti. *Brixiae, apud Iacobum & Polycretum de Turlinis fratres*, 1581. in 4. pp. 290.

Liber haud facile obuius, dicatus eſt Octauio Farneſio, Placentiae Parmaeque duci II. Nicolaus a Ferrariis, ICtus Placentinus, & Ioannes Mantegariis, praemiſſis elogiis, illum lectori commendarunt.

IOSEPHI VICECOMITIS, Obſeruationes Eccleſiaſticae.

Digitized by Google

Conſcripſit IOSEPHVS VICECOMES *Obſeruationum Eccleſiaſticarum* volumina quatuor, in quorum I. *de antiquis Baptiſmi ritibus ac caeremoniis agitur, Mediolani, apud haeredes Pacifici Pontii & Io. Bapt. Picaleum.* 1615. in 4. & recus. *Paris.* 1618. in 8. Memoratur illud volumen a Cl. Vogtio p. 708 Sed pertinet quoq. huc Volumen II. *Obſeruat. Eccles. quibus veteres Confirmationis Caeremoniae demonſtrantur,* Volumen III. *de Miſſae ritibus libris V. Mediolani, typis Collegii Ambroſiani* 1618. Volumen IIII. *Obſeruationum Eccleſiaſticarum in quo de Miſſae Apparatu libri VII. Mediolani, typis Colleg. Ambroſiani* 1626. in 4. Fuit IOSEPHVS VICECOMES Profeſſor vt dicitur Obſeruationum, ſeu Antiquitatum eccleſiaſticarum, in Collegio Ambroſiano Mediolanenſi, multumque gratia apud Fridericum Borromaeum, S. R. E. Cardinalem valuit. Primum *Obſeruationum Eccles.* volumen inſignem eruditionem ſacram, & adſiduum Patrum eccleſiaſticorum ſtudium prodit, ideoque omnium doctorum Collegii Ambroſiani ſuffragiis & conſenſu receptum fuit. In reliquis vero voluminibus, teſte Lud. Ellies du Pin Tom. XVII. de la *Bibliotheque des Auteurs Eccleſiaſtiques* p. 85. ſcriptis ſaepe numero nititur ſuppoſititiis, particularesque ritus, pro communibus venditat. Conf. Iac. Mehrningii *Hiſtoria S. Baptiſmi* quae germanice *Tremoniae* 1646. in 4. prodiit p. 180. & p. 191.

FRANCISCI A VICTORIA, Summa ſacramentorum Eccleſiae. Huic editioni multae acceſſerunt quaeſtiones, ex ſanctorum Conciliorum decretis, praeſertim Tridentini & aliorum quae antea deſiderabantur, cura Thomae a Chaues. *Antuerp,* 1572. in 12.

Titulum libri ideo adſcripſimus, quoniam illum, quem a Cl. Vogtio p. 708. e Daniel. Georg. Morhofii

hoſii, *Polybiſtore philoſoph.* L. I. p. 96. adlatum legimus, non ſatis adcuratum eſſe inde patet, quod duplex in illo ſe prodit erratum. Primo liber non inſcribitur *Summa ſacrorum* ſed *ſacramentorum*, deinde non *ſtudio Thomae Choues*, ſed *Thomae a Chaves*, ſiue *a Clauibus*, Hiſpani, Ordinis Praedicatorum, in lucem emiſſus fuit. Robertus Bellarminus *de Scriptoribus eccleſiaſticis* p. 423. edit. Philip. Labbei *Paris.* 1658. in 8. hanc *ſummam*, non ab ipſo FRANCISCO A VICTORIA ſed a diſcipulis, ex ſcriptis eius, collectam eſſe ſcribit. Neſcimus quo fundamento innixus Antonius Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 513. ſcribat, FRANC. VICTORIA Hiſpanus, Ord. Praedicator. Salmanticae *Theologiam publice ac quidem eximie profeſſus, ſcripſit* — Relectiones tredecim in duos Tom. *diſtributas, quae hac praenotatione* Ingolſtadii *prodierunt an.* 1580. & Lugduni in Gallia *anno* 1587. *cum antea, hoc eſt anno* 1571. Venetiis Chriſtophorus Zanettus & *anno* 1573. Antuerpiae *prodiiſſent ſub inſcriptione* Summae Sacramentorum Eccleſiae &c. Quodſi enim recte coniicimus, *Summa ſacramentorum*, & *Relectionum Tom. II.* duo libri ſunt diuerſi, id quod illi videant, quibus vtrumque librum conferendi copia facta fuerit. Conf. de *Relectionibus* Io. Franciſc. Buddei *Iſagoge Hiſtorico-theologic.* P. I. p. 705.

Auguſtarum imagines, aereis formis expreſſae: Vitae quoque earundem breuiter enarratae, ſignorum etiam quae in poſteriore parte Numiſmatum efficta ſunt, ratio explicata, ab AENEA VICO, *Parmenſe. Venetiis*, 1557. in 4.

Raritatis notam liber adiectam habet, in *Catalog. Bibliotb. Dalmannianae* p. 203. Conſcripſit autem AENEAS VICUS Parmenſis, librum italico ſermone: *Le imagini delle Donne Auguſte, intagliate in ſtam-*

ſtampa di rame, con le Vite ed Espoſizioni di ENEA VICO, *ſoprà i riverſi delle loro Medaglie antiche. In Venezia, per il Valgriſi* 1557. in 4. vid Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari, nella lingua italiana.* p. 31. Ex italico poſtea, in latinum ſermonem convertit & edidit eodem anno, Natalis comes, Patricius Venetus. Inueniuntur imagines Auguſtarum, a Marcia, Iulii Caeſaris auia, ad Domitiam vsque, Domitiani coniugem. Cum liber rareſceret, illum Ioan. Baptiſta Du Vallius, linguarum Orientalium interpres, hoc titulo denuo in lucem emiſit: *Auguſtarum imagines aereis formis expreſſae: vitae quoque earundem breuiter enarratae, Signorum etiam quae in poſteriori parte numismatum efficta ſunt, ratio explicata, ab* AENEA VICO, *Parmenſe. Nunc a* Io. Baptiſta Du Vallio *reſtitutae. Lutetiae Pariſiorum, apud Macaeum Ruette* 1619. in 4. Dicauit iſtam editionem Antonio de Lomenie R. Gall. Conſil. &c. Vid. *Theſaur. Bibliothecal.* P. I. p. 30. Conf. de reliquis AENEAE VICI ſcriptis, eiusque in rem numariam meritis, D Anſelmi Bandurii *Bibliotheca Numaria* p VIII. edit. *Paris. Numismatibus Imp. Rom.* praemiſſ Nicol. Fr Haym l. cit. *Theſaurus Bibliothecalis* l. cit *Praefatio* Io. Petri Bellorii, *Annotationibus in XII. priorum Caeſarum numismata, ab* AENEA VICO, *Parmenſi, olim edita, nouiter additis eorundem Caeſarum imaginibus, maiori forma, a praeſtantioribus Chalcographis aeri inciſis. Romae, impenſis Fauſti Amidei* 1730. in fol. praemiſſa.

MARCI HIERONYMI VIDAE, dialogi de dignitate reipublicae, ſeu ciuilis ſocietatis, ad Reginaldum Polum Cardinalem Libri II. *Cremonae, apud Vin. Comitem* 1556. in 8.

Rariſſimam hanc eſſe editionem libri nunquam recuſi, ſi illam exceperis editionem, quae *poematibus* VIDAE *omnibus, quae ipſe auctor pro ſuis agnouerat,* a Co-

a Comino adiecta conſpicitur. *Patau.* 1733. ſcribit Ludouic. Martinus. Kahlius Tom. II. *Bibliothecae* Struuian. *philoſophicae* C. II. p. 161. Conf. de MARCO HIERONYMO VIDA Franciſc. Ariſii *Cremona litterata* Tom. II. p. 101 ſqq. & Auctores ſupra p. 277 ſqq. a nobis excitati.

FRANCISCI VIETAE, *Fontenaeenſis*, Opera mathematica omnia

inſignis eſſe raritatis ſcribit Gerdeſius in *Florileg.* p. 286. *quod ea propriis maxima ex parte, ſumtibus, excudenda curauerit auctor, atque amicis tantummodo diſtribuerit.* Sed nonſolum *omnia ferme eius opera*, ſi perpauca exceperis, eſſe *poſthuma*, teſtatur Claud. Milliet Dechales in *Mundi Mathematici* Tractat. prooemiali Tom. I. p. 34. ſed illa quoque variis in locis, diuerſoque tempore eſſe recuſa, bibliothecarum docent Catalogi. Cauſſam vero, quam ob rem VIETA contra Chriſtophorum Clauium, Bambergenſem, ſtrinxit calamum, eam eſſe ſcribit Cl. Mil. Dechales l. cit. p. 93. *quod* Clauii *lucubrationes* de emendando Kalendario, *ſuis praeferri viderit*, illum vero *in eo grauiter deliquiſſe* addit, *quod conteſtationem ſcholaſticam grauiter ſit proſecutus.* Conf. p. 95. Obiit FRANCISCVS VIETA, Fontenaii in inferiore Pictonum prouincia natus, Analyſeos ſpecioſae, ſeu Algebrae, quam vocant ſpecioſam, primus auctor, diem ſupremum Lutetiae Pariſiorum anno 1603. Iacob. Auguſt. Thuanus L. CXXVIIII. *Hiſtor.* p. m. 910 ſqq. ampliſſimum illi ſcripſit elogium, illumque *virum profunda & ingenioſa meditatione* nominat, *cuius vi nihil inacceſſum, in abſtruſioribus ſcientiis, nihil quod acumine mentis poſſet confici, difficile, confectum fuerit.* In primis eum etiam in arte, quam vocant decifratoriam, multum valuiſſe, ex eodem Thuani loco adparet. Conf. Friderici Achillis Ducis Würtenberg. *Con-*

ſul-

ſultationes a Lanſio editas, in *Oratione pro Gallia* p. 186.

ARNOLDI DE VILLANOVA, Speculum Alchemiae, quo videlicet artis chemicae myſteria etiam ſecretiſſima enodantur & explicantur. Opera & impenſis Hieron Megiſeri. *Francof.* 1602. in 8.

Liber ſummae dicitur raritatis a Cl. Vogtio p. 711. Reperitur etiam in Collectione cui titulus praefixus eſt: ARNALDI DE VILLANOVA, *Opera Chemica, quae extant omnia, videlicet Theſaurus theſaurorum, Roſarius philoſophorum, Lumen nouum, Flos florum,* & Speculum alchemiae. *Edita opera & impenſis Hieronymi Megiſeri Francof.* 1603. in 8. Nullum quoque eſt dubium, quin plures libri editiones, & verſiones extent, ſiquidem eiusmodi commatis libri, omni tempore, ſuos inuenerunt aeſtimatores. De reliquis ARNALDI VILLANOVANI, qui & Catalanus cognominatur, ſcriptis, vid. Nicol. Antonii *Bibliotheca Hiſpan.* Tom. II. p. 74 ſqq. Ios. Simleri *Biblioth.* p. 68.

Supplementum ad Aeneida, ſeu Aeneidos Liber Decimus-Tertius *Authore* C. S. VILLANOVA, *Ducis Aurelianenſium Tricliniarcha ordinario. Pariſiis, apud Petrum Aubouyn Regiorum Franciae Librorum Bibliopolam & Typographum, iuxta Maiores Auguſtinianos, ſub ſigno Crucis aureae. Et Carolum Clouzier.* 1698. *Cum priuilegio Regis.* in 8. pp. 62. ſi praefatiunculam & dedicationem omiſeris.

Libellus haud facile obuius. Ioan. Albertum Fabricium enim, illum oculis non conſpexiſſe, ex eo con-

Digitized by Google

coniicimus, quod L. I. *Bibliothecae latinae* Cap. XII. p. 206. auctorem ſyllabis transpoſitis C. S. de Novauilla vocauerit. Haec e Fabricio poſtea transſcripſit Godofredus Ephr. Müllerus, in die *hiſtoriſch-critiſche Einleitung zu nöthiger Kenntniſſ und nützlichen Gebrauche der alten lateiniſchen Schriftſteller* Tom. III. p. 237. not. †. Libellum carmine dicauit auctor, Philippo Carnutenſium Duci. In praefatione, cauſſas exponit, quibus adductus fuerit, vt *Supplementum Aeneidos* conſcripſerit, nonnullasque obiectiones, quas ſibi fingit, e medio tollit. Poema ipſum, hac ratione inchoatur:

Viderat Aeneas Turnum, *iam Marte ſecundo*
Sanguine rorantem, Stygiasque innaſſe paludes
Ex templo iubet Aſcanium, *Troasque vocari;*
Quos ſic alloquitur: vario mens fluctuat aeſtu,
Mactandus dextra Turnus, *te deprecor inquit,*
Corpora redde meis: lecta ſtipante corona
Reddamus Rutulis? mandemus corpora terrae?
O ſocii! quae nunc animo ſententia ſurgit?
Tunc ſic affari Aſcanius, *Dux maxime Teucrum.*
Cui ſemper pietatis honos, cui ſola deorum
Religio curae; prius umbris debita Turni
Soluantur, Rutulis placeat dimittere corpus.
Hac pietate tua flectentur ſanguine Manes;
Hoc pietatis opus tollent ad ſidera nati.
Cui ſic Æneas; proles dilecta parenti,
Quam tua dicta iuuant, animus venit omnibus idem. &c.

Poemati ſubiicitur *interpretatio* ſoluta oratione conſcripta, vt in editionibus, Auctorum Claſſicorum, quae a viris Galliae doctis, hortatu Ducis Montauſerii, in Sereniſſimi Delphini vſum in lucem emiſſae fuerunt, factum eſſe conſpicimus. Huic interpretationi, quaedam Auctoris ſubiiciuntur *Adnotationes.* Qua ratione poematis auctor p. 17. v. 215. nomen ſuum poemati intexere non dubitauerit, Fabricius iam l. cit. commemorauit.

Il Meſſia venuto. Hiſtoria ſpiegata, e provata agli Hebrei in Cento Diſcorſi dal P. D. GIO MARIA VINCENTI *Venetiano Teologo de' Chierici Regolari Teatini*, *Miſſionario già dell' apoſtolica ſede.* Opera non ſolamente neceſſaria agli Hebrei, mà molto utile a' Criſtiani, e maſſime a Predicatori. Confermandoſi in eſſa, con eruditione ſacra profana, e Traditione Hebrea la verità de' miſteri tutti della Criſtiana Fede. Con l' Aggiunta di un Trattato dell' Autore intorno la famoſa queſtione. Se meglio ſia, che i Principi Criſtiani permettano ne' loro Stati gli Hebrei, ò li diſcaccino. *In Venetia, nella Stamperia dell' illuſtriſſ. Sig. Girolamo Bragadin. Appreſſo Lorenzo Prodotto.* 1659. in fol pp. 1002.

Romae liber per decretum Congregationis indicis d. 18. Iun. 1680. damnatus atque prohibitus fuit, quam ob rem is rariſſime hodie inuenitur. Vid. de illo Caroli Ioſephi Inbonati, *Bibliotheca Latino-Hebraica, cui acceſſit Aduentus Meſſiae a Iudaeorum blasphemiis ac haereticorum caluminiis vindicatus, Rom.* 1694. in fol. p. 113. Iul. Bartoloccii *Bibliotheca magna Rabbinica* Tom. III. p. 745 ſqq qui ineptire VINCENTIVM ait. Vterque vero errores VINCENTII longa ſerie recenſet. Conf. die *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 333 ſqq.

IO. ANTONII VIPERANI, *Siculi Meſſanenſis, Iuueniatenſium Epiſcopi*, Operum Pars prima, continens res oratorias hiſtoricas & poeticas.

Pars ſecunda, continens res naturales.

Pars

Pars tertia, continens res morales atque diuinas. *Neapoli, e typographia Io. Iacobi Carlini* 1606. III. Tom. in fol.

De inſigni huius Collectionis raritate vid. die *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p. 295. vbi partis primae inuenitur recenſio. Diem obiit IO. ANTONIVS VIPERANVS ſenio confectus, anno Epiſcopatus ſui XXIIII. anno 1610. Vid. Nicol. Toppi *Biblioteca Napoletana* fol. 128. vbi illum Neapolitanum fuiſſe perhibet, & *Filoſofo e Teologo eruditiſſimo* nominat, ſcriptaque eius recenſet. Conf. Leonard. Nicodemo *Addizioni copioſe alla Biblioteca Napoletana del* Toppi ad loc. Toppi cit. Niceron *Memoires* Tom. XXV. p. 197 ſqq.

PVBL. VIRGILII MARONIS Opera, cum commentariis Seruii, Donati, Landini, Calderini. *Nurnbergae* 1492. in fol. folior 345.

In fine editionis ſatis rarae legimus: PVBLII VIRGILII MARONIS *opera: cum* Seruii Mauri Honorati *Grammatici:* Aelii Donati: Chriſtophori Landini: *atque* Domitii Calderini *commentariis. Nurnberge impreſſa impenſis Anthonii Koberger. Anno Xp̄i MCCCCXCII. Laus omnipotenti Deo.* In adpendice ea inueniuntur opuſcula, quae poſtea a Ioſepho Scaligero, & Friderico Lindenbruchio titulo: P. VIRGILII MARONIS *Adpendix. Cum ſupplemento multorum antehac nunquam excuſorum poematum veterum poetarum, cum Caſtigationibus & Commentariis Lugduni* 1573. & *Lugdun. Batauor.* 1595. in 8. ſeorſum edita fuerunt. Vid. ſupra p. 820 ſqq. Conf. Io. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina* Tom. I. Libr. I. Cap. XII. p. 208. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 546. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. II. p. 218.

Digitized by Google

P. VERGILII MARONIS Opera, quae quidem extant, omnia: Cum veris in Bucolica, Georgica, & Aeneida Commentariis Tib. Donati & Seruii Honorati, ſumma cura ac fide a Georgio Fabricio Chemnicenſe, emendatis: Adiecto etiam ab eodem Rerum & verborum locuplete in iisdem Memorabilium Indice. Quibus acceſſerunt etiam Probi Grammatici, Pomponii Sabini, Phil. Beroaldi, Io. Hartungi, Iod. Willichii, Georg. Fabricii, Bonfinis, & aliorum Annotationes.

Hoſpes. Bibliopola.

Heus tu, quid rerum tua Bibliotheca nouarum
Adfert? Bib. *Theſaurum.* Hos. *Tu ne ais? ille nouus*
Gallia quem dudum dedit? Bib. *Erras: non ego linguae*
Dico Latinae ingens ante quod extat opus.
Hos. *Ergo aliud.* Bib. *Nouus eſt theſaurus, & aureus.* Hos. *At tu,*
Tantarum inuentor, dic age quis ſit opum.
Bib. *Praeclarum* Donati *opus eſt, quo ſcripta* MARONIS
Explicat. Hos. *Ah quantum falleris: ille nouus?*
Bib. *Nobis: nec talis noſtris eſt viſus in oris*
Vnquam. Hos. *Sed mendas?* Bib. *non habet,* Hos. *vnde venit?*

Bib.

Bib. *Protulit in lucem nobis Sirenis ab vrbe*
Fabricius, *luſtrans ſedulus Italiam.*
Hos. *Magnum opus?* Bib. *Immo etiam ſtudio quod prodit eodem,*
Purgatus mendis Seruius *innumeris*
H. M. A.

Cum Caeſ. Maieſt. gratia & priuilegio. Baſileae, per Henricum Petri 1561. in fol. folior. 2174. exceptis prolegomen. & indice.

Litterae H. M. A. Epigrammati ſubſcriptae deſignant Hiobum Magdeburgum Annebergenſem, quod aliud eius Epigramma docet, quod Georgii Fabricii dedicationem ad Valentin. Grauium, Senatorem Fribergenſem, ſequitur. Tiberii Donati *Commentarius*, cuius in Epigrammate fit mentio, iam ante *Neapoli*, & *Venetiis*, multis erratis inquinatus, e bibliotheca Ioan. Pontani in lucem prodierat. Illum igitur & Seruii Honorati *Commentarium* Georgius Fabricius emendauit atque edidit primum *Baſileae apud Henric. Petri* 1551. in fol. pp. 974. Praeter illam, & noſtram quam adduximus editionem, extat quoque tertia *Baſileae ex officina Henricpetrina* 1575. in fol. cui Adriani Barlandi *notae* adiectae ſunt. Praeter *Auctorum quibus in* VIRGILIO *explicando* Seruius *vtitur*, & *eorum librorum*, *qui temporum iniuria amiſſi ſunt*, *catalogum*, Fabricius huic editioni, variorum Auctorum, quorum in VIRGILIVM, leguntur Commentarii, praemiſit prolegomena, quae partim VIRGILII vitam, partim carminis bucolici rationem exponunt. Poſt adpendicem opuſculorum, quae VIRGILIO tribui ſolent, reperitur Chriſtophori Caſcani *Hendecaſyllabum*, Ioan. Hartungi *in* VIRGILII *Aeneida Adnotationes*, Georgii Fabricii *in* VIRGILII *Bucolica*, *Georgica & Aeneida Adnotationes*, *Excerpta ex libro*

Annotationum Iacobi Crucii Bononienſis, Matthaei Bonfinis Aſculani *epiſtola ad* Angelum Colocium, in qua verſum 517 ſqq. L IIII. Aeneid.

Ipſa mola, manibusque piis, altaria iuxta
Vnum exuta pedem vinclis, in veſte recincta,
Teſtatur moritura Deos, & conſcia fati
Sidera.

interpretatur. Extant Matthaei Bonfinis etiam *Obſeruationes* in Horatium, quae in nonnullis Horatii editionibus reperiuntur. Quibus vero haud adeo magnam, a doctis viris iniit gratiam. Teſtis eſt Hadrianus Iunius qui *epiſtola* ſcribit L. Bonfinio *nullus ineptit magis, & dum ab aliis diſſentire ſtudioſe geſtit, Siculis gerris vaniora comminiſcitur.* Reliqui Commentarii, quorum in libri titulo facta eſt mentio, textui VIRGILII ſubiecti conſpiciuntur. Conf. Io. Alb. Fabricius l. cit. p. 209. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. II. p. 239.

P. VIRGILII MARONIS, *poetae Mantuani*, vniuerſum poema; cum abſoluta Seruii Honorati Mauri Grammatici, & Badii Aſcenſii interpretatione; Probi & Ioannis Viuis in Eclogas allegoriis; Iodocique eruditis ſuper Georgica commentariis. Quibus acceſſerunt Ludouici Coelii Rhodigini, Ioannis Scoppae Parthenopaei, Iacobi Conſtantii Fanenſis, Franciſci Campani Colenſis, Iacobi Crucii Bononienſis, nec non alterius, docti hominis, lucubrationes & annotationes in loca difficiliora: Elegantiſſimae praeterea librorum omnium figurae, argumenta, lectionum denique varietates, quas

quas & Ioannes Pierius, & alii doctiſſimi viri, hactenus obſeruarunt. Quae non, vt antea, plurimis foedata mendis, ſed acri ſtudio emendata, atque omni, quantum licuit, ex parte expolita emiſimus, quod, alios libros cum noſtro conferentibus, patebit. *Venetiis apud Io. Mariam Bonellum* 1562. in fol. folior. 413. ſi VIRGILII vitam ab Aelio Donato deſcriptam, & prolegomena quaedam a Iacobo Crucio, Seruio, & Aſcenſio omiſeris.

Quis editionem nitide admodum excuſam, in lucem emiſerit, dicere non poſſumus, cum illius rei nec vola extat nec veſtigium. Io. Alb. Fabricius illam quidem l. cit. p. 209. adduxit, ſed de editore nil memorat. Sine dubio repetita eſt editio, quam Fabricius *Venetiis* 1574. in fol. prodiiſſe ſcribit. Figurae, cuilibet libro adpoſitae, ligno inciſae, eundem produnt artificem, qui figuras in editione Terentii *Veneta apud Io. Mariam Bonellum* 1563. in fol. cuius ſupra fecimus mentionem, effinxit. Habemus, qui ex eadem officina typographica *Venetiis* 1560. in fol. prodierunt, M. Tulii Ciceronis *Familiarium Epiſtolarum Libros XVI. Cum* Hubertini Creſcentinatis, Martini Philetici, Iod. Badii Aſcenſii, Ioan. Baptiſt. Egnatii & Paul. Manutii *ab ipſo proxime recognitis, emendatis atque auctis commentariis, & aliorum doctiſſimorum virorum, quorum nomina ſubſcripſimus, annotationibus ſparſim appoſitis, quibus difficillima quaeque* Ciceronis *loca explicantur, & mendoſa corriguntur.* Aulus Gellius, Alexander de Alexandro, Philip. Beroaldus, Philip. Merula, Angelus Politianus, Petr. Crinitus, Coelius Rhodiginus, Gulielm. Budaeus, Luc. Ioanes Scopa Parthenopaeus, Marinus Bechichemus, Franc. Robortelius Vtinenſis: *Cum* Hieronymi Ragazonii *com-*

mentario, quo harum epiſtolarum ordo ex ratione temporum oſtenditur. Cum Priuilegio. Adiectis praeterea argumentis & lemmatibus Giberti Longolii *in fronte ſingularum epiſtolarum*, folior. 257. ſi varia non numeraueris praemiſſa. Forte idem Hieronymus Ragazonius, qui *Commentarium in epiſtolas* Ciceronis *familiares* iam anno 1555. *Venetiis ap. Paullum Manutium* in lucem emiſit, & hanc quam adduximus editionem quoque curauit, VIRGILII & Terentii editor eſt, quod tamen pro certo adfirmare, nulla prorſus ratione ſuſtinemus.

VIRGILIVS a calumniis vindicatus, *vid. ſupra* p. 602. GVIL. MODICIVS.

SALVATORIS VITALIS, Annales Sardiniae ab anno orbis conditi 1880. ad annum Chriſti 1639. duobus Tomis abſoluti. *Florentiae* 1639. in fol. Tom. II.

Liber rariſſimus & pretioſus dicitur a Cl. Vogtio p. 713. Inſertus reperitur in *Theſauro Scriptorum atque Antiquitatum Siciliae* P. XV. Conf. cum hoc libro eiusdem SALV. VITALIS *Propugnaculum triumphale in Adnotationes ſiue Cenſuras Auctoris innominati contra Annales Sardiniae*, *Mediolani* 1643. in 4. Fuit SALVATOR VITALIS Marenſis Regularis Obſeruantiae monachus Franciſcanus & Theologus Florentinus, qui aliis Operibus hiſtoricis inclaruit, e quibus nobis praeter *Theatrum triumphale Mediolanenſis vrbis magnalium Mediol.* 1644. in fol. a Cl. Vogtio l. cit. adductum, etiam innotuit *Clypeus aureus excellentiae Calaritanae*, *Florent. ex officina Ph. Papinii* 1641. in 4. In *Bibliotheca hiſtorica* Struuio Buderiana, nulla librorum, a SALVATORE VITALI editorum, mentio facta eſt. Conf. *Bibliotheca Hamburgenſis hiſtorica* Centur. V. p. 181 ſqq. vbi breuis *Annalium Sardiniae* reperitur recenſio.

Com-

Digitized by Google

V Commentariorum vrbanorum RAPHAELIS POLATERRANI: oƈto & triginta libri cum dulici eorundem indice ſecundum Tomos colleƈto Item Oeconomicus Xenophontis: ab eodem latio donatus. *Venundantur Parrhiſiis in via Iacobea ab Ioanne paruo & Iodoco Badio Aſcenſio, ad Kalendas Iulias anno ſalutis noſtre* 1511. in fol. folior. 414. ſi duplicem indicem, & Xenophontis Oeconomicum fol. 26. omiſeris.

Haec editio oppido rara, & Maittairio aliisque incognita fuit. Praemiſſa illi eſt Aſcenſii *epiſtola, ad totius philoſophiae: pontificiique iuris profeſſorem peritiſſimum, & Compatrem cumprimis honorandum. dominum* Ioannem de Molendino: *canonicum Neruiorum ſeu Tornacenſem.* In illa inter alia Aſcenſius ſcribit: *Commentariorum Vrbanorum* RAPHAELIS VOLATERRANI ——— *in Gallias per noſtrum praelum noſtrasque operas diuulgationem; propterea venerabili fauſtoque nomini Tuo Compater laudatiſſime praeſcribimus quod vel te potiſſimum operis ipſius buccinatore ipſum impreſſimus: vel inter imprimendum tua leƈtione: tuisque ſubinde Aſteriſci obeliſque digniſſim. comperimus.* —*Proinde quum multa properantius nec ſatis preſſe repoſita cognoſces: ea ſtellis verubusq. (vt opinor) notabis quod: eo diligentius facias velim: quo ex tua recognitione auſpicatiorem aliquando impreſſionem emittere poſſimus* &c. Id vero anno 1526. factum eſſe, nos docet Ioſias Simlerus in Bibliotheca p. 596. Chriſtian. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabric: *med. & infim. Lat.* L. XVII. p. 143. Operis, quod RAPHAEL MAFFEVS VOLATERRANVS, in epiſtola dedicatoria ad Iul. II. Pontificem Rom. *Pandochеum* adpellat, *res*que *orbis ex mille pene vtriusque linguae voluminibus quocunque modo conſtipatas, compleƈti* ſcribit, recenſionem inuenies ſuccinƈtam, in Antonii Poſſeuini

Apparat. Sac, Tom. III. p. 119. Conf. Paull. Iouii *Elogia viror. doctor.* p. 260. Thomae-Pope Blount. *Cenſura Celebriorum Authorum* p. 523. edit. *Geneuens.* 1694. in 4. Cum editionem noſtram paullo intentius perluſtraremus fol. 365. b. lepidum deprehendimus errorem. Initio enim Libri XXXV. *Algorithum* & *Algebram* ſcriptoribus accenſet, qui de ſcientia Arithmetica ſcripſerint. Vt dictis fides conſtet, verba VOLATERRANI hic adſcribemus: *Numerorum ſcientiam quam Arithmeticam dicunt primus apud Graecos illuſtrauit* Pythagoras *eorum ratione ac characteribus adinuentis ac in tabula diſcipulis praeſcriptis quam poſteri deinde Abacum* (*vt* Boetius *tradit*) *vocauere.* Euclides *dein quattuor libris eam complexus eſt. VII. IIX. VIIII. X. ex noſtris* Boetius & *e recentioribus nonnulli libros edidere vt* Leonardus *Piſanus*; Blaſius *Parmenſis*: Ioannes Sacrobuſco: Prodocinus *Paduanus*: Algoriſmus: Algebra: Catainus: Ludouicus Eremita. In editionibus, quas ideo euoluimus, *Baſileenſi Frobeniana* 1559. p. 809. & *Hanouienſi apud Claud. Marnium & Haeredes Ioan. Aubrii* 1603. col. 1274. iſte quidem locus etiam comparet, ſed paullo immutatus. Verba enim *Algebra Catainus*, nullo interpoſito diſtinctionis ſigno, adlata conſpiciuntur, ac ſi *Algoriſmus* (Algorithmus) ſingularis auctor, *Algebra* vero praenomen fuerit *Cataini*.

IOANNIS VOLKELII, *Miſnici*, de vera religione Libri quinque, quibus praefixus eſt Joannis Crelli, Franci, Liber de Deo & eius Attributis, ita vt vnum cum illis opus conſtituat. *Racouiae, typis Sebaſtiani Sternacii, Anno a nato Chriſto* 1630. in 4. pp. 1175. ſi omnia computaueris.

Vid.

Digitized by Google

ᵘ Vid. de hac, & aliis libri editionibus Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 114 ſqq. Haec teſte Chriſtophor. Sandio in *Bibliotheca Antitrinitar.* p. 96. adeo rara eſt, vt 25. numis aureis emta fuerit. Crellii opus, primam libri conſtituit partem. Extat illud quoque inter reliqua Crellii ſcripta, in *Bibliotheca fratrum Polonorum.* Optimam totius libri inuenies recenſionem in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. VI. p. 172. De IO. VOLKELII vita & libris editis vid. Samuel Frider. Lauterbachs *Beſchreibung des ehemaligen Polniſchen Arianiſchen Socinianiſmi* p. 277 ſqq. Io. Fabricii *Hiſtoria Biblioth.* Fabric. Tom. V. p. 49. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2839 ſqq. Io. Franc. Buddei *Iſagoge Hiſtor. theolog.* P. I. p. 422 ſqq. P. II. p. 1351 ſqq. Guſtau. Georg. Zeltneri *Hiſt. ... Cryptoſocin. Altorph* p. 360 ſqq. Martin. Ad...t *Nachricht von dem Schmieg...liſchen Arianiſmo* Cap. III. §. 4. p. 38 ſqq. I. I. Rambachs *Einleitung in die Socinian. Streit.* Tom. I. p. 243 ſqq.

CONRADI VORSTII, Tractatus de Deo, ſeu diſputationes decem, de natura & attributis Dei, diuerſo tempore Steinfurti publice habitae. *Steinfurti* 1610. *Hanouiae* 1610. in 4.

Vix CONRADVS VORSTIVS, gymnaſii Steinfurtenſis Profeſſor, hunc librum in lucem emiſerat, cum ſtatim ab vniuerſis fere proteſtantium theologis impugnaretur, & Io. Franc. Buddeus in *Iſagoge hiſtoric. theologic.* P. I. p. 290. *omnes, ex eo tempore, qui de theologia naturali commentati fuerant, id ſibi datum crediuiſſe,* ſcribit, *vt* VORSTIVM *refutarent.* Cum vero haec vtrimque agitarentur, VORSTIVS a Curatoribus Academiae Leidenſis, ſucceſſor Arminii, in dicta Academia deſignabatur. Il-

Digitized by Google

le igitur relicta ſchola Steinfurtenſi Lugdunum cum familia ſua conceſſit, vbi Aduerſarios inuenit grauiſſimos. Deputati enim vt vocantur in Belgio Eccleſiarum, e Heidelbergenſibus theologis quaeſiuerunt, *num* VORSTIVS, *cum fructu pace ac aedificatione eccleſiarum, iuuentuti erudiendae in Academia Leidenſi praefici poſſet?* Heidelbergenſes reſponderunt, nonſolum VORSTII librum *de Deo* multis portentoſis opinionibus eſſe repletum, ſed ipſum quoque VORSTIVM, Socinianiſmi nomine eſſe ſuſpectum, & quae fuerunt reliqua quae vitio illi vertebant. His acceſſit Iacobus magnae Britanniae Rex, qui ad legatum ſuum apud ordines Belgii foederati praepotentes, Vinuodium dictum, ſcripſit, vt ordinibus Belgii foederati declararet: quod illi nuper in manus venerit cuiusdam VORSTII S.S. Theol. D. liber Atheiſmo & blaſphemiis ita refertus, vt pro ea ſollicitudine, qua chriſtianum principem & defenſorem fidei, erga eccleſiam affici oportet, non modo librum flammis cenſuerit vrendum, ſed auctorem ipſum grauiſſima poena mulctandum; quodque illi accidere nihil ingratius poſſet, quamſi *viperae* iſti & *monſtro hominis*, theologiae, in Academia Leidenſi, Profeſſoris conceſſerint munus. Adiecit his litteris Rex, Catalogum errorum, e VORSTII libro excerptorum, & legato iniunxit, vt illum cum ordinibus praepotentibus communicaret, iisque comminaretur, foederi ſe renunciaturum, niſi hominem haereticum dimitterent. Obtemperarunt etiam Leidenſes Iacobo Regi, & VORSTIVM huic officio non admouerunt. Rem omnem magno animorum motu agitatam, pluribus verbis exponunt Ioan. Uytenbogaert in den *Kerkelyken Hiſtorien. Rotterd.* 1647. in fol. P. IIII. p. 550 ſqq. Io. Wolfgang Iaegerus in *Hiſtor. Eccleſiaſt.* L. I. Cap. XI. p. 188 ſqq. *Synodi Dordracenae Acta* P. I. p. 318. nec non in praefat. d. 3. quibuſcum conferri merentur Viri ſumme Reu. Io. Georg Walchii *Einleitung*

in die Religions Streitigkeiten Tom. III. p. 565 ſqq. Tom. IIII. p. 282 ſqq. Io. Fabricii *Hiſtoria Biblioth.* Fabric. Tom. III. p. 357. Tom. V. p. 15 ſqq. Io. Fr. Buddei *Iſagoge Hiſt. theologic.* l. cit. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2841 ſqq. Paull. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 362 ſqq. Chriſtophor. Sandii *Bibliotheca Antitrinitar.* p. 98.

GERARDI VOSSII, Scripta fere omnia

rariora eſſe teſtatur Gerdeſius in *Florileg.* p. 289. Catalogus eorum inuenitur apud Niceron *Memoires* Tom. XIII. p. 141. Fuit GERARD. VOSSIVS, Leodienſis, Theologiae Doctor, Sedis apoſtolicae Protonotarius, & Eccleſiae Tungrenſis Praepoſitus. Diem obiit ſupremum Leodii 1609. Vid. Ian. Nicii Erythraei *Pinacotheca* II. XXXVIIII. p. 125 ſqq. Ioannis Chapeauilli *Geſta Pontificum Tungrenſium, Traiectenſium, & Leodienſium a variis auctoribus collecta & notis illuſtrata* Tom. III. *Leodii* 1616. in 4. p. 667 ſqq.

ISAACVS VOSSIVS de poematum cantu, & viribus rhythmi. *Oxonii, e theatro Sheldoniano*, 1673. in 8.

Obſeruationes, exquiſita doctrina refertas, liber exhibet, qui inter rariores ISAACI VOSSII libros, merito obtinet locum. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XIII. p. 127 ſqq.

La Genealogie des Comtes de Flandres depuis Baudoin Bras de Fer, jusqu' à Philippe IIII. Roi d'Eſpagne. *A Brugges* 1642. II. Tom. in fol. cum figuris aere expreſſis.

Les Seaux des Comtes des Flandres & inſcriptions

ons des Chartres par eux publiées, par O. DE WREE, *ibid.* 1645. in fol.

Non deeſſe inter eruditos, qui illam librorum OLIVARII VREDII gallicam verſionem extare, in dubium vocant, ſcribit Cl. Vogtius p. 716. *Bibliothecae* vero *Hulſianae Catalogus* e cuius P. I. p. 241. librorum titulos hic adſcripſimus, eiusmodi verſionem extare omnino confirmat.

IEAN IVVENEL DES VRSINS, Hiſtoire de Charles VI. & des Choſes memorables de ſon regne, depuis l' an. 1380. jusqu' en 1422. augmentée en cette nouvelle edition, de pluſieurs Memoires, Iournaux, Obſeruations hiſtoriques, & annotations, contenant divers Traitez & Contrâts, Teſtamens, & autres Actes & pièces du même temps, non encore imprimés, publiés par Mr. Denys Godefroy. *A Paris* 1653. in fol.

Splendidam hanc editionem, quae e *typographia* prodiit *regia*, in ipſa Gallia admodum eſſe raram & infrequentem teſtantur Lengleti du Freſnoy *Tablettes chronologiques* P. I. p. CCIIII. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XVII. p. 80. Chriſtian. Gottlieb Buderi *Bibliotheca hiſtorica* Struuiana p. 358. Nihil vero in iſto opere ſe ſcripſiſſe, adfirmat IOANNES IVVENELLVS DE VRSINIS *Doctor in legibus & in decreto, ſuo tempore Epiſcopus & Comes Bellovacenſis, Par Franciae, Regibus Galliae* Carolo VII. & Ludouico XI. *a conſiliis, deinde vero reſignante Archiepiſcopatum fratre ſuo* Iacobo, *Archiepiſcopus Rhemenſis*, quod non vel ipſe viderit, vel a patre ſuo, qui rebus geſtis adfuerat, reſciuerit; quippe qui fuerat antea cuſtos Praetoritatus Mercatorum Pariſienſium, tum Aduocatus Regis in Parlamento, ac ſereniſ-

Digitized by Google

reniſſimi Delphini Cancellarius. Mortuus eſt IOANNES IVVENELLVS DE VRSINIS an. 1474. vid. Fratrum Sammarthanorum *Gallia Chriſtiana* Tom. I. in *Archiepiſcopis Rhemenſibus*, Caſimir. Oudini *Commentarius de Scriptoribus & ſcriptis eccleſiaſticis* Tom. III. col. 2560. Dom. Bernard de Montfaucon *Monumens de la Monarchie Françoiſe* Tom. III. p. 353. vbi eius, & totius familiae imagines, nitidiſſime aere expreſſae, conſpiciuntur.

A. VINCENTII VSTRYCII, Sobieſciados, ſeu de laudibus Ioannis Magni, Poloniarum Regis inuictiſſimi, Carminum libri quinque. *Venetiis, apud Io. Franciſcum Valuaſenſem*, 1676. in 4. pp. 149.

ANDREAS VINCENTIVS VSTRYCIVS, ſeu vt lingua Polonorum vocatur vernacula, VSTRCYCKI, V. I. Doctor, & Canonicus Primislauienſis fuit. Compoſuit hunc panegyricum poeticum in itinere, quod ad viſendas gentes exteras ſuſceperat. Id enim ipſe in libri teſtatus praefatione, vbi ſcribit: *Non enim his, Aeneidos, aut Thebaidos luſtra, quae dimidium aetatis meae ſuperant, impendimus; nec in otio domeſtico, ſed in gentium exterarum peragratione, reſiduo a ſtudiis, tempore, incubuimus.* Conf. Io. Daniel Ianozki *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 87 ſqq.

VSVARDI Martyrologium, cum praefatione, additionibus, metrico martyrologio Wandelberti, & Annotationibus Io. Molani. *Louanii*, 1568. in 8.

Saepius quidem hoc *Martyrologium* fuit editum, & illius editiones nonnihil de pretio amiſerunt, poſtquam

quam duae recentiores editiones, quarum titulos adferemus, in lucem prodierant; illa tamen a nobis adducta editio, inter rariores libros referri ſolet, propterea quod Io. Molanus Theologiae Profeſſor, Apoſtolicus ac Regius librorum Cenſor, & eccleſiae S. Petri Louanienſis Canonicus, nonnulla, in illa, de ſcriptis ſuppoſititiis prodiderat, quae ſub diuerſorum Patrum eccleſiaſticorum nomine circumferri ſolent. Id enim cum aegre ferrent nonnulli, Molanus ſe adductum intellexit, vt in editionibus *Louan.* 1573. in 8. & *Antuerpiens.* 1583. in 8. ea expungeret, quae de eiusmodi ſcriptis prodiderat. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXVII. p. 341. Nouam *Martyrologii* editionem dedit Ioannes Baptiſta Sollerius, Societatis Ieſu Theologus, qui illud, *ad excuſa exemplaria XIIII. ad codices MSS. integros XVII. atque ad alios ferme L. collatum, ab additamentis expurgatum, caſtigatum, & quotidianis obſeruationibus illuſtratum, Antuerpiae, ex typographia Io. Paulli Robyns* 1714. in fol. in lucem emiſit. Vid. de hac editione admodum ſplendida *Acta Eruditor. Lipſienſ.* anni 1715. p. 473 ſqq. Inſertum fuit VSVARDI *Martyrologium, cum Auctario* Io. Bapt. Sollerii *Actis Sanctorum*, & quidem Pars I. *Iunio* Tom. VI. Pars II. *Iunio* Tom. VII. Verum extitit quidam e Congregatione S. Mauri Benedictinus monachus, qui hunc Sollerii laborem vanum fuiſſe contendit, propterea quod VSVARDI autographo non vſus fuerat. Itaque edidit: VSVARDI, *San-Germanenſis monachi*, Martyrologium *ſincerum, ad Autographi, in San Germanenſi Abbatia, ſeruati, fidem editum, & ab Obſeruationibus* Io. Bapt. Sollerii Soc. Ieſu *vindicatum. Paris.* 1718. in 4. vid. *Iournal des Savans* 1719. p. 183 ſqq. *Memoires de Trevoux* 1719. p. 770 ſqq. Qui plura de VSVARDO, eiusque *Martyrologio* noſcere cupit, adeat Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. XXXII. p. 37. Chriſtophor. Matth. Pfaffii *Introduct. in Hiſtor. Theolog.*

Digitized by Google

log. litterar. P. III. L. IIII. §. 10. p. 296 ſqq. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabrician. *med. & infim. Lat.* L. XX. p. 860 ſqq.

BONAVENTVRAE VULCANII, Hiſtoria Tumultuum Belgicorum ab anno 1566. ad ann. vsque 1577.

Ipſi in eam adducimur ſententiam, vt cum Cl. Vogtio p. 717. ſtatuamus, hunc librum non extare. Franc. enim Sweertius in *Athenis Belgicis* p. 161 ſqq. Ioan. Meurſius in *Athenis Batauis* p. 107 ſqq. Valent. Andreae in *Biblioth. Belgica* p. 116 ſqq. Paull. Freherus in *Theatro viror. eruditione claror.* p. 1509. P. Baile dans le *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2860 ſqq. Niceron dans les *Memoires* Tom. XXXIIII. p. 13 ſqq. quos, vt Bibliothecarum Catalogos taceamus, ideo euoluimus, nullam illius mentionem faciunt. Forte libellus, qui ſub Eremundi Friſii nomine prodiit, & titulum prae ſe fert: *Hiſtoria & origo Belgicorum tumultuum, immaniſſimaeque crudelitatis per* Cliuiam & Weſtphaliam *patratae, fideliſſime conſcripta, & tabulis aeneis repraeſentata, Lugd. Bat.* 1619. in 8. occaſionem dedit opinioni, quae eiusmodi librum extare, vulgauit.

W.

SINCERI WAHRENBERGS, kurtzes Geſpraech von der Polygamie 1671.

Cum liber in Suecia ederetur, diuerſae de auctore inter viros doctos percrebuerunt ſententiae. Chriſtianus nimirum Vigil, vel, qui nomine illo occultus fuit Fridericus Geſenius, Superintend. Gardelebienſis *epiſtola ad* SINCERVM WAHRENBERGIVM *Suecum, ſuper polygamia ſimultanea, in qua primaeuum coniugii inſtitutum de nonniſi vna vxore ſimul haben-*

benda, ſicuti id ab initio humani generis factum, in lege Moſis de non adulterando repetitum, a Chriſto explicatum, & ab Apoſtolis Chriſtianitati traditum eſt, monſtratis etiam, quibus ab hoc deuiatum fuerit, principiis, accurate expenditur, adeoque iis, quibus par eſt, bonae interpretationis & diſputationis legibus apodictice demonſtratur, quam verbo diuino cautum ſit, ne quis vna plures ſimul vxores habeat, quamque adeo ſupremam hanc Maieſtatis legem praeuaricetur, quisquis, extra illud vxoris ſuae, ad genituram datae, adiutorio nondum per mortem deſtructo, alii ſe miſcuerit. Germanopoli 1673. in 4. edita. *Samueli Pufendorfio* illum tribuere videbatur. Quae poſtea Samuel. Pufendorfius, hac ſuſpicione exacerbatus, Geſenio reſponderit, & qua ratione, hic ſuam de Pufendorfio coniecturam defenderit, vid. in Chriſtian. Gottlieb. Clugii *Diatribe epiſtolica de Scriptis* Io. Lyſeri *ad tuendam ſuadendamque Polygamiam editis* p. 3 ſqq. Ipſe Samuel Pufendorfius *diſſertationem* edidit *epiſtolicam ad* Seuerinum Wildſchyſſium *Hamb.* 1688. adſcito nomine Ioſuae Schwarzii, quem in Suecia Aduerſarium expertus erat, vt ſcilicet hoc nomine occultus, cogitata ſua paullo liberius exponere, eoque melius Schwarzium & reliquos adverſarios perſtringere poſſet, in qua diſſertatione diſertis verbis, *dialogi de polygamia auctorem* fuiſſe *quendam Holmiae doctorem Medicum*, ſcribebat. Erant etiam alii, qui cum Ioan. Dieemanno in *Vindiciis legis monogamicae Stadae* 1678. in 4. p 199. neque *Pufendorfium*, neque *medicum quendam Holmienſem*, ſed *alium virum illuſtrem Suecum*, & cum Severino Walthero Slütero in libello *de Polygynia* p. 63. *Secretarium quendam Comitis a Koenigsmarck*, libri eſſe auctorem ſibi perſuaderent. Demonſtravit vero, ſententiis iſtis in medium prolatis, & ſub examen vocatis, iisque reiectis S. R. Chriſt. Gottl. Clugius l. cit. argumentis minime contemnendis, hunc librum ipſius Io. Lyſeri Paſtoris & Inſpecto-

ris

ris quondam Portenſis, foetum eſſe, quem vel ipſe ediderit Lyſerus, vel amici ſententiae, quam animo de polygamia conceperat, fautores, in lucem emiſerint. Oppoſitus eſt dialogus iſte SINCERI WAHRENBERGII, *Herrn* D. Balthaſar Menzers *Schreiben zu Stockholm an einen fürnehmen guten Freund abgegeben, über einem mit ihm gehaltnen Geſpraech, betreffend die Polygamie und Eheſcheidung, Stockholm* 1670. in 4. quae epiſtola Holmiae, inſcio auctore, typis fuerat expreſſa. Cum vero SINCERI WAHRENBERGII dialogus, in quo *Bernhardus* & *Theodorus* ita diſputant, vt poſterior polygamiam, verbo diuino non prohibitam eſſe, demonſtret, in Menzeri perueniret manus, ille dialogum iſtum, denuo prelo ſubiecit, illique animaduerſiones, quibus WARENBERGII obiectiones refelluntur, addidit, qui liber hoc prodiit titulo: D. Balthas. Menzers *kurzes Bedenken über eines von ſich ſelbſt alſo genannten* SINCERI WAHRENBERGS *kurzes Geſpräch von der Polygamie. Franckfurth* 1672. in 4. Pluribus verbis libri Wahrenbergiani hiſtoriam expoſuit S. R. Chriſt. Gottl. Clugius in *Diatribe epiſtolica* cit. quam videſis.

Gewiſſenhafte Gedanken vom Eheſtande zuſammen getragen von GOTTLIEB WARMVND. *Friburg, gedruckt durch Henricum Kunrad* 1679. in 4.

Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 720. *Quantum e titulo conicere licet*, ſcribit Chriſt. Gottl. Clugius in *diatribe epiſtolic.* cit. p. 32. *liber hic* WAHRMVNDI *eſt* Diſcurſus politicus Lyſeri, *quem in ipſo limine, editionis anno* 1674. *procuratae*, Diſcurſum conſcientiarium *adpellat.*

M. IOH. ANDR. WALTERS, *Langendorſio-Ciz. SS. Theol. Cultoris*, Kayſerliche Wirthſchafft

Digitized by Google

ſchafft oder Götter-Spiel, auf welchem alle Römiſche Kayſer von Iulio Caeſare als einem Marſchall in einen Palmen-Thal logiret und von dem noch löbl. regierenden Leopoldo M. gleichſam an drey Tafeln tractiret werden, allwo währenden Tafeln Hier einer mit dem andern diſcouriret, dort einer jauchzet, der andere ſeuffzet; u. ſ. f. und alſo ihre meiſten und remarquableſten Thaten ſelbſt eröffnen Alles nach Erheiſchung der an ſich gelooſten Perſonen in ernſthafften und luſtigen Madrigalen mit beygefügter Fama und Pallade, ſo, Dasz jene der Kayſer Tugend oder Laſter deutlich und ſummariſch, dieſe aber die daraus zu ſchöpffenden Moralia mit Gleichnüſſen Versweiſe anführet, zu der ſtudirenden Iugend Luſt und Nutz poetiſch entworffen. *Auf Unkoſten des Autoris verlegt und zu finden Bey Ioh. Herbordt Kloſen, in Leiptzig. Zeitz, gedruckt mit Huchoniſchen Schrifften* 1699. in 8. pp. 144. excepta dedicatione & praefat.

Libelli, qui ſingulare prorſus & lepidum Auctoris prodit ingenium, pauciſſima diuulgata fuerunt exemplaria. Eo enim tempore, quo comparuit, ſuperiorum iuſſu prohibitus, & ſuppreſſus fuit.

Saechſiſches WEICHBILD, Lehenrecht, vnd Remiſſorium.

Ornat Bibliothecam Portenſem codex rariſſimus litteris gothicis in forma maiore impreſſus, in quo inuenitur *das* WEICHBILD *cum gloſſa* folior. 102. *das Lehenrecht cum gloſſa* folior. 118. *das Remiſſorium* fo-

folior. 116. Tempus, quo typis excuſus fuit iſte codex, nos docet typographi ſubſcriptio, in fine remiſſorii conſpicua: *Hie endet ſich das remiſſorium mit ſampt dem* WICHBILD *und lebenrecht. Getrucket vnd vollendt in der keyſerlichen ſtat Auſpurg von Anthonio Sorg an montag nächſt vor Thome des iars als man zalt nach Criſti gepurt. MCCCCLXXXII.* Inchoatur codex noſter praefatione rhythmica, quae cum in recentioribus editionibus omiſſa fuerit hic adſcribitur:

Got gebe ſeyner ſele rat,
der diſes Buch getichtet hatt.
Ecke von repchaw,
ſein pflege vnſer frau
Das der ſeynes lones warte,
in des hymels garte.
Des bittend alle gen got,
Michahel ſey der bot.
Daz der ſeine ſel weisz,
in das frone paradeisz.
Mit dem gerechten ewigklichen
in got ſey ir freude reiche.
Vnd beſchlieſſe in darjnne
Das der got ymmer mynne,
ſeyt ſeine genade ſeind ſo raine.
Den von Franckenſtein.
thu in deiner säligen genosz,
vnd ſecze in abrahams ſchosz.
Wann von ſeiner bet geſchehen iſt,
das man disz buch teutſch liſt.
Het got an mich gelegt
Kunſt und weiszheyt
der jch laider one bin,
So wölte jch gern meine ſynn
mit fleiſſe daran keren.
eren Ecken *wort meren*
Von den genaden gotes und ſein.
ſo iſt disz buch worden mein:
Nun weisz ich nit ſprechen mer
got gebe daz meyn will ergee.
Daz ſein groſſe weiszheyt

Digitized by Google

die got an in hat geleit.
Zu ſeyner maſſe kommen.
beyde zu genaden vnd zu frommen.

Quod ſiquis hos rhythmos, cum illis, qui in denen *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 226 adlati fuerunt, contulerit, ab illis, variis in locis, inprimis ſi ſcribendi rationem ſpectaveris, eos diſcedere intelliget. Rhythmos excipit *Caronica de tempore creacionis mundi.* In illo chronico haec leguntur: *Von keiſer Iulio: Uon roma begin über VI hundert jar vnd, LXXXXVIIII. jare ward* julius *Keiſer zu Rom. der vil ſtet gewan. vnd waz an dem reich. X jar. vnd do er. X. jar an dem reiche gewas do ward er von den römeren erſchlagen. vnd waz. LVI. jar alit. An dem letſten tag ee er ſtarb viel ein plicze auf den marckt neben der ſeule die er hat laſſen ſeczen in der nacht ee er ſtarbe wurden geöffnet die venſter ſeines gemaches mit alſo groſſem ſturme daz er wolt wänen das pallas wöllt brächen. do er wolt geen auf das capitolium do ward jm ein brief geantwurt darjnn ſtund geſchrieben.* Der richter des todes beytet dein. *do er den brieff gelasz do hielt er in do er geſtarb do vand man jm in der hand.* De Imperatore Conſtantino, chronici auctor inter alia ſcribit: *Diſer* conſtantinus *gab dem bapſt weltliche gewett. XL. ſchilling ze ſeinem gericht nach küngs recht ze-czwingen alle die de do wider gehorſam lebeten der criſtenheit. Er ſaczt dem bapſte zereiten auf einen blancken pferd, vnd das der keiſer sölt den ſtegraiff halten. Er beköret auch die ſachſſen vnd gab jn ire priuilegia das wyr den* ſachſsenſpiegel *heiſſen. Dyſer keiſer hat gröſſe ere begangen.* Chronico finis imponitur cum Imperatore Wilhelmo Hollandiae comite. Articulus des WEICHBILDS primus, his inchoatur verbis: *Nun höret vnd vernämendt von des rechten begin, vnnd von wanns es herkommen iſt. Daz recht iſt dreierhande gotesrecht iſt das erſte. Margrecht iſt das ander. Lantrecht das iſt das dritt.* Praefatio iu-

ris

ris feudalis ſiue des *Lehenrechts*, in noſtro codice, hoc habet initium: *Der menſchen gedenken gebrüchlichen ſeind, vnd die ſchare iſt auch nicht genüge wann was die menſchlich vernunft begreiffen mage das iſt ſunderlich nott von nature wegen das ſy vor alſo vil verleürt. diſe ſchreibet* Seneca *allein daz die worte ſein ſeind. Doch will jch ſy mit verbäncknusz des ſchöpffers der nature pringen zu meiner ſuchung meins gegenwirtigen ſynnes, wann das heylig recht in der menſchen ſyn nit alſo genczlich begriffen iſt noch zehalten. wann vergeſſenheit iſt menſchlich vnd der nit rethe das iſt müglich vnd göttlich.* vt C. De ve. iu. enucli. l. II. §. Siquid aut. l. IIII. *Vnnd darumb ſo hat der alſo hoch gelobt, vnd hoch geborn des got ewiklich gedenck diſes gegenwirtigen buches auszgeber keiſer* Friderich von Stauffen *das do* lehenrecht *genannt iſt. wol erkannt hat das der menſchen vernunfft nit allein alſo kranck wär, ſundern zergenklich allein wol der menſchliche ſam werend iſt* &c. *Remiſſorium*, vt dicitur, multis in locis ab illo diſcrepat, quod recentioribus iuris Weichbildici adiectum conſpicitur editionibus. Auctorem *Remiſſorii* eſſe Theodoricum de Bocksdorf ſiue Burgsdorf, iuris vtriusque in Lipſienſi academia ordinarium, & Canonicum Martisburgenſem, & poſtea ab anno 1463. Epiſcopum Numburgenſem, coniicimus e verbis Paulli Langii, in *Chronico Numburgenſis, Eccleſiae omnium Epiſcoporum, qui a tempore* Ottonis M. *Imperatoris, vsque ad* Caroli V. *tempora, per* DLX. *annos; continua ſucceſſione rexerunt, nomina & geſta ſcitu digna continente*, apud Io. Burch. Menckenium in *Scriptor. rer. Germanicar.* Tom. II. p. 48. Theodoricus *tercius* de Bugsdorff *cognominatus triceſimus quartus Nuenburgenſis eccleſie Pontifex. Anno Dom.* 1463. *Indictione Romanorum XI. menſe Octobri electus eſt anno autem ſequenti coronatus. Hic ſtudio & diſciplina Lipſienſis fuit. eiusdem gimnaſii iuris vtriusque Ordinarius & non minus diuinarum ſcripturarum cognicione*

Digitized by Google

conſpicuus. non modo preſentibus ſed & poſteris vtilis & proficuus. Edidit ſiquidem inter cetera ingenii ſui monimenta. Repertorium in iura Saxonum *vtiliſſimum. Prefuit autem tribus annis feliciter & optime. Obiit enim anno Dom.* 1466. De aliis iuris Weichbildici Saxonici, & feudalis editionibus, vid. die *Merwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* l. cit.

Qui me non voluit nunquam feliciter ſoluit: Incipit Clauicula indulgentialis & abſolutionis ſacerdotalis ſecundum abbreuiatum latiſſime *ſumme venerabilis* NICOLAI WEIGEL *ſacre theologie baccalarii formati: ualidiſſimi theologi* de indulgentia plenaria ad Iohannem Epiſcopum Müſznenſem ſacre theologie profeſſorem tempore concilii baſilienſis. Anno Chr. M. CCCC. XLI. Et habet quinque partes: Partes vero capitula: & de his omnibus communiora quaſi receiſa relinquentur. Apicibus ſacrarum ſcripturarum minime derelictis pro vtilitate omnium ſacerdotum. in folio folior. 41.

Hac ratione inchoatur liber haud vulgaris raritatis. Scriptores enim qui libri faciunt mentionem, librum ipſum oculis non conſpexiſſe, videntur. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr* Tom. II p. 498. haec tantummodo ex Eiſingrenio, de auctore, & eius libro adtulit: NICOLAVS VOIGELT, *quem alii ſcribunt* WIGELI, *Germanus, Commentariolum ſcripſit de indulgentiis, Friburgi anno* 1438. Eadem leguntur in Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. XIII. p. 396. Apud Ioſ. Simlerum in *Biblioth.* p. 527. haec inueniuntur: NICOLAVS WIGELI *ſcripſit tractatum de indulgentiis. Hic* NICOLAVS *pro reductione Graecorum indulgentias per concilium Baſi-*

Digitized by Google

Baſileenſe datas promulgauit Friburgi anno 1438. Haec fere ſunt, quae apud ſcriptores, quos euoluimus de NICOLAO WEIGELIO inuenire potuimus. Qua ratione Michael. Maittairius in *Annal. typograph.* illius fecerit mentionem, mox videbimus. Totum opus LXXVIIII. abſoluitur capitibus, quibus additur concluſio. Definitionem indulgentiae WEIGELIVS capite I. *ex mentibus doctorum indulgentiam deſcribentium, ſcilicet* Wylhelmi *in ſacramentali.* Franciſci Maronis *qui pertractat in ſermone qui incipit. Quodcunque ligaueris indulgentia dat. ſancto Franciſco in Aſſiſio:* Henrici bitterueldis. Hugonis *ſuper quarto.* Doctoris ſolemnis *ſcilicet* Henrici de gandavo. Caſperi de Caldrinis, eam adtulit: *Indulgentia eſt remiſſio pene* (poenae) *temporalis: debite pro peccatis actualibus penitentium: reſtantis poſt abſolutionem ſacramentalem ex cauſa rationabili: rationabiliter facta. reſpectu ſuſceptibilis vel ſuſceptibilium. de theſauro ſupererogationis perfectorum eccleſie. eiusdem claue vel poteſtate.* Cauſſam vero, qua adductus fuit WEIGELIVS, vt hunc *de indulgentiis* librum conſcriberet, adfert duplicem. Altera in fine capitis primi, altera in fine totius libri reperitur. Illam his verbis exponit: *Tractatulus vero prefatus iam dicti* magiſtri NICOLAI *elaboratus eſt propter indulgentias plenarias datas a Concilio Baſilienſi Anno domini MCCCCXXXVI. IIX. Kalendis Maii, pro facto reductionis Grecorum, quos ipſe per Germaniam duxit.* Hanc ita conceptam deprehendimus: *Hec propter queſtores per terras currentes & indiſcrete indulgentias pronuntiantes. quorum malum euitari non poteſt niſi cognitum. pſ. LXXII. Hoc labor eſt ante me donec intrem in ſanctuarium dei. id eſt in ſcripturas.* Conf. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 499. vbi haec verba mirifice deprauata e *Catalogo Bibliothecae Kielmannſeggianae* p. III. p. 34. adlata fuerunt. In Noſtro enim exemplari, NICOLAI WEIGELII nomen, in fine libri non comparet, neque

ille *S. Theologiae Baccalaureus* dicitur, *formatus propter quaeſtores per totam terram currentes, & indiſcrete indulgentias pronuntiantes, quorum malum euitari non poteſt, niſi cognitum.* ſed verba adlata *Haec propter quaeſtores* &c. niſi plane fallimur, ad librum, minime vero ad eius auctorem referri debent. In libri concluſione, ſiue vt auctoris ſunt verba, *in fine finali addit* magiſter NICOLAVS *quatuor quaeſtiones motas & determinatas in veſperiis in aula Anno dni MCCCCXLI. XXVIIII. menſ. Maii. pro dando ſibi birreto a reuerendo in criſto patre. ac dno. dno.* Iohanne *epiſcopo Miſznenſi.* I. *queſtio. An Epiſcopus in ſua dioceſi poſſet dare indulgentias auctoritate, ordinaria, quas quilibet ſue dioceſ. exiſtens in caritate poſſit promereri?* II. *Vtrum eccleſia vniuerſalis ſancta & immaculata per ſe, vel per generale concilium legitime congregatum: quo eſt repreſentata largiri poſſit plenariam peccatorum remiſſionem clauium poteſtate in eam a Chriſto immediate deriuatam?* III. *Vtrum epiſcopus per ſolennes quas dare habet indulgentias remittere poſſit pro peccatis debitas penitentias.* IIII. *Vtrum indulgentie dentur poteſtate ſummorum pontificum, vel aliorum epiſcoporum, aut de theſauro eccleſie & an poteſtate ordinis aut iurisdictionis. Et an poteſtate ordinis reſpicientis corpus Chriſti verum. aut corpus miſticum quod eſt eccleſia. Et an poteſtate ſeculari an eccleſiaſtica. Et ſi ſic an poteſtate eccleſiaſtice iurisdictionis in foro exteriori, vel interiori?* Typographi & loci quo liber impreſſus fuerit, in noſtro exemplari, nullum extat indicivm, haecque tantummodo verba, in libri fine leguntur: *Finis eſt Deo gratias. Sub annis domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo* (1480) *Amen.* Error igitur ſine omni dubio typographicus eſt, cum in *Biblioth. Kielmannſegg.* l. cit. liber 1488. impreſſus dicitur, quem poſtea errorem, in ſuos transſcripſit *annales typograph.* Michael. Maittaire l. cit.

VA-

Digitized by Google

VALENTINI WEIGELII, aureum vellus. Vid. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 722. Prodiit liber titulo: *Keren Happuch, Poſaunen Eliae des Künſtlers, oder Teutſches Fegfeuer der Scheidekunſt* &c. *Hamb.* 1702. in 8. cuius auctorem eſſe dicunt Soeldnerum quendam Medicinae doctorem. In eo p. 85. de hoc WEIGELII libro, ea relata legimus: *ſonſt ſoll dieſer* WEIGELIVS *eine Schrift haben drucken laſſen,* aureum vellus *genannt, weil er aber gar zu offenhertzig darinne gangen, haben ſeinn Bekandten ſelbige meiſtens aufgekaufft vnd verbrandt, iſt mir aber biszher nicht zu Geſichte kommen.* Prodiit quidem *Hamburgi,* VALENTINI WEIGELII *vellus aureum & chryſopoeia, ſeu chryſopoeia maior & minor, das iſt güldner Vliesz und Gold-Erzielungs Kunſt.* 1716. in 8. ſed librum ineptum ab alio conſcriptum, & vt credulos emtores, eiusmodi nugarum aeſtimatores alliciat, WEIGELII nomen illi eſſe praemiſſum credimus.

WOLFGANGI WEISSENBVRGI, *Academiae Baſilienſis Mathematici* Deſcriptio terrae ſanctae, iuxta ordinem Alphabeti, *Argentorati, apud Wendelinum Richelium* 1536. in fol.

Hanc editionem, quae cum Iacobi Ziegleri, opuſculis coſmographicis hoc prodiit titulo: Iacobi Ziegleri, *Terrae ſanctae, quam* Palaeſtinam *nominant,* Syriae, Arabiae, Aegypti, & Schondiae *doctiſſima deſcriptio, vna cum ſingulis tabulis earundem regionum topographicis. Item* Holmiae *plane regiae vrbis calamitoſiſſima clades ab eodem deſcripta: cuius libri & hic titulus eſt:* Chriſtierni ſecundi *regis* Danmarchiae *crudelitas perpetrata in proceres* Sueciae & *populum Holmenſem. Accedit alia deſcriptio Terrae ſanctae iuxta ordinem Alphabeti ad ſcripturam proxime directa, & vtiliſſima etiam plebeio le-*

Digitized by Google

ctori, authore Wolfgangio Weiſſenburgio. *Volumen impreſſum Argentorati apud Wendeimum Ribelium* 1536. rariſſimam eſſe teſtatur Gerdeſius in *Florileg.* p. 293. qui Auctorem *Weiſſenbergium* adpellat. Conf. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 326. & p. 687. vbi WOLFGANGVS WEISSENBVRGIVS nonſolum Mathematicus, ſed etiam theologus & eccleſiae Baſilienſis miniſter dicitur, eiusque *Deſcriptio terrae ſanctae in tabulas ſeptem chartarum digeſta, ita vt in pariete affigi poſſit, cum libello eandem declarante, Argentorat. anno* 1538. excuſa memoratur. Teſte Iacobo le Long in *Biblioth. ſacr.* Tom. II. p. 1015. extat etiam WOLFG. WEISSENBVRGII *Vrbis* Ieruſalem *&* Palaeſtinae *diligens deſcriptio ex optimis quibusque Auctoribus. Paris.* 1542. Vtrum liber a *Deſcriptione Terrae ſanctae* diuerſus, an alia tantummodo, eiusdem libri, mutato titulo, ſit editio, ii viderint, quibus vtrumque librum conferendi facta fuerit poteſtas.

IO. ANGELII WERDENHAGEN, I. C. C. Ψυχολογία vera I. B. T. XL. quaeſtionibus explicata, & rerum publicarum vero regimini, ac earum maieſtatico iuri applicata. *Amſtelod. apud Io. Ianſſonium* 1632. in 16. pp. 621. except. dedicat. praefat. & aliis praemiſſis.

In hoc libro IO. ANGELIVS WERDENHAGEN, paradoxum & fanaticum ſatis ſuperque prodidit ingenium. Litterae I. B. T. deſignant Iacobum Boehmivm Teutonicum. Godofredus Arnoldus quidem in der *Kirchen- und Ketzerhiſtorie* P. III. Cap. VIIII. p. 88. hunc librum in 4. prodiiſſe ſcribit, ſed vno eodemque anno eum diuerſa forma editum fuiſſe, vix credibile eſt. Conf. de IO. ANGELIO WERDENHAGEN, qui nonnullis Atheiſmi ſuſpectus videtur, D. Tobiae Wagneri *Examen elenchticum Atheiſmi*

Digitized by Google

theiſmi ſpeculatiui, Tubing. 1677. in 4. p. 74. Io. Mülleri *Atheiſmus deuictus* p. 39. Ehregott Daniel Colbergi *Platoniſch - Hermetiſches Chriſtenthum* C. V. p. 255.

Chronica der weitberuempten Keyſerlichen Freyen und desz H. Reichs Statt Augſpurg in Schwaben, von derſelben alten Vrſprung, Schoene, Gelegene, zierlichen Gebäwen vnnd namhafften gedenckwürdigen Geſchichten in acht vnderſchiedliche Capitul (dero Innhalt vor Anfang dieſer Chronicken, ſampt Abbildung vnd Deutung gedachter Statt alter monumenten zu finden) abgetheilt: ausz desz Edlen vnd Ehrenveſten Marx Welſers des Iüngern Patricii, vnd Burgermeiſters daſelbſten acht Büchern (ſo er in lateiniſcher Spraach beſchrieben, vnd vor einem Ihar in offnen Truck auszgehen laſſen) gezogen vnd derſelben Burgerſchafft ſampt dero Benachbarten zu ſondern Ehren vnd gefallen in vnſer teutſchen Spraach in Truck verfertigt, durch ENGELBERTVM WERLICHIVM, *der hiſtorien liebhabern* 1595. *Getr. zu Franckf. am Mayn. bey Chriſt. Egen. Erben.* in fol.

De libri raritate vid. Scriptores a Cl. Vogtio p. 723. cit. Eſt nobis exemplar e Bibliotheca Portenſi ad manus. Dedicatio ad nonnullos Ciuitatis Auguſtanae Mercatores, a Wolfgango Dietr. Ceſar *von Augſpurg bürtig, vnd Bürger zu Frankfurth,* cuius ſumtibus liber prodiit, profecta eſt. Dedicationem ſequitur: *Lobſpruch vnd kurtze poetiſche Beſcreibung der Statt* Augſpurg *durch* Salomonem Frenzelium

von

von Breſzlaw. *Ietzo in liebliche teutſche Reimen gebracht*, *durch* Teuc. Annaeum Priuatum C. Poeſeos ſtudioſum. *anno* 1595. Haec excipiunt *Monumenta & antiquitates vrbis Auguſtanae* pp. 97. Pars Chronici I. 110. abſoluitur paginis. In fine illius haec leguntur verba; *Bisz hiher*, Marx Welſer: *dieweil er dann ſein Augſpurgiſche Hiſtorien allhie beſchloſſen*, Gaſſerus *aber ſeine Annales weiter continuirt*, *ſo wöllen wirs bisz daher für den erſten Theil Augſpurgiſcher Chronica gehalten haben*, *vnd nun in nachfolgenden andern Theil hören*, *was gemeldter* Gaſſerus *weiter hievon ſchreibet*. Haec pars, quae paginas 282. complectitur, ſine titulo & praefatione eſt, ac ſtatim caput primum ante oculos ponit. Cauſſam illius rei pluribus verbis adtulit I. G. Schellhornius Tom. X. *Amoenitat. litterar.* p. 1035. not. c. Pars ſecunda & tertia, non WERLICHIVM, qui in titulo *antiquorum Monumentorum* Parti chronici I. praemiſſorum etiam ENGELBERTVS WIELICHIVS adpellatur, ſed Wolſgangum Hartmannum, Paſtorem Eberſpacenſem auctorem habet. Secundam partem, excipit tertiae titulus, his verbis conceptus: *Dritter und letſter Theil der Weitberuempten Keyſerlichen Freyen vnnd desz H. Reichsſtatt* Augſpurg *in Schwaben Chronica: Ausz weylandt desz Ehrnveſten vnd hochgelährten* Achillis P. Gaſſeri *von* Lindaw *der Artzney Doctoris vnnd ehegedachter Statt* Augſpurg *verordneten Phyſici*, *Chronica* (*ſo er mit groſſer Mühe vnd ſonderm Fleisz zuſamen getragen vnd in Lateiniſcher Sprach beſchrieben*) *gezogen*, *vnd derſelben Burgerſchaft*, *ſampt dero Benachbarten zu ſondern Ehren vnd Gefallen in vnſer Teutſche Spraach in öffentlichen Truck gegeben vnd in zwölff vnterſchidliche Capitel*, *abgetheilet*; *Durch den Ehrwürdigen vnd Wohlgelährten* Wolffgangum Hartmannum *Pfarrherrn zu* Eberſpach. *Getruckt zu Baſel* 1596. pp. 141. Et huic parti nihil aliud in noſtro exemplari praemiſſum conſpicitur, praeter

Car-

Carmen *von dem Vrſprunge der Statt* Augſpurg *Wappen*, & duo *Hexaſticha* latina in Annales D. Achillis Gaſſeri & in Auguſtam a Bernhardo Heupoldo Gundelfingenſi; De *Annalibus* Gaſſeri latinis, quorum pars a Wolfgang. Hartmanno quidem edita, ſtatim vero ſuppreſſa fuit, vid. Cl. Vogtium p. 301. Iacob. Bruckeri *Ehrentempel der deutſchen Gelehrſamkeit* Decur. IIII. p. 147. vbi *Wolf* Hartmann pro *Wolfgang* legitur.

Libri deflorationum ſiue excerptionum ex melliflua diuerſorum patrum: ſignanter: Auguſtini: Hieronimi: Ambroſii: Gregorii: Hilarii: Criſoſtomi: Maximi: Origenis: Remigii: Caſſiodori: Bede: Alcuini: aliorumque Doctorum orthodoxorum doctrina: ſuper euangelia de tempore: per anni circulum: per *reuerendum patrem dominum* WERNERVM. *Abbatem Monaſterii ſancti Blaſii Martiris & pontificis: in nigra ſilua: ordinis ſancti Benedicti: Conſtancienſis dioceſis* conſcriptarum: in ſermones poſtillares ſubſequentes: ſintagmatati ſiue compoſiti. in fol. folior. 158.

Monaſterium S. Blaſii in Hercynia ſilua, antiquiſſimis iam temporibus nomine *Cellae Albae*, a fluuio Alba, qui moenia praeterfluit, ſatis celebre fuit. In Diplomate Henrici V. *quo limites bonorum ad* Cellam S. Blaſii *adtinentium deſcribuntur*, *cella in Silua Swarzwald a* S. Reginberto (Reginberto Seldenbürenſi Nobili Tigurino, ob manum amiſſam) *conſtructa*, *ab* Ottone *autem Imperatore & item a beatae memoriae patre* Heinrico *Deo*, *& S. Blaſio cum locis circumiacentibus & terminatione eorum*, *in proprium tradita*, *conceſſa & confirmata* dicitur. Extat illud diploma in Marquardi Hergott, Ordinis S. Benedicti, Con-

Congregationis S. Blaſii in Nigra Silua Capitularis & magni Cellerarii, Caeſar. & Reg. Maieſtat. Hungar. & Bohem. Hiſtoriographi & Conſiliarii *Genealogia diplomatica Auguſtae gentis Habsburgicae* Vol. II. *Vienn. Auſtr.* 1737. in fol. Num. CXCVII. p. 136. Plura diplomata, quibus hiſtoria huius monaſterii illuſtratur, inueniuntur in eodem Opere, paſſim. Anno vero 983. ab Ottone II. Imperatore monaſterium S. Blaſii, in Abbatiam S. R. I. exemtam, conuerſum eſſe, litterae iſtius Imperatoris declarant confirmatoriae, nouae Abbatiae conceſſae. vid. Marqu. Hergott hiſtoria de origine iſtius Abbatiae, quae extat in Io. Hieronym. Lochneri *Sammlung Merkwürdiger Medaillen* ann. 1744. p. 185-199. & p. 417. Parachroniſmum igitur admiſit Rudolph. Hoſpinianus *de origine & progreſſu Monachatus ac ordinum monaſticorum, Equitumque militarium omnium*, *Tigur.* 1588. in fol. cum L. V. Cap. XXV. fol. 204. id anno 1084. accidiſſe ſcribit. Conf. Martin. Cruſii *Annal. Sueuic.* P. II. L. IIII. p. 131 ſqq. P. II. L. VI. p. 193. Duo in iſta Abbatia, WERNERI fuerunt, quorum alter in ſerie Abbatum, a condita Abbatia ſecundum, alter vero octauum occupauit locum. Ille ad dignitatem Abbatis peruenit anno 1045. diem obiit 1068. Hic infulam Abbatiae adeptus eſt anno 1170. quam moriens depoſuit anno 1174. Vid. Marquard. Hergott Series Abbatum apud Lochnerum l. cit. p. 198. Sine dubio poſterior, Operis, cuius titulum adduximus, compilator extitit. Aubertum igitur Miraeum, in *Auctario de Scriptor. Eccles.* p. 65. edit. Fabric. & Caſimir. Oudinum in *Commentar. de Scriptor. & Scriptis Eccles.* Tom. III. col. 33. errare, in aperto eſt, cum ille Auctorem *librorum deflorationum*, circa annum 1200, hic vero circa annum 1210. floruiſſe ſcribit. Adſcripſit quidam exemplari, quod in Bibliotheca Portenſi reperitur. *Vixit Auctor circa annum* 1494. huiusque rei teſtem produxit Io. Wolfii *Lectionum*

Me-

Digitized by Google

Memorabilium & reconditarum Tomum I. Centenar. XV. 931. Quo vero iure Wolfium iſtius erroris fecerit auctorem, ille probe intelliget, qui in *Lection. Memorabil.* loc. cit. euoluerit. Hoc WERNERI Opus rariſſimum eſſe, nonſolum, ex eo coniicimus, quod Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. III. p. 373. ſcripſerit: WERNERVS *Abbas S. Baſilii* (Blaſii) *fertur ſcripſiſſe libros deplorationum* (deflorationum) *ſed eum non vidi;* ſed id etiam diſertis teſtatur verbis Caſimir. Oudinus l. cit. Index operi praemiſſus, hoc ſingulari titulo inſcribitur. *Annotatio notabilium doctorum, in libro deflorationum patrum.* Illum autem titulum, quem ſupra adpoſuimus, excipit figura ligno inciſa, in qua conſpicitur ſenex triceps coronatus, dextra pomum ſic dictum imperiale, ſiniſtra ſceptrum tenens, cum his verbis ſupra poſitis: *Sancta Trinitas*, libertate ſane nimis, vt Michael. Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 571. not. II. ſcribit, vt ne dicam peius, profana. Dextrae ſenis adſident in nubibus, Matthaeus, Marcus, S. Blaſius, ſiniſtrae Lucas, Ioannes, Beata virgo. Sub imagine S. Blaſii, conſpicitur *Abbas* WERNHERVS, manu librum tenens, ſub beata virgine, Abbas Georgius, qui eo tempore, quo liber editus fuit, Abbatiae praefuit. Vterque genibus prouolutus conſpicitur. Sub pedibus ſenis ſe obiiciunt oculis, Abbatiae S. Blaſii inſignia, ceruus ſcilicet proſiliens aureus, in caeruleo vt vocatur campo, his adſcriptis rhythmis:

Hoc ſintagma tibi: iuſſi rex celite ſcribi
Suſcipias a me: quod ſuſcepi prius a te
Theotecon natum: ſcriptori fac miſeratum
Codice me Chriſto: Blaſi *ſacer offer in iſto.*

Veniunt quoque in conſpectum imagines Ambroſii, Remigii, Origenis, Ieronimi, Hilarii, Caſſiodori, Criſoſtomi, Iſidori, Gregorii, Maximi, Ala-

p. 556. Vid. de variis editionibus ac verſionibus *Homiliarii*, quem iuſſu Caroli M. Imperatoris in eccleſiarum vſum, e Patribus congeſſit Paullus Warnefridus, ſeu Diaconus, Io. Henr. a Seelen *Selecta litteraria* p. 252 ſqq. Io. Dauid. Koelerus *de Bibliotheca* Caroli M. *Altorf.* 1727. in 4. §. 6. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. XV. p. 622 ſqq. De denominatione *Homiliarii* vid. Caroli Dufresne, Domini Du Cange *Gloſſarium ad Scriptores med. & infim. Lat.* Tom. III. col. 1154. edit. *Paris.* 1723. & de vi vocis *Defloratio*, Tom. II. col. 1731.

IO. WICLEFI, *viri vndiquaque piis.* Dialogorum libri quattuor, quorum primus diuinitatem & ideas tractat. Secundus vniuerſarum creationem complectitur. Tertius de virtutibus vitiisque ipſis contrariis copioſiſſime loquitur. Quartus Ro. eccleſiae ſacramenta, eius peſtiferam dotationem, antichriſti regnum, fratrum fraudulentam originem atque eorum hypocriſim, variaque noſtro aeuo ſcitu digniſſima, graphice perſtringit, quae vt eſſent inuentu facilia, ſingulorum librorum tum caput, tum capitis ſummam indice praenotauimus. 1525. in 4. folior. 179. ſi omnia numeraueris.

Hunc quidem librum, ab alio IO. WICLEFI libro, quem *Trialogum* adpellari, ſibi perſuaſerunt nonnulli, diuerſum eſſe narrant Aug. Beyerus in *Memoriis libror. rar.* p. 249. Auctor des *Eſſais de litterature* Tom. I. p. 48 ſqq. Cl. Vogtius p. 725. Sed rem ſecus ſe habere libro ipſo inſpecto docuerunt Auctores derer *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* & derer *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Ille Tom. III. p. 525. hic Tom. V. p. 183. *Trialogum* WICLEFI, ab his *dialogis* non eſſe diuer-

ſum confirmat. Cauſſam, e qua error iſte enatus fuit, e verbis iſtis, quae initio ſtatim capitis I. Libri I. leguntur, deducendam eſſe ſcribunt: Haec autem l. cit. leguntur: *Cum loquutio ad perſonam multis plus complacet, quam loquutio generalis, & mens multorum, qui afficiuntur ſingularibus, ex tali loquutione acuitur, vidimus quod poſſet multis vtilis quidam eſſe* Trialogus, *vbi primo* Alithia, *tanquam ſolidus Theologus loqueretur. Secundo infidelis, captioſus, tanquam* Pſeudis *obiiceret. Et tertio ſubtilis Theologus & maturus tanquam* phroneſis *decideret veritatem.* Haud vero ſatis adcurate librum, quem ipſe WICLEFVS, Ios. Simlerus in *Bibliotb.* p. 425. Io. Lelandus in *Commentar. de Scriptorib. Britannicis* P. II. p. 380. Iohn Lewis in *vita* WICLEFI mox memoranda p. 144. & alii *Trialogum* adpellant, ab Editore *Dialogum* nominatum fuiſſe, docent die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* l. cit. *Baſileae*, librum per Othonem Brunfelſium Moguntinum, Medicum & Theologum, editum eſſe Auctor adfirmat der *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* ſed hac de re aliqua ex parte dubitat Auctor der *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* l. cit. Vterque vero editionem an. 1517. quam Cl. Vogtius l. cit. adtulit nullibi extare, perhibet. Conf. *Acta Eruditor.* Tom. IIX. Supplement. Sect. V. p. 207. *The Hiſtory of the Life and Sufferings of the reverend and learned* IOHN WICLIFFE *D. D. Warden of Canterbury Hall, and publick Profeſſor of Divinity in Oxford; and Rector of Lutterworth in Leiceſtershire, in the Reigns of K. Edward III. and K. Richard II; together with a Collection of Papers relating to the ſaid hiſtory, never before printed: by* Iohn Lewis, *A. M. Miniſtre of Meregate. Ye ſeek to kill me, a Man, that hath told you the truth, Iohn, VIII.* 40. *London, printed for Robert Knaplock at the biſhops Head, and Rich. Wilkin at the Kings Head in St. Pauls Church yard.* 1720. in 8. pp. 442.

Le-

Leges Angloſaxonicae eccleſiaſticae & ciuiles. Accedunt Leges Eduardi latinae, Guil Conqueſtoris Gallo-Normannicae, & Henr. I. Latinae, ſubiungitur H. Spelmanni Codex legum veterum, Statutorum Regni Angliae, quae ab ingreſſu Guil. I. vsque ad annum VIIII. Henrici III. edita ſunt, praem. Guil. Nicolſoni Diſſert. epiſt. de iure feudali veterum Saxonum, e Codd. MSS. contulit, Notas, Verſionem, & Gloſſarium adiecit DAV. WILKINS, *S. T. P. Archidiaconus Suffolcienſis, & Canonicus Cantuarienſis. Londini, typis Guil. Bowyer.* 1721. in fol.

A Raritate illam Collectionem commendant *Catalogus I. P. de Ludewig* P. I. p. 532. *Bibliotb. Weidmannian.* P. II. p. 67. Recenſio illius inuenitur in Michael. de la Roche *Memoires litteraires de la grande Bretagne.* Tom. VIIII. p. 380 ſqq.

Concilia magnae Britanniae & Hiberniae, a Synodo Verolamienſi A. D. CCCCXLVI. ad Londinenſem A. D. MDCCXVII. Accedunt Conſtitutiones & alia ad Hiſtoriam Eccleſiae Anglicanae ſpectantia: a DAVIDE WILKINS, *S. T. P. Archidiacono Suffolcienſi, & Canonico Cantuarienſi* collecta. Volumen primum ab Anno CCCCXLVI. ad annum MCCLXV. *Londini, ſumptibus R. Goſling in vico, dicto Fleetſtreet; F. Gyles, in vico dicto Holborn; T. Woodward, inter duas Templi portas, Fleet-ſtreet; & C. Davis, in vico, dicto Pater-Noſter. Row.* 1737. in fol. formae maior.

Volumen ſecundum ab anno MCCLXV. ad annum vsque MCCCXLVIIII. *ibid. eod.*

Volumen tertium complectitur Conſtitutiones eccleſiaſticas ad annum vsque MDXLV. *ibid. eod.*

Volumen quartum ad annum pertingit MDCCXXVII. *ibid. eod.*

Splendidiſſimi operis, in noſtris oris, non adeo frequenter obuii, recenſionem vid. in *Actis Eruditor. Lipſ.* ann. 1740. p. 1-7. dans la *Bibliotheque raiſonnée* Tom. XIIX. P. I. p. 211 ſqq. in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 262 ſqq.

WILLERAMI, *Abbatis*, Paraphraſis gemina, in Canticum Canticorum, prior rhythmis latinis, altera veteri lingua Francica, cum explicatione in lingua Belgica & notis, quibus veterum vocum Francicarum ratio redditur, a Paullo G. F. P. N. Merula. Accedunt Obſeruationes Franciſci Iunii fil. 1655. in 8.

Incognita haec editio Cl. Vogtio fuit. Omnia vero, quae de hoc libro dici poterant, adtulit Vir S. R. Iacob. Siegm. Baumgarten in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. IIII. p. 285 ſqq. quibuscum conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. III. p. 373. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 684. Polycarp. Leyſeri Poeſ. Prof. Ord. in Acad. Helmſtad. *Hiſtoria Poetarum & poematum medii aeui Hal.* 1721. in 8. p. 354. De Merſpurgo, Sueuico oppido, quod in den *Nachrichten von einer Hal. Bibl.* l. cit. p. 294. not ***) *ein unbekanter Ort* dicitur, vid Martin. Cruſii *Annal. Sueuic.* P. III. L. VI. Cap. I. p. 308. P. I. L. XI. c. 11. p. 291. vbi Conſtantienſium Epiſco-

ſco-

Digitized by Google

ſcoporum habitatio, & aerarium ſeu θησαυροφυλάκιον dicitur. Conf. P. II. L. VIIII. p. 358.

IACOBI WIMPHELINGI, Epitome rerum Germanicarum hactenus a multis deſiderata. *Marpurgi, apud Andream Colbium* 1562. in 8.

Hunc librum iam *Argentorati* 1504. in 4. prodiiſſe, teſtatur Niceron Tom. XXXIIX. des *Memoires* p. 17. In *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. I. p. 259. editio memoratur *Hanouienſis* 1524. in 12. quam vero Niceron l. cit. 1594. prodiiſſe ſcribit. Sed forte haec poſterior alia editio eſt. Titulus illi praefigitur: *Rerum germanicarum Epitome, Auctore* IACOBO WIMPHELINGO. *Seorſum excuſa. Germaniae ex variis Scriptoribus perbreuis explicatio* Bilibaldo Pirckheymero *Auctore* (iam antea prodierat *Auguſtae Vindel.* 1530. in 8. *Francof.* 1532. in 8. In Bil. Pirckheymeri *Operibus politicis, hiſtoricis, philologicis & epiſtolicis Francof.* 1610. in fol. extat p. 94-172.) *Item Germaniae inferioris hiſtoriae & loca aliquot declarata Auctore* Gerardo (Geldenhaurio) Nouiomago. *Hanou. ap. Guil. Antonium* 1594. in 12. Inſertus etiam conſpicitur WIMPHELINGI libellus *Collectioni Scriptor. rer. Germanicar.* quae *Baſileae apud Io. Heruagium menſe Martio* 1532. in fol. prodiit. p. 315-380. nec non in Simon. Schardii *Scriptor. Rer. germ.* Tom. I. p. 349-400. edit. Baſileens. Tom. I. p. 170-199. edit. Hieron. Thomae.

IACOBI WIMPHELINGI, adoleſcentia.

De hoc opuſculo, in Ioſiae Simleri *Bibliotheca* p. 326. haec legimus: *Adoleſcentia opus egregium, continens praecepta ad mores ingenue formandos, partim ab ipſo autore ſcripta, partim ex variis & optimis ſcriptoribus quinquaginta numero collecta, & in locos digeſta, Argentinae impreſſit Matthias Hupfuf* 1514. cum addi-

additionibus Gallinarii. Idem huius libri elogium, Simleri verbis reperitur apud Poſſeuinum Tom. II. p. 88. qua ratione vero typographi mutauerit nomen, & opuſculum *Argent.* 1514. *per Heruagium* impreſſum eſſe ſcripſerit, ignoramus. Nobis antiquior libri editio eſt ad manus, cuius integrum adſcribemus titulum; *Adoleſcentia* IACOBI WIMPHELINGII *cum nouis quibusdam additionibus per* Gallinarium *denuo reuiſa ac elimata. Additiones he ſunt Epiſtola* Enee Siluii *de litterarum ſtudiis. Ex* Lactantio *quedam pulcerrima. Epiſtola* WIMPHELINGII *Reſponſiua* Wolfii. *Carmen* Philomuſi *de nocte: vino & muliere. Moralitates* WIMPHELINGII. *Sententie morales ex* Franciſco Petrarcha. *Epithaphia quedam in* Ioannem Dalburgium *Epiſcopum Wormat. Et alia quaedam paſſim inſerta.*

Ad Ludimagiſtros, pedagogos & gymnoſophiſtas
Gallinarii *Exaſtichon.*

Moribus indomitam tetricis frenare iuuentam
Eſſe modus: medium: principiumque ſolet.
Siue quod intonſa eſt viciis obnoxia pubes
Siue quod in varias flexilis ipſa vias
Aurea ſufficiet tibi pharmaca WINIPHELINGVS
Que ſuperant Coi ſancta recepta ſenis.

Liber formam refert, quam vocant quartam, & 83 folia complectitur. In fine leguntur haec verba: *Impreſſum Argentine per induſtrium calcographum Martinum Flach inibi incolam impenſis & ſumptibus prouidi Ioanni Knoblouch ciuis inclyte vrbis Argent. anno ſalutis noſtre. Milleſimo quingenteſimo vndecimo* (1511). *Secunda feria poſt Viti & Modeſti.* Librum adoleſcentibus ſuis commendauerunt epigrammatibus, poſt titulum collocatis Philippus Fürſtenbergius *Rinchauienſis*, Crato Vdenhemius *Preceptor iuuentutis Sletſtatine*, & Matthias Ringmannus Phileſius. Primum hic adſcribere licebit:

De-

Delitiis nimium puer indulgere caueto:
Et vitam fugito ſardanapaliacam.
Sint procul aſſyrie veſtes & vellera ſerum
Sit procul a digitis lucida gemma tuis.
Auritos lepores: turdos atque oſtrea ſperne:
Reſpue gemmatis vina phalerna cadis.
Sit procul a libyco ridens cythereia lecto
Nec ſtillet tyrio myrrhea rore coma.
Diſce graues teneris annis tolerare labores
Eſtus Ethiopum ſithoniasque niues
Inueniat ſtrato nec te phebeia lampas
Et neque tithoni pulcra marita ſenis.
Surge thoris humilique deos infringe precatu:
Vt tribuant vite prospera cuncta tue.
Poſt hec ſcriptorum ſinuoſa volumina volue
Que monſtrant ſamii culmina dextera iugi.
Inprimis docti legito pia ſcripta IACOBI:
Scripta quibus fului cedit harena tagi.

Inſeruit Iacobus Burchardus, Commentario *de linguae latinae, quibus in Germania per XVII. ſaecula amplius vſa ea eſt fatis* P. II. Cap. IIII. p. 253 ſqq. epiſtolam IACOBI WIMPHELINGI dedicatoriam, quae in noſtro volumine conſpicitur, *ad Illuſtris & magnanimi domini* Ludouici Comitis in Lewenſtein *Baronisque in* Scharpfeneck *filium primogenitum* Wolfgangum, in qua Germaniae nobilitatem ad latinam linguam diligenter addiſcendam vniuerſe admonitam voluiſſe videtur. Quis ille Ioannes Gallinarius fuerit, qui additionibus librum ornauit, ignoramus. In libro ſe mox *Heidelbergenſem, mox Budorinum* ſcripſit. Ioannis Geileri de Keyſerszbergk *epiſtolam ad* IACOBVM WIMPHELINGVM, quae fol. 63 reperitur, ſequuntur *Epigrammata diverſorum Heydelbergenſis gymnaſii Praeceptorum atque diſcipulorum.* Sunt vero illi: Iodocus Gallus Rubeaquenſis Theologus, Theodoricus Greſemundus, Michael Reyſer, Adam Wernher Thema-

renſis, Ioannes Lyncus Hirszhornenſis, Petrus Bolandus Laudenburgenſis, Ioannes Herbſte Luterburgius, Io. Stock Eberſtattinus, Io. Froſch Herckſenſis, Iacob. Scheidius Landoienſis, Franc. Heckeimannus Landoienſ. Theodor Sorſchidius Herrnſtenivs, Iacob. Tregius Argentinens. Paul Olearius Heydelberg. Io. Glippurgius Hanens. Petr. Güntherus, Criſtmannus Maurus, Io. Reyſius Francof. Heinr. Stenelus Eſſelingen. Io. Maler Iluesheimius, Io. Gallinarius Heydelbergens. Frater Erhardus Rüdigerius, Frater Guendelinus Zwingiſius, Rhilipp. Fürſtenbergius Ringauienſ. Balthaſ. Myelus Vangionenſ. Io. Botzheim Sasbachienſ. Georg. Cornuaccinus Studtgard. Hyuo Arachnius Brubacen. Io. Immolarius Nemetens. Mich. Moszbachius, Valent. Celido Heydelberg. Laurent. Wolfius Spirens. Martinus Rodenburgenſis, Felix Morungenſis, Iacob Spiegel Slettſtattin. Matthias Ringmannus Phileſius, Io. Vdenheimer Oppenheimens. Iacob. Dornbergius Spirens. Io. Heuſegen Wynspurgens. Leonard. Pellicanus Rubeaquens: Iacob. Mal.eus ſcriba Hernszheimens. Io. Volmanius Bitens. Phil. Sturmius Oppenheimens. Herasmus Syboldus Heidelbergens. Io. Weber Wimpinens. Io. Rockenhauſen, Io. Spiegel Maurus Monaſterienſis. IACOBI WIMPHELINGI *Adoleſcentiam* primum editam eſſe *Argentinae* an. 1500. teſtatur Iacob. Burckhardus l. cit. p. 248. not. (ſ.)

IACOBI WIMPHELINGI, libellus Aureolus, Iſidoneus Germanicus, ad R. P. D. Georgium de Gemmingen Spirenſem Praepoſitum. *Argentinae apud Io. Grüninger.* 1497. in 4.

Ad rariſſimos hic WIMPHELINGI pertinet liber, quippe qui ab omnibus fere, qui de IACOBO WIMPHELINGO, & eius opuſculis commentati ſunt, omiſſus fuit. Edidit illum Iacobus Han Argentinen-

nenſis, qui epiſtolam praemiſit dedicatoriam *ad illuſtrem & clementiſſimum Principem* Henricum, Comitem in Hennemberg, *Canonicum & Scholaſticum Eccleſiae Argentinenſis.* In hac epiſtola cauſſam exponit, quae illum commouerit, vt hunc librum in lucem emiſerit, nominisque Iſidonei adfert rationem. *Iuuenilis* nimirum *aetatis miſertum ſe eſſe*, ſcribit, *quae ſub inconſideratis Germaniae Iſagogis, ſiue ludimagiſtris, lamentabiliter adhuc torpuerit, legem ponendam, & nouum pueros introducendi modum, atque exemplar decreuiſſe, iuxta quod iuuenis rite ad artes euehi poſſet.* Praeterea WIMPHELINGVM, hoc opuſculum, quoniam de *iuuenum Germanorum introductione* agit, *Iſidoneum Germanic.* id eſt *introitum iuuenum* adpellaſſe, perhibet, dum εἴσοδο graece *introitus*, & νέος *iuuenis* latine dicatur. Hanc Iacobi Hanii epiſtolam alia ſequitur WIMPHELINGI dedicatio, *ad reverendum pientiſſimumque patrem Dominum* Georgium Gemmigerum, *Spirenſis Eccleſiae Praepoſitum*, quam integram inſeruit Iacobus Burckhardus l. cit. p. 377 ſqq. Acceſſit quoque noſtrae editioni WIMPHELINGI *Epiſtola ad* Philippi Comitis Rhen. Palat. *filios*, Heruici de Amſterdamis, *Theologiae Profesſoris*, in Fridericum, *victorioſiſſimum* Bauariae Ducem, *Oratio funebris*, & WIMPHELINGI *Epigrammata in eundem.* Aliam extare *Iſidonei* editionem, cui haec ſcripta, non ſunt adiecta, teſtatur Iacob. Burckhardus, qui pluribus verbis de hoc libro exposuit, l. cit. p. 375. not. (x) Conf. de IACOBO WIMPHELINGO Seleſtadienſi, ſeu vt ſe ipſe ſcribit Sletſtatino, eiusque opuſculis editis, quae vt Gerdeſius in *Florileg.* p. 298. ſcribit, ſunt *rariſſima omnia*, Henr. Whartoni *Additiones ad* Guil. Cauei *Hiſtor. Scriptor. Eccleſ. litterar.* ad ann. 1494. Melchior. Adami *vitae Theologor Germanor.* p. 10 ſqq. & ex illis Epitome in Paul. Freheri *Theatro viror. eruditione claror.* p. 103. Io. Trithemius *de Scriptor. Eccleſ.* Cap. CMXXV. p. 222 ſqq. edit. Fabricii, Nice-

ron *Memoires* Tom. XXXIIX. p 4 ſqq. Indices vero quos nominati Auctores de Opuſculis WIMPHELINGI, exhibent, admodum eſſe imperfectos, docet Iac. Burckhard. l. cit. p. 397. not (k)

IO. IVSTI WINCKELMANNI, *Conſiliarii & Hiſtorici Haſſiaci & Oldenburgici*, notitia hiſtorico-politica veteris Saxo-Weſtphaliae finitimarumque regionum, quatuor libris abſoluta. *Oldenburgi, impreſſit Io. Ericus Zimmer* 1667. in 4.

Raritatis notam liber adiectam habet, in *Menkenianae Bibliothecae Catalogo* p. 435. in *Biblioth. Weidmanniana* P. I. p. 226.

IO. WINCKLERI, Erklaerungen der ſchwerſten Verſicul des VIIII. Cap. an die Roemer. *Hamburg*, 1667 in 8.

Vid. Cl Vogtius p. 7:6. Repetita extat editio *Hamburg*. 1702. in 8. pp. 128. Vid. Iacobi le Long *Biblioth. ſacr*. P. II. p. 1020. *Nou-antiqua* ann. 1703. p 670.

ARNOLDI WION, *Belgae Duacenſis, Monachi S Benedicti de Mantua, ordinis D. Benedict. Nigrorum*, Lignum vitae, Ornamentum & decus eccleſiae. In quibus totius ſanctiſſimae religionis D Benedicti initia, viri dignitate, doctrina, ſanctitate & principatu clari deſcribuntur: & fructus qui per eos S. R. E. acceſſerunt, fuſiſſime explicantur. *Venetiis* 1595. II. Tom in 4.

Vid. Cl. Vogtius p. 728. vbi liber 1565. impreſſus legitur.

Digitized by Google

gitur. Vid. etiam Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. II. p. 542. Inter alia ARNOLDVS WION in hoc libro, principes Auſtriacos, e gente anicia, e qua ipſe S Benedictus prognatus dicitur, oriundos eſſe, demonſtrare ſtudet. Vid Anton. Poſſevini *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 133. & Tom. II. p. 12. *Catalogus Biblioth. I. P. de Ludewig* P. I. p. 293. vbi liber vocatur *repertu difficillimus, cui plus olei inſit quam ſalis.* Spectat quoque huc ARNOLDI WION *martyrologium Sanctorum Ordinis* S. Benedicti, *duobus Obſeruationum libris illuſtratum* a Nicolao Hugone Menardo. *Paris.* 1629. in 8 vid Niceron Tom. XXII. p. 94. vbi Ludou. Ellies Dupin notatur error, qui hunc librum II. Tom. in fol. prodiiſſe ſcripſerat.

GEORGII WIRTH, Vita vel Euangelium Ieſu Chriſti, Dei & Mariae filii, Saluatoris mundi, ex quatuor euangeliſtis, ita conſcriptum, vt aequus & pius lector nihil vel in ordine, vel in rebus ipſis iure deſiderare poſſit: & Epitome Actorum Apoſtolicorum, epiſtolarum Paulli, Iacobi, Petri, Ioannis, Iudae, Apocalypſeos. Omnia cum ſuccincta & catholica explicatione illuſtrata, vt & methodus S. Scripturae non tantum facilius obſeruetur, & impenſius ametur; ſed etiam maiori cum voluptate ad eius lectionem accedatur. *Francofurti, excudebat Ioan. Spies.* 1594. in fol.

GEORGIVS WIRTH Laubae in Luſatia ſuperiore, anno 1524. natus, Lipſiae ſtudiis dedit operam. Cum vero haec vrbs obſidione cingeretur, Francofurtum ſe contulit ad Oderam; Relicta hac vrbe in Italiam conceſſit, & anno 1552. Bononiae Medicinae Doctor creatus fuit. Ex Italia redux factus, munus

nus Archiatri in aula Caroli V. Imperatoris, & Philippi II. regis Hiſpaniae obtinuit. Cum vero Philippus in Hiſpaniam diſcederet, WIRTHIVS ſacris Lutheranorum addictus, inquiſitionem Hiſpanicam metuens, miſſionem a Rege petiit, & Viennam ad Imperatorem Ferdinandum commigrauit. Viennae commorantem denique Henricus Burggrauius Miſniae, & vltimus Voitlandiae Princeps, euocavit in aulam, illumque ſibi conſtituit medicum. Cum vero Henricus diem obiiſſet ſupremum, WIRTHIVS vitae aulicae pertaeſus, Lipſiam ſe contulit anno 1563, & ibidem anno 1613. aetatis anno XC. mortuus eſt. Vid. Paulli Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1331. Martin. Hanckius *de Sileſiis indigenis eruditis* cap. LXV. p. 194 ſqq. vbi inſigne de librorum WIRTHII raritate reperimus teſtimonium. *Otium*, enim ſcribit, *illud litterarium, quo temporibus extremis delectabatur, in negotium convertebat, nonnullorum librorum auctor, quos autem, quantum ſcimus, poſteritas nondum editos vidit.* Plures de GEORGIO WIRTHIO Scriptores memorantur in denen *Vergnügen müſſiger Stunden* P. VI. p. 67 ſqq. De hoc vero illius, quem adduximus libro, conf. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar* p. 728. Iacobi le Long *Biblioth. ſacr.* Tom II. p. 1021. vbi liber minus recte in 4. editus dicitur. Apud eund. Iacob. le Long *Biblioth. ſacr.* l. cit. memoratur etiam GEORGII WIRTHII *Hortulus ſenilis prudentiae, hoc eſt Euangeliſtarum IIII. ſecundum ſeriem hiſtoriarum, in certas claſſes, & capita harmonica digeſtorum expoſitio paraphraſtica. Francof.* 1610. in fol. Eiusd. *Diſcurſus in Acta Apoſtolorum, Epiſtolas omnes & Apocalypſin, Francof.* 1611. in fol. Edidit etiam *Hortulum militantis animae, continentem inſignia N. T. dicta cum ſuccincta expoſitione. Francofurti, ap. Io. Spies.* 1700. in 8.

Ieſui-

Digitized by Google

Ieſuitas ſingulares S. S. pontificiae maieſtatis hoc tempore vindices falſo, & fruſtra negare Papam Ioannem IIX. fuiſſe mulierem. *Editio altera non ſine auctario* 1598. in 4.

Vid. de hoc libro, quem Melchior Hutterus tribuit WITTEKINDO Weſtphalo, Mathematices in Academia Heidelbergenſi Prof. ordinario, Gerdeſii *Florileg.* p. 301 ſqq. Eſt nobis *Catalogus omnium librorum, qui nundinis vernalibus, Francofurti ad Moenum & Lipſiae an.* 1598. *celebratis, impreſſi, venales expoſiti fuerunt*, e quo colligimus, hunc librum germanica lingua conſcriptum etiam extare. Poſtquam enim titulus libri, quem adduximus adlatus fuerat, haec illi adiecta leguntur verba: *Ibidem* (apud Hieron. Commelinum) *etiam extat venale germanico idiomate ſcripto in* 8.

Incipit legenda *ſancti* WOLFGANGI *epiſcopi Ratisponenſis* cum officio veſperarum matutinarum & miſſe de eodem. *Impreſſum in oppido Burgdorf.* Anno domini 1475. in folio, folior. 20.

Opuſculum rariſſimum ob locum, quo in lucem editum fuit. Per omnes enim Michaelis Maittairii *Annal. typogr.* vnus tantummodo Tom. I. p. 346. reperitur liber, qui in eodem oppido, haud procul Berna, nobiliſſima Heluetiorum vrbe, ſito, impreſſus dicitur. Nimirum Iacobi de Cluſa, Ordinis Carthuſiani Theologiae Profeſſoris *Tractatus de apparitionibus animarum, poſt exitum a corporibus, & de earundem receptaculis. Impreſſus in Oppido Burgdorf* 1475. Conf. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 313. Num haec WOLFGANGI *legenda*, *Actis Sanctorum* inſerta fuerit, pro certo adfirmare non poſſumus, cum nobis tam felicibus eſſe non licuit, vt hoc vaſtiſſimum

ſimum opus, euoluere potuiſſemus. In fine opuſculi in S. WOLFGANGI honorem, hoc melos adpoſitum conſpicitur:

In WOLFGANGI *canamus honorem Chriſto dulce melos*
Dignus pangi conſcendit in die iſto preſul celos.

Qui naſcens ex Sueuia
Huius mundi leuia
puer ſpreuit

Mox excellens artibus
in remotis partibus
fama creuit.

Poſt ſcolarum regimen
Cogitur ad culmen
Decanatus

Sed aſpernens ſeculum
Fit in clauſtro ſpeculum
Monachatus

Demum in Pannonia
Fidei preconia
fruſtra ſerit

Ratispona *preſulem*
Ceſar facit exulem
dum non querit

Hic errata corrigit
Lapſis manum porrigit
Deus illum dirigit
proſperando

Gregem Chriſti paſtibus
Fouet ſine faſtibus
Hoſtis obſtat aſtibus
vigilando

Fraudis heretice
Victor prophetice
Multa dixit mirifice

Celo

Digitized by Google

Celo dans ſpiritum
Poſt ingens meritum
Gregem defendat nunc creditum.
Amen.

Sanctus WOLFGANGVS, patre Comite de Pfulingen natus, Epiſcopus Ratisbonenſis fuit, qui diem obiit, epiſcopatus anno XXII. anno a nato Chriſto 994. A Pontifice Leone VIIII inter ſanctos relatus fuit, cuius rei memoria in epiſcopatu Ratisbonenſi, die menſis Octobris VII. ſolemni ritu, celebrari ſolet. Vid. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Bibliotb.* Fabricianae *med. & infim. Latinitat.* L. XXI. p. 908.

ANTONII A WOOD, Hiſtoria & antiquitates vniuerſitatis Oxonienſis, duobus voluminibus compreheнſae, *Oxonii*, *e theatro Sheldoniano* 1675. in fol. mai. pp. 414. & 451. ſi dedicat. & praefat. exceperis.

Ex anglico liber, ſumtibus vniuerſitatis Oxonienſis, & theatri Sheldoniani, a variis interpretibus, in ſermonem latinum conuerſus fuit. Recenſionem illius exhibent die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliotb.* Tom. V. p. 275 ſqq. Conf. *Theſaur. Bibliothecal.* P. I. p. 14 ſqq. Coniungi vero cum hoc libro debet opus, quod rariſſime inuenitur, & hoc titulo inſignitur: *Oxonia illuſtrata, ſeu omnium celeberrimae iſtius vniuerſitatis collegiorum, aularum, Bibliothecae Bodleianae, ſcholarum publicarum, theatri Sheldoniani, nec non, vrbis totius ſcenographia, Oxon.* 1675. in fol. reg. Conſtat ſplendidum hoc opus, e meris iconibus, & tabulis XL. aere expreſſis a Dauid. Loggan vniuerſitatis Oxonienſis Chalcographo, quibus praecedens Opus Woodianum illuſtratur.

Athenae Oxonienſes. An exact Hiſtory of all the Writers and Bishops, who have had their

Digitized by Google

their education in the moſt ancient and famous Vniverſity of Oxford from the fifteenth Year of King Henry the ſeventh A. D. 1500. to the Author's Death in Nouember 1695. repreſenting the birth, fortune, preferment, and death of all thoſe Autors and Prelates, the great accidents of their lives and the fate and character of their writings, to which are added the Faſti or Annals of the ſa id Vniverſity: by ANTHONY WOOD, M. A. in two volumes. The ſecond edition; very much corrected and enlarged, with the addition of above 500. New lives from the Author's original Manuſcript. *Antiquam exquirite matrem.* Virg. *London, printed for R. Knaplock, D. Midwinter, and I. Ionſon* 1721. in fol. mai. columnar. 742, 286, 1186, & 238. ſi praefatio & index p. 32. non numerat. fuerit.

Multo auctior & praeſtantior haec ſecunda editio, illa eſt, quam Cl. Vogtius p. 729: adtulit. Narratio de Io. Glynnes, qui partes ſequebatur Cromwelli, & inprimis verba *Serjeant at Law by the corrupt dealing of the then Lord Chancellor* (qui tunc temporis fuit Eduardus Comes Clarendonius) ob quae primae editionis Tom. II. rem vrgente Comite Clarendonio filio, publice combuſtus fuit, in noſtra etiam editione Tom. II. col. 386. leguntur. Rem omnem pluribus commemoratam verbis, e Sir Oldmixon *Hiſtory of England during the reings of King* William - George I. p. 90 ſqq. conſpicimus in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. V. p. 279 ſqq. vbi operis Woodiani, & quidem recentioris editionis extat recenſio. Vitam ANTONII A

WOOD

WOOD ab ipſo illo conſcriptam, edidit Thomas Hearne cum Thom. Caii *vindiciis Antiquitatis Oxonienſis academiae* & aliis opuſculis nondum editis, *Oxonii* 1730. II. Tom. in 8 Vid. quae ſupra p. 183. & p. 427. a nobis prolata fuerunt. Conf. *Theſaur. Bibliothecal.* P. I. p. 16 ſqq.

THOMAE WOOLSTONI, Opera omnia.

Collectio omnium WOOLSTONI operum quinque voluminibus in 8. in Anglia vendi ſolet. Eorum recenſionem, nec non hiſtoricam narrationem, de vita & fatis huius impii & fanatici hominis vid. in Heinr. Chriſt. Lemkeri *Hiſtoriſchen Nachricht von* THOMAS WOOLSTONS *Schickſal, Schriften und Streitigkeiten. Leipzig.* 1740. in 8. S. R. Ioecheri *Hiſtoria litium* THOM. WOOLSTONI, quae etiam germanice prodiit *Lipſ.* 1733. in 8. Conf. quoque *The Catalogue of all the Books that have been write pro & con in the* Woolſtonian Controverſy *with the Names of their ſeveral authors, and their reſpective prices.* Catalogus iſte adiectus conſpicitur libro cui titulus: *Freethoughts on Mr.* WOOLSTON *and his writinghs in a letter to a Gentleman at Leyden, ſold by Mr. Auſten at the Angel in St. Pauls Churchyard.* Auctior iſte Catalogus quoque reperitur in the *Montly Chronicle from the Year* 1727. *to the year* 1731. Die *Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothec* T. I. p. 479 ſqq. omnia WOOLSTONI opuſcula, quibus religionem chriſtianam impugnauit, ſumma cura atque induſtria recenſent.

MARX WÜRSING, wenn und vmb welcher Vrſachen willen, das löbliche Ritterſpiel des Turniers erdacht vnd zum erſten geübt worden. *Augſpurg* 1518. in 4.

Rariſſimus hic liber eſt & propemodum omnibus, qui de ludis equeſtribus, quos Torneamenta vocant, commentati ſunt, incognitus fuit. In *Catalogo*

Digitized by Google

Bibliothecae Rinkianae p. 802. haec de illo leguntur: WÜRSINGII *Opuſculum rariſſimum omniumque primum eſt in Germania, quod de Torneamentis agit, ac* Iohannem ab Alben in Hueburg *auctorem habet, qui illud in fauorem gentis ſuae conſcriptum* WÜRSINGIO *edendum ſuppeditauit, tabulis ſat multis quidem refertum, falſitatisque a* Rixnero *incuſatum, ab hoc nihilo ſecius tamen adoptatum inque opere ſuo fundamenti loco poſitum & mendaciis cumulatum eſt.* Schilterus *in conſpectu ad Tom. II. Theſauri antiquitatum illud edere promiſit: ſed in conſpectu a* Io. Chriſt. Simone *poſt* Schilteri *mortem publicato omiſſum eſt.*

HENDRICK WYERMARS, ingebeelde Chaos, en gewaand Werels-Wording der oude en hedendaagze Wysgeeren, veridelt en weerlegt, byzonder de geuoelens hier omtrent, van T. Lucretius Carus, en Dirk Santvoort Betoonende datze de beginzelen der Werelt, dat is, wording van Zon, Maan, Aardkloot, enz. volgens hun eygen gronden, niet wel afgeleyd en betoogt hebben. Met een verſtandige verklaring wegens Gods inblyvende en Overgaande werking. *Amſterdam, by Wybrant Alexanders, boekverkooper in de lange brug-ſteeg aan t' Rock in 1710.* in 8. pp. 187. omiſſa praefatione 16. pp.

Libri fanatici, & erroribus Spinoſae referti, ſuccinctam dederunt hiſtoriam Auctores derer *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. V. p. 389 ſqq. Conf. Scriptores a Cl. Vogtio p. 732. cit.

Den WIJNGAERT van Sinte Franciſcus vol ſchoonre hiſtorien, legenden ende duechdelückeleeringhen allen menſchen ſeer profüteliück. in fol. min. folior. 418.

De

De maximae raritatis libro, cuius in fine haec leguntur verba: *Gheprent Thantwerpen binnen die Camer poorte Int huys van Delſt bi me Hendrik Eckert van Homberch. Int iaer ons heeren. M. CCCCC. eñ XVIII. Op. den XII. dach van December.* vid. die *Merkwürdigkeiten der Koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. III. p 412. ſqq. Io. Bapt. Sollerius in *Commentario praeuio* in vitam S. Bonauenturae Tom. III. *Iul. Actor. Sanctor.* p. 883. Cornelii Schreuelii *Adnotationes in* Eraſmi *Colloquia* p. 309. vbi iſte *liber horrendus* dicitur. Citati illo loco Buchanani verſus, inueniuntur, in eius *Operibus poeticis*, & quidem in elegiaco carmine, quod inſcribitur *Palinodia.* P. I. p. 59. edit. quae ex *Bibliopolio Commelin.* 1609. in 8. prodiit. Hiſtoria autem quam Buchananus verſibus perſtringit, acre expreſſa conſpicitur in noua editione de l' *Alcoran des Cordeliers* T. I. p. 225. Auctor libri Belgici nondum innotuit, ex latino illum eſſe translatum, ipſe his ſignificat verbis: *Aldus hebbe ic dit boek in cleynder danchbaerheden ten love des heylighe vaders* Franciſci *uten latiine vergadert.*

X.

XENOPHONTIS, *Philoſophi ac Hiſtorici excellentiſſimi* Opera, quae quidem extant omnia, tam Graeca quam Latina hominum doctiſſimorum diligentia, partim iam olim, partim nunc primum latinitate donata, ac multo accuratius quam antea recognita. Quorum catalogum verſa pagella demonſtrabit. Adiecimus hiſtoricorum & rerum memoratu dignarum indicem locupletiſſimum. *Baſileae, apud Nicolaum Brylingerum, anno* 1545. in fol. folior. 678. ſi epiſtola nuncupatoria & index except. fuerit.

Editio oppido rara, & inter graeco-latinas XENO-

Digitized by Google

PHONTIS editiones, ſine dubio omnium prima. Fabricio illa plane incognita fuit, niſi forte illam in ſerie editionum latinarum collocauit. Vid. *Bibliothec. Gr.* L. III. c IIII. p. 78. Praemittitur noſtrae editioni Albani Torini Vitodurani, *ad ſplendidiſſimum dominum* Morelet de Muſcan, *Dominum* Marſchferierae, *ſummum Chriſtianiſſ. inuictiſſimique Regis Francorum Conſiliarium, & principem in generalibus belli apud Heluetios legatum &c. in* XENOPHONTIS *Philoſophi & Rhetoris opera, praefatio.* Illam excipit *index rerum ſcitu dignarum locupletiſſimus.* Interpretationes latinae, graecis XENOPHONTIS libris a latere adiectae, a variis auctoribus profectae ſunt. Franciſcus Philelphus *Libr. IIX. de paedia Cyri Perſarum regis, orationem de Ageſilai Regis Lacedaemon. laudibus,* & *libellum de Republica & legibus Lacedaemoniorum* interpretatus eſt. *Libr. IIX. de Cyri minoris expeditione,* e graeco in latinum ſermonem convertit Romulus Amaſaeus. *Libr. VII. de rebus Graecorum* tranſtulit Bilibald. Pirckhemerus. *Libror. IIII. de factis & dictis Socratis,* interpres eſt Beſſarion Cardinalis. *Oeconomicum* latinis verbis expreſſit Raphael Volaterranus, *Apologiae pro Socrate* verſio, auctorem habet Leonardum Aretinum. *Hieronem ſiue Tyrannum* latinum reddidit Eraſmus Rotterodamus. *Libellum de vectigalibus; Hipparchicum ſeu de magiſtri equitum officio;* & *Sympoſium,* ciuitate donauit latina Ioannes Ribittus. *De re equeſtri libellus* latinus factus eſt a Ioachimo Camerario; *de venatione libellus* interpretem habet Omnibonum Leonicenum. Verſionem denique *libelli de Athenienſium republica,* adornauit latinam Sebaſtian. Caſtalio. Repetita ſine dubio libri editio eſt, quam Fabricius l. cit. *Baſil.* 1568. *apud Haeredes Nicol. Brylingeri, cum variorum interpretatione* prodiiſſe teſtatur.

XENOPHONTIS, de Cyri vita & diſciplina libri IIX. latine redditi a Iulio Gabrielio, Eugubino, cum eiusdem emendationibus ex vetu-

ſtis

ſtis exemplaribus collectis. *Venetiis apud Dominicum & Io. Bapt. Guerreos Fratres* 1569. in 8.

Rariſſime haec verſio conſpicitur. Fuit Iulius Gabrielius nobilis Eugubinus, Sacerdos, Philoſophus & Orator Seculi XVI. haud incelebris. Mortuus eſt anno 1579. in patria. Varia edidit ſcripta quorum Catalogus reperitur in Ioſ.Simleri *Biblioth.* p. 438. in Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacr.* Tom. II. p. 305.

Z.

Comitis IACOBI ZABARELLAE, *Patauini*, Polonica: Siue Originum Polonicarum ſtemmata Centum: Hoc eſt: Io. Caſimiri Poloniae Sueciaeque regis &c. Auguſta & Heroica nobilitas, ab vniuerſisque orbis Principibus deriuatio: Publicarum & Priuatarum Tabularum fide, ac complurium Hiſtoricorum, & Genealogorum auctoritate, ſtabilita & comprobata. *Patauii, apud Petrum Lucianum Sup. Permiſſu*, 1650. in 4. pp. 100.

Gaſpar Scioppius anno 1619. *Caſali* ediderat libellum, quinque foliorum hoc titulo: *Stemma Gonzagicum*, in fol. in quo Mariae Caſimiri Regis Pol. coniugis, e domo Gonzagorum oriundae, illuſtriſſimam gentem e centum deriuauit familiis. Hac re permotus fuit IABOBVS Comes ZABARELLA, vt parem ſuſciperet laborem, & originem gentis Iagellonicae ex aliis centum familiis demonſtraret. Vid. Io. Daniel. Ianozki *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 29 ſqq. Ipſe vero ZABARELLA, IacobiZabarellae Philoſophi Seculi XVI. celeberrimi (de quo vid.Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2898 ſqq.) nepos, Credatii Imperiique Comes, Hiſtoricis,

Genealogicis, & rerum antiquarum Commentariis clarus, Mag. Cru. Eques S. Georgii & Prior Hieroſol. ex auguſta & regia gente oriundus fuit, id quod elucet e Burchardi Bruderſenii Brunſuicenſis Commentar. *De auguſta regiaque Origine, & nobilitate Familiae* ZABARELLAE, *ex* Ioannis Cauacciae, Gaſparis Scioppii Comitis a Claraualle, *& aliorum clariſſimorum virorum Commentariis deducta*, qui libro adiectus conſpicitur, cui titulus eſt: *Aula* ZABARELLA, *ſiue Elogia illuſtrium Patauinorum Conditoriſque Vrbis; Ex Hiſtoriis Chronicisque collecta a* Ioanne Cauaccia, *Nobile Patauino, & a Comite* IACOBO ZABARELLA *Equite, ipſius ex filia Pronepote, Aulae & Aedium Domino, Lectionibus, Hiſtoriis, Monumentis, Numismatibus, Inſigniis & animaduerſionibus aucta & illuſtrata. Vbi inſuper omnis Romana hiſtoria dignoſcitur, pulcrioresque res, & Antiquitates Vrbis Patauinae, Prouinciaeque & reipublicae Venetae, Origines Familiarum genere praeſtantium, inſignioraque aliarum gentium facinora in lucem perferuntur. Patauii, typis Iacobi de Cadorinis* 1670. in 4. cum fig. aere expreſſ. pp. 286. vid. die *Merkwürdigk. der Koenigl. Biblioth. zu Dr.* Tom. III. p. 320.

Ius Capituli: Seu Tractatus nouus & abſolutus, de poteſtate Capituli Sede Epiſcopali Vacante, In quinque Partes diſtributus. cum adiecta Illuſtriſſ. Epiſcoporum Poſnanien: Hiſtorica Synopſi. Per NICOLAVM ZALASZOWSKI *I. V. Doctorem, Archidiaconum Poſnanienſem.* Opus Poſthumum Cura & Impenſis Illuſtriſſimorum ac Reuerendiſſimorum vltimae voluntatis eius Executorum praeſtitum. *Typis Academiae Poſnanienſis Anno Dom.* 1706. in 4. pp. 192.

De inſigni huius libri raritate, eiusque auctore, omnia iam, quae dici poterant adtulit Io. Daniel Ianoz-

nozki in der *Nachricht von denen in der Zaluskiſchen Bibliotb. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. II. p. 116 ſqq.

PAVLLI ZANCHII, Poemata. *Romae.* 1550. in 8.

Liber adducitur a Gerdeſio in *Florileg.* p. 303. Omni adhibita opera nihil de eo libro reperire potuimus. Forte BASILII ZANCHII, Bergomatis, ſunt poemata, quae *Romae* prodierunt, & poſtea *Baſileae, apud Oporinum Libr. IIX. vna cum* Laurentii Gambarae *poematibus* 1555. in 8. recuſa fuerunt. Nonnulla etiam BASILII ZANCHII *poemata* leguntur in Iani Gruteri *Delitiis poetarum Italorum* P. II. p. 1453 ſqq.

Carolomachia: Qua Felix Victoria, Ope Divina, Auſpiciis Sereniſſimi & Potentiſſimi Sigismundi III. Poloniae & Sueciae Regis, Magni Lithuaniae Ducis &c. &c. Per illuſtriſſimum Dominum Ioannem Carolum Chodkiewicium Comitem in Szklow & Bychow, Samogitiae & Derpati Capitaneum, nec non Liuoniae Praeſidem, & M. D. L. Generalem militiae Ducem &c. &c. De Carolo, Duce Sudermanniae. S. R. M. Perduelli V. Kalend. Octobr. A. D. 1605. in Liuonia, ſub Kyrkholm, reportata, narratur. Seren. Principi Vladislao, a CHRISTOPHORO ZAWISZA, *in Alma Vilnenſi Academia, Societ. Ieſu, ſtudioſo,* D. D. *Vilnae. Typis Academicis S. T. Thomas Levicki* 1606. in 4. pl. 10.

Fuit CHRISTOPHORVS ZAWISZA, Andreae Theſaurarii Lithuaniae filius, magnus ducatus Lithuaniae Mareſchallus, qui ſenio confectus, diem obiit ſupremum anno 1669. Rariſſimum hoc opus ſermone ligato compoſitum, auctore tanto dignum, &

tam egregium eſſe ſcribit Io. Daniel Ianozki in der *Nachr. von denen in der Zalusk. Biblioth. ſich beſind. raren Poln. Büchern* P. I. p. 86. vt lectores in admirationem & ſtuporem rapiantur.

IACOBI ZIEGLERI, liber de regionibus ſeptentrionalibus & Moluccis inſulis, *Antuerp.* 1542. in 8.

Tractatus dicitur rariſſimus a Gerdeſio in *Florileg.* p. 305. Illum non diuerſum eſſe a *Scandia ſeu regnorum Septentrionalium deſcriptione* credimus, quae reperitur in IACOBI ZIEGLERI opere hoc titulo inſignito: *Quae intus continentur:* Syria *ad Ptolomaici operis rationem. Praeterea* Strabone, Plinio *&* Antonio *auctoribus locupletata.* Palaeſtina, *iisdem auctoribus, Praeterea hiſtoria ſacra &* Ioſepho *&* *diuo* Hieronymo *locupletata.* Arabia *Petaea, ſiue itinera filiorum Iſrael per deſertum iisdem auctoribus.* Aegyptus *iisdem Auctoribus. Praeterea* Ioanne Leone *Arabe grammatico ſecundum recentiorum locorum ſitum illuſtrata.* Schondia, *tradita ab Auctoribus, qui in eius operis prologo memorantur:* Holmiae *ciuitatis Suetiae, deplorabilis excidii per* Chriſtiernum *Datiae cimbricae regem, hiſtoria. Regionum ſuperiorum ſingulae tabulae geographicae. Argentorati apud Petrum Opilionem* 1532. in fol. folior 110. Repetitae editionis titulum *Argentorati apud Wendelin. Ribelium* 1536. in fol. adtulimus cum ſupra de Wolfgang. Weiſſenburgi *Deſcriptione Terrae ſanctae* nonnulla adferremus. *Schondiae ſiue regionum & populorum ſeptentrionalium deſcriptio, & hiſtoria Crudelitatis Chriſtierni II. Daniae Regis,* adiecta poſtea fuit Alberti Kranzii *Chronico Regnorum aquilonarium Daniae, Sueciae, Noruagiae* & quidem editionibus quas Ioan. Wolfius *Francof.* 1575 & 1583. in fol. emiſit Forte *de inſulis Moluccis* libellus, editioni *Antuerpienſi*, a nobis memoratae, noua acceſſit adpendix. Conf. de IACOBI ZIEGLERI in hiſtoriam, Coſmographiam &

gec-

geographiam meritis Io. Georg. Schellhornii *Amoenitat. Hiſtoriae Eccleſ. & litter.* Tom. II. p. 210—286. Gerdeſii *Florileg.* l. cit. Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 734. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 326. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2924 ſqq. *Bibliotheca Hamburgenſ. hiſtor.* Centur. I. p. 19 ſqq. Io. Gottfr. Gregorii *Curieuſe Gedanken von den vornehmſten und accurateſten Alt-und neuen Landcharten nach ihrem erſten Urſprunge, Erfindung, Auctoribus und Sculptoribus* &c. *Franckf. und Leipz.* 1713. in 8. p. 161. *die Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. II. p. 298 ſqq.

EVTHYMIVS *monachus Zigabenus*, vid. ſupra EVTHYMIVS.

BARTHOLOMAEI ZIMOROWICZ, *Conſulis Leopolienſis*, Viri illuſtres ciuitatis Leopolienſis, Metropolis Ruſſiae. *Leopoli, in Typogr. M. Iacobi Moſcicki, Academici. Anno Domini* 1671. in 4. folior. 39.

Librum quidem rariſſimum eſſe, ſed pauca in illo inueniri, quae ſalinam viris doctis mouere queant teſtatur Io. Daniel Ianozki in der *Nachricht von denen in der Zalusk. Biblioth. ſich befindenden raren polniſchen Büchern* P. I. p. 86.

DANIEL. ZWICKERI, Scripta omnia eſſe rariora, docet Cl. Vogtius in *Catalog. libr. rar.* p. 735. Fuit DANIEL. ZWICKERVS, Gedano-Boruſſus, Medicinae Doctor, partibus Socinianorum addictus. Io. Adam. Oſiander in *Theolog. poſitiu. acroamatic.* P. I. Exerc. IIII. Theſ. XX. illius characterem ita expreſſit. *Quaerere lubet quale animal ſit* DANIEL. ZWICKERVS, *& cuius religionis? profitetur enim ſe nec Lutheranum neque Caluinianum, neque Graecum, nec Pontificium, nec Remonſtrantem, nec Socinianum, nec Mennonitam, nec vllum alium e ſectis bo-*

diernis eſſe hominem; ſed cum nulla prorſus communicare omnes vero & ſingulas ſecundum diuinam veritatem, cuius vnius ſe profiteatur alumnum, reformatas cupere, tum in doctrina, tum in vita; Reſpondet ſibimetipſi acutiſſimus vir: vt in regno naturae dantur monſtra, quae a corporibus naturalibus abludunt: ita in regno gratiae ſingularis erit, irregularis, & mirabile monſtrum. De Scriptis eius vid. Chriſtophor. Sandii *Bibliotheca Antitrinitarior.* p. 151. Gottfr. Arnoldi *Kirchen und Ketzerhiſtorie* P. II. p. 563. Andreae Charitii *Commentatio de viris eruditis Gedano ortis Vitemb.* 1715. in 4. p. 136 ſqq. Io. Franc. Buddei *Iſagoge Hiſtorico-theol.* p. II. p. 1351 ſqq. Andreae Caroli *Memorabilia Eccleſiaſtic. Secul. XVII.* L. VII. Cap. XIIX. p. 285 ſqq. S. R. Io. Georg. Walchii *Einleitung in die Religions-Streitigkeiten* P. IIII & V. p. 212 ſqq. Io. Fabricii *Hiſtoria Biblioth. Fabricianae* P. V. p. 56 ſqq. Chriſtoph. Matth. Pfaffii *Introductio in Hiſtoriam Theologiae litterar.* P. II. L. III. p. 340.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Ad pag. 2. IAQVES ABBADIE, *Hiſtoire des Conſpirations, contre le Roi, & le Roiaume d' Angleterre.* Ita titulum libri, quem tunc temporis nondum videramus, e Niceroni l. cit. deſcripſimus. Huic autem libro rariori, quem ex auctione publica nuper accepimus, hic praefixus eſt titulus: *Hiſtoire de la derniere conſpiration d' Angleterre, avec le detail des diverſes entrepriſes contre le Roy & la nation, qui ont précedé ce dernier attentat. A Londres, par W. Redmayne* 1696. in 8. pp. 192.

Ad pag. 6. EMANVELIS ACOSTAE, *Rerum a Societate Ieſu, in Oriente geſtarum, ad annum* 1568. *commentarius*, non ex hiſpanico, vt libri quidem titulus

lus prodit, ſed, e Luſitanorum lingua vernacula in latinum ſermonem a Io. Petro Maffeio conuerſus fuit. E luſitanico ſermone in hiſpanicum illum tranſtulit Ioannes Inniguez de Lequeira, 1575. in 4. Prodiit anno 1573. *Neapoli* in fol. *Rerum indicarum a Societate Ieſu in Oriente geſtarum volumen*, in quo EMANVELIS ACOSTAE Luſitani *Commentarius de rebus indicis ad annum vsque* 1568. *a* Io. Petro Maffeio *latinitate donatus*, vna cum *VII. libris epiſtolarum* Maffeii *de rebus indicis* inuenitur. Forte ad exemplar Neapolitanum repetita fuit editio *Colonienſis*, quae hoc prodiit titulo: *Rerum a ſocietate Ieſu in Oriente geſtarum volumen, continens hiſtoriam iucundam lectu omnibus chriſtianis, praeſertim iis, quibus vera religio eſt cordi. In qua videre poſſunt, quomodo nunquam Deus eccleſiam ſuam deſerat, & in locum deficientium a vera fide, innumeros alios, in abditiſſimis etiam regionibus, ſubſtituat. Nunc pluribus, vltra omnes editiones priores, locupletatum, vt ſequens pagella demonſtrat. Coloniae, apud Geruinum Calenium & haeredes Io. Quentel* 1574. in 8. pp. 452. except. dedicat. & indice. Vid. Nicol. Baſſaei *Collectio omnium in vnum Corpus librorum.* P. I. p. 385. Sed *quinque* tantum *epiſtolarum indicarum libri*, in hac editione inueniuntur, quibus *epiſtolae duae ſeparatim additae* ſunt, *de LII. e ſocietate Ieſu, pro fide catholica nuper occiſis. Acceſſit etiam ſpecimen quoddam litterarum vocumque Iaponicarum.* Omnium vero recentiſſima iſtius libri editio eſt, quae cura Petri Antonii Seraſſii, *Operibus omnibus* Io. Petri Maffeii *Bergomatis, e Societate Ieſu, latine ſcriptis, nunc primum in vnum corpus, collectis, variiſque illuſtrationibus exornatis, accedente* Maffeii *vita Bergom.* 1749. Tom. II. in 4. mai. inſerta fuit.

Ad pag. 11. HENRY AINSWORTHS, *Annotations upon the five Bookes of Moſes, the Booke of the Pſalmes, and the Song of Songs, or, Canticles. Wherein the Hebrew words and Sentences, are compared with, and explained by the ancient Greeke and Chaldee Verſions, and*

other

other Records and Monuments of the Hebrews: But chiefly by conference with the holy Scriptures, Moſes his words, lawes, and ordinances, the ſacrifices, and other legall Ceremonies heretofore commanded by God to the Church of Iſrael, are explained. With an advertiſſement touching ſome Obiections made againſt the ſinceritie of the Hebrew Text, and allegation of the Rabines in theſe Annotations. As alſo, Tables directing unto ſuch principall things as are obſerved in the Annotations upon each Severall Booke. London, Printed by M. Parſons for Iohn Bellamie. 1639. in fol. pp. 1135. ſi omnes libri partes numeraueris, praefationes vero & indices omiſeris. Haec autem AINSWORTHI *Adnotationes*, quae, in adducta editione, in vnum corpus collectae, reperiuntur, omnes ſeorſum antea in 4. prodierant, ſed rariſſime iſti libelli hodie occurrunt. Communicati nobiscum fuerunt, ab amico Lipſienſi, cui nos propterea obſtrictos eſſe, grati profitemur. Annum, quo quilibet libellus impreſſus fuit, hic adſcribimus. *Annotations upon the firſt Book, of Moſes, called* Geneſis &c. *by* H. A. *Imprinted in the Yere* 1616. *Annotations upon the ſecond Book of Moſes, called* Exodus &c. *by* HENRY AINSWORTH. *Imprinted in the Yere* 1617. *Annotations upon the third Book of Moſes, called* Leviticus &c. *by* HENRY AINSWORTH. *Imprinted in the Yere* 1618. *Annotations upon the fourth Book of Moſes, called* Numbers 1619. *Annotations upon the fifth book of Moſes, called* Devteronomie 1619. *Annotations upon the Book of Pſalmes* 1612. Solomons *Song of Songs, in engliſch Metre, with Annotations and references to other Scriptures, for the eaſier underſtanding of it.* 1623. Hoc poſtremum opuſculum, mortuo iam auctore, in lucem emiſſum fuit. Omnia quae de hoc libro dici potuerunt, exactiſſime recenſentur, auctorisque ſimul fata exponuntur in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. V. p. 380 ſqq.

Tre Trattati di ALBERTANO, *Giudice da Bre-*

Breſcia, il primo dell'amore, e della Dilezione di Dio, e del Proſſimo, e dell'altre coſe, e della forma dell'oneſta vita; il ſecondo della conſolazione e de Conſigli; il terzo del ſei maniere del parlare, riveduti con più teſti a penna dal Inferìgno Accademico della Cruſca. *In Firenze per i Giunti* 1610. in 4.

Scripſit hoc opus, quod Nicol. Fr. Haym nella *notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 189. *libro molto raro* adpellat ALBERTANVS de Ora S. Agathae, Praefectus arcis Ganadi, quam alii Gauardum adpellant, Cremonae in carcere, in quem iuſſu Friderici II. Imperatoris, Brixiam obſidentis, coniectus fuerat. Vid. Franc. Ariſii Cremona litterata Tom. I. p. 98. Cuilibet filio ſuo, tractatum, qui in hoc opere reperiuntur, dedicauit, primum Vincentio, ſecundum Ioanni, tertium Stephano. Quis opus latina lingua conſcriptum in italicum ſermonem conuerterit, non ſatis conſtat. Peruulgata virorum doctorum eſt opinio, id ab ALBERTANO ipſo eſſe factum. Ex obliuione nuper italicam verſionem protraxit Albertus Pazzoni Typographus Archiducalis Florentinus, & hoc titulo in publicam lucem emiſit: *Tre trattati d'* ALBERTANO *Giudice da Breſſia.. ſcritti da lui in lingua latina d' all' anno* 1235 *infino all' anno* 1246. *e traslati ne' medeſimi tempi in volgar Fiorentino; riveduti con più Teſti a penna, e riſcontratti con lo ſteſſo Teſto latino, dallo* Inferigno *Accademico della Cruſca. Firenza ed in Mantoua nella Stamperia di S. Benedetto, per Alberto Pazzoni Stampatore Arciducale* 1732. in 4. pp. 222. Primus operis editor, qui nomen ſibi ſumſit *Inferigno Accademico della Cruſca*, fuit Baſtian de Roſſi. Tractatus III. huius collectionis, latine ſaepius editus fuit. Praeter editiones a Cl. Vogtio p. 19. iam adductas, in Michael. Maittaire *Annal. typograph.* tres aliae reperiuntur, nimirum Tom. I. p. 471. *Louanienſ.* 1485. in 4. p. 512. *Louanienſ.* 1489.

in

in 4. p. 644. *Colon.* 1497. in 4. quibus addimus quartem, quam ipſi poſſidemus. Illa in forma quam dicunt quarta, charactere gothico impreſſa, decem foliis abſoluitur, & hunc praefixum habet titulum: *Tractat. de arte loquendi multum vtilis attendere volentibus.* In fine illius haec legimus: *Explicit libellus de doctrina loquendi & tacendi, ab* ALBERTANO *Cauſidico brixienſi, ad inſtructionem filiorum ſuorum compoſitus. Anno domini M. CCCC. XCII.* Doctrinam vero dicendi atque tacendi ALBERTANVS vno verſiculo comprehendit:

Quis. quid. cui. dicas. cur. quomodo. quando. requiras.
Chi tu ſei; che coſa; a cui parli; perche; come; e quando.

Niſi plane fallimur, verba Cl. Vogtii emendatione quadam indigent, cum opus italicum, in quo tres reperiuntur, quos nominauimus, tractatus, latine titulo: *de doctrina docendi & tacendi*, editum eſſe ſcribit. Titulum enim toti operi tribuit, qui ad tertiam tantummodo illius partem ſpectare videtur. Conf. de ALBERTANO Chriſtophor. Hendreich *Pandect. Brandeburg.* p. 81. Ioſ. Simleri *Biblioth.* p. 16. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer.* Tom. I. p. 30. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & Scriptis Eccleſiaſt.* Tom. III. col, 189. qui editionem *Cunei per Mag. Viottum de Dulcis* 1507. a Cl. Vogtio, in fol. adlatam, in 4. impreſſam eſſe ſcribit. Vid. quoque Io. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. I. p. 100. Auberti Miraei *Auctarium de Scriptor. eccleſ.* p. 74. edit. Fabricii.

LEANDRI ALBERTI, *Bononienſis, Ordinis Praedicatorum*, de viris illuſtribus Ordinis Praedicatorum Libri VI. in vnum digeſti. *Bononiae, in aedibus Hieronymi Platonis, & Io. Baptiſt. Lapi*, 1517. in fol. cum fig.

Huic eximiae raritatis libro, praefationem Ludouicus Coelius (Richerius) Rhodiginus praemiſit. Non omnes, quae in hoc libro reperiuntur, vitarum de-

deſcriptiones LEANDRVM ALBERTVM habent auctorem, ſed nonnullae a Ioan. Antonio Flaminio; Sebaſtiano Flaminio; Ioan. Garzone, philoſopho & medico Bononienſi; a Nicolao Bagnatorio, Brixiano, Ord Praed. a Franciſc. Dantis F. Caſtilionenſi Canonico S. Laurentii, Profeſſor. Theolog. & Decano Florentino; a Ioanne Carolo, Florentino, Ord Praed. a Barthol. Mortario, Ord. Praed. cuius nomen tantum in ALBERTI libro, litteris B. Mor. deſignatur, & tandem a Georgio Mediolanenſi Ord. Praed deſcriptae ſunt. Vid. de LEANDRO ALBERTO Bononienſi, qui anno 1550. e vita diſceſſit Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 448. Ant. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. II. p. 335. Io. Gerard. Voſſius *de Hiſtoricis latin.* p. 609. Iacob. Quetif. & Iac. Echardi *Scriptores Ord. Praedicator.* Tom. II. p. 137 ſqq. & p. 825. Chriſtoph. Hendreich *Pandectae Brandeb.* p. 85. qui tamen errorem admiſit, cum Nicol. Bagnatorium & Nic. Brixian. diuerſos eſſe viros crediderit.

Ad pag. 14. HENRICI *de Saxonia*, Alberti M. *Diſcipuli, liber, de ſecretis mulierum. Aug. Vindelicor. per Anthonium Sorg* 1498. Adduximus quidem iſtam editionem, Ioſ. Simleri & Michael. Maittairii auctoritate freti; cum vero in *Theſauro Bibliothecali* P. II. p. 14. inueniremus *Tractatum* HEINRICI *de Saxonia*, Alberti M. *diſcipuli, de ſecretis mulierum*, cuius in fine haec leguntur verba: *Explicit Tractatus* HEINRICI *de Saxonia* Alberti M. *diſcipuli de ſecretis mulierum Impreſſus Auguſte per Anthonium Sorg feria ſexta poſt Bonifacii. Anno ſalutis Milleſimoquadringenteſimooctuageſimonono* (1489) editionem anni 1498. per typothetarum errorem poſitam fuiſſe, illico agnouimus.

Ad pag. 21. ANDREAE ALTHAMERI, *Brenzii, Scholia in* Cornelium Tacitum *Rom. hiſtoricum, de ſitu, moribus, populisque Germaniae, ad illuſtriſſimum Principem* D. Georgium *Marchionem Brandenburg.* &c. *Cum Indice, totius libri ſummam complectente.* in 4. folior. 59. excepta epiſtola dedicatoria & indice. En! titulum

tulum integrum editionis rariſſimae, cuius e *Bibliothecae Hulſianae Catalogo* fecimus mentionem. In fine illius oculis haec ſubiiciuntur verba: *Typis excudebat Norimbergae Fridericus Peypus, impenſis prouidi viri Leonardi de Aich, Bibliopolae ac ciuis Norimbergenſis, anno a partu ſalutifero, viceſimo nono ſupra ſesqui milleſimum* (1529) Iſtam vero editionem ideo eruditorum ſe ſubduxiſſe oculis crediderimus, quod ANDREAS ALTHAMERVS, omni elaborauit ſtudio, vt illa penitus ſupprimeretur. Ipſe illud teſtatur, in editione noua libri, quam *Norimbergae ex officina Io. Petreii* 1536. in 4. pp. 341. prodire iuſſit, vbi is p. 339. ſcribit: *Sex anni ſunt quando primum ſcholia in hunc* Cornelii *libellum extruſi, quae adeo corrupte, inemendate, ac mendoſe imperitus librarius excuderat, vt nihil aeque puduerit atque emiſſorum ſcholiorum, & ſi vlla mea opera potuiſſem, actutum perdidiſſem, ne ſub vllius eruditi conſpectum veniſſent. Quae potiſſimum cauſſa fuit, cur ad noua atque prolixiora commentaria manum admouerim, vt priora ſcholia penitus ſupprimerem.* Conf. de aliis libri editionibus *Vita* ANDREAE ALTHAMERI, quam *adiectis variis opuſculis* euulgauit Io. Andreas Ballenſtadius *Guelferbyt.* 1740. in 4. In Simonis Schardii *Collectione Scriptor. rerum Germanic.* reperitur Tom. I. p. 1 ſqq. edit. *Baſileenſis.* Tom. I. p. 1 ſqq. edit. quam Hieron. Thomae *Gieſſae* 1673. edidit. Inter rariores libros numerari etiam ſolet, ANDREAE ALTHAMERI, Brenzii, *Dialage, hoc eſt, Conciliatio locorum ſcripturae, qui prima facie inter ſe pugnare videntur.* Prima *Norimbergae* 1527. prodiiſſe dicitur, editio, quam multae aliae inſequutae ſunt editiones, lingua latina, & vernacula conſcriptae. Vid. Theophil. Sinceri *Notitia libror. rarior.* Tom. I. p. 197. Iac. le Long *Biblioth. Sacr.* Tom. II. p. 605. Chriſtoph. Hendreich *Pandect. Brandeb.* p. 129. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 166. *Nou-Antiqua* anni 1713. p. 733. & 1715. p. 85. ALTHAMERI *vita* p. 13 ſqq. vbi inter varias editiones, quae adducuntur, non comparet illa, cuius hic adſcribimus titu-

titulum, quamque ideo exiſtimamus reliquis rariorem. *Conciliationes Locorum Scripturae, Qui Specie tenus inter ſe pugnare videntur, centuriae duae,* ANDREA ALTHAMERO *Authore. Praeter inſperſas hinc inde additiones, acceſſerunt huic editioni triginta locorum bini ſeu paria, & negotium Sacramentorum ſub finem pie ac diligenter tractatum. Additus eſt inſuper index ſane quam copioſus eorum, quae hic tractantur. Wittebergae ex officina Matthaei Welaci anno* 15[?]4 in 8. folior. 236. ſi epiſtolam dedicatoriam ALTHAMERI, ad Balthaſarum Abbatem in Haidenhaym, Ioannis Serrani Campodunenſis & Vincentii Obſopaei epigrammata encomiaſtica ad lectorem, nec non indices locorum & rerum exceperis.

Ad pag. 21. Retractationem eorum, quae minus adcurate de ALVREDO a nobis dicta fuerunt vid. p. 417.

Ad pag. 26. *Orthodoxarum Explicationum libri decem, In quibus omnia fere de religione capita, quae his temporibus ab haereticis in controuerſiam vocantur, aperte & dilucide explicantur; Praeſertim contra* Martini Kemnicii *petulantem audaciam, qui Colonienſem Cenſuram, quam a viris Societatis Ieſu compoſitam eſſe ait, vna cum eiusdem ſanctiſſimae ſocietatis vitae ratione, temere calumniandam ſuſcepit. Auctore R. D.* DIEGHO PAYVA ANDRADIO, *Luſitano. Quae hoc volumine continentur, ſequens pagina indicat, Acceſſit Rerum, & verborum memorabilium, nec non locorum ſacrae ſcripturae, quae in his libris illuſtrantur atque explicantur, Index locupletiſſimus. Venetiis ex officina Iordani Zileti* 1564. in 4. folior. 331. ſi epiſtolam dedicatoriam, praefationem & indicem omiſeris. Integer hic titulus libri eſt, quem paullo ſerivs nobis inſpicere licuit. Alium h. l. admiſimus errorem, cum *Defenſionem Tridentinae fidei catholicae & integerrimae quinque libris comprehenſam. Aduerſus haereticorum deteſtabiles calumnias, & praeſertim* Martini Kemnicii *Germani. Auctore illuſtri & R. D.* DIEGVO PAYVA DANDRADA *Luſitano, inſigni ſa-*

 crae

Digitized by Google

crae Theologiae Doctore, ex auctoritate *Bibliothecae Tellerianae*, *Olyſſipon.* an. 1570. prodiiſſe ſcriberemus. Cum enim Martini Chemnitii *Examen Concilii Tridentini* anno demum 1573. ad finem perductum fuerit, oppido patet, hunc librum non anno 1570. vt per typothetarum ſine dubio errorem, in *Bibliothecae Tellerianae Catalogo* legimus, ſed anno 1578. *Olyſſipone, per Anton. Riberium Typographum excuſum. In inſigni coenobio ſanctae Mariae, de gratia ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini: & ab eis accuratiſſime atque vigilantiſſime recognitum*, vt Cl. Vogtius l. cit. omnino recte prodidit, in lucem eſſe emiſſum. Conf. *Lettres Choiſies de Mr.* Simon. Tom. III. p. 162 ſqq. Gottlieb Stolles *Nachricht von denen Büchern in ſeiner Biblioth.* P. XVII. p. 74.

IOANNIS ANDREAE, *Bononienſis*, Hieronymianus. in fol. folior. 111.

IOANNIS ANDREAE, Bononienſis, Icti Seculo XIIII. celeberrimi, vitam pluribus verbis expoſuerunt Guidus Panzirolus *de claris LL interpretibus* L. III. c. XVIIII. p. 335. edit. Hofmanni, Io. Fichardus in *vitis Ictor. recentior.* p. 409. edit. Hofm. Marcus Mantua Patauinus in *Epitome viror. illuſtr.* p. 470. edit. Hofm. Io. Baptiſta de Gazalupis in *ſuccincta hiſtoria interpretum & gloſſatorum iuris* p. 505. edit. Hofm. Catellianus Cotta in *Recenſione breui inſignium iuris interpretum & doctorum* p. 523. edit. Hofmanni. Girolamo Ghilini ne' *Teatro d' Uomini letterati d' Italia* Tom. II. p. 118. Pellegrino Antonio Orlandi nella *Notizia degli Scrittori Bologneſi* p. 140. Io. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. VIIII. p. 134. & alii plures. Eius vero, quem adduximus liber, tantae raritatis eſt, vt a pauciſſimis memoratus, ab iis vero, qui, illius in ſcriptis ſuis fecerunt mentionem conſpectus rariſſime fuerit oculis, quod varii teſtantur errores, quos, in recenſendo libro, nonnulli admiſerunt. Ita enim quidam cum Chri-

ſtophoro Hendreichio in *Pandect. Brandenburg.* p. 176. Michaele Pocciantio in *Catalogo. Scriptorum Florentinor.* & Antonio Poſſeuino in *Apparat. ſacr.* Tom. II. p. 107. dubitarunt, an *libri IIII. de laudibus S. Hieronymi*, IOANNI ANDREAE Bononienſi Icto, an alii eiusdem nominis, Florentino, tribui debeant. Fuerunt alii, qui cum Ioſ. Simlero in *Bibliotheca* p. 336. IOANNEM ANDREAE Bononienſem, *de laudibus S. Hieronymi Libros IIII. conſcripſiſſe* perhibent, ab alio autem IO. ANDREA, *Hieronymianum, id eſt de vita, morte & prodigiis Hieronymi, librum confectum & excuſum eſſe in* 8. ſcribunt. Quae cum ita ſint, operae pretium nos facturos exiſtimavimus, ſi hunc librum, qui tot diuerſis virorum doctiſſimorum opinionibus occaſionem dedit, paullo adcuratius deſcriberemus. Ille charactere impreſſus gothico, litteriſque initialibus, pro more temporum illorum, deſtitutus eſt. Multa in illo deprehenduntur ſcribendi compendia, lectu difficillima. Totius operis conſpectum initio libri I. ipſe IO. ANDREAE exhibet capite I. quod hac ratione inchoatur: *Hieronimianum hoc opus per* IOHANNEM ANDREE *vrgente deuotione compoſitum, in partes rite diuiditur.* Liber ſecundus his incipitur verbis: *Secundam huius operis partem aggredior, quae ſubdiuiſa diſtingiut triplex tempus in hoc glorioſo doctore. Primum quo tribus armis. ſ. vere fidei. ſecure ſpei. & feruide caritatis. tres hoſtes demonem. mundum. & carnem vincens. diu vixit in̄ carne. cui annus & dimidius additi centenarium perfeciſſent vt infra dicetur. Secundum quo carne mortuus vere viuens & factus compatriota celeſtium iacuit inhumatus. Tercium poſt ſepulturam ipſius. horum quolibet conſtat ipſum coruſcaſſe miraculis &c.* In illius libri fine hi leguntur rhythmi

Hieronimi ſancti nondum vulgata latinis
Hec ſuus Andreades *deſcripſit mira* Iohannes.

Libri III. initio, haec conſpicimus verba: *Terciam nunc huius operis partem aggrediar ponens certa ſanctorum*

rum & auctorum dicta. Que beatum Hieronimum. cui nihil deerat laude dignum eleganter extollunt. Liber vero IIII ita inchoatur: *Quia in principio huius operis & ſupra in hac parte pluribus autoritatibus de ſua trium linguarum & diuinarum ſcripturarum ꝑericia dictum eſt. & in antiqua legenda dicebatur. quod libros grecos & hebreos legens latine proferebat. & e conuerſo. & hoc tam velociter quod crederes eſſe conſcriptum. quod inoffenſa velocitate fundebat. & ibidem. quod vndecunque interrogatus. paratum habebat & competens ſine dilatione reſponſum. Quos ergo magiſtros habuit inſeramus* &c. Toti tandem operi, iis finis imponitur verbis:

Accipe Hieronymum non ex doctoribus ymum.
Nec miris minimum: ſed lingue munere primum

Explicit Hieronymianus dni IOHANNIS ANDREE. *decretorum doctoris famoſiſſimi. in deuocione glorioſi Hieronimi ſingulariſſimi. in eiusdem laudem editus. In quo Hieronimi vitam: facta: dicta: atque prodigia: vltra huius vite mortales perſcrutatus eſt. Conſummatus anno dni. M. CCCC. LXXXII. nona die Auguſti. Extitit autem publicatum hoc opus anno domini. M. CCC. XLVI. paulo ante obitum* IOHANNIS ANDREE *Qui obiit anno dni. M. CCC. XLVIII. VII. die Iulii.* Conf. Io. Ludolph. Bünemanni Progr. *de Bibliothec. Mindenſibus antiquis & nouis. Mindae* 1719. in 4. D. 2. Mich. Maittairii *Annal. typogr.* Tom. I. p. 436. not. II. IOANNEM ANDREAE peſtilentia correptum interiiſſe ſcriptores ſupra cit. confirmant. Quod ipſe mortem ſuam ſibi fuerit ominatus, nonnulli colligunt ex eius *addit. ad Speculum* Guil. Durandi *de filiis Presbyterorum.* Sepulcrum eius in templo Bononienſi hoc ornatum legitur elogio:

Hic iacet ANDREAE *notiſſimus orbe* IOANNES
Primus qui ſextam Clementis, *quique* nouellas,
Hieronymi *laudes*, Speculi *quoque iura peregit*,
Rabbi Doctorum, Lux, Caeſar, normaque morum.

Ad pag. 33. *Iſtoria della guerre eſterne de' Romani di* AP-

PIA

PIANO ALESSANDRINO *tradotta da* Aleſſandro Braccio. *In Venezia*, 1538. in 8. Hanc quidem omnivm primam, huius verſionis diximus editionem, quia antiquiorem apud Nic. Fr. Haymium & Scipionem Maffeium ll. citt. non inuenimus. Multo vero antiquior noſtris ſe obiecit oculis editio in Michael. Maittairii *Annal. typogr.* Tom. II. p. 157. hoc titulo inſignita: APPIANO ALEXANDRINO *de Bello Carthaginenſi, Syro, Parthico & Mythridatico, di Sr.* Alexandro Braccio *Secretario Fiorentino: ſtampato in campo di Fiore per lo venerabile viro maeſtro Eucbario Silber alias Franck Alemanno. In Roma* 1502. in ſol. Omnivm vero recentiſſima eſt editio, quam ex officina ſua protruſit Dionyſius Ramanzini librarius Veronenſis hoc titulo: *Iſtoria delle Guerre eſterne de' Romani di* APPIANO ALESSANDRINO. *Parte prima tradotta da Meſſer.* Aleſſandro Braccio *Secretario Fiorentino con tre libri del medeſimo* APPIANO *ritrovati, e tradotti da M.* Lodouico Dolce, *e da lui con ſomma diligenza corretti con la ſua tavolae queſto e il decimo Anello della collana iſtorica del* Giolito. *In Verona per Dionyſio Ramanzini* 1730 II. Tom. in 4. vid. *Novelle della Republica delle Lettere* ann. 1730. p. 172. Ann. 1731. p. 116.

Ad pag. 75. Ioannem Corbichonem ſeu Corbechonivm ex ordine S. Auguſtini, Theologiae magiſtrum, & Capellanum regium, Carolo V. Galliae regi, anno 1372. ſuam obtuliſſe verſionem, teſtatur codex Corbechonii autographus, in quo Corbechonius depictus, & Regis in ſolio conſedentis genibus advolutus ſuam offert verſionem. vid. Bernardi de Montfaucon *Monumens de la Monarchie Françoiſe* Tom. III. p. 34. Adſeruatur iſte Codex hodie in Bibliotheca regia Pariſienſi num. 6802. vid. Bern. de Montfaucon *Bibliotheca Bibliothecarum MStorum noua* Tom. II. p. 785.

Ad pag. 117. Demonſtrare nuper ſuſtinuit contra Io. Gottlieb. Walthcrum, Ioan Henricus Schuſterus in

der *Hiſtoriſch-Critiſchen Unterſuchung der Meynungen vom Autore der* 1529. *zu Wittenberg herausgekommenen Lateiniſchen* BIBEL, *nach welcher ſolche dem ſeel.* D. Martino Luthero *vindiciret, dasz* Phil. Melanchthon *einigen,* Sebald. Münſterus *aber keinen Theil daran gehabt, gezeiget, und ſonſt viel merckwürdiges beygebracht wird. Iena, im Verlag bey Theodor Wilhelm Ernſt Güth.* 1750. in 4. pl. 11. & dimid. iſtam BIBLIORVM verſionem omnino Luthero auctore eſſe confectam. Breui autem Cl. Waltherum, ſententiae ſuae defenſionem emiſſurum eſſe, plane compertum habemus.

Ad pag. 141. Prodierunt nuper, *Opera* IACOBI BONFADII, cura & ſtudio Abbatis Antonii Sambuca, quorum Tomus I. complectitur *lettre famigliari di* IACOPO BONFADIO, *di Gazano ſulla reviera di Salo, con altri ſuoi componimenti in proſa ed in verſo, e colla vita dell' autore, ſcritta dal Sgr. Conte* Giamaria Mazzuchelli. *Il tutto inſieme raccolta e datto alla luce dall' Abbate* Antonio Sambuca. *In Breſcia per Iacop. Turlini* 1747. in 8. pp. 224. In Tomo ſecundo, inueniuntur IACOBI BONFADII *Annalium Genuenſium ab anno* 1528. *recuperatae libertatis, vsque ad annum* 1550. *libri V. ibid. eod.* in 8. pp. 317. Spectat ad hunc librum *Lettere del Conte* Giamaria Mazzuchelli *in cui ſi tratta della patria di* IACOPO BONFADIO *& della ſtato antico e preſente della riviera Breſciana. In Breſcia appreſſ. Giambatiſta Boſſino* 1748. in 8. pp. 53. Dixerat enim Mazzuchellius in vita BONFADII, tractum Salonenſem (*la reviera de Salo*) Brixiae fuiſſe ſubiectum. Cum autem ab Abbate Sambuca in praefatione Tomi II. *Operum* BONFADII, haec Mazzuchellii impugnaretur opinio, & tractus ille Salonenſis, omni fuiſſe tempore independens, ſuosque proprios habuiſſe fines demonſtraretur, Mazzuchellius hac epiſtola, ſuam ſtabilire ſententiam, & ex hiſtoria, & e diplomatibus confirmare ſtuduit.

ad pag. 143. Coniungendum cum IO. FRIDERICI

BON-

BONNORDI *Harmonia* &c. aliud eiusdem auctoris ſcriptum, quo ſententiam ſuam nouis corroborare argumentis ſtudet. Editum fuit hoc titulo: *Abwendung ungleicher Gedancken, über den eigentlichen Sinn und Meynung der Harmonie zwiſchen den Sechs Schöpfungs-Tagen, und ſo viel Neumonds-Tagen in der jaehrlichen Wieder-Erneuerung der Geſtalt der Erden. Gedruckt im Iahr Chriſti* 1741. in 4. pp. 20.

Ad pag. 153. Vita PETRI DE BOVRDEILLE, *Baronis de Richemont & Domini* DE BRANTOME deſcripta & praemiſſa conſpicitur, Operum Collectioni, quam *Hag. Comit.* 1740. XV. Tom. in 12. prodiiſſe diximus. Reperiuntur in eadem Collectione Andreae de Bourdeille fratris natu maioris epiſtolae & opuſcula, vna cum illius vita. Conf. Io. Burch. Menckenii *diſſert. de Commentariis hiſtoricis, quos Galli* Memoires *vocant*, in *Diſſertat. academic.* p. 418 ſqq.

Ad pag. 185. in *Laconicarum epiſtolarum Theſauro bipartito*, qui, *opera M.* Ioannis Buchleri a Gladbach *collectus & digeſtus* prodiit *Coloniae ſumptibus Bernardi Gualtheri* 1606. in 12. ELYSII CALENTII *Amphractenſis* epiſtolae reperiuntur p. 305-367.

Ad pag. 187 ſqq. De IOACHIMI CAMERARII ſcriptis vid. Georg. Summeri *Catalogus, continens enumerationem omnium librorum & ſcriptorum tam editorum quam edendorum Viri incomparabilis Domini* IOACHIMI CAMERARII, *Profeſſoris quondam in academia Lipſica celeberrimi, Dantiſci, praelo Hünefeldiano* 1646. in 8. folior. 40.

Ad pag. 205. LAELII CAPILVPI *Cento Virgilianus de vita monachorum*, extat etiam in *variis doctorum piorumque virorum poematibus de corrupto eccleſiae ſtatu, ante noſtram aetatem conſcriptis, cum praefat. Matth.* Flacii Illyrici, *Baſil. ex officina Ludouic. Lucii* 1557. in 8. ex quibus illum in lucem denuo protraxit Mr. Sallengre dans les *Memoires de litterature* Tom. II. P. II. Articl. VII. p. 191-203. Conf. p. 298. Antonii

tonii Poſſeuini editionem *Centonum* LAELII CAPILVPI, Iulio III. Pontifice Rom. ſedem apoſtolicam tenente, circa annum 1550. prodiiſſe, nos docent *Menagiana* Tom. IIII. p. 230. vbi haec leguntur: *Croiriez-vous que ſous le dernier* (Iule III.) *tous les* Centons *de* LAELIVS CAPILVPVS, *ſans exception, & ſans retranchement oſèrent* (à Rome) *paroître? Ils y parurent pourtant.* Antoine Poſſevin *depuis Jeſuite, en fut l'éditeur, & les dédia au Cardinal* du Bellai. Fulvius Vrſinus, *alors tres-jeune, fit en l'Abſence de* Poſſevin, *ajoûter à l'édition le* Centon *à la louange de* Benoit Aegius *de* Spolete. *Le lieu de l'impreſſion à la vérité n'eſt point marqué, mais des indices ſi clairs connoître que c'eſt* Rome, *qu'il eſt impoſſible d'en douter.* Emendari igitur debet Io. Alb. Fabricii ſententia, vbi ea, quae in *Menagianis* leguntur, ad IVLII CAPILVPI *Centones* ſpectare exiſtimauit.

Ad pag. 209 lin. 31. verbis: *qui ex XXXV.* addatur: *capitibus*, verba vero: *non quinque vt apud Poſſeuinum in Apparat. ſacr. Tom. III. p. 344. legimus*, deleantur.

Ad pag. 212. HIERON. CARDANI *Metopoſcopia* &c. libri titulus ita legatur: HIERONYMI CARDANI *Metopoſcopia libris XIII. & octingentis faciei humanae eiconibus complexa. Accedit* Melampodis *de naeuis corporis humani Tract. graec. & lat. interprete* Claud. Martino Laurenderio *Lutetiae* 1658. in fol. Hypotheſis CARDANI, quam hoc libro prodidit, antiquitatem fabuloſam redolet, atque ex hypotheſi Ptolemaici ſyſtematis lineas ordinat. Infimo loco ponit lunam poſt ☿. ♀. ☉. ♂. ♃. ♄. Melampus iunior, ſub Ptolemaeo Philadelpho vixiſſe dicitur. Eius μαντικὴν περὶ παλμῶν, primum graece edidit Camillus Peruſcus, cum Aeliani *variarum hiſtoriarum libris XIIII. ex* Heraclide *de rebus publicis Commentario*; Polemonis *Phyſionomia*; Adamantii *Phyſionomia*; & Anonymi *Tr. de Neuis, Romae* 1545. in 4. Inuenitur Melampodis libellus in editio-

tio-

Digitized by Google

tione rariſſima, quae nobis ad manus fuit, fol. 105. b. 110. a. De aliis recentioribus Melampodis editionibus, libellique verſionibus vid. Io. Alb. Fabricii *Biblioth. Gr.* L. I. Cap. XVI. p. 100 ſqq.

Ad pag. 216. lin. 29. verbo *Stralſundano*, addatur: *converſum.*

Ad pag. 217. lin. 7. verbo *expreſſis* adiiciatur: *ornatus.*

Ad pag. 237. CHR. DE CHEFFONTAINE, *Confutatio puncti honoris* &c. gallice etiam extat hoc titulo: *Chreſtienne Confutation du poinct d'honneur, ſur lequel la Nobleſſe fonde aujourdhuy ſes monomachies & querelles, par R. P.* DE CHEFFONTAINE *Archeueſque de Ceſarée n'agueres miniſtre general de tout l'ordre de ſainct François. Dediée à tres-haut & puiſſant Seigneur de Coetiniſan. Reueu corrigé & augmenté outre les precedentes éditions. Imprimé à Paris en l'Imprimerie de Arnold Sittart.* 1586. in 8.

Ad pag. 325. Vid. de libro deteſtabili, qui inſcribitur: *Examen de la Religion* &c. Herrn Ludwig Freyherrn von Holbergs *vermiſchte Briefe* Tom. II. p. 346 ſqq.

Ad pag. 329. Nonnulla argumenta, quibus impia Bernardi de Mandeville dogmata, quae in libro *The Fable of the Bees* &c protulit, confutantur, inuenies in H. Ludwig Freyh. von Holbergs *vermiſchten Briefen* Tom. I. p. 131 ſqq.

Ad pag. 334. OCTAVII FALCONERII, *Diſſertat. de numo Apamenſi*, adiecta etiam eſt Petri Seguini Pariſienſis S. Germani Antiſſiodorenſis Decani, *ſelectis Numiſmatibus antiquis, eiusdem Obſeruationibus illuſtratis*, *Paris.* 1684 in 4. vid. D. Anſelmi Bandurii *Biblioth. Numismatic.* p. XXXVIIII. edit. Paris.

Ad pag. 336. Victoris Fauſti *Oratio in funere* Franciſci Rubrii, *apud Venetam Remp. Oratoris regii*, legitur etiam inter *orationes funebres in morte Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum* &c. *habitas a legatis viriſue ſuae aetatis doctiſſimis. Hanou.* 1613. in 8. p. 213-224.

Digitized by Google

Ad pag. 367. Defenſionem quam Nicolaus & Guido Pasquierii, pro patre Stephano contra FRANCISC. GARASSVM euulgauerant, lingua gallica conſcriptam, iam anno 1627. titulo: *l'Antigaraſſe* prodiiſſe teſtatur auctor de *l'hiſtoire d'une Voyage litteraire fait en 1733. en France, en Angleterre & en Hollande* p. 92.

Ad pag. 385. Vitam WIGANDI GERSTENBERGERI nuper expoſuit Frideric. Chriſtoph. Schminckius in *Monumentis Haſſiacis*, & quidem in praefat. P. II. Cum ex *Bibliotheca Hamburgenſi hiſtorica* Centur. VII. p. 85. *Chronicon* illius *Frankenbergicum* ab anno 520. ad annum vsque 1525. productum eſſe ſcripſimus, dubitatio poſtea ea de re, apud nos ſuborta fuit, cum certiſſime conſtet GERSTENBERGERVM, iam an. 1522. mortuum eſſe. Sed forte ab alio, vt cum eiusdem *Chronico Thuringico & Haſſiaco* factum eſſe nouimus, *chronicon Frankenbergicum*, poſt obitum GERSTENBERGERI, ad annum vsque 1525. continuatum fuit.

Ad pag. 386. Conf. quae de auctore derer *drey Geſpraeche über wichtige Wahrheiten* pronunciauit Ludouicus L. B. de Holberg in denen *vermiſchten Briefen* P. I. p. 153 ſqq.

Ad pag. 449. Plane nobis incognitus fuerat MARTINVS HILACOMILVS, cum illis *inſtructionem, manuductionem praeſtantem in cartam itinerariam* &c. recenſeremus, ſed ex improuiſo in *Theſauro Bibliothecali* P. III. p. 284. quandam deprehendimus notitiam quam de ſe HILACOMILVS ipſe exhibuit. Recenſetur enim in *Theſauro Bibliothecali* l. cit. *Margarita philoſophica noua Argentorati* 1508. *per Io. Grüninger in 4. impreſſa.* Complectitur iſta *margarita noua philoſophica* diuerſos diuerſorum Tractatus, inter quos etiam *Architectura & perſpectiua auctore* MARTINO HILACOMILO *Friburgenſe*, reperitur, qui in praefatione ad Phileſium, *ex vrbe Argentoratenſi* hac ratione ſcribit: *Cum his diebus Bachanalibus ſola-*

tii

rii cauſa (*quae mihi mos eſt*) *in Germaniam veniſſem e Gallia: ſeu potius ex Vogeſi oppido* (*cui nomen ſancto Deodato*) *vbi vt noſti meo potiſſimum ductu labore* (*licet plerique alii falſo ſibi paſſim aſcribant*) Coſmographiam *vl'em tam ſolidam quam planam non ſine gl'ia & laude per orbem diſſeminatam nuper compoſuimus: depinximus: & impreſſimus: collegi in angulo paulisper ſemotus: dum alii tumultuarentur: quedam ex diuerſis auctoribus de* Scenographia (*quae Species eſt architecturae*) *& de ipſa* perſpectiua poſitiua *& id rei tibi imprimis* Phileſi *dicare ſtatui: cum & in Mathematicis ſis pulchre eruditus* (*quippe quae* fabrum Stapulenſem *omnis Matheſeos peritiſſimum habuiſti in Parhiſiorum Lutecia praeceptorem*) *& nunc in Achademia Baſilienſi Coſmographiam publice profitearis. Praeterea etiam* (*vti audio*) *doctiſſimum* principem Chriſtophorum de Vtenheim *ſacrum Baſilienſem Antiſtitem: ſtudioſorum fautorem maximum eis in rebus priuata lectione inſtruxeris.*

Ad pag. 452. HISTORIE *van B.* Cornelis Adrianſen *van Dordrecht, Minrebroeder binnen die Stadt van Brugghe. Inde welcke warachtelick verhaelt wert, de Diſcipline en ſecrete penitencie of geeſſelinghe, die hy gebruyckte met zyn devotarigen: de welcke veroorſaeckt hebben Zeer veel wonderlike Sermoenen, die hy te Brugge gepredickt heſt, teghen den Magiſtraet aldaer, en teghen die vier Leden des Lants van Vlaenderen: Item teghen het vergaderen van de Generale Staten, en teghen die tſamen gheconfederierde Edel lieden: met noch veel andere gruwelicke blaſphemien teghen Godt ende de nature: Oock veel bloetdorſtighe Sermoenen teghen de Calviniſten, Lutherianen en Doopers, vel leelicke leugenen en abominabele woorden. Inhoudende ooc twee vermaen brieven van* Stephanus Lindius, *an de ſelven* B. Cornelis *in Latin geſonden ende nu overgheſet in Nederlants: met noch ſommighe Pasquillen en Refereynen tuſchen de Sermoenen begrepen. Ghedruckt int Iaer* 1569. in 8. Haec prima libri ſpurciſſimi editio eſt. Vidimus etiam nuper,

per, apud amicum, libellum ſermone belgico conſcriptum, quem huc ſpectare arbitramur: *De Geeſt van Broer* Cornelius Adriaenszen *verhalende veele wonderlüke Kluchten, vermaekelüke Aerdigheden vuyle en laeſterlüke Redenen uytbeeldende zyn inwendige geſtalte. Amſterdam* 1666. in 12. Hiſtoriam Cornelii Adriani, ſuccinctam, & in compendium quaſi redactam inuenimus, in Emanuel von Meteren *Eigentlich vnd vollkomener Hiſtoriſchen Beſchreibung des Niederlendiſchen Kriegs* P. I. Libr. IIX. p. 385 ſqq. edit. *Arnhemienſis* 1614.

Ad pag. 489. Martyrium Ioſaphat. Kuncewiczii deſcripſit Iacobus Susza. Epiſcopus Chelmenſis, duobus libris, quorum alter inſcribitur: *Curſus vitae & certamen Martyrii* B. Ioſaphat Kunceuicii *Archiepiſc. Polocenſis Ord. D. Baſilii. Romae litteris Vareſii* 1665. in 4. Alter: *Saulus & Paullus Ruthenae vnionis ſanguine B.* Ioſaphat *transformatus, ſiue* Meletius Smotriszius *Archiepiſcop. Hierapolit. Ordin. S. Baſilii. ibid.* 1666. in 4.

Ad pag. 507. Conf. de IVLIO POMPONIO LAETO, Marci Antonii Coccii Saballici epiſtola ad Marcum Anton. Moroſini, quam praemiſit IVL. POMP. LAETI *Compendio de Caeſaribus Libr. II. a* Balbino & Pupieno *A. C.* 237. *ad* Conſtantem Heraclii *Nepotem A.* 663. cui acceſſit *opuſculum de exortu* Machometis. *Venet.* 1498. in 4. it. Chriſtian. Weiſii Diſſertatio *de Spuriis in Eccleſia & re litteraria claris* 1693. §. XXXVII. p. 42. edit. repetit. *Vitemb.* 1735. Cauſſam, ob quam IVLIVS Sanſeuerinus, POMPONII LAETI adſumſit cognomen, expoſitam conſpicimus in Octauii Ferrarii Proluſione VIIII. *de litteratorum infelicitate*, vbi p. 110. edit. Io. Fabricii, ait: *Hi* (viri eruditi) *ad propagandas bonas litteras*| *ſodalitium* Romae *inſtituerant*, (eo ſcilicet tempore, quo Paullus II. Pontifex Romanae eccleſiae praefuit) *& quicunque in eum caetum adſcribebatur, veterum ingeniorum illuſtria nomina, ad aemulandum* de-

decus adſumebat. Ita Bartholomaeus Saccus, *ſiue ab hoc inſtituto, ſiue aliunde* Platina *eſt dictus.* IVLIVS Sanſeuerinus POMPONII LAETI *cognomen adſumſit,* Philippus Geminianus, Callimachi, Iacobus Pontanus Iouiani *titulo gaudebat,* M. Antonius Coccius Sabellici, Iacob. Sannazarius Actii Sinceri *cognomento nobilis fuit.* Conf. Franc. Ariſii *Cremona litterata* Tom. I. p. 314.

Ad pag. 510. In Nicolaum Herebornum, Aemulum FRANCISCI LAMBERTI Euricius Cordus Epigrammat. Libr. VIIII. hoc ſcripſit Epigramma:

Grande in FRANCISCVM *te fers ſcripſiſſe volumen,*
Hac & vana tibi gloria parte placet.
Quinque licet ſcribas magnorum plauſtra librorum,
Nil agis, bis armis praeualet ille tibi:
Quare conſilium fuerit temerarie noſtrum
Vel bene, vel, ſi vis ſincere ſcribe nihil.

Vid. Euricii Cordi *Opera poetica omnia* fol. 233. b.

Ad. pag. 519. ANTOINE DE LAVAL, *Deſſeins de Profeſſions nobles & publiques* &c. Editionem anni 1605. & 1612. quas adduximus, editiones eſſe diuerſas, nos docuit *Catalogus Partis Bibliothecae illuſtriſſ. Comitis de Waſſenaer* Sect. II. p. 117.

Ad pag. 547. Integrum titulum della *Raccolta di V. Diſcorſi* &c. quam STEPHANVS LVSIGNANVS in lucem emiſit, hic adſcribemus: *Raccolta de cinque Diſcorſi, intitolati Corone, per Comprender in ſe coſe appartenenti a gran Re, & a Prencipi. Nella prima della quali ſi tratta dell' origine del Regno di Francia. Nella ſeconda come un Ro di Francia debbia eſſere Imperator Romano, ed deſtruitor della Setta di Maometani. Nella terza della Nobilità di Hieruſalem. Nella quarta de' Re ed Imperatori del mondo, canonizati per ſanti. Nella quinta di una chronologia uniuerſale ridotta ſotto il Dominio di Pionetti. Compoſta dal* R. P. *Lettore Fra* STEPHANO LVSIGNANO *de Cipro, in Padoua* 1577. in 4.

Ad pag. 563. Diuerſum a IOANNE DE MANDEVIL-

Digitized by Google

LE, eſſe Ioannem de Monteuilla, putat Ioſ. Simlerus in *Biblioth.* p. 397. *Itinerarium* eius ab Othone Demeringo, Canonico Metenſi germanice verſum, iam anno 1507. *Argentorati ex officina Io. Knoblouch* prodiiſſe ſcribit. E recentioribus, editionibus verſionis germanicae, illa eſt, quae anno 1692. prodiit. in 8.

Ad pag. 581. Anno 1716. prodiit *Meſſanae, Sicanicarum rerum compendium* FR. MAVROLYCO *auctore. Acc. Icon, vita, & teſtimonia de auctore, Fragmentum eiusdem* MAVROLYCI *Hiſtoriae, a* Stephano Baluzio *editum, & breue Chronicon Siculum, ab anno* 1555. *abdicationis* Caroli V. *vsque ad Coronationem* Victoris Amadei, *Siciliae, Hieruſalem, & Cypri Regis*, in fol.

Ad pag. 598. Comparationem inter FRANCISCI EVDES DE MEZERAI & P. Danielis hiſtorias gallicas, inſtituit Mr. Daniel. Lombard, qui edidit: *Comparaiſon de deux hiſtoires de Mr.* DE MEZERAI *& du* P. Daniel, *avec une Diſſertation de l' utilité de l' Hiſtoire. A Amſterd.* 1723. in 4.

Ad pag. 626. Editio gallica anni 1607. non *Rupellae* in 4. ſed *Geneuae* in 8. prodiit, niſi forte diuerſae ſunt editiones. Editioni Geneuenſi hic praefixus eſt titulus: *Ouverture de tous les Secrets de l' Apocalypſe ou Revelation de St. Iean en deux Traités: l' un recherchant & prouvant la vraye interpretation d' icelle, l' autre appliquant au texte ceſte interpretation paraphraſtiquement & hiſtoriquement par* IEAN NAPIER. *A Geneve chez Iaques Foillet.*

Ad pag. 669. Libri titulus integer eſt: *Hiſtoire des* Vaudois: *diviſée en trois parties. La premiere eſt de leur origine, pure croyance, & perſecutions, qu'ils ont ſouffert par toute l' Europe, par l' Eſpace de plus de quatre cens cinquante ans. La ſeconde contient l' hiſtoire des* Vaudois *appellés* Albigeois. *La troiſieſme, eſt touchant la doctrine & diſcipline, qu' ils ont eu com-*

commune entre eux, & la refutation de la doctrine de leurs adverſaires, Le tout fidelement recueilli des Autheurs nommés és pages ſuivantes. Par IEAN PAVL PERRIN, Lionnois, *á Geneve, pour Pierre & Iaques Chouët* 1619, in 8. Recenſio extat in den *Nachrichten von einer Halliſchen Biblioth.* Tom. I. p. 219 ſqq.

Ad pag. 675. Auctorem *Chronici* GEORGIVM MICHAEL. PFEFFERKORNIVM, adpellari, apud ſcriptores, quos excitauimus teſtes, inuenimus, ſed incidimus forte in *Bibliothecae Schraderianae Catalogum*, vbi in P. I. pl. X. fol. 6. b. hanc inuenimus obſeruationem: *Auctorem huius Chronici accepimus eſſe* GEORGIVM MICHAELEM PFEFFERKORNIVM *Eccleſiae Tonnenſis, agro Gothano vicinae, Superintendentem.* Iunkerus in vita Lutheri p. 4. *Herr* Iunker *hat im Vornahmen verſtoſſen. Denn der Auctor heiſſet* Iohann Adolph (PFEFFERKORN) *und hat nicht allein bald nach Publication ſeines* Chronici *kein Geheimnis mehr draus gemacht, ſondern auch in den Controverſien, die er deswegen mit Herrn* Immanuel Webern, *jetzigem Profeſſore zu Gieſzen, bekommen, ſich ausdrücklich zu nennen keine Scheu getragen, und kan ich auf Begehren ſeine eigene Handſchrift vorzeigen,* Tenzel *in der Antw. auf die vom Herrn* Knauthen *in Typo Geneal. Beichling. angefochtene Puncta,* p. 34. 5. ms.

Ad pag. 733. Omnia, quae ad auctorem & varias editiones *Somnii Lutheri*, & alios libros huc ſpectantes pertinent, ſingulari diſſertatione expoſuit Iacobus Thomaſius, quae reperitur in Chriſtian. Thomaſii *Hiſtoria Sapientiae & ſtultitiae* Tom. I. p. 23-40.

Ad pag. 833 CHRISTOPHORI SCHEVRLI *Oratio de laudibus Germaniae*, idem ſine dubio opuſculum eſt, quod Mich. Maittairius Tom. II. *Annal. typogr.* p. 179. *libellum de laudibus Germaniae* adpellat. & *Venetiis* ex officina *Bened. Hectoris* 1506. in 4. prodiiſſe ſcribit. Editionem vero *Lipſienſem* anno 1508. non ſeorſum, ſed cum Richardi Sbrulii Foroiulienſis *Panegyrico ad* Fridericum *Ducem Saxoniae* in lucem exiiſſe nos docuit Chriſt. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabric.

Digitized by Google

bric. *med. & inſim. Latinitat.* L. XVII. p. 240. vbi etiam SCHEVRLVM eiusdem Sbrulii *Cleomachiae Libr. I. ad* Fridericum *Principem, Ducem Saxoniae Witteburgi* (Vitebergae) 1510. in 4. edito, praefationem praemiſiſſe legimus. CHR. SCHEVRLI *libellum*, quem adduximus, *de ſacerdotum & rerum eccleſiaſticarum praeſtantia*, iam *Lipſiae* 1511. per *Wolfgang. Monacenſem, iuſſu & expenſis Georgii Relnere* in 4. impreſſum eſſe e Maittairii *Annal. typogr.* Tom. II. p. 221. elucet.

Ad pag. 978. de VITELLIONE conf. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2834. qui Fratrem Guilielmum, quem alii de Moreta adpellant, de Morbeta nominauit.

Digitized by Google

ERRATA

Pag.	linea	pro	legatur
6.	13.	1586.	1568.
7.	30.	S. I. p. 51.	L. 1. p. 51.
11.	23.	plerumque	pleraque
12.	13.	Bunamanno	Bünemanno
—	29.	*Gicenti*	*Giunti*
13.	15.	*litterati*	*letterati*
16.	27.	*Sain & François à*	*Sainct François à*
19.	30.	Monaſteri	Monaſterienſis
20.	32.	du maine	du Maine
22.	6.	*Franeker.* in 4.	*Amſtelod.* in 8.
24.	27.	librorum	librum
25.	5.	de la	della
28.	32.	*Aſcauienſe*	*Aſcanienſe*
30.	6.	fortt	fortl
36.	27.	*Lucernſem*	*Lucenſem*
37.	12.	Metius	Mehus
38.	25.	ſotii	ſocii
43.	2.	nel a	ne la
—	13.	Veritiro	Veritiero
—	—	Düuno	Diuino
—	23	Giuoca	Giuoco
44.	13.	PIETEO	PIETRO
45.	24.	1717.	1747.
48.	12.	*Ariſto*	*Arioſto*
49.	13.	*ſuo*	*tuo*
53.	2.	eſpoſta	e ſpoſta
57.	2.	*Larein*	*Larcin*
—	21.	*Ernoll*	*Erndl*
62.	24.	incognita. Haec	incognita haec
71.	13.	*Martini*	*Martinus*
81.	4.	*bores*	*livres*
—	16	*Fablettes*	*Tablettes*
87.	1.	Kaklii	Kahlii
90.	15.	*del*	*de*
97.	33.	Reali q	Reliqui
110.	4.	Adferti	Adfertj
116.	12.	*ſunt*	*ſicut*

Digitized by Google

Pag.	linea	pro	legatur
137.	27.	*ſavant*	*avant*
141.	14.	*ab*	*ap.*
144.	13.	Favola	Tavola
147.	10.	Stillinfleoet	Stillingfleet
154.	6.	ille	illi
157.	30.	*pout*	*peut*
162.	19.	factam	factae
170.	15.	1681.	1581.
173.	13.	publies	publics
197.	10.	Mantuanum	Mantuanum
202.	3.	CANTENAECVM	CANTENACVM
——	4.	opſculorum	opuſculorum
204.	15.	*Ptolemai*	*Ptolomaei*
206.	20.	*Teatro*	*Teatro*
208.	19.	*vernales*	*venales*
210.	30.	praefecto	praefectum
224.	14.	*a mais*	*a mis*
228.	14.	*Verſiones*	*verſions*
231.	17.	*poine*	*peine*
234.	19.	CENSORIVM	CENTORIVM
235.	5.	Palatina	Palatino
244.	8.	*noſtra*	*noſter*
254.	12.	Ladolam	Lodolam
——	32.	*Letzneri*	*Zetzneri*
277.	27.	101.	116.
278.	17.	*du*	*dit*
289.	22.	prodieret	prodierat
298.	26.	impreſſa, ſunt	impreſſae ſunt
299.	4.	Epiſcopi	Epiſcopo
——	3.	Mimatenſis	Mimatenſi
——	31.	*accreſecuti*	*accreſciuti*
——	36.	1591.	1594.
304.	8.	*meermunderiſche*	*meerwunderiſche*
313.	20.	naudita	inaudita
314.	34.	*a*	*è*
317.	27.	prolegomenſis	prolegomenis
319.	15.	conſtitit	conſiſtit
330.	4.	ſingularti	ſingulari
332.	23.	*auſpiciari*	*auſpicari*

Pag.	linea	pro	legatur
347.	2.	*au*	*du*
350.	10.	&	el
360.	24.	*Cel ivre*	*Ce livre*
367.	13.	*vaniéts*	*vanités*
—	—	*vanteries &*	*vanteries*
379.	21.	Arabicae	Arabiae
385.	17.	1552.	1522.
398.	27.	*cum*	cum
400.	30.	Parreus	Pareus
403.	20.	obſeruauerit	adſeruauerit
—	—	Chyrſolorae	Chryſolorae
406.	1.	ΑΡΧΑΓΟΥ	ΑΡΧΗΓΟΥ
407.	3.	*occurrentes —*	*occurrentes,*
—	11.	*i ſtitit*	*inſtiti*
428.	6.	in fol.	in fol. edidit.
430.	1.	*interpretat. ex*	*interpretationem*
—	2.	*libello*	*ex libello*
431.	33.	libri	libro
437.	15.	*Recaptulatio*	*Recapitulatio*
440.	19.	editornm	edita
—	21.	L. IIX.	L. IIX. p. 624.
—	33.	editoru m	edita
443.	4.	*gartet*	*geartet*
447.	37.	HERWARTI	Legimus HERWARTI
456.	14.	*des*	*deu*
459.	11.	*infermé*	*informé*
461.	36.	Mich el.	vid. Michael.
462.	25.	*la fole*	*contre la fole*
489.	17.	*publice*	*publicae*
495.	13.	protrudit	protruſit
496.	8.	IVSTINIANVM	IVSTINIANVM, Anno
498.	8.	le tête (anno	la tête
—	22.	TOHAM.	THOMA
—	29.	criſtica	eriſtica
—	38.	*Ieun*	*Ieau*
504.	18.	libros	liberos
524.	26.	*anni. biſtoria*	*manni biſtoria*
—	28.	*Guilielmi*	*Guillimanni*
—	29.	*medito*	*inedito*

Pag.	lineà	pro	legatur
527.	32.	rarius inueniun- (tur	rarior eſt
537.	23.	*auircculari*	*auriculari*
542.	3.	p. 410.	p. 410. prodit
553.	30.	MADOK	MADOX
554.	2.	MADOK	MADOX
560.	17.	*quil*	*qu'il*
565.	27.	p. 4 ſqq.	Tom. XXXV. p. 4 ſqq.
566.	10.	*fte*	*fut*
568.	13.	Venetorum	VenetorumPrincipum
581.	15.	MAVROLVCI	MAVROLYCI
——	21.	*Abbatae*	*Abbate*
584.	20.	Howelli	Howell
——.	24.	MAZZCOHIVS	MAZZOCHIVS
589.	31.	MEMATTI	MENATTI
595.	13.	Vtembergii	Vlenbergii
611.	31.	Χαμηλιον	Καμηλιον
640.	24.	*Canſiaici*	*Cauſidici*
665.	33.	*ſons*	*ſous*
671.	7.	PEVRERIO	PEYRERIO
673.	10.	*Recuit*	*Recueil*
676.	23.	*qu'eſt*	*qui eſt*
677.	18.	*columnias*	*calumnias*
679.	28.	FRAMCISCI	FRANCISCI
681.	15.	MARI	MARII
682.	31.	Miceron	Niceron
683.	27.	*perſuades*	*perſuader*
684.	4.	*pepare*	*ſepare*
689.	32.	Χημιευς	Χημεύς
695.	3.	*onciuem*	*conciuem*
701.	32.	irdiculam	ridiculam
703.	1.	Miceron	Niceron
710.	3.	conciiata	conciliata
713.	34.	iudicarii	iudiciarii
718.	9.	nominat	nominant
726.	34.	*Pſalmrũ*	*pſalmorũ*
729.	31.	Paraphraſi	Paraphraſis
731.	29.	Vager	Vayer
735.	12.	*Bodeñ*	*Badeñ*
736.	21.	Cardamus	Cardanus

Digitized by Google

Pag.	linea	pro	legatur
737.	34.	libelli	libello
739.	27.	*Treſchel*	*Trechſel*
740.	10.	*Defenſionem*	*Defenſionum*
747.	2.	Prima	Primae
752.	9.	illus	illius
—	29.	Archadico	Arcadico
755.	25.	Hinrek *des* van	Hinrek van
—	—	*eddelen*	*des eddelen*
759.	6.	*Conceſſionem*	*Confeſſionem*
769.	33.	ΑΘΑΝΑΣΙΟU	ΑΘΑΝΑΣΙΟΥ
770.	28.	ΦΟΣ.	ΡΟΣ
—	37.	διαπληκτιτξεται	διαπληκτιζεται
771.	12.	III.	III (centum & vndecim)
772.	8.	*Vinckelii*	*Vnckelii*
794.	9.	Leges	Reges
807.	35.	id tandem	id iam antea
810.	29.	SATARELLISTES	SANTARELISTES
812.	29.	pelle	delle
832.	12.	*Liber vnus*	*epiſtolarum liber vnus*
835.	27.	comburebatur	combureretur
842.	19.	factum	fatum
847.	5.	*Anonymor.*	*Pſeudonymor.*
852.	8.	*Prence*	*Prince*
861.28.29		inſul-ius	inſul-tus
865.	21.	*ſpoſizione dat Dal*	*ſpoſizione dal*
866.	32.	impreſſa	impreſſos
874.	27.	illa	illam
876.	28.	Epiſcopum, Camerini	Epiſcopum Camerini
882.	23.	*Cardoro*	*Cardon*
885.	1.	*Naſus*	*naſus*
888.	9.	*exempta*	*exempla*
901.	23.	σωφῶν	σοφῶν
—	30.	ὅς	ὧς
—	34.	ὕγν	Ὑν
—	—	ἄρα	ἆρα
902.	2.	ζυλοτυπῶ	ζηλοτυπῶ
906.	25.	*merveelleux*	*merveilleux*
918.	2.	*cantre*	*contre*
921.	28.	impreſſa	impreſſa, extat

Pag.	linea	pro	legatur
923.	5.	folior. II.	folior. II. (vndecim)
924.	9.	SVBERBVS	SVPERBVS
—	11.	Confeſſionaris	Confeſſionarius
925.	32.	Mortierius	Morlierius
926.	2.	Iacobo	Iacobus
936.	13.	recuſa	recuſae
939.	35.	tialico	italico
941.	9.	IOHANMIS	IOHANNIS
—	21.	*Franconia*	*franconica*
942.	31.	*occepiſſe*	*accepiſſe*
945.	27.	TESENTII	TERENTII
953.	33.	*in quam*	*inquam*
954.	12.	*πίσεως*	*πίστεως*
—	37.	*πίσεως*	*πίστεως*
957.	26.	jor.	for
970.	21.	Ταδεευεσιν	Ταδεευστιν'
—	22.	ΘΕΟΚΡΙΤΟU	ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ
975	4.	*iuuentntis*	*iuuentutis*
—	25.	verba, quae in	verba in
979.	20.	annum	annuum
992.	32.	obſcuratione	obſeruatione
998.	22.	adnotarunt	adnotauit
1016.	4.	&	a
1029.	12.	*Agumentée*	*augmentée*
1035.	17.	BAPINOU	BAPINOY
1037.	37.	*Oirginibus*	*Originibus*
1043.	9.	*goit*	*doit*
1054.	26.	*Librorum*	*Liberorum*
1063.	22.	*Aſteriſci*	*aſteriſcis*
1064.	7-8.	*Algori - thum*	*Algori - thmum*
1066.	1.	Lugdunum	Leidam
1069.	20.	teſtatus	teſtatur
1096.	20.	*principumque*	*principiumque*
1099.	15.	*ἐισοδο*	*Ἔισοδος*
1102.	22.	*Vergnügen*	*Vergnügungen*
1103.	5.	Hutterus	Hurterus
1114.	16.	*Petaea*	*Petraea*
1125	26	*diſtingius*	*diſtinguit*

1130.

Pag.	linea	pro	legatur
1130.	7.	*osèrent*	*osèrent y*
—	14.	*connoître*	*font connoître*
1132.	26.	illis	illius
1134.	22.	Saballici	ſabellici
—	30.	POMPOMII	POMPONII
1135.	30.	Ro	Re

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google